JOANNIS BAPTISTÆ

RIGANTII,

COMMENTARIA

IN REGULAS,

CONSTITUTIONES

ET ORDINATIONES

CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ;

OPUS POSTHUMUM.

TOMUS SECUNDUS

Complectens Regulam IX. usque ad XXIV.

AD

Eminentissimum, & Reverendissimum Principem

NERIUM

S. R. E. CARDINALEM

CORSINIUM.







Juxta Exemplar Romæ excusum,

COLONIÆ ALLOBROGUM,

Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DCC. LI.

Eminentissimo, & Reverendissimo Principi

N E R I O
S. EUSTACHII DIACONO
S. R. E. CARDINALI
CORSINIO.

NICOLAUS, ET JOANNES BAPTISTA RIGANTII PERPETUAM INCOLUMITATEM.



DITURI jam alteram Commentariorum Partem, quæ Patruus noster Joannes Baptista Rigantius in Apostolicæ Cancellariæ Regulas exaravit, ingrati animi vitio merito argueremur, si illam alteri, quam TIBI, PRINCEPS EMINENTISSIME, dedicaremus. Postquam enim primam Partem, SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO BENEDICTO PP. XIV. auctore, & auspice, a Nobis mensibus elapsis publici juris factam, eidem BENEDICTO de nostro Patruo, Nobisque benemerentissimo, multis nominibus debitam, jure, ac merito nuncupandam esse existimavimus, vel ipsa ratio Operis exigit, ut Pars altera amplissimo NOMINE TUO insignita luci donaretur, quia scilicet in ipso Opere illæmet potissimum Apostolicæ Cancellariæ Regulæ explicantur, quas die Assumtionis suæ ad Apostolicam Sedem felicissimæ, & nunquam interituræ memoriæ PATRUUS TUUS CLEMENS XII. promulgavit. Dolebamus profecto, quod opportuna adhuc nulla sese obtulerat occasio, qua veluti publico documento contestaremur, Nos TIBI non minus obsequentes, addictosque in præsentia esse, quam fueramus cum TUAM eodem CLEMENTE PATRUO TUO Universalem Ecclesiam moderante, egregiam operam dares, subsidioque esses præsentissimo, ut assidua, gravissimaque Apostolicæ Sedis negotia, rite, sancteque expensa felicissime conficerentur, utque omnes intelligere possent Nos eodem, atque luculentiori, quam antea, Patrocinii TUI studio gaudere, & gloriari. Debitum igitur hujusmodi nostræ erga TE observantiæ officium, ea, qua decet veneratione modo præstantes, alteram hanc eorumdem Commentariorum Partem TIBI dedicamus, memorati PONTIFICIS MAXIMI ex FRATRE NEPOTI, ejusque insignium Virtutum Hæredi, atque sinceritatis imitatori optimo, & eo quidem lubentius, quod a TE summis Bene-

Beneficiis aucti sumus, cum nihil penitus mereremur; non enim audemus, ut mos est aliquorum, extolli, & ea, quæ in Nobis non sunt, prædicare: sed hæc peculiaris TUA est virtus, quam a TUIS MAJORIBUS accepisti, ut quantum in TE est, nemini offendiculo esse studeas, prodesse autem multis, dignusque idcirco habitus, ut tantum prodesse omnibus valeas semper, quantum cupis. Plura in TUARUM Virtutum commendationem effari, nostræ plane imbecillitatis non est; Verum illud non omittemus, sicut præ omnibus acceptum referre debemus Bonorum omnium largitori, quod in PATRUO TUO CLEMENTE XII. Principum exemplar habuerimus, ita & quod in TE Ministrorum, Fidelitatis, Moderationis, Justitiæ, atque Humanitatis exemplum experti sumus. Ceterum, quum inter egregia decora quibus PATRI TUI PONTIFICATUM exornasti, præcipuum extiterit invictissimum Jurium Apostolicæ Sedis tutamen; sperare plane possumus, grato, hilarique, ut semper, vultu Te excepturum hoc qualecumque Patrui nostri Opus, quo Sedis Apostolicæ jura adversus pseudo-politicos, & Romani Pontificatus infensissimos Hostes vindicantur, Nosque in Clientelam TUAM jamdiu susceptos, fovere, ac tueri non dedignaturum.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sac. Palatii Apostolici.

F. M. de Rubeis Archiep. Tarsi Vicesgerens.

IMPRIMATUR

Fr. Aloysius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum, Sac. Palatii Apostolici Magister.

JOAN-



JO. BAPTISTÆ RIGANTII COMMENTARIA IN REGULAS, CONSTITUTIONES, ET ORDINATIONES CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ.

REGULA IX.

Reservatio Mensium Apostolicorum, & Alternativa pro Episcopis residentibus.

ITEM cupiens SS. D. N. PP. pauperibus Clericis, & aliis benemeritis personis providere, omnia Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, Sæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia qualitercumque qualificata, & ubicumque existentia in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris Mensibus, usque ad suæ voluntatis beneplacitum extra Romanam Curiam, alias, quam per resignationem quocumque modo vacatura, ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem quorumcumque Collatorum, & Collatricum Sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum sub Concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & observare debuerant acceptatis, & observatis, quæ lædere non intendit, comprehensorum) quomodolibet pertinentia dispositioni suæ generaliter reservavit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus Gratiarum, quæ de dictis Beneficiis tunc vacantibus, etiam Motu proprio fient, de Mense, in quo vacaverint, dispositive mentionem fieri, alioquin Gratias nullas esse, ac Consuetudines, etiam immemora-

biles optandi majores, & pinguiores Præbendas, necnon Privilegia, etiam in limine erectionis concessa, & Indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de hujusmodi Beneficiis, aut quod illa sub hujusmodi reservationibus numquam comprehendantur, etiam cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, quorum tenores pro expressis haberi, & latissime extendi voluit, quibusvis Personis, & Collegiis, cujuscumque Dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus quomodolibet concessa adversus Reservationem hujusmodi minime suffragari. Insuper Sanctitas Sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsis quamdiu apud Ecclesias, aut Diœceses suas vere, & personaliter resederint, dumtaxat de omnibus, & quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis cum cura, & sine cura Sæcularibus, & Regularibus (ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interventu Capitulorum, vel aliorum, aut alias pertinentibus), quæ in antea in Mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris, extra Curiam ipsam vacare contigerit (dummodo alias dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint) libere disponendi facultatem tempore sui Pontificatus tantum duraturam concessit. Ac etiam voluit, ut si ipsi in collatione, aut alia dispositione Beneficiorum in aliis sex Mensibus, videlicet Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris, & Novembris vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, ut præfertur, reservavit) seu etiam aliorum, dispositioni suæ, & dictæ Sedis alias quomodolibet reservatorum, vel affectorum sese intromiserint, aut quo minus provisiones, & gratiæ Sanctitatis Suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquo modo præstiterint, usu, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipso privati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de Beneficiis illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti. Illi vero, qui gratiam alternativæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per patentes litteras manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque Civitate, vel Diœcesi datas declarare, & litteras ipsas huc ad Datarium Sanctitatis Suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, ac in libro ad id deputato registratis, tunc demum, & non antea uti incipiant gratia supradicta. Insuper declaravit, quod si idem Episcopus pluribus Ecclesiis quomodocumque unitis ex Apostolica concessione, & dispensatione quomodocumque præsit, teneatur hujusmodi alternativæ gratiam, quatenus ea potiri velit, utriusque Ecclesiæ nomine explicite acceptare, alias illi non suffragetur. Et post factam acceptationem, & admissionem in Dataria, neutri parti liceat, nisi concordi consensu ab ea recedere. Declarans præterea exceptionem positam in Regula favore S. R. E. Cardinalium, & Indultum conferendi Beneficia reservata concessum Cardinali Episcopo, non suffragari Capitulo ratione communionis, & consortii juxta declarationem fel. record. Urbani PP. VIII. Prædecessoris sui, editam die decima Septembris Anno millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, quam Sanctitas Sua in omnibus, & per omnia approbat. Decernens sic in præmissis omnibus per quoscumque &c. judicari debere, ac irritum &c.

ARGU-

ARGUMENTUM

Patet ex Summatio.

SUMMARIUM.

1 *Regula dividitur iu duas partes.*
2 *Illius Auctor quoad primam partem fuit Nicolaus V.*
3 *Originem duxit à Constitutione quadam edita anno* 1418. *a Martino V. in Concilio Constantiæ.* & n. 4.
5 *In Provincia Brittania Ordinarii conferunt Beneficia in quatuor Mensibus vacantia, non tam vigore Regulæ, quam Compacti cum Martino V. in eodem Concilio initi.*
6 *De geminis Edictis publicatis ab Henrico II. Rege Galliarum, quibus prohibetur Episcopis Brittaniæ, ne se ingerant in collatione Beneficiorum vacantium in octo Mensibus Apostolicis.*
In Brittania Reservatio Mensium non expirat per obitum Pontificis. ibid.
7 *Reprobantur* Lottes. & Card. de Luca *existimantes, Auctorem primæ partis Regulæ fuisse Alexandrum V.*
8 *Quemadmodum Rota, aliique asserentes, quod ejus Auctor fuerit Joannes XXII.*
9 *Pontifex præfatus fuit Auctor partis, non omnium Regularum Cancellariæ.*
10 *Nicolaus V. omnium primus, Regulas Prædecessorum in unum collegit, & plures alias addidit.*
11 *Regula antiquitus non edebatur in crastinum Pontificatus una cum aliis, sed quando Pontificibus placebat, & ad certum tempus.*
Publicabatur tamen, & registrabatur in Cancellaria, n. 13.
12 *Sixtus V. primus Regulam edidit ad* Beneplacitum *duraturam.*
14 *Pontifex suprema potitur auctoritate super omnibus Beneficiis Ecclesiasticis.*
15 *Et in reservando sibi octo tantum menses, summa utitur moderatione.*
16 *Assignatur ratio Regulæ.*
17 *Beneficia ad hoc præcipuè sunt instituta, ut Clericis pauperibus, & benemeritis conferantur.*
18 *In collatione Beneficiorum hujusmodi Personis facienda, consideratur universalis Ecclesiæ utilitas.*
19 *Germanorum instantia facta Pio IV. pro exemtione Dignitatum, & Beneficiorum a reservatione Mensiū. Et responsio Pontificis* n.20.&21.
22 *Clemens XII in Regula ab ipso edita declaravit, quod Beneficia iu octo Mensibus vacantia reservabat pro pauperibus, præsertim in Romana Curia, Cardinalium, & Curialium obsequiis insistentibus.*
Declaratio præfata non excludebat pauperes Clericos extra Curiam commorantes. n. 24.
23 *Dictio* præsertim *inter plures Personas posita, includit unam, sed non excludit alteram.*
25 *Hodie non inseritur amplius in Regula clausula supradicta, quæ legebatur in illa Clementis VII.*
26 *Pontifices in conferendo Beneficia benemerentiam non desumunt ex sola præsentia in Curia, nisi in paritate meritorum.*
27 *Declaratur assertio* Bartholomei de Martyribus, *quod in Beneficiis providendis attendenda sit doctrina, non paupertas Clericorum.* & n. 28.

HÆc Regula dividitur in duas partes principales. In prima loquitur de reservatione Beneficiorum in certis Mensibus vacantium. In secunda agit de gratia Alternativæ indulgeri solita Episcopis in Diœcesibus suis vere residentibus; & antiquitus erant duæ Regulæ distinctæ, nunc est una, duas, ut supra, partes continens. 1

Auctorem primæ partis hujus Regulæ, communis fert opinio, extitisse *Nicolaum V.* qui ad Pontificatum assumtus de anno 1447. post collectionem omnium aliarum Regularum Cancellariæ, quæ antecedenter aderant, & novarum compilationem, Regulam reservatoriam Mensium edidit, ut testantur *Bursat. cons.* 126. *n.* 102. *Gonzal. ad hanc Regul.* §. 1. *proœmial. n.* 51. *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 8. *Rot. dec* 121. *n.* 13. & 14. *part.* 19. *recent.* & *in Parmen. Beneficii* 28. *Januar.* 1701. §. *Quoniam, cor. al. mem. Card. Scotto,* & *in Gerunden. Capituli* 9. *Martii* 1703. §. *Non quidem, coram Omaña.* 2

Desumsit forte Nicolaus V. divisionem hanc Mensium ex *Constitutione* quadam a Martino V. edita in Concilio Constantiæ de Mense Martii *anno* 1418. in qua ad complacendum Nationibus, nimis acriter conquærentibus de frequentia Reservationum, declaravit, quod imposterum Reservationes locum sibi vindicare non possent, nisi in Majoribus, & secundis Dignitatibus in Cathedralibus, & quoad Principales in Collegiatis. *De cæteris vero Dignitatibus, Officiis, & Beneficiis Sæcularibus, & Regularibus, duæ partes sint in dispositione Papæ, & tertia pars remaneat in dispositione Ordinariorum, ita quod duo prima cedunt Papæ, & tertium Ordinario* -- sunt verba ejusdem *Constitutionis*, quam refert *Labbeus in Collect. Concil. tom.* 16. *pag. mihi* 723. juxta impressionem Venetam *anni* 1731. & diximus *in Comm. ad Rubric. Regul.* 1. §. 1. *n.* 19. & 20. Dictamque *Constitutionem* fuisse a Concilii Constantiensis *Vicecancellario* in eodem Concilio publicatam, & ab omnium Nationum Deputatis acceptatam, testatus *Blondeau ad Bouchel in Bibliot. Canon. tom.* 1. *verb. Collation.* §. *Chaque Nation.* Et in §. *Pour achever* ait, Eugenium IV. *anno* 1431. Constitutionem præfatam renovasse, quod etiam tradit *Thomass. Eccl. discipl. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 8. *in fine*; unde non immerito, *Blondeau ad Bouchel. in dicta Bibliot. Canon. Verb. Collation.* §. *Voila, p.* 275. & *Van Espen. in Jus Eccles. univers. part.* 2. *tit.* 23. *Cap.* 1. *n.* 34. existimant, ex laudata Martini V. Constitutione originem habuisse Regulam IX. quoad partitionem Mensium inter Papam, & Ordinarios. 3 4

Sed speciale fuisse initum *Compactum* in eodem Constantiensi Concilio inter Martinum V. & Episcopos Provinciæ *Brittaniæ* circa Mensium partitionem, ut scilicet Papa in octo Mensibus, Ordinarii vero prædicti in quatuor, Beneficia conferre possint, testantur *Lovet. ad Regulam de Infirm. n.*233.-- ibi -- *in Brittania quatuor tantum Menses dantur Ordinariis, propter Compactum antiquum cum Sede Apostolica factum, nec tali Compacto derogatum. Castell. in sua Paraphras. in Regul. Cancellar. pag.* 170.-- ibi -- *Brittania vocatur Patria obedientiæ; quia per antiquam Transactionem inter Sedem Apostolicam, & Episcopos factam, dicta Sedes habet octo Menses, & Episcopi quatuor, in quibus Beneficia respective conferunt* -- *Blondeau in addit. ad Bouchel. Biblioth. Canon. verb. Collation.* §. *Chaque Nation. pag.* 275. Quamvis autem postquam 5

Brittaniæ Provincia anno 1532. unita extitit Regno
Galliæ, contenderent Regni Ministri, quod Bene-
ficiorum collatio in Provincia præfata regulari de-
beret juxta *Concordata* paucos ante annos inter
Leonem X. & Franciscum I. inita: Nihilominus
ad postulationem *Pauli III.* & *Julii III.* duo Edi-
6 cta publicata fuerunt per Henricum II. primum
anno 1549. quod Provisiones Apostolicæ de Bene-
ficiis in octo mensibus vacantibus, admitti debeant
in *Brittania*; alterum *anno* 1553. in quo Rex præ-
fatus expresse inhibet Episcopis, Abatibus, & aliis
Collatoribus dictæ Provinciæ, ne audeant conferre
Beneficia vacantia in octo Mensibus Sedi Apostoli-
cæ reservatia, late *Blondeau ad Bouchel Bibliot. Ca-
non. Verb. Collation. §. En mil, & seqq. pag. 275.
Castell. in Praxi Curiæ Rom. pag. 332. Van Espen.
in Jus Eccles. univers. part. 2. tit. 23. Cap. 4. n. 20.*
Unde fit, quod in Brittania per obitum Pontificis,
non expirat reservatio Mensium, ut ex pluribus
Arrestis Parlamentorum Galliæ, de quibus infra *in
hanc Regul. §. 4. n. 4.*

Ex his patet, non bene *Lotter. de re Beneficiar.
lib. 2. quæst. 37. n. 2. & Cardinalem de Luca disc.
31. n. 16. de Benefic.* in Auctorem Regulæ agnovis-
7 se *Alexandrum V.* Nisi dicere velimus, quod cum
ipsi adhuc afferant fuisse publicatam *anno* 1447. de
quo tempore *Alexander V.* non sedit in Cathedra
Petri, sed vere de anno 1409. & obiit anno 1410.
ut testatur *Baron. in Annalib. tom. 17. pag. 384.
n. 72. Ciaccon. in Histor. Pontific. ad dictum annum*
1410. *P. Pagius in Breviar. Gest. Pontific. Roman.
tom. 2. in Alex. V. n. 1. & n. 15. Rot. decis.* 121.
n. 14. part. 19. Recent. error irrepsit in nomine Pon-
tificis, cum vere *Nicolaus V.* ad Pontificatum
assumtus fuerit anoo 1447. ut ex *Baron. & Ciac-
con.* mox laudatis, prosequitur *Rot. in dicta Par-
men. Beneficii 28. Januarii* 1701. *§. Quoniam,
cor. clar. mem. Card. Scotto.*

Quemadmodum nec vera est opinio *Clericat. de
Benefic. Discord. 94. num. 9. & Rota in Novarien.
Canonicatus* 1. *Decembris* 1690. *§. Et qua, co-
8 ram Manuel*, quod Auctor Regulæ fuerit *Joannes
XXII.* Licet enim non desint DD. qui laudatum
Pontificem omnium Regularum Cancellariæ Com-
pilatorem fuisse existiment, quos congerit *Rot. in
dicta Parmen. Beneficii §. Citata*; nihilominus cer-
9 tum est, non omnium, sed partis earum fuisse il-
lum Auctorem, cum nonnullas adauxerint, &
10 novas ediderint Regulas Sucressores Pontifices,
inter quos *Nicolaus V.* omnium primus, Prædeces-
sorum utiliores Regulas colligens, ac plures alias
judiciales addens, eas omnea in eo statu, in quo
nunc reperiuntur, reduxit, ut testatur *Gomes. ad
Regul. Cancellar. quæst. 1. Proœmial. circa fin.* &
Nos diximus *in Proœm. Regularum.*

Antiquitus non erat hæc Regula de illis primæ
11 editionis, quæ publicantur in crastinum assumtio-
nis ad Pontificatum, *Rot. decis. 253. n. 7. part. 9.
Recentiar.* sed edebatur postea seorsim, quando
Pontificibus placebat, nec edebatur ad *Beneplaci-
tum*, prout hodie fit a tempore *Sixti V.* sed ad quin-
12 quennium, vel ad aliud certum tempus, ut videri
potest in Bullario antiquo *S. Pii V. Constit. CLXIV.
& CLXV. Greg. XIII. Constitut. VI. & Sixti V.
Constitut. XVIII.* & observant *Garc. de Benefic.
part. 5. cap. 1. n. 432. Leuren. in For. Beneficial.
tom. 2. quæst. 553. n. 4. Spada consil. 48. n. 4. lib.*
13 2. Solemniter tamen publicabatur, & registraba-
tur in Cancellaria Apostolica, & aliquando etiam
in fine voluminis earumdem Regularum inserebat-
tur, donec *Gregorius XIV.* (& non jam *Clemens
VIII.* ut non bene ait *Spad. dict. cons. 48. num. 4.*)
illam inter cæteras Regulas collocavit in ordine
octavam, ut clare liquet ex Regulis Cancellariæ
editis anno 1590. de quo tempore ipse fuit ad Pon-
tificatum assumtus, impressis per *Paulum Blandum*
Impressorem Cameralem, ut post *Gonzal. ad eam-
dem Regulam gloss. 1. n. 6.* tradit *Rota in dicta Par-
men. Beneficii 28. Januarii* 1701. *§. Et licet, co-
ram clar. mem. Card. Scotto.*

Quamquam autem Summi Pontifices utendo ea
ampla, & plenaria potestate, qua super Beneficio- 14
rum omnium dispositione potiuntur *cap. 2. de Præ-
bend. in 6.* & de qua plene *Gomes. de Grat. expect.
n. 10. & seqq.* inter *tract. magn. tom. 12. Gonzal.
Cap. Dilectus 34. sub n. 2. de Præbend.* potuissent
omnia Orbis Beneficia sibi reservare, & conferre;
hac tamen potestate uti noluerunt, sed urbanius
cum Episcopis agendo, Menses cum ipsis, aliisque
Collatoribus ordinariis partiti sunt, quatuor eis 15
concedendo, & octo sibi reservando; & talis Men-
sium partitio per Regulam facta honesti faciem, &
rationem habet, quia conveniens videtur, quod
Papa, qui est Dominus, propter majorem præro-
gativam sibi partem majorem Mensium retineret,
*Gomes. de Expectat. n. 13. Felin. in Cap. Dilecti,
de Majorit. & Obed. Covarr. in Cap. Quamvis pa-
ctum, de Pact. in 6. part. 2. §. 2. Kachier. ad hanc
Regul. n. 8. Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæst.
555. num. 2. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 37.
n. 13.* Estque in Episcoporum libertate etiam alter-
nis Mensibus utendi, & potestatem conferendi æ-
qualiter cum Pontifice dividere, si velint Alterna-
tivæ Gratiam, de qua *in secunda parte hujus Re-
gulæ*, acceptare.

Ratio finalis Regulæ fuit ea, quam in principio
eadem Regula ponit, nempe ut *pauperibus Cle- 16
ricis, & aliis benemeritis Personis providere* possit
Pontifex pro tempore, *Lotter. de re Beneficiar.
lib. 2. quæst. 36. per tot. Leuren. dict. quæst. 555.
n. 11.* Sunt enim ad hoc instituta Beneficia, ut 17
Pauperibus, & benemeritis conferantur, ut colli-
gitur ex *Epistol. 5. Symmachi Papæ* ad *Cæsareum
Arelatensem Episcopum*, qua Beneficiorum Eccle-
siasticorum origo, inter cætera depromitur. Etsi
enim in Epistola præfata prohibeatur Bonorum Ec-
clesiasticorum alienatio, hæc tamen, titulo Benefi-
cii, ad vitam permittitur favore Clericorum, qui
sint de Ecclesia benemeriti, vel Monasteriorum,
vel Peregrinorum egentium, *nisi forsitan*, (inquit
Symmachus), *aut Clericis bonorum meritis, aut
Monasteriis, Religionis intuitu, aut certe Peregri-
nis, necessitas elargiri suaserit, sic tamen, ut hæc
ipsa non perpetua, sed temporaliter donec vixerint,
perfruantur.* In qua concessione Possessionum Ec-
clesiæ benemeritis Clericis, quoad viverent, origi-
nem videmus Ecclesiasticorum Beneficiorum, in-
quit *Natal. Alex. in Histor. Ecclesiast. sæcul. 2. cap.
2. artic. 1. §. Cæsareo pag. mihi 12.*

Dum igitur ad præfatum finem providendi pau-
peribus Clericis, & aliis benemeritis Personis, Pa-
pa suæ dispositioni Beneficia vigore Regulæ, reser-
vat, id facit propter universalis Ecclesiæ utilitatem, 18
ut diximus in *Comment. in Proœmium Regularum
n. 10.* Hinc cum alias Germani instarent Pio IV. 19
ut Dignitates, in quibuscumque Mensibus vaca-
rent, per electionem a Capitulis providerentur, 20
respondit Pius, ut *quoad Præposituras, quæ residentiā
non requirunt, & alias Dignitates, & Officia, quæ
per Substitutos exerceri possunt, servarentur Con-
cordata; nam ita exigit universalis Ecclesiæ utili-
tas, ut se possit præbere liberalem erga Viros doctos,
easque, qui de Sancta Sede, & universali Eccle-
sia sunt benemeriti*, ut refert *Raynald. ad annum*

1563. *n.* 44. *in responsione ad* 4. *articul. in fine.*
Et in responsione ad Articulum VIII. hæc, de
mandato Pontificis, dicta sunt -- *De reservationi-*
bus Beneficiorum non est, quod merito conqueri de-
21 *beant Ordinarii, quando Sanctitas Sua illis servat*
Concordata Germanica Nationis integra. Expedit
autem universali Ecclesiæ, ut se possit erga bene
de ea merentes nonnumquam exhibere liberalem,
quod cum facit de suo, absque alterius injuria,
nulla causa est, quod illi querantur. Quod vero
dicunt, Divinum cultum per eas minui, si illius
tantam, quantam videri volunt, curam habeant,
sperari per ea, quæ in IV. & V. Articulis dicta
sunt, illis satis provisum iri.

Et licet Clemens VII. in editione hujus Regulæ
22 declaraverit, Reservationem facere pro pauperibus,
& benemeritis, *præsertim in Romana Curia S.R.E.*
Cardinalium, & aliorum Curialium obsequiis insi-
stentibus; non tamen id disposuit limitative, &
restrictive ad solos pauperes in dicta Curia præfa-
torum Cardinalium, aut aliorum Curialium obse-
quiis addictos, sed generaliter, & juxta naturam
23 dictionis *præsertim*, quæ ex suo proprio significa-
tu implicativa est unius Personarum generis, sed
non alterius exclusiva, *Barbos. Dict.* 277. *n.* 3.
Paris. de Confident. Benefic. quæst. 29. *n.* 54. *& seq.*
itaut ipsos pauperes Clericos in Curia existentes,
specialiter includat, non autem alios excludat, ut
24 solemniter declaravit *Paulus III.* in Constitutione
declaratoria edita 26. *Junii* 1535. quæ est impres-
sa post illius Regulas Cancellariæ *pag. mihi* 23. *&*
seqq. Sed postea a Successoribus Pontificibus dele-
25 ta fuit clausula illa *præsertim in Romana Curia S.*
R. E. Cardinalium &c. & merito, nam Summi
Pontifices, numquam solent Beneficia conferre,
26 & deducere benemerentiam ex sola præsentia in
Curia, nisi in paritate requisitorum; & sæpissime
etiam absentes, & qui numquam Romam vide-
runt, de Beneficiis ex hac Regula reservatis, pro-
videntur, ut ponderat *Lotter. de re Beneficiar. lib.*
2. *quæst.* 36. *n.* 16. *& seq.* idque semper contingit
in provisione Parochialium ratione Concursus, qui
in loco, ubi vacavit Beneficium, expletur.

Ut etiam, quamvis celeberrimus *Bartholomæus*
de Martyribus, Archiepiscopus *Bracharen.* acriter
in Concilio Tridentino reprehenderit Mandata pro-
27 videndi in forma pauperum; dicebat enim *in pro-*
ventibus Ecclesiasticis distribuendis, spectandam
esse doctrinam, & virtutem, non paupertatem, cum
oporteat consulere muneribus, non hominibus, qui-
bus egentibus subveniendum esse per Eleemosinas,
non per Sacerdotia; ut refert *Reding. in Histor.*
Concil. Trident. ad Sess. 24. *tract.* 11. *sect.* 1. *n.* 7.
in fine pag. mihi 730. Nihilominus propositio hæc
ita generaliter sumta, adversatur fini principali,
ob quem instituta sunt Beneficia, ut ex Epistola
Symmachi Papæ supra diximus; In eorum enim
28 distributione, etiam ratio paupertatis in certis ca-
sibus habenda est, juxta prudens arbitrium illius,
qui conferre debet. Sunt enim Bona Ecclesiarum
Pauperum patrimonia, & plurimum virtuti obest
res angusta Domi, & paupertatis rationem haben-
dam esse, exemplo suo docuit *Gregorius Magnus*,
ut apud *Thomassin. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 14.

Sed ut faciliori methodo hanc Regulam amplissi-
mam dilucidemus, in plures Paragraphos, primam
ejus partem, loquentem de Reservatione Benefi-
ciorum in certis Mensibus vacantium, dividere o-
peræ pretium existimamus; in quorum primo vide-
bimus, pro quibus Mensibus hæc Reservatio fuerit
inducta. II. Quæ Beneficia sub ea comprehendan-
tur. III. Quæ excipiantur. IV. Quandiu hæc Reser-
vatio duret. Et V. Quid contra hanc Regulam ope-
rentur Indulta, & Consuetudines immemorabiles.

PARS PRIMA.

§. I.

Pro quibus Mensibus inducta est Reservatio Regulæ.

ARGUMENTUM.

Reservatio Regulæ dicitur ratione temporis, restricta tamen ad octo Menses in ea designatos. A quo tempore incipit Mensis, & quomodo probetur tempus mediæ Noctis, ubi non adsunt Horologia, vel sunt inter se discordantia; & an probatio, quod fuerit elapsa, vel non media Nox, spectet ad provisum ab Ordinario, vel potius ad provisum Apostolicum; quemadmodum mortuo Beneficiato in Sylvis, vel in Mari per naufragium, absque eo quod sciri possit dies, vel Mensis in quo mortuus est, an præsumatur mortuus mense Apostolico, vel potius Ordinario. Beneficium vacans in mense Ordinarii potest per illum conferri in mense Apostolico. Expressio Mensis, an; & quando sit facienda in Beneficiorum provisione, & an sit necessaria, quando Reservatio Mensis non deducitur ex Regula, sed ex Concordatis Germaniæ.

SUMMARIUM.

1 *Reservatio Regulæ dicitur ratione temporis, non perpetua, sed restricta ad Menses inibi enumeratos.*

2 *Mensis incipit a puncto mediæ Noctis ultimi diei Mensis antecedentis, & durat usque ad mediam Noctem ultimi diei Mensis sequentis.*

3 *In Diœcesi Leodien. Mensis incipit ab ortu Solis primi illius diei.*

4 *Initium diei a media Nocte ad mediam Noctem, procedit etiam, quando collatio non est divisa per Menses, sed per Hebdomadas.*

5 *Hebdomada Canonici Turnarii pro divinis solum Officiis, incipit a Vesperis Sabbathi.*

6 *Media Nox in Italia, & in Hispania qua hora habeatur?* & n. 7.

8 *In prima pulsatione Horologii horam mediæ Noctis designante, etiam ante finitas alias pulsationes, dicitur expleta media Nox.*

9 *Media Nox, ubi plura sunt Horologia, regulatur cum illo Parœciæ, seu Viciniæ, in qua Beneficiatus decessit, dummodo cesset fraus, & notabilis mala ejusdem Horologii inordinatio.*

10 *In dubio, quando Horologia discordant, judicandum est pro vacatione Beneficii in Mense ordinario.*

Intellige ut in n. 11.

12 *Horologia debent esse bene regulata, ut mediam Noctem probent.*

13 *Bona, vel mala ordinatio Horologii, debet probari de tempore præciso obitus Beneficiati.*

14 *Ubi Horologium auditum non fuit, vel nullum adest, aut inordinatum, media Nox regulanda est arbitrio Judicis ex hominum judicio, & conjecturis.*

15 *Gallicinium denotat Noctem jam fere exactam, & inceptum diem Mensis sequentis.*

16 *Contrarium, quod sit probatio nimium fallax, vel saltem conjectura levis.*

17 *Est tamen considerabilis, ubi agitur de sustinenda provisione Ordinarii, cui assistit jus commune.*

18 *Probatio temporis per distantiam itineris, est valde æquivoca.*

19 *Provisus Apostolicus probare tenetur lapsam fuisse, vel non, mediam Noctem, quando provisus ab Ordinario est reus, & possessor.*

20 *Spectat vero hujusmodi probatio ad provisum ab Ordinario, quando provisus Apostolicus est possessor, & reus.*

21 *Contrarium, quod etiam hoc casu talis probatio spectet ad provisum Apostolicum.*
Et redditur ratio. num. 22.

23 *Distinguitur, quod aut Mensis, qui labitur, est ordinarius, & vacatio Beneficii in sequenti Mense reservato probari debet a proviso Apostolico, aut est Apostolicus, & probatio, quod Beneficium vacaverit in sequenti Mense Ordinarii, expleri debet a proviso per Ordinarium.*

24 *Explicatur in quibus terminis hæc distinctio procedat.* & n. 25.

26 *In æqualitate probationum super obitu defuncti in Mense Apostolico, vel Ordinario, provisio anterior Ordinarii præferenda est provisioni Apostolicæ posteriori.*

27 *Amplia, etiamsi Provisio Apostolica sit anterior.*

28 *Episcopus conferens Beneficium vacans in fine sui Mensis, vel in principio illius, quid agere debet, ut consultius procedat.*

29 *Si facta morali diligentia nesciri possit, quo Mense Beneficiatus obierit, præsumtio est, quod mors sequuta fuerit in Mense ordinario.*

30 *Et provisio tali casu ab Ordinario expleta, præferri debet provisioni Apostolicæ etiã anteriori.*

31 *Obitus Beneficiati in Mense Apostolico probatur ex sola fama, etiam contra provisum ab Ordinario.*

32 *Beneficium vacans in Mense Ordinarii, potest ab eodem conferri, ingresso Mense Apostolico.*

33 *Mensis, in quo vacat Beneficium, debet non per verba dubitativa, sed* dispositive *exprimi Papæ, etiam in Gratia Motus proprii.*
Et redditur ratio. n. 34.

35 *Non sufficit narrativa, quod Beneficium vacaverit in Mense Apostolico.*

36 *Contrarium, quod id juxta hodiernam praxim sufficiat.*

37 *Expressio Mensis est necessaria, etiam stante Alternativa per Episcopum acceptata.*

38 *Et fieri debet, sive Beneficium vacet de jure, sive de facto.*

39 *Ad effectum reservationis Regulæ, sufficit, quod Beneficium vacet in Mense Apostolico de Jure, quamvis non de facto.*

40 *Expressio Mensis fieri debet in quacumque vacatione, etiamsi non sit per obitum, sed per contractum Matrimonii, assequutionem incompatibilis &c.*

41 *De pluribus limitationibus ad Regulam,* Remissive.

42 *Expressio Mensis non est necessaria in provisione Beneficii expleta per Ordinarium.*

43 *Ordinarii provisio substinetur, etiamsi modus vacationis expressus, non sit verus.*

44 *Expressio mensis non requiritur, quando Beneficium etsi vacans in Mense Apostolico, sit alteri reservationi fixæ obnoxium.*

45 *Expressio Mensis an sit necessaria, quando Papa providet Beneficia vacantia in Mensibus ordinariis? Referuntur varia Doctorum sententia, & amplectitur opinio negativa.* & n. 46. 47. & 48.

49 *Expressio Mensis non requiritur in provisione Beneficiorum vacantium in Mensibus reservatis vigore Concordatorum Germaniæ.*

50 *Intellige quando vacatio evenit in Mensibus prius per Regulam non reservatis, nempe* Martio, vel Septembri, *secus quando sequuta fuit in Mensibus, qui prius in Regula reservabantur,* Januario *nempe,* Majo, Julio, & Novembri.

51 *Per Concordata Germaniæ Papa non acquisivit novum jus quoad Beneficia vacantia in Mensibus prius fixe reservatis, sed antiquum sibi præservavit.*

52 *Præservatio Concordatorum facta in Regula, in quibus casibus locum sibi vindicet?*

53 *In provisionibus Beneficiorum Germaniæ, de stylo, semper exprimitur Mensis in quo sequuta fuit eorum vacatio.*

54 *Regulæ Cancellariæ interpretantur ex observantia.*

55 *Expressio Mensis in provisione Apostolica non arguit Beneficium esse reservatum vigore Regulæ.*

56 *Ad dignoscendum ex quo capite Papa Beneficia conferat, attenditur pars dispositiva Litterarum Apostolicarum.*

57 *Traditur formula, qua concipitur pars dispositiva Provisionum Apostolicarum de Dignitatibus uti reservatis vigore Regulæ IV. & de reservatis vigore Regulæ IX.* & n. 58.

Reservatio hæc, quæ in Regula continetur, 1
dicitur ratione *temporis*; sed non est absoluta pro omni tempore, sicut aliæ reservationes, de quibus in Regulis antecedentibus, verum restricta ad octo Menses, videlicet *Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris*, reliquis quatuor Mensibus, nempe *Martii, Junii, Septembris, & Decembris*, remanentibus ad dispositionem Ordinarii, ut in Regula habetur.

Incipit Mensis in terminis Regulæ a media Nocte
præcedente primum diem Mensis, & finit in media 2
Nocte subsequente ultimum diem illius Mensis juxta *Text. in l. more Romano ff. de Feriis.* quem in nostris terminis collationis Beneficiorum, sequuntur *Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 11. n. 10. Kochier. hic n. 10. Barbos. de Episcop. part. 3. alleg. 57. num. 183. Van Espen. in Jus Eccles. univ. tom. 2. part. 2. tit. 23. cap. 5. n. 7. Leuren. in for. Benef. tom. 2. quæst. 561. num. 1. Zyp. cons. Canon. lib. 3. tit. de Præb. consult. 5. Amouell. de tempor. Legal. lib. 3. cap. 1. n. 3. Ventrigl. in prax. tom. 2. adnot. 2. §. 2. n. 66. Ros. de Executor. cap. 6. num. 68. Lotterius de re Beneficiar. lib. 2. quæst. 40. num. 54. Cardinal. de Luc. de Benefic. disc. 15. n. 3. & seqq. Nicolartz. ad Concord. Germ. tit. 1. dub. 12. §. 2. p. 162. & tit. 3. p.* 190. refert Bullam Eugenii IV. circa Concordata Leodiensium cum ipso facta, in qua recedendo
a dispositione juris, voluit, Mensem incipere ab 3
ortu

ortu Solis primi illius diei, *Rot. decis.* 19. *num.* 3.
coram Celso, *& decis.* 804. *coram Dunoz. & decis.*
98. *n.* 1. *& seqq. part.* 19. *Recent.* ubi de stylo Da-
tariæ, & Cancellariæ, *& decis.* 1061. *n.* 1. *coram*
Emerix Jun. & in Palentina Abatia 27. *Aprilis*
1693. *coram Muto.*

Ampliatur Conclusio, etiamsi Beneficiorum col-
latio sit divisa, non per Menses, sed per Hebdo-
madas; utroque enim casu initium sumitur a media
4 Nocte ad mediam Noctem, cum nulla intercedat
differentiæ ratio inter unum, & alterum conferen-
di modum, *Rot. dec.* 98. *per tot. part.* 19. *Recent.*
ubi de celebri controversia exorta occasione vaca-
tionis Beneficiatua in Basilica S. Mariæ Majoris,
sequutæ hora secunda Noctis Sabbathi, inter Car-
dinalem Archipresbyterum, & Canonicum Tur-
narium, & deciditur in materia collationis Bene-
ficiorum, Hebdomadam incipere a media Nocte
5 Sabbathi, & terminari in media Nocte alterius Sab-
bathi, & solum Hebdomadam Ecclesiasticam, pro
regulandis nempe Divinis Officiis, & ad effectum
acquirendi Indulgentias, initium sumere a Vespe-
ris Sabbathi. In qua decisione plura scitu digna
traduntur. Et de modo quo in Basilica S. Mariæ
Majoris regulatur inter Capitulum, & Cardinalem
Archipresbyterum Beneficiorum collatio, diximus
in Commentar. in Regul. II. §. 3. *a n.* 167. *& seqq.*
& in Regul. VIII. §. 1. *n.* 24. *& seqq.*

Media Nox in Italia accipienda erit juxta quan-
6 titatem, seu magnitudinem, & parvitatem dierum;
& tempore *Æquinoctii* media Nox erit hora sexta,
Ubert. de citat. cap. 10. *n.* 274. *Nicolarts. ad Con-*
cord. German. tit. 1. *dub.* 12. §. 9. *Garc. de Benefic.*
part. 5. *cap.* 1. §. 11. *sub n.* 525. *Rota in Palentina*
Abatia 27. *Aprilis* 1693. §. *Vana*, *cor. Muto.* In
7 Hispaniis vero, & aliis locis, ubi Horologia inci-
piunt a meridie, & media Nocte, de duodecim,
in duodecim horas, in duodecima hora erit media
Nox, *Garc. dict. cap.* 1. *num.* 524. *Barbos. de po-*
test. Episcop. allegat. 57. *num.* 184. *Rot. decis.* 804.
n. 4. *coram Dunoz. Jun. & in dicta Palentina A-*
batia §. *citat.* Et quidem incipit in puncto, nempe
ubi cœpit audiri hora duodecima, etiam antequam
desinat sonare Horologium, seu ante finitas pulsa-
tiones illius horæ, nam cum prima pulsatio horæ
8 sonat, jam hora est expleta. *Nicolarts ad Concord.*
German. dict. tit. 1. *dub.* 12. §. 3. *Leuren. in For.*
Benefic. tom. 2. *quæst.* 561. *n.* 2. *Castropal. Oper.*
moral. tom. 2. *tract.* 13. *disput.* 21. *punct.* 22. §. 2.
num. 1. *Barbos. dict. allegat.* 57. *n.* 184. *Garc. de*
Benef. dict. cap. 1. *num.* 524. *Sanchez de Matrim.*
lib. 2. *disput.* 41. *sub n.* 40. *Ventrigl. part.* 2. *adnot.*
2. §. 2. *n.* 68. *Tondut. quæst. Benefic. part.* 2. *cap.* 3.
§. 8. *n.* 20.

Stantibus pluribus Horologiis, media Nox re-
9 gulanda venit cum Horologio Parœciæ, seu vici-
niæ, in qua defunctus obiit, aut illo, per quod
communiter reguntur homines, cessante fraude, &
notabili mala ordinatione talis Horologii, *Garc.*
ubi supra n. 525. *Ventrigl dict.* §. 2. *n.* 66. *Massobr.*
in prax. haben. Concurs. prælud. 23. *dub.* 6. *Card.*
de Luc. de Benefic. disc. 15. *num.* 13. *Leuren. dict.*
quæst. 561. *n.* 2. *Barbos. dict. alleg.* 57. *n.* 184. *in*
fine, *Castropal. loco cit. n* 1. *Rot. in Abulen. Por-*
tionis 17. *Decembris* 1646. *cor. Ghislerio apud*
Pasqualig. quæst. moral. jurid. 393. *n.* 13.

Quod si Horologia inter se non concordent, in
10 dubio standum est pro causa magis favorabili, nem-
pe pro collatione Ordinarii, *Leuren. dicta quæst.*
561. *num.* 3. *Barbos. alleg.* 57. *n.* 185. *Castropal.*
ubi supra dict. §. 2. *Zypæus dict. consult.* 5. *Nico-*
larts dict. tit. 7. *dub.* 12. §. 4. *Rota in dict. Abulen.*
cor. Ghisleria apud Pasqualig. sub num. 13. ubi de
morte sequuta inter pulsationes diversorum Horo-
logiorum, quorum aliqua pulsaverant ante obitum,
aliqua vero post. Verum hoc intellige ubi tantum 11
sunt duo Horologia, sed si multa adsint, dicen-
dum est id, quod de Testibus, ut sequamur fidem
illorum, qui numero vincunt, unde attendi debent
ea Horologia, quæ alias magis inter se uniformia,
& ordinata comperta fuerunt, *Garc. de Benef. par.*
5. *cap.* 1. §. 11. *n.* 525. *Card de Luc. de Benefic.*
disc. 15. *n.* 13. *&* 15. *Ros. de Executor. cap.* 7 *n.* 68.
Rot. decis. 19. §. *Non obstat, cor. Celso*, *& dec.* 804.
n. 7. *cor. Dunoz. Jun.*

Debent igitur Horologia esse bene regulata;
nam si inordinata esse probetur, in iis nullum con- 12
stitui debet fundamentum pro comprobando tem-
pore obitus Beneficiati, *Mandell. Alb. consil.* 83.
n. 26. *&* 27. ubi quod Horologia sæpe vacillant,
& non est habenda ratio pulsationis, postquam
per alios modos magis certos constat de mortis tem-
pore, *Caramuel. in suis Oper. tom.* 3. *de Theolog.*
intent. lib. 3. *quæst.* 9. *n.* 1437. ubi, quod potius,
quam Horologio male regulato, debet credi *Psitta-*
co mediam noctem dicenti. Advertendo tamen,
quod in his terminis bona, vel mala ordinatio Ho- 13
rologii percutere debet tempus præcisum mortis
Beneficiati, nec deducitur ex quo post duos, vel
tres dies bene, vel male ordinatum repertum fue-
rit, ut in terminis Horologii Viatorii dixit *Rota*
in Palentin. Abatia cor. Emerix decis. 1061. *n* 12.
& 27. *Aprilis* 1693. *cor. Muto.*

Ubi nullum adest Horologium, seu adest inor-
dinatum, aut quod audiri non potuit, accipienda 14
erit media Nox juxta judicium hominum, præser-
tim experientiam, & cognitionem de hoc haben-
tium, examinando unitim circumstantias omnes,
ex quibus media Noctis tempus erui possit. Quæ
omnia in hac materia prudenti Judicis arbitrio sunt
pensanda, *Mandell. Alb. cons.* 83. *a n.* 24. *per tot.*
Massobr. in prax. haben. Concurs. prælud 23. *n* 7.
Ventrigl. tom. 2. *annotat.* 2. §. 2 *n.* 69 *Nicolarts*
ad Concord. German. dict. dub. 12. §. 5 *Leuren in*
for. Benefic. Tom. 2. *quæst.* 561. *n.* 2. *Gonzal. Garc.*
& Castropal. locis max laudatis, *Tondut. part.* 2.
cap. 3. §. 8. *n.* 21.

Inter conjecturas tempus mediæ Noctis indican-
tes, ubi Horologia non adsunt, aut adsint inor- 15
dinata, considerari solet Gallorum cantus, qui cum
frequentius cantare soleant versus Auroram, deno-
tat Noctem esse jam fere exactam, & inceptum
diem mensis sequentis, ut fuit resolutum per *Ro-*
tam in quadam Aversana Parochialis coram Ora-
dino. relata per *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloss.* 11. *n.* 16.
& 17. *Palidor. Ripa de Nocturna tempore cap.* 160.
n. 5. *&* 9. *& cap.* 161. *n.* 3. *Murg. de Benefic. quæst.*
3. *n.* 318. *Ubert. de Citat. cap.* 10. *sub n.* 272. *An-*
tonell. de Tempor. legal. lib. 3. *cap.* 1. *n.* 3. *Corrad.*
in prax. Benef. lib. 3. *cap.* 6. *n.* 48. *vers. & in ter-*
minis Joseph Ludovic. decis. Perusin. 165. *num.* 7.
Rota in Palentina Abatiæ cor. Emerix decis. 161. *n.*
6. & latius 27. *Aprilis* 1693. §. *Ultimum*, *cor.*
Muto, in quibus Decisionibus firmatur ulterius,
quod licet in nonnullis Regionibus media Nox cir-
ca dies Festos, & Jejunia, reguletur a cantu Gal-
lorum, tamen hæc consuetudo non procedit in ma-
teria Beneficiali, in qua præcise attendi debet tem-
pus mediæ Noctis naturalis.

Sed hujusmodi probatio est nimium fallax, cum
Galli diu, noctuque cantare soleant, ut experien- 16
tia docet, *Pasqualig. quæst. moral.* 245. *n.* 3. *Mas-*
sobr. in Prax. haben. Concurs. prælud. 23. *dub.* 7.
Leuren. in for. Benefic. dict. quæstion. 561. *num.* 2.

in fin. Rot. dict. decis. 1061. *n.* 6. *cor. Emerix*, &
esse tantum præsumtionem levem, firmant *Castro-
pal. dict. punct.* 22. §. 2. *n.* 1. *circa fin. Gonzal.
dicta Gloss.* 21. *n.* 18. *& seqq. Barbos. de potest. E-
piscop cap.* 57. *n.* 187. qui remittit judicantis ar-
bitrio, quid iste cantus operetur, *Nicolarts ad Con-
cordat. German. dict. dub.* 12. §. 5. *Corrad. in prax.
Benefic. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 48.

Ubi tamen agitur de sustinenda provisione Or-
dinarii, cui assistit jus commune, præsumtionem
17 hanc ex Galli cantu, maxime considerandam esse
tradit *Garc. de Benefic. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 526. quem
sequuntur *Barbos. allegat.* 57. *n.* 187. *in fine, Leu-
ren. dict. quæst.* 561. *n.* 2. *in fin. Ventrigl. tom.* 2.
annot. 2. §. 2. *num.* 79. *Castropal. dict. punct.* 22.
§. 2. *num.* 1. *in fine, Vivian. de Jurepatr. libr.* 7.
cap. 4. *sub num* 19. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloss.*
11. *n.* 22. *&* 25. *Massobr. dict. Prælud. dub.* 7. *n.* 6.
& seqq.

Solent itidem nonnulli modum assequendi de-
cursum horarum desumere a quantitate temporis
pro itinere, & aliis occupationibus, seu moris,
Mandell. Alb. cons. 83. *a n.* 24. Sed pariter hæc
18 temporis probatio per distantiam itineris, est æ-
quivoca, cum tempus pendeat ex varietate velo-
cioris, aut tardioris motus, *Rota in Palentina A-
batia* 27. *Aprilis* 1693. §. *Tertium, cor. Muto*,
& cum in eadem causa peteretur subdelegatio Ju-
dicis pro experientia itineris, fuit illa denegata.

Remanet nunc examinandum ad quem spectet
probare fuisse, vel non fuisse elapsam mediam No-
ctem, num ad Provisum ab Ordinario, vel ad
Provisum Apostolicum. Et primo advertendum
19 venit, quis sit reus, & quis actor; Si enim Provi-
sus ab Ordinario est reus, & possessor, tunc Pro-
viso Apostolico actori incumbit onus concludenter
probandi intentionem suam, quia dum innititur
Apostolicæ Provisioni in vim Reservationis resul-
tantis ex vacatione Beneficii in Mense reservato,
hinc vacatio in tali Mense, super quo jus suum est
fundatum, est præcise, & concludenter probanda,
Cardinalis de Luc. de Benefic. disc. 15. *n.* 6. *&* 7.
Gonzal. ad Reg. 8. *Gloss.* 11. *a n.* 7. *Barbos. allegat.*
57. *n.* 188. *Pasqualig. Quæst moral.* 393. *sub n.* 8.
& ibi *Rota in Abulen. Pensionis coram Ghislerio,
& dec.* 19. *n.* 2. *cor. Celso, & decis.* 804. *cor. Du-
nozzett. Jun.* in quibus Decisionibus firmatur ul-
terius, satis esse rem esse dubiam, & quoquomodo
offuscari posse ex parte possessoris probationes de-
ductas per Actorem, qui clare evincere debet re-
servationem Mensis, in qua se fundat.

Major cadit difficultas, quando econverso reus
20 & possessor est Provisus Apostolicus, econtra ve-
ro actor provisus ab Ordinario. Et hoc casu *Gon-
zal. dict. Gloss.* 11. *a n.* 26. existimat possessorem,
quamvis Provisum Apostolicum, relevari ab onere
probandi, quod Beneficii vacatio sequuta fuerit
in Mense Apostolico, ex regula, quod actor pro-
bare debet, & reo sufficit vincere per non jus acto-
ris, *ad text. in leg. Extat* 25. *ff. de Jur. Fisc. leg.
Qui accusare C. de edendo, leg. Actor Cod. de Pro-
bat. Cap. unic.* §. *Sane, de Jur. Juran. Cap. Inter*
21 *Dilectos, de Fid. Instrum.* Contrarium vero, quod
hujusmodi probatio spectet ad ipsum Provisum A-
postolicum, quamvis reum, & possessorem, ma-
jori DD. calculo receptum est, *Garc. de Benef.
part.* 5. *cap.* 1. *n.* 503. *& seqq. Leuren. in For. Bene-
fic. tom.* 2. *quæst.* 562. *n.* 4. *& seqq. Castropal. dict.
punct.* 22. §. 2. *n.* 5. *& sequen. Barbos. allegat.* 57.
sub n. 188. *Pasqualig. dict. quæst.* 393. *n* 8. *&* 9. ubi
reddit rationem, quod provisus ab Ordinario ha-
22 bet intentionem in Jure fundatam, & præsumtio-
nem pro se, quod Beneficium vacaverit Mense jam
incœpto ordinario, unde onus probandi contrarium
transfunditur in adversarium, quamvis possidentem,
quæ tamen ratio confundi videtur cum eo, quod
tradit ipsemet *Pasqualig. quæst.* 235. ubi explicat,
quomodo Ordinarius habere dicatur fundatam in-
tentionem, ut mox dicemus.

Ceterum in hac materia inspiciendum est, ad
quem spectat Mensis præcedens, qui expiravit, si-
ve sit Pontificius, sive Ordinarius, itaut Mensis
præcedens non censeatur elapsus, nisi constet elap-
sam esse ultimam mediam Noctem illius Mensis. Is
enim ad quem spectat Mensis, qui elabitur, est in
possessione ratione illius Mensis, conferendi Bene-
ficia in eo vacantia, itaut possideat jus conferendi
quousque durat Mensis, unde quando non constat,
quod Mensis sit elapsus, locum habet Regula, quod
in dubio melior sit conditio possidentis, ut distin-
guunt *Pasqualig. quæst.* 245. *n.* 4. *usque ad finem,
Card. de Luca de Benefic. disc.* 15. *num.* 14. *& seqq.*
Igitur si Mensis qui labitur, est Ordinarius, puta 23
Junius, December &c. tunc cum præsumtio assistat
proviso ab Ordinario, reservatio debet concluden-
ter probari a Proviso Apostolico, juxta casum *Card.
de Luc. dict. disc.* 15. E converso autem, si Men-
sis, qui labitur sit reservatus, tunc certa remanet
reservatio, quamdiu durat Mensis tamquam eidem
affixa, itaut non possit excludi, nisi per superve-
nientem Mensem Ordinarium, ideoque nisi con-
stet, quod supervenerit, non eliditur reservatio,
etiam si afferantur conjecturæ dubiæ, quæ tamquam
incertæ prævalere non possunt contra certam Re-
servationem, & contra jus certum Pontificis con-
ferendi, ut prosequitur *Pasqualig. dict. quæst.* 245.
n. 7. *&* 8. ubi respondens ad objectum, quod Or-
dinarius habet intentionem in jure fundatam, ait,
quod hoc non procedit post factam divisionem Men-
sium, qua attenta, Ordinarius non habet pro col-
latione Beneficiorum intentionem in jure funda-
tam, nisi in propriis Mensibus, & in istis tantum
habet præsumtionem pro se, quemadmodum eam
habet Papa in suis Mensibus Apostolicis, unde
quando Pontifex est in possessione sui Mensis, trans-
fertur onus probandi in Ordinarium, seu in provi-
sum ab eo, quod præfatus Mensis expiraverit.

Sed hanc distinctionem ego existimarem atten-
dendam esse ad effectum, ut major aliqua præsum-
tio in concursu probationum, hinc inde assisteret
magis uni, quam alteri Mensi, non vero, quod
exinde possit desumi argumentum efficax, quod o-
nus contrarium concludenter probandi, spectet ad 24
eum, qui habet provisionem de Beneficio uti va-
cato in subsequenti Mense, & ita intelligitur *Card.
de Luc. dict. disc.* 15. *sub n.* 15. *de Benefic.* Aut 25
quando nemo ex Provisis possidet; Cum de cetero
si Provisus ab Ordinario sit possessor, quamvis
Mensis antecedens sit Apostolicus, adhuc proviso a
Papa incumbit onus concludenter probandi reser-
vationem, in qua principaliter ejus gratia funda-
tur, *Rot. decis.* 404. §. *final. cor. Dunoz. Jun.*

Considerandum itidem est, quis habeat priorem
provisionem. Nam si provisus ab Ordinario sit in
provisione Beneficii anterior, absque dubio præfe- 26
rendus erit Proviso Apostolico in æqualitate proba-
tionum, *Leuren. in For. Benefic. tom.* 2. *quæst.* 562.
n. 2. *Pasqual. quæst.* 393. *per tot.* ubi cum proba-
tiones essent pares, quia aliqua Horologia pulsa-
verant ante obitum, alia vero post, & sic proba-
bile jus utrique proviso tam Apostolico, quam Or-
dinario assisteret, hinc resolvit, attendendam esse
prioritatem provisionis, quæ in eo casu erat Ordina-
rii; Quemadmodum existimant laudati DD. præ-
latio-

lationem deberi Proviso Apostolico, si ostendat
collationem, quam a Pontifice reportavit, ante-
riorem esse provisione Ordinarii.
Sed distinctio hæc ultro admittenda venit, ubi
agitur de provisione ab Ordinario antecedenter ex-
27 pleta, secus vero si de provisione Apostolica, in
qua non consideratur in re dubia ejusdem anterio-
ritas. Cum enim Provisus Apostolicus teneatur
probare reservationem, cui ejus provisio innititur,
etiam si hæc sit anterior provisione Ordinarii,
*Garc. de Benefic. cap. 1. n. 532. Barbos. dict. alle-
gat. 57. num. 188. in fine, Castropal. Oper. moral.
tom. 2. tract. 13. disputat. 21. punct. 22. §. 2. Rot.
in Monasterien. Canonicatus 19. Februarii 1714. §.
final. cor. Ansaldo.* Sequitur, quod nisi clare illam
probaverit, sed probationes hinc inde sint dubiæ,
debeat vincere provisus ab Ordinario, qui habet
intentionem fundatam, & cui sufficit quoquo mo-
do excludere probationes Provisi Apostolici.
Ad evitandas autem hujusmodi controversias con-
sulte operabitur Ordinarius, si ante Beneficii col-
28 lationem, examinari faciat Testes de hora, & pun-
cto obitus Beneficiati, & in ipso collationis In-
strumento id adnotaverit, juxta monitum *Gonzal.
in Regul. 8. dicta gloss. 11. n. 11. Van Espen in Jus
Eccles. univers. tom. 2. part. 2. tit. 23. n. 8 Massob.
in Prax. haben. Concurs. præIud. 23. dub. 7. n. 19.
Nicolartz ad Concord. Germ. dub. 12. §. 2. in fine*,
cum aliis apud *Rot decis. 19. §. Nec abstant. cor.
Celso.* Imo adhiberi curet Notarium, & Testes,
qui moribundo assistant cum Viatoriis Horologiis,
& magis adnotent punctum mortis, ut servatum
fuisse in *Salernitana Civitate, ait Card. de Luc. dict.
disc. 15. in fin.* & in supradicta *decis. Palentin. A-
batiæ cor. Emerix, & Muto.*
Quærunt etiam hic DD. quid agendum, si fa-
cta morali diligentia nesciri potuerit, quo Mense
Beneficiatus decesserit, utpote quia obiit in Sylvis,
Fluvio, Mari &c. aut quia prima die Januarii
inventus est mortuus in lecto, & nescitur, an e vi-
ta migraverit ante, vel post mediam Noctem; Et
29 in hoc dubio præsumendum esse pro Ordinario,
tradunt *Garc. part. 5. cap. 1. §. 11. n. 528. Nico-
lartz ad Concord. German. tit. 1. dub. 12 §. 7. pag.
mihi 165. Massobr. in Prax. haben. Concurs. præIud.*
30 *23. dub. 7.* ubi quod in his casibus id plane consilii
capiendum erit Ordinariis, ut conferant, *Leuren.
in For. Benefic. tom. 2. quæst. 562. n. 1. Castropal.
Oper. moral. dict. punct. 12. §. 2. a n. 2. usque ad
finem*, ubi ait, id procedere etiamsi provisio Ponti-
ficis esset anterior, & contrariis respondet *Ventrigl.
tom. 2. annot. 2. §. 2. n. 70. Rot. in Monasterien.
Canonicatus 19. Februarii 1714. §. fin. cor. bon.
mem. Ansaldo.*
Sed in casu obitus Beneficiati in Mari per nau-
fragium, *Rot. in Corduben. Beneficii 1. Julii 1722.
cor. clar. mem. Card. Falconerio*, inter ejus impress.
31 *tom. 3. decis. 18. n. 2. tit. de Rescript.* censuit ex
sola fama probari, illum sequutum fuisse in Men-
se reservato, etiam contra provisum ab Ordinario,
cum in re difficilis probationis, semiplena pro-
batio, quæ oritur ex fama, reputatur ad instar
plenæ probationis, *Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 11.
num. 103. Marescott. Var. resolut. cap. 1. libr. 2.
num. 199. Rot. decis. 666. & decis. 731. part. 3.
divers.*
Præterea quærunt, an si Beneficium vacet in
Mense ordinario, & illud non conferatur eo Mense,
an possit postea conferri ingresso Mense Apostolico?
& absque dubio affirmative respondendum, quia
32 Ordinarii habent de jure tempus sex mensium ad
conferendum Beneficia ad eorum provisionem spe-
ctantia, *Cap. Nulla. de Concess. Præbend. Cap. Li-
cet, de Supplen. neglig. Prælat. Clementin. in eod. tit.*
quod tempus elusorium remaneret, si Beneficia in
eorum Mensibus vacantia, in Mense Apostolico
conferre prohiberentur, *Barbos. dict. alleg. 57. n.
189.* ubi alias quoque adducit rationes, *Gonzalez
dict. gloss. 11. a n. 48. Garc. de Benefic. part. 5. cap.
1. n. 536. Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæst. 563.
Nicolartz ad Concord. German. dict. dub. 12. §. 2.
Ventrigl. ubi supra n. 71.*
Ceterum de Mense, in quo vacat Beneficium,
dispositive mentio fieri debet Pontifici, etiam in 33
Gratiis, quæ *Motu proprio* emanarunt, alias nullæ
sunt, ut expresse decernitur in Regula, itaut Men-
sis simpliciter, & affirmative exprimi debeat, nec
satis sit illum exprimere per verba dubitativa *forte,
ut asseritur &c.* Ratio enim hujus expressionis con- 34
sistit in eo, ut Papa sciat, an Beneficium vacave-
rit in suo Mense, an vero in illo Ordinarii: Per
hujusmodi autem formulas, seu narrativas dubita-
tive conceptas liquere non potest, quo vero Mense
sequuta fuerit Beneficii vacatio; late *Gonzal. ad
hanc Regul. gloss. 32. num. 1. & sequentib. Kochier.
ibidem gloss. 13. n. 1. & seqq. Garc. de Benefic. part.
5. cap. 1. n. 655. & seqq. Leuren. in Foro Benefic.
quæst. 664. n. 1. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. cap.
6. n. 44. & seqq. Castropal. dict. punct. 22. § 5. n. 1.
Ros. de Executor. cap. 5. n. 253. Rot. in Leodien.
seu Aquisgranen. Canonicatus 2. Julii 1703. §. Hinc,
cor. Kaunitz.*
Imo nec sufficit, quod dicatur vacasse Benefi-
cium in *Mense reservato*, sed narrandus est *Mensis*
in particulari, *Corrad. dict. cap. 9. num. 47.* ubi 35
quod ita docet notorius stylus Curiæ, & quod
Dataria non admittit supplicationem, nisi in ea dis-
positive dicatur, quod Beneficium vacaverit de
tali mense, nempe *Januarii. Februarii &c. Ros.
de Execut. cap. 6. n. 253. & seqq. Garc. de Benefic.
part. 5. cap. 1. n 656*
At cum hodierna praxis sit, quod in supplica-
tione admittatur expressio de Mense reservato, &
in Cancellaria exprimantur dispositive omnes Men-
ses reservati, inde fit, quod sufficit Pontifici nar-
rare Beneficium vacasse in uno ex Mensibus reser- 36
vatis, absque eo quod necessaria sit expressio præ-
cisa mensis reservati, puta *Januarii*, aut *Februa-
rii &c.* Talis enim individualis mensis expressio
non est necessaria in Provisionibus Apostolicis, in
quibus sufficit, quod Pontifex sciat, se disponere
de Beneficio vacato in Mense vere reservato, *Ca-
stropal. loca citat. n. 2. Leuren. in for. Benefic. tom.
2. cap 563. n. 2. Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 11 n.
106. & gloss 35. n. 59. & n. 52 & in Asloricen. Be-
neficii 21. Januarii 1715. §. final. cor. bon. mem.
Cerro, & in Abulen. Cappellaniæ 28. Januarii
1715. §. Nec retardari, cor. bon. mem. Ansaldo,
& in Hildesimen. Canonicatus 20. Januarii 1717.
§. Plenissime, cor. eod. Cerro*, confirmata 14. *Mar-
tii 1718. cor. Reverendiss. Crispo* inter ejus impress.
decis. 476.
Fieri tamen debet expressio Mensis, etiam stan-
te Alternativa per Episcopum acceptata, ex ratio- 37
nibus deductis per *Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1.
n. 658. Kochier. ad hanc Regul. gloss. 13. sub n. 2.*
& fieri debet in vacatione tam de jure, quam de 38
facto, cum ad effectum, ut locum sibi vindicet
dispositio Regulæ, sufficiat, quod Beneficium va-
cet *de Jure* in Mense reservato, quamvis non va- 39
cet *de facto*; Quinimo in concursu utriusque va-
cationis semper prævalet vacatio *juris*, quæ poten-
tior est vacatione *de facto*, *Fagnan. in Cap. Litte-
ras n. 19. & seqq. de Præbend. Lap. allegat. 18. n. 1.*

& ibi late Mandof. Gonzal. gloff. 15. §. 1. n. 14. & feqq. & n. 63. 79. & 80. Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæft. 8. num. 24. Rot. in Mediolanen. Optionis 3. Martii 1684. §. Et proinde, cor. Urfino. Prout etiam neceffaria eft Menfis expreffio in quacumque
40 alia vacatione Beneficii, quæ fequatur in Menfibus vigore Regulæ refervatis, etiamfi non fit per obitum, fed per contractum Matrimonii, Profeffionem regularem, affequutionem incompatibilium &c. Garc. dicto cap. 1. n. 665. & feqq. Gonzal. dict. gloff. 32. a n. 26. Kochier. ad hanc Regul. gloff. 11. n. 6. Caftropal. dict. punct. 22. §. 5. n. 9. & 10. Rof. de Executor. cap. 6. n. 259. Rot. decif. 512. num. 4. part. 19. tom. 2. Recent. & in Leodien. feu Aquifgranen. Canonicatus 2. Julii 1703. §. Hinc, coram Kaunitz.

Octo limitationes ad hanc conclufionem, quod
41 neceffaria fit expreffio Menfis, ponit Tondut. Refolut. Benefic. part. 2. cap. 3. §. 8. a n. 11. ufque ad 19. & plures alias enumerant Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 1. n. 49. Caftropal. dict. punct. 22. §. 5. n. 11. & feqq. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 667. Kochier. dict. gloff. 11. n. 7. nempe quod locum non habeat in Beneficiis vacantibus per Refignationem, in Beneficiis de jurepatronatus Laicorum, in fubrogatione gratiofa, in Gratia Perinde valere, in Provifionibus, quæ fiunt jure devoluto, & in aliis penes ipfos videndis. Nos autem nonnullas feligemus, quæ magis in praxi frequentes effe poffunt.

Et primo, expreffio Menfis fieri debet in pro-
42 vifionibus Apoftolicis, non vero Ordinariis, ut ex pluribus rationibus, quas ponderant Gonzal. ad hanc Regul. gloff. 32. n. 46. Garc. ubi fupra n. 674.
43 Tondut. dict. cap. 3. §. 8. n. 16. Quocumque enim modo conferant Ordinarii, femper illorum collatio fuftinetur, etiamfi ille modus verus non fit, Geminian. conf. 52. per tot. Gomez. ad Regul. de Annal. quæft. 9. §. Adjuvatur, Rot. in Alerien. Parochialis cor. Emerix decif. 1030. n. 7. & decif. 1049. n. 9. confirmat. 28. Novembris 1692. cor. Muto, & 23. Februarii 1693. §. Neque relevat, coram Molines inter impr. ff. decif. 250.

Secundo, non eft neceffaria hujufmodi expreffio, quando agitur de Beneficiis, alio modo refer-
44 vatis, quam vigore Regulæ IX. nam quandocumque eorum vacatio contingit, femper funt Pontifici refervata, & fic non poteft confiderari præjudicium aliquod Ordinariorum, Gonzal. dicta gloff. 23. n. 39. Corrad. in Prax. Beneficiar. lib. 3. cap. 6. n. 44. Kochier. ad hanc Regul. gloff. 13. n. 7. Leuren. in for. Benefical. quæftion. 563. n. 5. Tondut. Refolut. Benefic. part. 2. cap. 3. §. 8. n. 12. Caftropal. dict. punct. 22. §. 5. num. 11. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 668. & n. 541. Rot. decif. 25. num. 3. cor. Puteo, ubi exemplum ponit de Beneficio vacante per obitum Auditoris Rotæ, & decif. 287. n. 2. cor. Seraphin. decif. 64. n. 2. poft Tondut. de Penfion. & in Compoftellana Parochialis 17. Novembris 1690. §. non obftat, cor. clar. mem. Cardinali Caccia, ubi de Beneficio refervato ob Sedem Epifcopalem vacantem, & ob non factum Concurfum.

Tertio, non requiritur expreffio Menfis, quando Papa providet in Menfe ordinario, fed tantum quando providet in menfe refervato. Circa quod ad-
45 venendum, quod tres fuerunt in hac materia opiniones. Prima quod fieri debeat mentio de Menfibus, tam ordinariis, quam refervatis. Secunda,
46 quod fieri debeat mentio de ordinariis tantum, non autem de refervatis, ea potiffimum ratione, quod in Beneficiis refervatis ceffat ratio finalis Regulæ, cum Papa folus de illis difponat, & hanc opinionem tenet Gonzal. dict. gloff. 32. n. 52. quem fequuta eft Rot. in Monafterien. Canonicatus 9. Decembris 1643. §. Præterea, coram Ghislerio... ibi — Menfis enim Septembris vigore Concordatorum Germaniæ eft refervatus Sedi Apoftolicæ, & ideo cum ceffet præjudicium inferioris Collatoris, & confequenter ratio Regulæ VIII. hodie IX. requirentis expreffionem Menfis, fuftinetur collatio, nulla Menfis facta expreffione, ut in individuo tradit Gonzal. ad Regul. 8. gloff. 32. n. 49. & 53. in quibus locis firmat, quod expreffio Menfis, fit dumtaxat neceffaria in Menfibus Ordinarii, non autem in refervatis, ea potiffimum ratione inter alias, quod in Beneficiis refervatis ceffet ratio finalis Regulæ IX. cum Papa folus de illis difponat; mandatur enim in ea fieri mentionem Menfis, ne Ordinariis fiat præjudicium in fuis collationibus, fed Ordinarii nullum habent jus ad providendum Beneficia alias refervata, licet vacent in Menfe ordinario, ergo ceffat ratio, & difpofitio Regulæ. Idem concludit Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæft. 23. n. 37. & fequentib. hactenus Decifio, cujus verba tranfcripfimus, quia non reperitur inter Recentiores impreffa, & per eafdem rationes confirmata 16. Januarii 1645. cor. eodem Ghislerio §. Quia quidquid fit, ubi, quod ita loquitur hæc Regula.

Et demum tertia opinio fuit, quod fieri debeat Menfis expreffio, quando Beneficium vacat in octo Menfibus refervatis, non autem fi illius vacatio fe- 47
quatur in Menfe Ordinario, ut coram Put. decif. 53. n. 1. & feqq. ubi, quod ex quinque Votantibus, tres fuerunt pro hac opinione ex rationibus ibi deductis, ea præcipue, quod Regula ftricte intelligenda fit de Menfibus ibi expreffis; cumque Papa fupra loquutus fuerit de octo Menfibus refervatis, fequitur, quod dum poftea fubdit, de dictis Beneficiis tunc vacantibus mentio fiat, referri id debeat ad Menfes Apoftolicos fupra expreffos, non autem ad Ordinarios, de quibus nulla in Regula facta eft mentio, Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæft. 23. n. 37. & feqq. ubi quod ratio, quæ turbavit mentem Gonzalez, potius retorquetur, Tondut. dicta part. 2. cap. 3. §. 8. n. 10. Garc. de Benefic. part. 6. cap. 1. n. 657. ubi reprobando Gonzalez ait, Decifiones per eum allegatas non loqui de Beneficiis vacantibus in Menfibus refervatis, fed de Beneficiis alias refervatis, quam ratione Regulæ, Kochier. ad hanc Regul. gloff. 13. n. 2. ubi pariter reprobat Gonzalez, Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæft. 563. n. 3. Rof. de Executor. cap. 6. n. 263. & feqq. late Caftropal. dict. punct. 22. §. 5. n. 5. & 6. ubi refpondet contrariis, Rot. decif. 516. n. 7. coram Coccino, repetit. in Recent. decif. 79. part. 4. Ex quibus patet, hanc opinionem effe magis communem:
propter quod Rota in duabus aliis difputationibus 48
habitis in dicta Caufa Monafterien. Canonicatus cor. Ghislerio, hoc motivo relicto, ad aliud convolavit, ut apparet ex dec. 205. num. 2. & 3. part. 10. Rec.

Quarto, non requiritur Menfis expreffio, quando refervatio Menfis non deducitur ex Regula, fed ex Concordatis Germaniæ, quæ nullam imponunt 49
neceffitatem exprimendi Menfem, quæque fuerunt expreffe a Regula excepta, Rota in dicta Monafterien. Canonicatus 16. Januarii 1645. §. Quia quidquid fit, coram Ghislerio, confirmata cor. eod. in decif. 205. n. 3. part. 10. Recent.

Intellige tamen Conclufionem[1], quando vacatio Beneficiorum Germaniæ evenit in Menfibus, qui prius ratione Regulæ non erant refervati, fed fpe- 50
ctabant ad Ordinarios, ut funt Martius, & September;

ber; dum enim in Concordatis, in quibus de no-
vo Sedi Apostolicæ reservantur, expressio non de-
mandatur, illa facienda non est, & in his termi-
nis procedunt Decisiones in Causa *Monasterien. Ca-
nonicatus cor. Ghisleria*: ibi enim vacatio evenerat
de mense *Septembris*; Secus vero quando Benefi-
ciorum vacationes sequuntur in aliis quatuor Men-
sibus, qui prius etiam in Regula reservabantur, ut
51 *Januarius*, *Majus*, *Julius*, & *November*, tunc
enim expressio Mensis est omnino necessaria, quia
quoad istos antecedenter fixe reservatos, non fuit
Papæ novum jus acquisitum, sed primævum tantum
præservatum, ut distinguendo tradit *Rota decis.
5'6. num. 6. vers. Quantum attinet, & seqq. cor.
Coccin. & decis. 522. num. 6. & 7. part. 19. tom. 2.
Recent.* & expresse admittitur in dicta *Hildesimen.
Canonicatus 20. Januarii 1717. §. Plenissima, cor.
bon. mem. Cerro*, confirmata 14. *Martii* 1718. *§.
Haud absistente, cor. Reverendissimo Crispo*, inter
impressas *decis.* 476. in quarum Decisionum thema-
te agebatur de Canonicatu, qui vacaverat in men-
se *Novembris*. Et in terminis Beneficii Germaniæ
vacantis per assequutionem incompatibilis in mense
Julii, quod necessaria erat in illius provisione men-
sis expressio, dixit *Rot. in Leodien. seu Aquisgra-
nen. Cananicatus 2. Julii 1703. §. Hinc cessat, co-
ram Kaunitz.* Papa enim in Concordatis processit
quoad dictos proprios Menses per viam simplicis
præservationis, ut patet ex Constitutione *san. mem.
Nicolai V.* inter ejus impressas *la* 1. §. 4. qua Con-
cordata approbavit, & confirmavit; Et præserva-
tionis natura est conservare jus primævum cum
suis qualitatibus, ut prosequitur *Rota dicta decis.
522. n. 8. & 9. part. 19. tom. 2. Rec.*

Nec momenti est, quod in eadem Regula exci-
piantur, & præserventur Concordata; Quia ex-
52 ceptio, & præservatio procedit in iis casibus, in
quibus Regula præjudicat juri conferendi, quod
Ordinariis Germaniæ fuit per Papam concessum,
secus autem in aliis, in Beneficiis præsertim, quæ
nnn sunt, nec umquam fuerunt collationis eorum-
dem Ordinariorum, sed ipsius Papæ; in his enim
Regula IX. & aliæ Cancellariæ Regulæ locum
habent, sicuti in Beneficiis cujuscumque alterius
Regionis, ut distinguendo tradunt DD. ipsi Ger-
mani *Carol. de Mean. in Jus Civile Leodien. obser-
vat. 335. Branden. ad Concordat. German quæst. 1.
n. 4. & seqq. & quæst. 9. n. 6. & sequen. Kochier.
ad hanc Regul. gloss. 11. num.* 30. & dixit *Rot. dec.
522. n. 10. part. 19. tom. 2. Recent.* Idque compro-
53 bat etiam observantia, quia in omnibus vacationi-
bus Beneficiorum Germaniæ, quæ in Mensibus
Apostolicis succedunt, qnæque in dies occurrunt,
semper exprimitur Mensis. Observannia enim be-
54 ne comprobat dictæ Regulæ intelligentiam, ut in
specie tradit *Gonzal. ad eandem gloss. 63. n. 9. Rot.
dicta decis. 522. part. 19. tom. 2. Recent.*

Pro coronide tandem advertendum est, quod
non ex eo, quod in Provisione Apostolica facta
55 legatur Mensis expressio, exinde deduci debet il-
lam expletam fuisse ex capite Reservationis Regu-
læ IX. Nam ad dignoscendum, ex quo reserva-
56 tionis capite Papa provideat, recurrendum est ad
partem dispositivam Gratiæ; unde si in dispositiva
narretur, quod est principalis Dignitas in Colle-
giata, & incipiat Procemium cum clausula -- *Du-
dum siquidem omnes Dignitates in Collegiatis Eccle-
siis principales &c.* tunc quamvis in Litteris Apo-
stolicis adsit expressio Mensis, in quo sequuta fuit
57 Dignitatis vacatio, dicendum est, provisionem
factam fuisse ex capite *Regulæ IV.* cum de cetero,
58 quando Provisio Apostolica fit in vim Regulæ IX.

incipit Procemium -- *Dudum siquidem omnia Beneficia Ecclesiastica in certis tunc expressis Mensibus vacantia &c.* -- ut est notoria praxis, & advertunt *Amayden. de styl. Datar. cap. 32. n. 76. Rot. decis. 333. n. 5. coram Molines*, & diximus in *Comment. ad Regul. IV. §. 2. n. 50.*

§. II.

De Beneficiis, quæ sub reservatione Regulæ comprehenduntur.

ARGUMENTUM.

AFficit Regula omnia Beneficia Ecclesiastica (quorum requisita numerantur) etiam post ejus editionem erecta, & in quibuscumque Ecclesiis, tametsi Patriarchalibus existentia. Explicatur natura Personatuum Provinciæ Cathaloniæ, & an reservationi Regulæ subjaceant? Refertur quid actum fuit in Concilio Tridentino pro eximendis Beneficiis Curatis a Reservationibus, quæ tamen præservatæ remanserunt, sed præscripta forma Concursus adhibendi etiam in Beneficiis Curatis de Jurepatronatus Ecclesiastico; unde improbatur consuetudo in quibusdam Regionibus vigens, dicti Concursus exclusiva. Disseritur, an sub reservatione Regulæ comprehendantur Vicariæ, Beneficia in primæva eorum erectione vacantia, Electiva, Regularia, & Sæcularizata, Canonicatus Pœnitentiarii, Theologales, & Beneficia de Jurepatronatus Laicali, Ecclesiastico, vel mixto. Ex quibus censeatur Fundatores eximere voluisse a reservatione Regulæ Beneficia de Jurepatronatus Ecclesiastico, & an tale sit, quando reservatur ad favorem Canonissarum sæcularium, & Beguinarum, aut favore Ministrorum Sæcularium Ecclesiæ inservientium. Juspatronatus relictum Custodibus Confraternitatis ad Sancta Sanctorum, & Guardianis Hospitalis ad Lateranum, fuit judicatum laicale. Enumerantur signa constituentia Hospitale Religiosum, & Ecclesiasticum. Sunt immunia a reservatione Regulæ Beneficia de Jurepatronatus laicali, ex Privilegio, ob causam tamen onerosam gratiæ præponderantem, acquisito; quemadmodum Beneficia Jurispatronatus mixti, etiamsi minor pars spectet ad Patronos laicos, dummodo, diviso inter eos exercitio Juris præsentandi per Turnum, vacatio Beneficii non sequatur in Turno Patroni Ecclesiastici. Afficit tamen Regula Beneficia etiam

etiam ad quarumcumque Collatricum provisionem spectantia, nec non Patrimonialia, & debita certo generi Personarum, ac vacantia sive per mortem naturalem, sive civilem, aut per assequutionem incompatibilium Ordinaria auctoritate collatorum, de quibus provisi adepti fuerint possessionem in mense Apostolico. Explicatur quando Regula comprehendat Beneficia de Mensa, & unita, ac distinguuntur plures unionum species. Officia, & Hospitalia Religiosa, in titulum perpetui Beneficii conferri solita, cadunt sub Regula, & an eidem subjaceant Præbendæ, quas obtinent Canonissæ? & hac occasione de earumdem statu disseritur.

S U M M A R I U M.

1 *Beneficia omnia Ecclesiastica, quomodocumque qualificata, subjacent Reservationi Regulæ.*

2 *Enumerantur signa denotantia Beneficium esse Ecclesiasticum.*

3 *Deficiente Episcopi auctoritate in Beneficii erectione, illud non est Ecclesiasticum, sed Legatum pium cum onere Missarum.*

4 *Amplia, etiamsi in ultimo statu intercesserit Ordinarii institutio.*

5 *Deficientibus Testamenta, Instrumento fundationis, & statis anterioribus, ultimus status collationis tanquam de Beneficio perpetuo Ecclesiastico, facit præsumere, illud esse tale.*

6 *Et hoc casu de tali Beneficio Papa disponit cum expressione, quod in titulum Beneficii sit conferri solitum.*

7 *Beneficia amovibilia, & manualia etsi Ecclesiastica, non subjacent Reservationibus Apostolicis.* & n. 9. *&* 10.

8 *Nec in Galliis, talia Beneficia sunt obnoxia Indultis Consiliariorum, & nominationibus Regiis.*

12 *Beneficia manualia, accedente consensu interesse habentium, possunt ad vitam conferri; sed succedente postmodum vacatione revertuntur ad pristinam naturam. &* n. 13.

14 *Refertur exemplum Provisionie Apostolicæ Beneficii manualis ad vitam obtinentis.*

15 *Beneficia manualia possunt consuetudine, vel præscriptione fieri perpetua.*

16 *Beneficia omnia sæcularia in dubio præsumuntur perpetua.*

17 *Maxime si Beneficium ab initio fuerit curatum, etiam si postea Parochiani recesserint, & nullos fructus amplius habeat.*

18 *Manualitas excluditur ex collationibus de Beneficio expletis in titulum perpetuum.*

19 *Regula comprehendit* Personatus. *Et quid sit* Personatus.

20 Personatus *numeratur inter Beneficia Ecclesiastica.*

21 *An sub Regulæ comprehendantur* Personatus *erigi soliti in Cathalonia, & explicatur eorum qualitas.* n. 25.

22 Personatus *Provinciæ Cathaloniæ, licet non sint perpetui, considerantur uti Beneficia Ecclesiastica.* & n. 24.

23 *Beneficia possunt vigore Privilegii, aut immemorabilis consuetudinis esse Ecclesiastica, quamvis non perpetua.*

26 *Refertur Epistola Nuncii Hispaniarum, in qua referuntur fraudes, & abusus, qui irrepunt in dictorum* Personatuum *institutione.*

27 *Præordinata conventio erigendi* Personatum, *ad finem illum permutandi cum Beneficio Ecclesiastico, vel obtinendi Coadjutoriam, est simoniaca.*

28 *Ex Constitutione Concilii Provincialis Tarraconen. Dos* Personatus *in casu illius extinctionis, applicari debet piis operibus in perpetuum.*

29 *Conditio in erectione* Personatus *apponi solitæ, quod ultimus Possessor libere de illius bonis disponat, non debet ab Ordinariis approbari.*

30 *Minusque, quod ex illius bonis erigat Beneficium cum reservatione Juripatronatus favore suorum Consanguineorum.*

31 *Limita, si in erectione* Personatus *fuerit ab Ordinario approbata conditio, quod fundator illius Bona in opera pia cum conditionibus sibi bene visis convertere possit.*

32 *Et tali casu* Personatus *erit exemtus a Reservationibus, donec per rem judicatam revocetur, vel corrigatur Ordinarii Decretum.*

33 *Erectio Beneficiorum ad tempus in Hispaniis probibita fuit per Concordatum initum anno* 1713. *inter S. Sedem & Hispaniarum Regem.*

34 *Regula comprehendit Beneficia Curata.*

35 *Ex quibus Beneficium dicatur Curatum.* Remissive.

36 *Refertur quid actum fuit in Concilio Tridentino pro eximendis Beneficiis Curatis a Reservationibus, & super modo ea providendi.*

37 *Forma providendi Parochiales etiam in Mensibus Apostolicis vacantes, prævio examine per Concursum, etsi acriter contradicta, approbata tandem remansit a Concilio.*

38 *De instantia facta ab Episcopis Germaniæ Pio IV. pro collatione Parochialium in omnibus anni Mensibus, & de responsione eis a Pontifice tradita.*

39 *Rejicitur* Paulus Sarpius, *maligne carpens Decretum Concilii super forma providendi Parochiales per Concursum, præservatis Reservationibus.*

40 *Expleto Concursu super Parochiali vigore Regulæ reservata, Ordinarius eligit digniorem inter approbatos, & Papa confert.*

Et debet ab Ordinario praelectus intra sex menses, si Parochialis existat ultra montes, provisionem Apostolicam reportare. n. 41.

42 *Praelectio facienda est ab Ordinario, etiam in Parochialibus de Jurepatronatus Ecclesiastico vigore Regulæ reservatis, nulla habita Patronorum consideratione.*

43 *Cardinalis in Curia residens potest conferre Parochialem in suo Episcopatu vacantem Persona in Curia præsenti, absque Concursu, sed solum prævio examine.*

Referuntur rationes hujus sententiæ. n. 44.

45 *Contraria opinio est verior, & in praxi servatur. Assignatur ratio, & respondetur rationibus in contrarium.* & n. 47. *& seqq.*

51 *Cardinalis Episcopus, aut quilibet alius Cardinalis Ordinarius Collator in Curia existens, potest examen pro Ecclesia Parochiali de Jurepatronatus laicali, committere Examinatoribus Urbis.*

52 Re-

52 *Reservata Cardinali facultate conferendi Beneficia in Mensibus reservatis vacantia in Episcopatu dimisso, facultas indicendi Concursum, & praeligendi Digniorem ad Parochiales in dictis mensibus vacantes, spectat ad Episcopum.*

53 *De pluribus casibus, in quibus in Provisione Parochialium non requiritur Concursus.* Remissive.

54 *Concursus non requiritur in Parochialibus alias, quam ratione Regulæ reservatis, sed ad libitum Pontificis tali casu demandatur pro instructione ejus animi.* & num. 57.

55 *Item nec requiritur in Parochialibus juxta Constitutionem S. Pii, seu alias ex culpa Ordinariorum devolutis.* & num. 58.

56 *Nec in Parochialium impetrationibus certo modo factis.* & num. 58.

59 *Concursus pro Parochialibus Regionum ultra Montes fieri debet coram Card. Vicario Urbis, quando adsunt in Curia Concurrentes.*

60 *Vicarii Capitulares, necnon Apostolici, digniorem ex approbatis in Concursu praeligere non possunt, sed illius Acta ad Datariam transmittere tenentur.*

61 *Concursus non requiritur in Parochialibus de Jurepatronatus Ecclesiastico, si fuerit ex lege fundationis exclusus.*

62 *Nec quando Parochiales ab immemorabili tempore, vel per centum annos absque Concursu provideri consueverunt.*
Contrarium. Remissive num. 63.

64 *Concursus fieri debet etiam in Beneficiis non curatis, si in eorum erectione mandetur, quod in iis conferendis servetur ordo a Tridentino praescriptus in collatione Parochialium.*

65 *Improbatur abusus olim vigens in Belgio circa exemtionem Parochialium, praesertim de Jurepatronatus Ecclesiastico, a reservatione Mensium.*

66 *Referuntur rationes hujusmodi abusus.* & nu. 67. & 68.

69 *Regula IX. Cancellariæ est recepta in Belgio.*

70 *Quasi possessio praesentandi ad Parochiales de Jurepatronatu Ecclesiastico vigore Regulæ reservatas, eliditur ex clausulis amplissimis ejusdem Regulæ, & ex Provisionibus Apostolicis in contrarium emanatis.*

71 *De simili abusu praetenso in Diœcesi Tridentina, quod Ordinarius conferre possit Beneficia Curata vacantia in Mensibus Sedi Apostolicæ vigore Concordatorum reservatis.*

72 *Praetensa hæc consuetudo introduci non potuit, nec ante Regulam IX. & Concordata, nec post; & redditur ratio.*

73 *Ex Constitutione Clementis VII. damnatur quæcumque praetensa observantia contra Concordatorum Germaniæ dispositionem.*

74 *Papa numquam indulget, ut Parochiales reservatæ, pro quibus assequendis nemo, ob fructuum tenuitatem, pro examine subeundo comparet, ab Ordinariis conferantur, sed permittere solet, ut expediantur per simplicem Signaturam favore illorum, quos Ordinarii denotant aptiores pro qualitate locorum.*
Et referuntur exempla num. 75. & 76.

77 *Vicariæ temporales, & ad nutum amovibiles, non subjacent Reservationi Regulæ.*

78 *Vicariæ Regularium sunt hujusmodi generis.*

79 *Vicariæ perpetuæ, quæ dantur in titulum, sunt Beneficia Ecclesiastica.*

80 *Non tamen cadunt sub Reservatione Regulæ.*

81 *Amplia, sive agatur de Vicariis ante Concilium, sive post erectis.*

82 *Et sive sint unitæ, sive non.*

83 *Amplia secundo, etiamsi Vicaria fuerit impetrata a Papa tamquam de reservata, & in Litteris Apostolicis adsint solitæ clausulæ derogatoriæ.*

84 *Jus nominandi Vicarium competit de jure communi, & est quid diversum a Jurepatronatus Ecclesiastico.*

85 *Contrarium, quod Vicariæ perpetuæ sint vigore Regulæ reservatæ, conferri tamen debeant ad nominationem Rectoris principalis, vel Abbatis.*

86 *Indulta conferendi Beneficia reservata, quæ sive Cardinalibus, sive aliis conceduntur, clausulam in ventre habent, quod de iis provisi debeant a Dataria novam provisionem reportare.* & num. 88.

87 *Novæ provisiones non conceduntur, nisi quando Beneficium est reservatum.*

89 *Nova Provisio super Vicariis capienda non est a Sede Apostolica in omnibus Mensibus, sed tantum dum vacant in Mensibus reservatis.*

90 *Posteriora derogant prioribus.*

91 *Regula IX. primo inter Regulas Cancellariæ inserta fuit a Gregorio XIV.*

92 *Constitutio S. Pii la 47. super modo providendi Vicarias, non est incompatibilis cum Regula IX.*

93 *Pro Legum correctione vitanda, omnis capienda est juridica interpretatio.*

94 *Vicariæ perpetuæ specialiter affectæ ob appositionem Manus Papæ, spectant ad illius liberam dispositionem absque nominatione Abatis, vel aliorum, quorum Ecclesiis sunt unitæ.*

95 *Nec de stylo Datariæ requiritur tali casu specialis derogatio Constitutioni Pianæ.*

96 *Vicariæ provideri debent non ad nominationem, sed per concursum, quando concurrit immemorabilis, vel centenaria observantia.*

97 *Pontifices, seclusa etiam hujusmodi observantia, aliquando mandarunt, Vicarias provideri per concursum.*

98 *Reprobatur abusus vigens apud* Sebusianos, *quod Episcopi conferant Beneficia simplicia in Mensibus Apostolicis vacantia; & respondetur rationibus* Antonii Fabri. & num. 99. & 100.

101 *Exponitur praxis Datariæ circa expeditionem Gratiarum Apostolicarum* per simplicem Signaturam, *sive agatur de Provisionibus Beneficiorum, sive de Gratiis quascumque alias materias concernentibus.*

102 *Regula comprehendit etiam Beneficia Regularia, perpetua tamen, non autem ad nutum amovibilia.* & num. 103. & 104.

105 *Beneficia omnia Regularia in dubio sunt manualia, possunt tamen esse perpetua.*

106 *Beneficium Regulare dicitur perpetuum, quando confertur ad electionem Capituli cum Superioris confirmatione.*

107 *Vel si scienter a Papa Clerico Sæculari commendetur.*

108 *An Regula comprehendat Beneficia Ordinum Militarium, tam majora, quam minora?* & num. 109.

110 *Beneficia Regularia in quatuor Mensibus ordinariis vacantia, spectant ad collationem eorum Ordinarii Collatoris, si sint exemta.*

111 *Sæcularizata Ecclesia Regulari, Beneficia manualia in ea existentia efficiuntur perpetua, & subjacent Reservationi Regulæ.*

112 Amplia etiamsi in Bulla sæcularizationis præserventur Privilegia Ecclesiæ Regulari antica competentia.

113 Limita, si in limine sæcularizationis fuerit concessum Indultum exclusivum Reservationis Regulæ.

114 Beneficia Regularia sæcularizata cum clausula, quod eorum vacatione quandocumque succedente, provisio spectet ad Papam, adhuc conferri possunt ab Ordinariis, si vacent in eorum Mensibus.

115 Contrarium est verius. & numer. 120.

116 Dictio quandocumque est omnium temporum comprehensiva.

117 Ex reservatione perpetua dictorum Beneficiorum nulla fit injuria Ordinariis; & assignatur ratio.

118 Potest idem Beneficium esse pluribus Reservationibus obnoxium.

119 Dataria nihil firmat in sui præjudicium, non data scientia, & patientia Papæ.

121 Cardinales conferre non possunt vigore Indulti Beneficia Regularia sæcularizata, & perpetuo Sedi Apostolicæ reservata.

122 Beneficia erecta post editionem Regulæ, sub ea etiam comprehenduntur.

123 Si in limine erectionis Beneficii, collatio Pontifici quandocumque reservetur, Ordinarius nec in quatuor Mensibus conferre poterit.

124 Erecto Beneficio auctoritate ordinaria in Mense Apostolico, collatio prima vice spectat ad Papam; ad ipsum vero pertinet Ordinarium, si erectio sequatur in Mense Ordinario, & num. 127. ubi de praxi Cancellariæ.

Reprobatur Garcias existimans, quod prima collatio spectat ad Ordinarium, etiamsi Beneficium erigatur in Mense Apostolico. n. 126.

125 Beneficium erectum ab Ordinario in Mense non Apostolico ex fructibus Beneficii de collatione Capituli, spectat prima vice ad ejusdem Capituli collationem. & numer. 134.

128 Erecto Beneficio auctoritate Apostolica, semper prima collatio spectat ad Papam. & n. 133.

Traditur formula provisionis dicti Beneficii numer. 129.

130 Ampliatur sive erectio fiat ab ipso Papa, sive ab altero auctoritate Apostolica.

131 Cardinalis non potest vigore Indulti conferre prima vice Beneficium auctoritate Apostolica erectum. Et dantur exempla.

132 Maxime si fuerit erectum ex dismembratione fructuum alterius Beneficii ab Indulto Cardinalis exclusi.

134 Beneficium erectum ex fructibus alterius Beneficii suppressi, censetur quoad collationem in illius locum subrogatum. & numer. 125.

135 Beneficia Monocularia subjacent reservationi Regulæ.

136 Prout etiam Beneficia tenuissimi redditus.

137 Necnon Canonicatus Pœnitentiarii, & Theologales. & numer. 139.

138 Limita in Hispaniis, ubi Canonicatus præfati quocumque Mense vacent, providentur ab Ordinariis per Concursum. & numer. 140.

141 Ex Constitutione fel. mem. Benedicti XIII. licet in Italia, Insulisque adjacentibus Canonicatus Pœnitentiarii, & Theologales provideri debeant per Concursum, subjacent tamen reservationibus Apostolicis.

142 Beneficia electiva, etiam majora, Abatiæ nempe, & Monasteria, subjacent reservationi Regulæ. & numer. 143.

144 Beneficia Jurispatronatus Ecclesiastici sunt reservationi Regulæ obnoxia, non obstante quacumque consuetudine in contrarium. & numer. 220.

145 Et sunt Jurepatronatus Ecclesiastico, etiam ea Beneficia, quæ ab initio fundata de Jurepatronatus laicali, istud postea transitum fecit in Personas Ecclesiasticas.

146 Juspatronatus Regium Ecclesiæ, vel Dignitati Ecclesiasticæ donatum, efficitur Ecclesiasticum, reservationibus obnoxium.

147 Juspatronatus Regium non numeratur inter Bona Regalia Coronæ. & numer. 149. & 153.

148 Si transit una cum Feudo, cui sit annexum, in Personam Ecclesiasticam, non amittit naturam Jurispatronatus Regii.

150 Decimæ ex concessione Apostolica Regibus concessæ, & ab ipsis Ecclesiæ donatæ, non retinent naturam Bonorum Regalium.

Contrarium. numer. 152.

151 Hujusmodi Decimæ non sunt Ecclesiasticæ, sed temporales, & profanæ.

154 Assignatur, aliis reprobatis, vera ratio comprehensionis Jurispatronatus Ecclesiastici sub reservatione Regulæ.

155 Fundator Beneficii Jurispatronatus Ecclesiastici censetur se conformasse cum reservationibus Apostolicis.

156 Redarguitur Matthæus Parisius maligne carpens reservationem Beneficiorum de Jurepatronatus Ecclesiastico.

157 Beneficia de Jurepatronatus Ecclesiastico, etiam in Belgio, & in Germania subjacent reservationibus.

158 Pii IV. responsio ad Principes Germaniæ, de hujusmodi Beneficiorum reservatione se conquerentes.

159 In Britannia consuetudo viget, quod Patroni Ecclesiastici in omnibus Mensibus præsentent.

160 Et eadem consuetudo olim vigebat in Hispania.

161 Hujusmodi consuetudines removentur ex amplissimis Clausulis, quibus Regula munitur.

162 Beneficia Jurispatronatus Ecclesiastici non subjaceat reservationi Regulæ, quando Fundator in limine fundationis conditionem apposuit illius exclusivam.

163 Intellige, quando Fundator Beneficium dotavit de bonis propriis, secus si cum bonis Ecclesiasticis.

164 Reservatio Regulæ potest nedum expresse, sed etiam tacite, & virtualiter excludi.

165 Et exclusio desumi potest, etiam ab ordinatis per Exequutorem Testamentarium.

166 Ex verbis Fundatoris, quod præsentatio spectet ad Abatem, & non ad alium, censetur exclusa reservatio.

167 Idem, si dictum fuerit -- non vi possa entrare altro Superiore. vel sine ullo impedimento potestatis Sæcularibus, aut Clericalis.

168 Exclusio a collatione Beneficii cujuscumque Superioris Ecclesiastici, etiam Papæ, præsefert exclusionem reservationis.

169 Verba, quod Patronus præsentare debeat semper, omnino, & in perpetuum excludunt reservationem Regulæ.

170 Maxime quando dictiones præfatæ sunt adjectæ exercitio, & non pertinentiæ Jurispatronatus.

171 Reservatio excluditur ex facultate præsentandi toties, quoties Beneficium vacare contingat.

172 Quemadmodum ex verbis, quandocumque, &

& quotiescumque, *æquipollentibus dictioni* semper.

173 *Contrarium, quod dictiones* semper, in perpetuum, toties quoties, quandocumque &c. *Regulam non excludant, sed cum ea sint compatibiles.* & num. 327.

174 *Conditio, quod Juspatronatus in transitu ad Personas Ecclesiasticas, eandem retinere debeat naturam, ac si esset penes Laicos, reservationem Regulæ excludit.*

175 *Vel si dictum fuerit, quod Patroni Ecclesiastici* libere, & omnimode disponant eo modo, quo poterant ipsi Laici fundatores.

176 *Restrictio temporis ad præsentandum intra decem, vel quindecim dies, est cum reservatione Regulæ incompatibilis.*

177 *Maxime, si in casu negligentiæ in præsentando intra dictum tempus, datus fuerit substitutus.*

178 *Aut si Beneficium Ecclesiasticum talis esset indolis, ut celeri indigeret provisione.*

179 *Quando est electa industria Persona ad præsentandum, censetur exclusa reservatio.*

180 *Exclusa dici debet reservatio, etiam quando Fundator præsentandi tempus* ad tres Menses *restrinxit.*

181 *Contrarium est verius, & assignatur ratio.*

182 *Fundator Beneficii potest Papæ certum limitare tempus ad conferendum.*

183 *Facultas a Fundatore Beneficii Ordinario tributa destituendi in certis casibus Beneficiatum, aliumque ejus loco instituendi, validum præsefert argumentum reservationis exclusivum.*

184 *Absurdum est, quod provisus a Papa, possit deinde ab inferiore destitui.*

185 *Deficiente expressa reservationis exclusione, tacite ex verbis fundationis, aliisque circumstantiis desumenda, remittitur arbitrio Judicis.*

186 *Quoties Fundatoris dispositio conciliari potest cum Regulæ reservatione, hæc numquam exclusa censetur.*

187 *Et ubi agitur de fundatione expleta ex Bonis laicalibus, leviores circumstantiæ sufficiunt, secus si ex Bonis Ecclesiasticis.*

188 *Reservatio non censetur ex quibuscumque verbis tacite exclusa, quando Beneficium fuit ante Regulæ editionem fundatum.*

189 *Contrarium est verius, & assignatur ratio.*

190 *Observantia præcipuum obtinet locum pro dignoscendo, an Reservatio sit tacite exclusa, vel non.*

191 *Provisiones Apostolicæ licet non mutent statum Beneficii, illum tamen in dubio declarant.*

192 *Ultimus status in possessorio judicio exequutionis Litterarum Apostolicarum, sufficit ad excludendam Reservationem, nisi evidenter contrarium incontinenti probetur.*

193 *Deficiente Instrumento fundationis, Centenaria observantia præsentationem in Mensibus, etiam Apostolicis, cum effectu expletarum, sufficit etiam in petitorio.*

194 *Centenaria inducit præsumtionem melioris tituli, qui excogitari possit.*

195 *Etiamsi completa non sit, sed ei aliquot anni deficiant.*

196 *Juspatronatus, ex quibus evincitur, quod sit Ecclesiasticum?* Remissive.

197 *Est Ecclesiasticum, quando ex bonis Ecclesiasticis est fundatum.*

198 *Nec sufficit, quod fundatum fuerit a Persona Ecclesiastica ex Bonis temporalibus, & relictum favore Laicorum.*

199 *Amplia etiam si Fundator professus fuerit illud erigere cum Bonis* sibi a Deo datis.

200 *Limita si expresserit Beneficium dotasse cum Bonis, & Eleemosynis sibi a Deo collatis.*

201 *Non est Ecclesiasticum, sed Laicale Beneficium fundatum cum redditibus Ecclesiasticis, de quibus Fundator ex Indulto Apostolico libere disponere poterat.*

202 *Ecclesiasticum est Juspatronatus relictum Personis Ecclesiasticis, etsi cum bonis laicalibus fundatum.*

203 *Juspatronatus relictum Confratribus, Operariis, Præfectis Fabricæ, Advocatis, Administratoribus Bonorum Ecclesiæ, Ministris, aliisque Officialibus laicis, an, & quando censeatur relictum intuitu Ecclesiæ, itaut censeri debeat Ecclesiasticum subjectum Regulæ?* Et num. 204. *& pluribus seqq.* & num. 304. & seq. & 323.

Assignantur plures rationes, quare Ecclesiasticum sit juspatronatus supradictis Personis, etsi laicis relictum. num. 283.

Reprobantur Lotterius, *& sequaces, existimantes laicale esse juspatronatus relictum Operariis Ecclesiæ, eorumque rationibus respondetur.* numer. 300. *& reliqui DD. explicantur.* num. 304.

213 *Juspatronatus relictum Capitulo, seu Collegio. composito ex Canonicis, & Canonissis, est Ecclesiasticum, & non mixtum.*

214 *Imo est Ecclesiasticum, si relictum sit solis Canonissis, etsi laicis.* & num. 332.

215 *Aut* Beguinis. *Et de earumdem Beguinarum origine, & progressu.* Remissive.

216 *Juspatronatus relictum Custodibus Confraternitatis Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum, non est Ecclesiasticum, sed Laicale.*

217 *An sit Laicale, vel Ecclesiasticum relictum Guardiano Hospitalis ad Lateranum?*

218 *Refertur resolutio Congregationis particularis pro qualitate Laicali.*

219 *Discursus Auctoris, qui in ea causa scripsit favore Datariæ pro qualitate Ecclesiastica.*

221 *Enumerantur signa, quæ constituunt Hospitale Ecclesiasticum, & Religiosum.* & n. 233. *&* 266.

Et ad hunc effectum sufficiunt levissima quæque signa. num. 222.

223 *Ecclesia, & Cœmeterium Hospitali annexum, sunt præcipua signa illius Ecclesiasticæ qualitatis.* & num. 224.

Amplia etiamsi Ecclesia sit accessorie unita Hospitali. Et redditur ratio num. 227.

Et non sit in ipso Hospitali, sed ei contigua. num. 230.

225 *Historicis probatæ fidei deferendum est.*

Et ex illorum dictis probatur qualitas antiquarum fundationum. num. 237.

226 *Ecclesia Hospitalis debet esse principalis, & non accessorie ei annexa, quando Hospitale conferri debet in titulum Beneficii Ecclesiastici.*

228 Clementin. Per Litteras de Præbend. *loquitur de Hospitalibus omnino Religiosis. Et de rationibus, ibidem.*

229 *Hospitalia mere laicalia, non solent a Papa impetrari.*

231 *Ex quibus dignoscatur Cœmeterium pertinere potius ad Ecclesiam, quam ad Hospitale.*

232 *Hospitalia de jure habere possunt Cœmeteria.*

233 *Sanctissimæ Eucharistiæ retentio in Ecclesia Hospitalis, quamvis non in ipso Hospitali, denotat Ecclesiasticam illius qualitatem.*

234 Hospitale fundatum, & dotatum a Viris Ecclesiasticis, censetur Ecclesiasticum, quemadmodum laicale, si a laicis fundatum, & dotatum fuerit.

235 Hospitale certam dotem habens ex bonis etiam profanis, censetur Ecclesiasticum.

236 Dotatum a Persona Ecclesiastica insignes redditus Ecclesiasticos possidente, dotatum præsumitur ex proventibus Ecclesiasticis.

238 Ostenditur, quod Inscriptiones, quæ leguntur in Muris Hospitalis Lateranensis, non excludant, quod illius fundator fuerit Cardinalis Joannes Columna. & num. 240. 241.

239 De Suburræ situ.

242 Fundator Hospitalis non dicitur, qui Eleemosynam aliquam pro illius Fabrica reparatione elargitur.

243 Hospitale per reædificationem, ejusque reductionem in ampliorem structuram, non desinit formaliter esse idem.

244 Confraternitas ad Sancta Sanctorum, Ecclesiastica est, & Religiosa.

245 Ecclesiastica est Confraternitas erecta auctoritate Papæ, aut alterius Ecclesiastici Superioris.

246 Confraternitas non potest erigi in Archiconfraternitatem, nisi a solo Pontifice.

247 Habens facultatem aggregandi alias Confraternitates Apostolica, vel Ordinaria auctoritate erectas, pernecesse debet esse Ecclesiastica. & num. 258.

248 Omnes Urbis Sodalitates regulariter Ecclesiastica sunt, & Religiosæ.

249 Judices supplere possunt ea, quæ juris sunt, non quæ facti.

250 Argumentum a Situ, tamquam uno ex Prædicamentis substantia, validum in jure est.

251 Loca pia, & Hospitalia Urbis regulariter sunt Ecclesiastica.

Et quod talia sint Hospitale Sancti Spiritus, & alterum Sancti Jacobi Incurabilium. n. 259.

252 Monasterium non potest sine Papæ auctoritate in Hospitale converti.

253 Hospitalitas per sæcula jugiter exercita, inducit præsumtionem qualitatis Ecclesiasticæ loci.

254 In Hospitalium constructione mos erat priscis temporibus Pontificis consensum adhibere.

255 Explicatur quid sint indulgentiæ locales.

256 Non conceduntur intuitu locorum laicalium, iisque non gaudent, nisi Hospitalia S. Spiritus in Saxia, & Pauperum Invalidorum, canonice erecta, seu erigenda, & S. Joannis ad Lateranum.

257 Indulgentiæ per Sedem Apostolicam non conceduntur Confraternitatibus laicalibus, nisi cum clausula, quod Confraternitas illa canonice erecta existat.

258 Confraternitates nisi sint canonice erectæ non possunt alicui Archiconfraternitati aggregari. & numer. 247.

260 Hospitale aliquod æquiparatum aliis Hospitalibus Ecclesiasticis, reputari debet & ipsum Ecclesiasticum.

261 Privilegia singularia locis Ecclesiasticis concessa, non solent, præsertim æque principaliter per Sedem Apostolicam communicari locis laicalibus.

262 Archihospitalia non possunt esse loca laicalia. Et redditur ratio ibidem.

263 Exemtio Hospitalis a jurisdictione Episcopi, evincit illud esse Ecclesiasticum, & Religiosum.

264 Maxime, si receptum sit sub protectione S. Petri, & sub immediata protectione Romani Pontificis.

265 Ex indulta Administratoribus Hospitalis facultate alienandi Bona absque Apostolico Beneplacito, deprehenditur Ecclesiastica qualitas ejusdem Hospitalis.

267 Exhibitio Instrumentorum alienationis rerum Ecclesiæ, in quibus non legitur Apostolicum Beneplacitum, non tollit præsumtionem, quod illud ante, vel post obtineri potuerit.

268 Beneplacitum Apostolicum ex lapsu longi temporis præsumitur intercessisse, etiamsi non fuerit ab initio reservatum.

269 Privilegium alienandi in certis casibus obtentum, frustraneum esset, si de jure libere fieri potuisset alienatio.

270 Alienationes a Loco Pio gaudente Privilegio sua Bona alienandi absque Apostolico Beneplacito, expletæ censentur in vim ejusdem Privilegii, nec evincunt laicalem illius qualitatem.

271 Beneplacitum Apostolicum non requiritur in affrancationibus Canonum, quæ sunt alienationes necessariæ.

272 Alienationes bonorum Hospitalibus absque Apostolico Beneplacito, non probant illud esse laicale, quando aliunde constat, quod sit Ecclesiasticum.

273 Hospitalia Ecclesiastica, alia conferuntur in titulum Beneficii; alia committuntur Personis Ecclesiasticis; alia reguntur per Collegia Religiosorum, vel Confraternitates, a quibus deputantur Administratores ad nutum amovibiles.

Et hujus postremæ speciei sunt Hospitalia Urbis. numer. 274.

275 Hospitalia Religiosa, etiam a laicis, & Uxoratis administrari possunt. & numer. 302.

Et ita in Urbe, & alibi servatur. numer. 276.

277 Laici possunt ex Privilegio Apostolico, vel alio legitimo titulo acquirere jus eligendi Ministros Hospitalis Religiosi, aut Oeconomos, & Operarios Fabricæ Ecclesiæ.

Amplia etiam sine Episcopi auctoritate. numer. 279.

278 Religiosum non desinit esse Hospitale, quamvis institutio, & destitutio Gubernatorum fiat a Confraternitate.

280 Rector Hospitalis facit fructus suos quando illud obtinet in titulum Beneficii perpetui Ecclesiastici, secus si sit nudus, & simplex administrator.

283 In relicto sub nomine appellativo Dignitatis, Ministris loci illum repræsentantibus, non Personæ, sed locus ipse censetur contemplatus.

284 Fundator relinquendo juspatronatus Personis incertis, & ignotis, quæ de anno in annum variantur in officio, censetur contemplasse officium in Personis, non Personas in officio. & numer. 291. & numer. 331.

285 Quando Persona est obstricta loco, & inter eos adest inseparabilis conjunctio, tunc non Persona, sed locus ipse dicitur contemplatus. & numer. 314.

286 Inter Hospitale, ejusque Administratores talis adest connexio, ut nec Hospitale sine Administratoribus, nec isti sine Hospitali stare possunt.

287 Locus pius, & Religiosus ex quibus efformetur?

288 Administratores Loci pii, & Religiosi, durante

rante administratione non possunt considerari seorsim a loco.

289 *Curiales, etsi possint ad libitum Curiam deserere, donec tamen facto, & animo illam non deserant, semper sunt Curiæ alligati.*

290 *Administratores Loci pii illud repræsentant uti universi, & non uti singuli, & semper dicuntur eadem Persona cum Loco pio, quamvis mutentur Personæ.*

292 *Personæ, quæ plures exercent distinctas administrationes, inter quas, illam Hospitalis, si vocentur cum additamento* Administratorum Hospitalis, *censentur vocatæ intuitu solum ipsius Hospitalis.*

293 *Juspatronatus, quod competit Regi ratione alicujus Militiæ ejus Coronæ unitæ, est Ecclesiasticum.*

294 *Confessio a Gubernatoribus Hospitalis Ecclesiastici emissa, quod juspatronatus pertinet ad Hospitale, probat juspatronatus fuisse ipsis relictum intuitu Hospitalis.*

Maxime si dicta confessio munita sit adminiculis, de quibus num. 295.

296 *Idem probat confessio, quod jus præsentandi spectat ad Guardianos, eorumque in officio Successores.*

297 *Ea, quæ competunt Successoribus in officio, Dignitati, & non Personæ commissa dicuntur.*

298 *Loca pia, quibus competit juspatronatus, uti corpora inanimata, præsentare non possunt.*

299 *Titulus* Venerabilis Viri *adhibitus in publicis Scripturis, materiam præsertim Ecclesiasticam concernentibus, non competit Personæ laicæ, & uxoratæ.*

301 *Administratio redditum Hospitalium aliorumque Religiosorum locorum, de jure spectat ad Episcopum, & Clerum, sed translata postmodum in laicos tanquam administrationi magis aptos.*

303 *Et exercetur a laicis quasi Procuratoribus Personarum Ecclesiasticarum, quas repræsentant.*

305 *Explicatur* Decisio 130. coram Durano.

306 *Confraternitas laicalis non repræsentat Ecclesiam, in qua per accidens coadunatur.*

307 *Præsidentes laici Confraternitatis laicalis nullum habent officium Ecclesiasticum.*

308 *Unde Juspatronatus ipsis relictum, non acquiritur Confraternitati; Et e contra relictum Confraternitati, acquiritur Præsidentibus.*

309 *Res judicata in una Causa edita, quando pro altera opponi potest?* & num. 310.

311 *Expressiones factæ in primis, & antiquis præsentationibus, magis attendi debent, quam emissæ in modernioribus.*

312 *A Regula juris non est recedendum, nisi per textum expressum, vel rationes necessario concludentes in contrarium.*

313 *Mulierum voluntates non debent interpretari cum jurium subtilitatibus, quarum sunt incapaces.*

315 *Prudentia, & industria Administratorum loci Ecclesiastici tunc dicitur magis contemplata, quam locus ipse, quando verba Testatoris id præseferunt, aut negocii gravitas exigit.*

316 *Industria Personæ non censentur contemplata in concessione facta hæredibus.*

317 *In relicto successoribus in Dignitate, non industria Personæ, sed Dignitates contemplata dicitur.*

318 *Præsentatio est actus honorificus, & utilis, sed magnam prudentiam non requirit.*

319 *Non dicitur electa industria Personæ, quando alicui committitur actus, qui expleri potest etiam ab impubere.*

320 *De differentia inter jus præsentandi, & jus regendi, & administrandi Hospitale, aliaque loca pia Ecclesiastica.*

321 *Ubi agitur de successione in juribus honorificis, in quibus requiritur prudentia, prærogativa ætatis vincit prærogativam lineæ.*

322 *Limita in successione ad juspatronatus activum, nisi sit reservatum favore Senioris domus.*

324 *Ubi non exprimitur Persona, sed in genere nomen officii, seu alterius qualitatis, tunc ad officium & qualitatem ipsam, non ad Personam censetur directa affectio.*

325 *Vocatis illis de agnatione, vel majori natu non censetur contemplata Persona, sed agnatio, vel illa altera qualitas desiderata.*

326 *Sub vocatione hæredum comprehenduntur tam Laici, quam Ecclesiastici.*

327 *Reservationes Apostolicæ non censentur tacite exclusæ nisi per circumstantias, & verba fundationis omnino incompatibilia cum Reservationibus, sive agatur de fundatione Beneficii demandata in ultima voluntate, sive per actum inter vivos.*

329 *Beneficia in Urbe fundata, subjacent solum reservationi personali, non autem reali, locali, & ratione Mensis.*

330 *Et ideo inverisimilitudo, quod Beneficia nunquam fuerint provisa ex reservatione Regulæ IX. non habet locum in Beneficiis Urbis.*

333 *Beneficia de jurepatronatus laicali, nec reservationi Regulæ IX. nec aliis reservationibus subjacent.*

334 *Et proinde non comprehenduntur sub Indultis Cardinalium.*

335 *Juspatronatus laicale est exemtum a Reservationibus, quando competit ex fundatione, dotatione, vel constructione, secus si ex consuetudine, usurpatione, præscriptione, aut Privilegio.*

336 *Amplia etiam concurrente quasi possessione præsentandi, quæ a Regula eliditur.*

337 *Amplia secundo, etiamsi in Privilegio dicatur, quod juspatronatus sit ejusdem naturæ, ac si esset ex fundatione, vel dotatione.*

Dummodo tamen Papa assertive non dicat, quod juspatronatus sit ex vera fundatione, & dotatione. numer. 338.

339 *Juspatronatus dicitur ex Privilegio de novo acquisitum, & non antiquum confirmatum, quando Papa utitur verbis,* Reservamus, concedimus &c.

340 *Juspatronatus ex Privilegio præseferente causam onerosam, vel alteram æquipollentem, non cadit sub Reservationibus Apostolicis.*

341 *Non sufficit, quod Dos antiqua sit major novo augmento.* numer. 342.

343 *Requiritur, quod augmentum præponderet antiquæ Doti, vel saltem sit cum ea coæquale.* & numer. 344.

345 *Existente Patrono in quasi possessione præsentandi, etiam in Mensibus reservatis, augumenti præponderantia præsumitur, & contrarium probandum est a Proviso Apostolico, secus si Patronus sit in tali quasi possessione solum in Mensibus Ordinariis.*

346 *Juspatronatus, etiamsi constet acquisitum esse ex Privilegio gratioso, reputari debet, ac si fuisset obtentum ex causa onerosa præponderante Gratiæ, quando jugiter Patroni cum effectu*

præsentarunt per centum annos, etiam in Mensibus Apostolicis.

347 *Productio tituli veri facta a Patrono, quando destruit titulum præsumtum a centenaria derivantem?* Remissive.

348 *Juspatronatus auctoritate Pontificis fundatum ex bonis laicalibus ad alios usus pios destinatos, censetur acquisitum ex causa onerosa.*

349 *Suppressa Confraternitate habente juspatronatus laicale, si illud reservetur Confratribus singulari nomine, donec viverent, reputatur ex Privilegio eisdem acquisitum.*

350 *Juspatronatus acquisitum ex causa recuperationis Bonorum Beneficii, dicitur ex causa onerosa.*

351 *Et in causam onerosam calculantur expensæ erogatæ pro restauratione, vel reædificatione Ecclesiæ dirutæ, & pro comparanda Sacra Supellectili.*

352 *Causa onerosa, pro excludendo jurepatronatus ex mero Privilegio, depromitur ex meritis insignibus cum Sede Apostolica contractis ob augumentum Catholicæ Religionis.*

Nec juspatronatus ex dicta causa acquisitum cadit sub Indulto Cardinalium. numer. 353.

354 *Juspatronatus concessum iis, qui proprio sanguine, & labore Regna, Provincias, aut Civitates e manibus Infidelium vindicarunt, dicitur magis ex justitia, quam illud ex fundatione, vel dotatione acquisitum.*

Maxime si Pontifex in Litteris Apostolicis causam dictorum meritorum æquiparaverit veræ fundationi, & dotationi. numer. 355.

Aut si fuerit concessum, etiam ex motivo alliciendi alios ad similia egregia facinora perpetranda. numer. 358.

356 *Omnis causa onerosa, ex qua juspatronatus solet acquiri, æquiparatur veræ fundationi, & dotationi.*

357 *Juspatronatus ex Privilegio habente vim contractus inter Sedem Apostolicam, & eum, cui fuit aquisitum, non cadit sub reservatione Regulæ.*

Nec comprehenditur sub Indulto Cardinalium. numer. 360.

361 *Intellige, quando pars vocum Patronorum laicalium superat, vel saltem æquat partem Ecclesiasticorum, secus si hæc præponderet.*

362 *Contrarium, quod juspatronatus mixtum est immune a reservationibus, etiamsi minima pars spectet ad laicos.*

363 *Beneficia jurispatronatus mixti vacantia in Curia, de stylo Cancellariæ non providentur a Papa uti reservata, sed cum derogatione juripatronatus, quamvis major pars spectet ad Ecclesiasticos.*

364 *Diviso per Turnum jurispræsentandi exercitio inter Patronum Ecclesiasticum, & Laicum, Beneficium etiamsi vacet in Turno Patroni Ecclesiastici, reservatum non remanet.*

Sed contraria Sententia est in foro recepta. numer. 365.

366 *Juspatronatus relictum Personæ Ecclesiasticæ ea lege, quod præsentare debeat cum consensu, & voluntate laicorum, non est Ecclesiasticum, sed mixtum.*

367 *Et quid si laico fuerit reservatum jus nominandi, & Personæ Ecclesiasticæ jus præsentandi, vel econtra?*

368 *Juspatronatus de sui natura requirit, quod Patronus liberam habeat facultatem præsentandi Clericum, quem maluerit.*

369 *Beneficia Patrimonialia, & debita certo generi Personarum, sunt vigore Regulæ reservata.*

370 *Sed subjacent reservationi cum sua Causa, favore nempe illorum, quibus competit jus passivum.*

371 *Intellige si jus passivum competat ex fundatione, secus si ex Privilegio, Statuto, aut Consuetudine, quibus Papa de facili derogare solet.*

372 *Intellige secundo, quando jus passivum competit principaliter, & independenter ab activo, secus si accesserie, ac dependenter.*

373 *Vel si una cum jure passivo concurrat respectu ejusdem Personæ exercitium juris activi, ut in Optione, quæ sicut Regulam non excludit, ita nec juvat illum, ad quem jus optandi spectat.*

374 *Beneficia Ecclesiastica ubicumque existentia, etiam in Metropolitanis, & Patriarchalibus Ecclesiis, cadunt sub reservatione Regulæ.*

375 *Amplia, etiamsi existant in Basilicis Urbis, dummodo extra Curiam vacent.*

376 *Beneficia Ecclesiastica fundata in Ecclesia jurispatronatus laicalis, etiam Regii, aliter quam ex fructibus Ecclesiæ, subjacent reservationi Regulæ.* & numer. 377.

378 *Regula comprehendit etiam Beneficia spectantia ad collationem Fœminarum.* & n. 381.

379 *Fœminæ licet prohibeantur de jure Beneficia conferre, potest tamen facultas hæc ipsis, præsertim si sint Ecclesiasticæ, & Religiosæ, competere ratione Dignitatis ex Privilegio, aut præscriptione, accedente quoad Curata institutione auctorizabili Episcopi.* & numer. 383.

380 *Referuntur varia exempla Fœminarum gaudentium hujusmodi facultate.*

382 *Laici possunt dispensative, & ex Privilegio S. Sedis conferre Beneficia Ecclesiastica.*

384 *Regula comprehendit Beneficia vacantia tam per mortem naturalem, quam civilem.*

385 *Et sive vacent de jure, sive de facto tantum, sive per modum fictum, & interpretativum.* & numer. 386.

387 *Regula afficit Beneficia vacantia per contractum Matrimonii sequutum in Mense reservato, etiam si fuerit nullum, præterquam ex defectu consensus.* & numer. 388.

Et Beneficia sic vacantia, subjacent etiam Concordatis Germaniæ. numer. 389.

390 *Beneficium vacans per assequutionem alterius incompatibilis Ordinaria auctoritate collati in Mense Apostolico, subjacet reservationi Regulæ, quamvis illius possessio adipiscatur in Mense Ordinario.* & numer. 391.

392 *Contrarium, quod ad effectum reservationis primi Beneficii incompatibilis attenditur Mensis adeptæ possessionis secundi, quam in Mense Ordinario potius, quam Apostolico adipisci, stat in libertate provisi.* & num. 393.

394 *Primum Beneficium nec de jure, nec de facto vacat, nisi post adeptam possessionem secundi incompatibilis.* & numer. 395.

396 *Beneficia existentia in Ecclesia receptitia, in quibus non cadit vacatio, sunt exemta a reservatione Regulæ.*

397 *Nec Regula comprehendit Portiones, seu admissiones ad participationem Massæ communis, etiamsi perpetuæ sint, & ad earum Titulum permittatur Ordinatio.* & numer. 398.

399 *Minusque portiones præstimoniales unum, & idem corpus facientes cum Ecclesia.*

400 *Beneficia de Mensa Episcopali, Capitulari, sive Abatiali, non subjacent reservationi Regulæ.*

401 In-

401 *Intellige, quando sunt incorporata Mensæ unione extinctiva Tituli, secus quando hunc retinent, & Titularis jure proprio Beneficii redditus percipit.*
402 *Beneficium subjective unitum, propriam amittit naturam; nec est reservationi Regulæ obnoxium.*
403 *Cadunt tamen sub reservatione Regulæ Beneficia æque principaliter ad invicem unita.*
404 *Vel quando unio fit tantum quoad Rectorem, non quoad jura, & Bona Beneficiorum.*
405 *Aut quando unio est plurium Beneficiorum reductiva, nam Beneficium illud ex pluribus unitis compositum, subjacet Regulæ.* Et n. 406.
407 *Beneficia existentia in Ecclesia alteri subjective unita, an, & quando comprehendantur sub Reservatione Regulæ?*
408 *Ex unione Monasterii non bene infertur ad unionem quoque Beneficiorum in eo existentium.*
409 *Officii nomen fraternizat cum illo Beneficii.*
410 *Et etiam respectu Officiorum locum habent Regulæ Cancellariæ.*
411 *Officia Ecclesiastica in titulum perpetui Beneficii conferri solita, subjacent Reservationi Regulæ, & Concordatis Germaniæ; quia sunt vera Beneficia Ecclesiastica.*
Et referuntur varia Officia, quæ in titulum Beneficii conferri solent, vel non. ibidem.
412 *Dignitas, & Canonicatus possunt ex immemorabili consuetudine insimul absque dispensatione Apostolica in eadem Ecclesia retineri.*
413 *Rectores Hospitalis, etsi auctoritate Episcopi erecti, dicuntur habere potius officium, quam Beneficium.*
414 *Hospitale quod non datur in administrationem, sed perpetuo in Titulum Beneficii, cadit sub Reservationibus Apostolicis.*
415 *De Canonissarum origine, & Instituto, & an earum Collegia sint tolerata, vel improbata à Sede Apostolica?* & numer. 416. 417.
418 *Canonissæ aliæ Regulares, aliæ Sæculares.*
419 *Præbendæ Canonissarum, quibus adnexa est Dignitas Abatissatus, Decanatus &c. numerantur inter Beneficia Ecclesiastica, possunt resignari, & in iis locum habent Regulæ de Triennali, & de Infirmis.*
420 *Collegia, & Monasteria Canonissarum subjacent Constitutionibus Apostolicis improbantibus, tanquam Simoniacas, quascumque Capitulationes in Electione Abatissæ, Priorissæ &c.*
Refertur per extensum Decretum Sac. Congregationis particularis Consistorialis. n. 421.
422 *Præbendæ Canonissarum sæcularium non sunt Beneficia Ecclesiastica, sed redditus temporales; non subjacent Reservationibus Apostolicis, nec Juri devoluto.* & numer. 423. 424. & 428.
425 *Dataria numquam rescribere consuevit super his Præbendis, uti de Beneficiis Ecclesiasticis, sed aliquando de illis disposuit tanquam de rebus laicalibus aliquid spiritualitatis adnexum habentibus.* & numer. 426.
Et de illis disponendo, semper apponit clausulam: Non intendimus statum Ecclesiæ vestræ approbare. numer. 429.
427 *Hospitale laicale potest auctoritate Papæ laicis resignari.*

1 Regula comprehendit omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica qualitercumque qualificata, & in quibusvis Ecclesiis existentia; signa vero
denotantia Beneficium Ecclesiasticum sunt sequen- 2
tia. I. quod sit erectum auctoritate Ordinarii. II. quod habeat onus spirituale annexum. III. quod conferatur Clericis. IV. quod nonnisi a Personis Ecclesiasticis possit conferri. V. quod conferatur in perpetuum. VI. quod pure, & sine aliqua extrinseca conditione conferatur. VII. quod habeat certam Dotem assignatam; & VIII. quod conferens non possit illud pro se retinere, juxta originalem doctrinam Abatis *cons. 47. part. 2. Corrad. in prax. Benef. lib. 1. cap. 1. n. 12. & per tot.* ubi singillatim hujusmodi requisita examinat, *Vivian. de Jurepatr. part. 1. cap. 1. n. 61. & seqq. Gonzal. ad Regul. 8. Gloss. 5. n. 6. & seqq. Garz. de Benefic. part. 1. cap. 8. n. 1. & seq. Barbos. de jur. Eccles. univers. libr. 3. cap. 4. a n. 24. & de Episcop. part. 3. alleg. 57. n. 141. Kochier. ad hanc Regul. Gloss. 1. n. 1. & seqq. Rot. dec. 187. cor. Pamphil. & dec. 122. cor. Manzaned. dec. 13. n. 7. & seqq. part. 6. Rec. & in Burgi S. Sepulchri Prioratus 25. Junii 1688. §. Minusque, cor. clar. mem. Cardinali Caccia.*

Ad effectum autem nostræ Regulæ, ad duo præcipue requisita animadvertendum est, primo ad
auctoritatem Episcopi in fundatione, seu erectio- 3
ne Beneficii; adeout si ab initio illius deficiat auctoritas, quamvis cetera requisita concurrant, Beneficium non dicetur Ecclesiasticum, sed potius Legatum pium cum onere Missarum, & consequenter exemtum erit a Reservationibus Apostolicis, late *Corrad. in prax. Benefic. part. 1. cap. 2. per tot. Kochier. dict. Gloss. 1. n. 20. Gonzal. ubi supra, Amostaz. de Caus. piis lib. 3. cap. 2. n. 10. Piton. de Contr. Patron. allegat. 34. n. 18. & 20. Garc. de Benefic. part. 1. cap. 2. n. 102. Barbos. allegat. 57. n. 142. Escaño Propugnacul. Religion. Jerosolym. disput. 11. cap. 3. n. 10. Rot. decis. 101. & decis. 861. num. 1. cor. Dunoz. & decis. 13. num. 8. part. 1. Recent. & decis. 422. numer. 12. cor. Molines*, & in *Pampilonen. Cappellaniæ 25. Maji 1646. §. Nam primum, coram Corrad. impress. post Piton. allegat. 33. & in Hydruntina Cappellaniæ 10. Maji 1697. §. Rursus, cor. dell'Olmo.* Non obstante, quod in
provisione facta ad favorem ultimi possessoris in- 4
tercesserit institutio Ordinarii, quia in judicanda qualitate Beneficii attenditur tantummodo fundatio, seu erectio, *Corrad. dict. cap. 2. numer. 41. lib. 1. Rota decis. 101. numer. 3. cor. Dunoz.*

In dubio autem deficientibus Testamento, Instrumento fundationis, & aliis probationibus anteriorem Beneficii statum evincentibus, præsumen-
dum est intervenisse Ordinarii consensum, si ex 5
ultimo statu appareat factam fuisse collationem tanquam de simplici perpetuo Beneficio, adeout stante tali collatione, Beneficium judicandum erit Ecclesiasticum, *Gonzal. dict. Gloss. 5. n. 50. & seqq. Corrad. in prax. Benef. dict. cap. 2. numer. 58. & seqq. Garz. de Benef. part. 1. cap. 2. numer. 112.* Et tali casu etiam Summus Pontifex de his Beneficiis, quæ aliquando Cappellaniæ, aliquando Legata pia nuncupantur, disponere solet cum expressione,
quod in titulum simplicia Beneficii sint conferri so- 6
lita, & de stylo Cancellariæ, unica collatione plura uni conferri possunt in titulum simplicis Beneficii, ut ex declaratione S. Congregationis Concilii, quam refert *Garc. part. 11. cap. 5. num. 318. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 28. numer. 75.*

Et secundo ad effectum hujus Regulæ, Beneficium debet conferri in perpetuum, & ad vitam il-
lius, cui confertur. Si enim Beneficium sit amovi- 7
bile, seu, ut dicitur, manuale, tunc neque sub ista Regula, neque sub alia reservatione comprehenditur, cum indecorum prorsus sit, provisum a Pontifice,

ab inferiori deinde posse destitui: cap. Cum infe-
rior de Majorit. & Obedient. late Gonzal. Gloss. 5.
§. 6. per tot. Kochier. dicta Gloss. 1. n. 5. Castropal.
Oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 21. punct. 22. §.
1. n. 1. Tyerri de Benefic. sect. 4. §. Dubitabatur pag.
mihi 52. ubi etiam advertit ex Jure Galliæ non sub-
8 jacere Indultis Consiliariorum, nec nominationi-
bus Regiis, Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. nu-
mer. 510. Barbos. dict. part. 3. allegat. 57. numer.
152. Rot. in Nolana Beneficii 21. Aprilis 1684. §.
final. coram Hervault. & in Tirasonen. Prioratus
11. Martii 1689. §. Nec est cor. clar. mem. Car-
dinali Caccia, & in Gerunden. Elaemosinæ Panis
14. Martii 1718. §. Omniumque, cor. bon. mem.
Cerro.

Et licet manualitas non adversetur naturæ Be-
9 neficii, cum etiam Beneficia manualia sint Bene-
ficia Ecclesiastica, Garc. de Benefic. part. 1. cap. 2.
§. 1. n. 69. & seq. Tyerri ubi supra, Lotter. de Re
Benefic. lib. 1. quæst. 7. a n. 14. Corrad. dict. libr.
1. quæst. 7. a n. 14. Monet. de Commut. ultim. vo-
lunt. cap. 12. numer. 94. Rot. in Burgi S. Sepulchri
Prioratus 25. Junii 1688. §. Absque eo, cor. clar.
mem. Card. Caccia. Attamen quidquid sit ad alios
effectus, certum est, ea non comprehendi sub Re-
10 gula, quia Papa reservando sibi collationem Be-
neficiorum, intellexit de collationibus, quæ fiunt
in titulum perpetuum, cum non intendat mutare
11 naturam Beneficiorum, ut firmant DD. laudati in
§. antecedenti.

Posset tamen Papa, sive Ordinarius de consen-
su interesse habentium, Beneficium manuale, in
perpetuum conferre, & ad vitam obtinentis, da-
12 ta tamen in Papa certa scientia manualitatis, ex
plene relatis per Corrad. dicto cap. 6. numer. 284.
& seqq. Rota in dict. Burgi S. Sepulchri §. Nec est,
cor. clar. mem. Card. Caccia. Sed eveniente post-
modum illius vacatione, revertitur ad suam pristi-
13 nam manualitatem, Corrad. dict. cap. 6. n. 305.
& seqq. ubi ita servari de stylo Dataniæ, & subdit,
quod raro per Summum Pontificem hujusmodi Be-
neficia manualia in titulum perpetuum conferuntur.
14 Id tamen explevit san. mem. Alexander VIII. qui
in provisione Abatiæ della Vangadizza, expleta ad
favorem Marci Delphini cum reservatione fru-
ctuum pro cl. me. Cardinali Chisio, sibi reservavit
collationem Beneficiorum ab ea dependentium, &
postmodum Beneficium manuale S. Petri de Mon-
salice a dicta Abatia dependens, & ex resignatio-
ne Marci Otthoboni vacans, providit ad vitam
Tornaquincii Belloni, sine præjudicio Jurium Aba-
tis in futuris vacationibus post obitum dicti Torna-
quincii. Et quamplura alia exempla dabimus in
Commentar. in Regul. XXIV. De male promotis.

Prout etiam Beneficia manualia possunt fieri per-
15 petua consuetudine, vel præscriptione, Gonzal. ad
Regul. 8. Gloss. 5. §. 6. numer. 34. Kochier. ad
Regul. 37. num. 11. Barbos. de Jur. Eccles. univers.
lib. 3. cap. 5. numer. 23. Nicolarts ad Concordat.
German. tit. 1. dub. 3. §. 6.

In dubio autem omnia Beneficia sæcularia per-
16 petua præsumuntur, ex relatis per Gonzalez dict.
Gloss. 5. §. 6. numer. 7. Lotter. de Re Benefic. lib. 3.
quæst. 4. numer. 49. & seqq. Nicolarts dicto dub. 3.
§. 5. Murg. de Benefic. quæst. 3. n. 368. Rot. dec.
143. n. 16. part. 11. Recent. dec. 72. numer. 3. cor.
Cavaler. & in Monasterien. Vicariæ 2. Julii 1706.
§. Illorum, in fine, & §. sequenti, coram clar.
17 mem. Cardinali Scotto. Maxime si Beneficium ab
initio fuerit curatum, & sic perpetuum; nam licet
postea recesserint Parochiani, & fructus omnes
defecerint, non inde tamen desiit esse perpetuum,
Rota in Melevitana Beneficii 11. Decembris 1690.
§. Quoniam, coram cl. me. Card. Caccia, ubi etiam
advertitur, quod licet Episcopi Administratorem
pro tempore deputaverint ad curam Bonorum, ex
hoc tamen non infestur ad manualitatem.

Ex collationibus etiam in titulum perpetuum
emanatis occasione vacationum per obitum, aut 18
resignationum, indicatur status perpetuus Benefi-
cii, & manualitas excluditur, Marescott. var. re-
solut. lib. 1. cap. 55. n. 3. & seqq. Nicolarts ad Con-
cord. German. dub. 3. §. 5. ubi plura alia notat Rota
decis. 646. n. 2. part. 1. Recent. decis. 461. nu. 20.
cor. Bich. cum aliis in dicta Melevitana §. Pradi-
ctis, & in dicta Monasterien. Vicariæ §. cit.

His positis, comprehenduntur primo loco sub hac
Regula Personatus. Est enim Personatus stricte 19
sumtus, administratio perpetua rerum Ecclesiasti-
carum cum aliqua prærogativa, & est quid minus,
quam Dignitas, quia non habet præeminentiam in
gradu, sed simplicem quamdam prerogativam in
Choro, vel in Capitulo, in Processionibus, & si-
milibus præ aliis Canonicis sui Ordinis; sed est quid
plus, quam Officium, quod nullam habet præro-
gativam, & sic est quid medium inter Dignitatem,
& Officium, Cujac. in Rubric. de Præben. colum. 2.
in princip. vers. Parique ratione, Jo. Andr. in Cap.
de Multa n. 1. vers. Personatus de Præben. Fagnan.
in Cap. Ad hæc numer. 50. eod. tit. late, & erudite
Van Espen. in Jus Eccles. univers. par. 2. tit. 18.
cap. 2. a numer. 5. cum plurib. seqq. Lotter. de Re
Benefic. lib. 1. quæst. 16. n. 48. Piton. discept. 99.
n. 71. Hoyed. de incompatib. Benef. par. 1. cap. 9.
n. 2. Rot. dec. 1047. num. 16. & 17. cor. Molines.
Proindeque Personatum esse Beneficium Ecclesia- 20
sticum perpetuum, subjectum per consequens re-
servationi Regulæ, aliisque reservationibus Apo-
stolicis, probant Text. in Cap. Cum accessissent de
Constit. Cap. de Multa de Præb. Cap. 1. de Consue-
tud. in 6. Extravag. Execrabilis de Præben. in qui-
bus Juribus, inter alia Ecclesiastica Beneficia enu-
meratur Personatus. Et late Jo. a Silva de Benefic.
quæst. 2. num. 46. Hoyed loco cit. n. 2. §. Ex quo
clare, Rota in Colonien. Canonicatus 22. Junii 1729.
§. Et ea est ratio, coram Rmo Calcagnino.

Sed major difficultas est, an sub Regula compre-
hendantur Personatus Pmvinciæ Catllaloniæ. Viget 21
enim in ea Regione consuetudo erigendi Personatus
cum lege, quod illius Possessor possit usque ad ter-
tiam nominationem Successorem sibi designare;
posteaque Personatu extincto, in illius Bonis suc-
cedere debeat Causa pia, eorumque fructus in pie-
tatis opera erogari, juxta formulam, & casum ad-
ductum per Rot. in Tarraconen. Personatus 28.
Januarii 1704. & in eadem super Remissoria sub
eadem die cor. clar. mem. Card. Scotto, & in Vicen.
Beneficii 17. Februarii 1713. coram Reverendissi-
mo Aldrovando, & in Vicen. Personatus 28. Mar-
tii 1729. coram R. P. D. Millino.

Et alias resolutum fuit Personatus præfatos, li-
cet non perpetuo duraturos, esse Beneficia Eccle- 22
siastica, cum habeant omnia requisita Beneficii Ec-
clesiastici; eriguntur enim cum Decreto Ordinarii,
sunt permutabiles cum Beneficiis Ecclesiasticis, va-
cant per ingressum Religionis, committitur in iis
Simonia, & obtineri non possunt nisi a Personis
Ecclesiasticis, ut dixit Rota in Vicen. Beneficii §.
Non obstante, & §. Tantoque magis, cor. Reve-
rendiss. Aldrovando. Sola autem eorum tempora-
litas apta non est ad excludendum statum, & qua-
litatem Beneficii Ecclesiastici, quia licet perpetuitas
numeretur inter illius præcipua requisita, non ta-
men repugnat, ut speciali jure, & privilegio aliqua 23
Eccle-

Ecclesiastica Beneficia possint non esse perpetua,
cujus Privilegii vim habet consuetudo immemora-
bilis Provinciæ Cathaloniæ, ubi hi *Personatus* in-
ducti sunt, & in Synodis Provincialibus Tarraco-
nensibus approbati, juxta plenum *Cons. Navarr.*
18. *de Jur. Patr.* & tradunt *Barbos. de jur. Eccles.*
univers. lib. 3. cap. 4. n. 12. Romaguer. ad Con-
stitut. Synod. Gerunden. lib. 3. tit. 4. cap. 1. pag. 87.
Rot. decis. 379. part. 5. Recent. & in Barchinonen.
Beneficii 26. Julii 1705. §. fin. cor. clar. mem. Card.
Scotto, & in Tarracanen. Personatus 28. Januarii
1704. §. Personatum, coram eodem, & in Vicen.
Beneficii 17. Februar. 1713. §. Non obstante, cor.
24 *Reverendiss. Aldrovando.* Et cum hoc sensu, quod
Personatus Provinciæ Cathaloniæ sint Beneficia
Ecclesiastica, processit Sacra Congregatio Concilii
in *Gerunden. Fundationum 24. Martii 1703.*

At non omnium *Personatuum*, qui in Provin-
cia Cathaloniæ eriguntur, est eadem atque unifor-
25 mis natura, cum in ipsa Tarraconensi Provincia
pro varietate Diœcesum, & stipulationum, diver-
simode instituantur, & repeiantur *Personatus*, qui
sunt piæ Institutiones, & non Beneficia Ecclesia-
stica, itaut nullam posse statui certam regulam, sed
pendere decisionem ab inspectione cujuslibet casus
in particulari, dixerit *Rot. in dicta Vicen. Beneficii*
17. Februarii 1713. §. Difficile, cor. Reverendiss.
Aldrovando.

In his tamen *Personatibus* plures abusus, frau-
desque irrepere solent, non tam ex natura eorum
institutionis, quam ex malitia hominum, qui sub
honesti specie pravam intentionem velare satagunt;
unde tempore Alexandri VII. interrogatus a Car-
dinali *Carrado* Prodatario Episcopus *Balneoregien-*
sis in Regionibus illis Minister Apostolicus, ita
26 respondit -- *Sodisfacendo umilmente a quanto V. E.*
m'impone circa gl'abusi de Personati redimiti, o Per-
sonats Redimits, come chiamano in Catalogna, di-
co, che al tempo della san. mem. d'Urbano VIII.
fu data notizia d'essi, & il Signor Cardinal Barbe-
rino sul principio del mio ministero in quelle parti
mi scrisse, e commandò, che impiegassi ogn'opera per
apportarvi rimedio, come cercai di fare scrivendo
la Santissima mente del Papa a tutti quei Ordina-
rj, e col far intendere a Ministri Camerali a me
subordinati in ogni Diocesi, che invigilassero, e mi
avisassero le controvenzioni. L'abuso consiste in
questo. Per esempio, Tizio si trova un grosso Bene-
ficio desiderato da Mevio, al quale lo concedereb-
be, mentre gli fosse data una ricompenza, quale
Mevio non ha, onde per contentarsi l'uno, e l'altro,
trovano questo mezzo termine: fonda Mevio un Per-
sonato a proprio favore v. g. di cinquecento scudi,
ma cum facultate redimendi, & extinguendi detto
Personato, sborzando tanta moneta da convertirsi
però in altra opera pia, al che interpone il Decreto
l'Ordinario; fatto tuttociò permutano, auctoritate
ordinaria il Benefizio con il Personato, e di poi fra
poco tempo, quando lora piace, Mevio redime il
Personato paganda la moneta a Tizio, il quale non
la converte altrimenti in altra opera pia, ma igno-
randolo l'Ordinario, e vivendosi alla supina, e con
la coscienza grossa, si gode, e consuma il denaro,
và in fumo il Personato, e Mevio si tiene il Be-
nefizio, di modo che in questa forma vengono a
vendersi i Benefizj, a farsi le Rinunzie ad favo-
rem senza bisogno di Roma, & a commettersi mil-
le errori, e pregiudizj. Ebbi fortuna di ripara-
re tanto quanto la corrente dell'abuso; ma col non
starsi su, facilmente si continuerà a traboccare.
Hactenus particula Epistolæ scriptæ sub *datum*
10. *Aprilis* 1660. cujus originale adest in *Bi-*
bliotb. Ottoboniana tom. 56. materiarum Datariæ
pag. 42.

Itaque primus abusus est, quod hujusmodi *Per-*
sonatus erigi solent præordinate ad faciendam per- 27
mutationem cum Beneficio Ecclesiastico, vel ad
effectum obtinendi Coadjutoriam in Canonicatu,
vel Dignitate ab alio obtenta, & prævia tali pa-
ctione, & non aliter eriguntur: quod apertissime
Simoniam redolet, *Piton. discept. 28. n. 8. Cleri-*
cat. de Benefic. discord. 26. numer. 13. 18. & 19.
& resolvit Sacra Congregatio Concilii, ut in se-
quenti Decreto -- Vicen. Simoniæ -- *Sæpe in con-*
sensibus Coadjutoriarum ad Canonicatus prastandis
expresse paciscitur, ut Coadjutor instituere, seu fun-
dare debeat unum Personatum dotationis ducenta-
rum auri Duplarum, vel majoris, vel minoris
quantitatis, illumque in manibus Sanctissimi resi-
gnare debeat in ipsius Coadjuti favorem, & quod
talis Personatus sit ad liberam Coadjuti voluntatem,
ita et taliter, quod iste illum possit perpetuare, seu
Beneficium perpetuum facere, aut extinguere in
totum, vel in parte, in uno, seu pluribus actibus
cum publico Instrumento inter vivos, vel in Testa-
mento: itaut possit proprietatem, redditus, & jura
universa illius in totum, seu per partes conver-
tere, & commutare, cedere, & assignare in pias
Causas, & institutiones sibi benevisas. Quærit Vi-
„ *carius Generalis*, An Coadjutoriæ hujusmodi
„ cum resignatione, nulla facta mentione San-
„ ctissimo de tali contraventione, nec de Perso-
„ natus qualitate, imo exponendo esse Beneficium
„ Ecclesiasticum perpetuum, sint Simoniacæ?
„ *Die 28. Septembris* 1680. Sac. Congregatio res-
„ pondit *Affirmative.*

Altera fraus est, quod licet in casu extinctio-
nis *Personatus*, Dos ei assignata, applicari debeat 28
piis operibus in perpetuum, ut cavetur in Con-
stitutione Synodali *Tarraconen.* & observat *Cleri-*
cat. d. ct. discord. 26. n. 10. & 19. Attamen non sem-
per ita servatur, ut patet ex mox recensita epistola
Episcopi *Balneoregien.* Eademque ratione rejicien-
da est conditio, si forte apponatur in *Personatus* 29
erectione, quod post finitas tres nominationes, Dos
ad Fundatorem, aut hæredes in toto, vel parte
revertatur, vel sit in libertate ultimi Possessoris de
illa ad libitum disponere; Quod si fuerit cum
hisce conditionibus erectus, illius permutatio cum
Beneficio Ecclesiastico, fictitia, & Simoniaca erit,
Piton. disceptat. 29. numer. 8. Clericat. discord. 28.
a num. 5.

Nec passim admittendum erit ab Ordinariis,
quod possessor *Personatus* illum extinguendo, ex
bonis ipsius erigat Beneficium Ecclesiasticum cum 30
reservatione jurispatronatus laicalis tam activi,
quam passivi ad suorum Nepotum, & ab eo des-
cendentium favorem, cum in substantia id sit suæ
familiæ appropriare bona, quæ in opera pia dica-
ri debent. Certe erectio Beneficii Ecclesiastici in-
ter opera pia numeratur, ut in his terminis dixit
Rot. in Tarraconen. Personatus super Remissoria
28. Januarii 1704. §. Relevantia, cor. clar. mem.
Card. Scotto. At vis stat in reservatione jurispatro-
natus, tam activi, quam passivi favore Nepotum,
& familiæ, ad quam conditionem diligenter re-
flectere debent Episcopi, cum hæreditaria hæc suc-
cessio sit Sac. Canonibus exosa, atque inimica.

Si tamen hæc erectio facta fuerit, & approba-
ta ab Ordinario, cum expressione, quod Funda- 31
tor novi hujus Beneficii id agat vigore facultatis
sibi attributæ in fundatione *Personatus*, de con-
vertendo illius bona dotalia in opera pia cum condi-
tionibus sibi bene visis, Patronatus ille erit laicalis,
quamvis

quamvis dotatus ex bonis *Personatus*, cum bona illa in his circumstantiis semper remanserint laicalia, ne alias præsumeretur tam Fundatorem, quam Ordinarium deliquisse efformando juspatronatus lai-
32 cale ex bonis Ecclesiasticis; & interim stante præfato Decreto Ordinarii, & statu Beneficii ab eo de jurepatronatus laicali constituto, non erit locus reservationibus Apostolicis, quousque per rem judicatam revocetur, vel corrigatur Ordinarii Decretum, juxta casum laudatæ Decisionis *Vicen. Beneficii* 17. *Februarii* 1713. *coram Reverendiss. Aldrovando* confirmata 19. *Junii* 1716. *cor. bon. mem. Rovault de Gamaches*, & in eadem Causa scribens *Piton. de controv. Patron. allegat.* 100. *num.* 46. Et factum ipsius Ordinarii plurimum in hac materia attenditur, *Rot. in Barchinonen. Beneficii* 2. *Julii* 1717. §. *Nec demum*, *coram bon. mem. Cerro.*

At postquam hæc adnotaveram vidi Capitulationes, seu Concordata inita anno 1717. inter Reverendissimum P. *Pompejum Aldrovandum* tunc Nuncium Hispaniarum, & Regios Ministros pro terminandis differentiis vertentibus inter Aulam Romanam, & Hispanicam, in quibus inter cetera
33 conventum fuit -- *Nono. Sua Santità accorda, che in avvenire non si permetta più l'erezzione de' Benefizj ad tempus limitatum, e per un tal'effetto Sua Santità n'avanzerà gl'ordini, e lettere circolari alli Vescovi di Spagna* -- ut exequutum fuit; De his Capitulationibus in forma specifica a san. mem. Clemente XI. confirmatis, mentio habetur penes *Rot. in Seguntina Archidiaconatus* 4. *Februarii* 1729. *cor. Reverendiss. Aldrovando.*

Secundo, sub nostra Regula comprehenduntur Beneficia curata -- ibi -- *Omnia Beneficia Eccle-*
34 *siastica cum cura, & sine cura* -- quæ verba majoris claritatis gratia sunt adjecta, cum etiam sine illis Beneficia curata comprehensa fuissent sub verbis illis Regulæ -- *omnia Beneficia Ecclesiastica* -- *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 6. *per tot. Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 508. *Nicolarts ad Concord.*
35 *German. tit.* 1. *dub.* 6. §. 1. Quæ autem requirantur ad constituendum Beneficium curatum, seu Parochiale, tradunt *Barbos. de Episcop. part.* 3. *allegat.* 57. *nu.* 158. *& seqq. Gonzal. ubi supra a nu.* 34. *Nicolarts dict. dub.* 2. §. 2. *& seqq.*

Actum fuit in Concilio Tridentino de eximen-
36 dis Beneficiis curatis a nexu Reservationum: Episcopis enim, præsertim Hispanis, consentaneum videbatur, ut in illis conferendis nulli Pontifici reservarentur Menses, sed cuncti eorum potestati relinquerentur, ut qui idoneos in Diœcesi melius cognoscerent. Præjudiciale utique id erat auctoritati Pontificum, a quibus auferebatur libera facultas distribuendi quamplurima Beneficia in variis Orbis Christiani partibus vacantia, expendebaturque, quod licet Ordinarii certiorem meritorum notitiam haberent, hanc tamen notitiam comparari variis modis posse a Pontifice, præcipue vero cum eos eligebat, qui Romæ degerent, & e converso in Ordinariis majorem vim habituros respectus timoris, spei, aliarumque affectionum, quam in Pontifice, qua ex ipsius amplitudine, qua ex ejus longinquitate.

Habitus est hac de re primo loco tractatus sub Paulo III. Cum urgerentur Episcopi ad residentiam, illico objiciebant, quod suæ jurisdictionis exercitium impediretur variis ex causis, sed potissimum, ex quo curata Beneficia Aulicis conferrentur ab eo exercitio longe absentibus, & sæpius ineptis. Neque huic incommodo obviam iri asserebant ex oblatione a Pontifice facta conferendi alternis Mensibus, dummodo continuo residerent. Cum enim hujusmodi Alternativa multis exceptionibus limitaretur, & reliquis sex anni Mensibus collatio a Pontifice facienda esset, non consulebatur plene huic negotio, nisi ordo collationum, quæ Pontificiæ auctoritatis erant, apte componeretur, & statui inviolate. Animarum curam oportere hominibus doctrina, ac probitate dignis demandari, qui ad munus per se ipsos administrandum adigi possent, neque adeo præcellentes, vel natalium fortuna, vel munerum Dignitate, ut nequirent Episcopi eos habere tamquam sibi subditos, quos sibi, sive pares in æstimatione, sive superiores agnoscerent.

Itaque nonnisi leviter de abroganda reservatione in Beneficiis curatis actum est, cum disceptatio tunc esset, ut non darentur minus dignis, nec nimis potentibus, nec degentibus in Aula, nec alia cura devinctis. Deinde sermo iterum increbuit sub *Julio III.* qui ad Cardinalem *Crescentium* scripsit, se numquam id passurum esse, cum Hispano Regi potestas inesset nominandi ad cunctas Cathedrales, & Consistorialia Monasteria, Episcopos eam adipisci in cunctas Ecclesias Parochiales, relicta solum Apostolicæ Sedi ex aliis Beneficiis distributione, cum Ordinariis secundum Menses divisa.

Denique actum de his est sub *Pio IV.* qui variis ea de re consiliis propositis, Legatis significavit, peculiariter Cardinali *Simonettæ*, ut ab ipsis Concilio satisfieret, nec ob eam causam cursus emendationis retardaretur. Idemque prius Cardinalis *Borromeus* scripserat ad Cardinalem *Vice Comitem.*

Triplex temperamentum a Pontifice propositum fuerat. Primum, ut Beneficia curata quocumque Mense ad Episcopos ita spectarent, ut pariter cuncta Beneficia non curata ad Pontificem pertinerent. Secundum, ut ea Beneficia non alio modo conferrentur, quam in *forma Dignum.* Tertium, ut Pontifex conferret cunctas Parochiales in ipsius Mensibus vacantia solum Dignis Viris ex ipsa Diœcesi, quorum Syllabus ab Ordinariis ipsi mitteretur.

Tandem proposita fuit forma examinis per viam
Concursus etiam in Mensibus Summo Pontifici re- 37
servatis. At a Gallis, & præsertim a Cardinali *Lotharingio*, Concursus minime probabatur, ne induceretur in Ecclesia quoddam petitionis genus, qua declararetur, qui peteret, esse dignissimus; sed Edictum vulgandum, quo monerentur omnes, ut si quis idoneum quempiam agnosceret, illum nominaret, postea vero eos, qui descripti, & oblati essent, examinandos, & eorum optimum eligendum. *Salmanticensis* quoque Episcopus pluribus comprobavit curam Animarum per examen demandandam esse, testatus, experimento conspici in Hispania, præstantiores esse, qui hoc pacto seligerentur; sibi tamen displicere Concursum, utpote stimulum ad æmulationes, ad ambitiosos conatus, ad odia. Idcirco videri sibi ad majorem Cleri pacem, & Episcoporum Dignitatem conferre, si ad hoc pariter extenderetur id, quod præscribitur Patronis Ecclesiarum Parochialium, hoc est, ut eum eligerent, qui postea Examinatorum judicio idoneus esset declarandus, aliter electio in irritum caderet; & ad effectum, ut amoveretur omnis suspicandi ratio, ne probarentur ab Examinatoribus non idonei in gratiam Ordinariorum, caverent iidem Examinatores, ne præter jurisjurandi vinculum, illius familiares essent.

Placuit tamen, & stabilita est forma Concursus, extensumque, & probatum Decretum, quod extat *cap.* 18. *sess.* 24. Res quidem laudabilis, cum tendat Concursus ad majus bonum Ecclesiæ, ut dixit *Rot. in Tarraconen. Parochialis, seu Vicaria* 2. *Maii* 1698.

1698. *§. fin. cor. Olmo.* Et *Hieronymus Ragazzonus* in Oratione habita in fine Concilii, ait, formam hanc providendi Ecclesiis curatis *memorabili, ac pene cælesti ratione constitutam*, & ex qua uberrimos fructus quotidie exoriri videmus.

Eodem Concilio pendente, cum Germanis actum
38 est de hac eadem re. Iis respondit Pius IV. *Id sibi præcipue curæ fore, ut Viris doctis, & idoneis conferrentur Parochiales Ecclesiæ, ideoque eos orabat, ut secum modum excogitarent, per quem eadem Ecclesiæ in quibuscumque Mensibus vacantes districtissimo judicio Viris doctis, & idoneis conferrentur, nam ut illarum collationem, etiam in sex Mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, Ordinariis locorum concederet, e re, & utilitate universalis Ecclesiæ non erat, cum exploratum sibi esset ab Ordinariis, non magnum respectum virtutis, & doctrinæ, nec utilitatis Ecclesiæ in Beneficiorum collatione haberi, sed conferri ab eis, vel Cognatis, vel Ministris, aut his, quibus favent eorum Secretarii, & Consiliarii. Qua autem modo de Parochialibus ordinari posset, diligentiorem requiri cogitationem, cupiebatque Universitatem Germaniæ consilium, ut quod utilissimum inventum fuerit, eligeretur*, ut legitur apud *Raynald. ad annum* 1563. *num.* 44. *in responsione ad quintum articulum.* Inventum postea in Concilio remedium Concursus, quo præstantius aliud inveniri non potuit, nec potest.

Oblaterat ore maligno contra hanc Concilii dis-
39 positionem *Paulus Sarpius*, aitque per hoc temperamentum retineri Reservationes, sed Episcopos Dominos constitui Beneficiorum Curatorum, & excogitatum artificium, quo Episcopus reddatur arbiter conferendi Beneficia, cui libuerit, & nihil detrahatur lucro Aulæ Romanæ. At falsum est, Parochialium collationes penes Episcopos esse, hi enim obligantur, ut Sententiis Examinatorum inhæreant in rejiciendis iis, qui ab illis minus idonei comperiuntur, & etiam ut digniores anteferant. Quare videmus, sæpe eos, qui posthabiti sunt, provocantes ab irrationabili Ordinariorum judicio, esse in lite victores. Præterea non satis callebat *Sarpius* utilitatem, aut damnum Principum, si solo pecuniarum lucro, aut jactura, ea ponderabat. Metitur hæc regula Mercatores, non Principes, qui dominium, & jurisdictionem, non lucrum pecuniarum æstimant; unde quisque intelligit, quam gravi jacturæ consenserit Pontifex, ut Ecclesiæ bono consuleretur, cum abdicavit a se facultatem pro suo arbitratu conferendi Beneficia curata in Mensibus reservatis, &, cum Aulam Romanam privavit ea frequentia, quam secum ferebat concursus tot Hospitum Ecclesiasticorum, quibus opus erat, ut illic sui specimen darent ad ea Sacerdotia suis in Regionibus obtinenda.

Objicit rursus *Sarpius*, hoc Decretum magna ex parte irritum esse redditum ob resignationes Parochialium, quæ sine Concursu conferuntur Personis a Resignante designatis. Sed hujusmodi Parochialium Resignationes, aut non ita passim admittuntur, nisi circumspecta cum indagine super idoneitate Resignatarii, proprii Episcopi judicio comprobata, & ex justis, ac rationalibus causis, aut Decretum Concilii ad hujusmodi generis vacationes referri non potest, ut late dicemus in *Commentar. in Regul. XLV.* Hæc depromsimus ex *Pallavicino, & Reding. in Histor. Concilii Tridentin. sess.* 5. *tract.* 3. *pag. mihi* 244. *n.* 4. *tom.* 1. *& tom.* 4. *sess.* 24. *pag.* 382. 306. 308. *&* 363. ubi rejicit ea, quæ post *Sarpium* objicit *Heddigerus*, & ex quibus elisa quoque remanent ea, quæ *Sarpius* ipse approbat *in Histor. Concilii lib.* 8. *pag. mihi* 779. 783. *&* 811. *juxta impressionem in* 4.

Sunt itaque Parochiales, quæ in Mensibus Apostolicis vacant, reservatæ vigore Regulæ, sed provideri debent per Concursum, itaut Ordinarius sequuta vacatione Parochialis, proponat edictum,
& ex approbatis ab Examinatoribus, Digniorem 40
eligat, cui per Papam facienda est collatio, ut habetur *dict. cap.* 18. *sess.* 24. *& in Constitut. S. Pii Is*
33. Et tenetur sic prælectus intra sex Menses, si 41
adsit ultra Montes, Provisionem Apostolicam impetrare, ut expresse cavetur in eadem *Constitut. §.* 4. *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 14. *n.* 1. *Garc. de Benefic. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 152. 173. *&* 224. *Pignattel. consultat.* 77. *nu.* 110. *tom.* 9. *Barbos. ad Concil. sess.* 24. *cap.* 18. *num.* 139. *Rot. decis.* 576. *numer.* 22. *& seqq. part.* 18. *Recent. & in Barchinonen. Parochialis de Albinania* 1. *Junii* 1696. *§. Ratio, cor. Muta, & in Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ Castrifidelium* 22. *Martii* 1697. *§. Ratio, cor. Olmo.* Idque locum sibi vindicat, etiamsi age-
retur de Parochiali, quæ sit de jurepatronatu Eccle- 42
siastico, nam si in Mense Apostolico ea vacaverit, Episcopus prævio Concursu digniorem eliget, & ad Summum Pontificem pro collatione remittet, nulla habita consideratione Patronorum, ut relatis quamplurimis Sacræ Congregationis Concilii Resolutionibus, *Garc. de Benefic. part.* 9. *cap.* 2. *nu.* 22. *& seqq. Nicolartis ad Concordat. German. tit.* 1. *dub.* 6. *in fine.*

Verum quia neque Concilii Tridentini Decreto, neque Piana Constitutione Examinis in Concursu peragendi forma, seu methodus ulla certa, ac peculiaris servanda proponitur; Hinc ex diverso modo, quo juxta Diœcesum Consuetudinem, seu Episcoporum placitum examen hujusmodi peragebatur, quamplurima oriebantur inconvenientia, & sæpe frivolæ appellationes, quæ a non approbatis in Concursu interponebantur, vel a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Episcopi; necnon incongruæ provocationes ad novum examen. Hinc ut hujusmodi malo obviam iretur, Sacra Congregatio Concilii re mature examinata diebus 1. *Octobris, &* 16. *Novembris* 1720. quamplurima saluberrime præscripsit tam circa methodum, seu formam examen peragendi, quam circa appellationes a non approbatis interponendas, eaque Ordinatii omnibus servanda proposuit per Litteras Encyclicas sub datum *die* 10. *Januarii* 1721. quas dabimus in Commentariis in Regulam XXXVII. *De non appellando ante Sententiam definitivam.*

An autem Cardinalis Episcopus in Curia præ-
sens possit conferre Parochialem Ecclesiam alicui ex 43
suis familiaribus, vel alii in Curia existenti absque Concursu, sed solum prævio examine coram Examinatoribus Urbis? Affirmative respondet *Germon. de Indult. Cardinalium §. Quibusvis sub nu.* 9. Ea
ratione, quod si præsentes in Curia Parochiales ob- 44
tinere non possent, nisi per examen prævio Concursu, facile eveniret, ut quantumvis essent eximiæ doctrinæ, & bonis moribus ornati, fere numquam talia Beneficia consequerentur, quia ob locorum præsertim distantiam, incommoda, expensas itineris, aut facile ad locum Concursus accedere non possent, aut tempore, quo illuc pervenirent Concursus jam esset exactus: & quamvis Conc. Trident. *sess.* 24. *cap.* 18. Concursum fieri percipiat, etiamsi ipsa Parochialis Ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore Indulti, seu Privilegii S. R. E. Cardinalium &c. nihilominus Conciliaris hæc dispositio intelligi debet, aut de Cardinali habente extraordinarium Indultum conferendi Beneficia in aliena Diœcesi, aut de Cardinali obtinente Abatiam, val Dignitatem in alia Diœcesi,

cujus

cujus ratione confert Parochialem, in qua juxta laudatum Concilii Decretum faciendus est Concursus, *Ita Germon. loco cit.* quem sequuntur *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. cap. 8. n. 11. Massobr. in Prax. haben. Concursum Prælud. 26. dub. 24. n. 6. & 7. & requisit. 7. dub. 42. Dian. Oper. Coordinat. tom. 9. tract. 7. resolut. 57.*

Verum *Germonii* opinio nec in praxi servatur,
45 nec in jure subsistit; Concilium enim generaliter loquitur, & omnes Parochialium per obitum vacantium provisiones Concursui, veluti vinculis, & catenis, adstringi voluit, nil penitus excipiendo, unde expressit omnes casus, quando Parochialis est de libera Episcopi collatione, quando Episcopus est etiam Cardinalis, & Indulto conferendi Beneficia reservata gaudeat, & quando collatio spectat ad Papam, & Parochialis sit quacumque reservatione affecta, etiamsi in Curia vacaverit, ut in laudato *cap. 18. sess. 24.* & observat *Rot. decis. 48. n. 1. & sequen. part. 1. divers.* Et S. Pius V. sua celebri *Constitut. la 33. §. Eorumdem -- Omnes, & singulas collationes, provisiones &c. Parochialium Ecclesiarum ab eisdem Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusvis aliis Collatoribus tam Ordinariis, quam Delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac Sedis Apostolicæ Legatis, vel Nunciis, præter, & contra formam ab eodem Concilio Tridentino, præsertim in examine per Concursum facienda præscriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas, & irritas declaravit.* Ex dicta autem Conciliari Sanctione, per Constitutionem Pianam innovata, aperte deprehenditur, Cardinales Episcopos in Curia præsentes non posse absque Concursu Parochiales ad eorum collationem spectantes, sive jure Ordinario, sive delegato Pontificis, si sint reservatæ, ullomodo conferre. Et si sub Conciliari dispositione comprehenduntur Parochialium provisiones ad Pontificem spectantes, etiam ex vacatione in Curia, multo magis comprehendi debent Parochiales, quæ ad Cardinalium Episcoporum collationem pertinent, *Tondut. resolut. Benef. part. 2. cap. 187. n. 2. & 3.*

Nec attendendæ sunt geminæ limitationes a *Ger-*
46 *monio* traditæ Decreto Conciliari; istud enim generaliter loquitur sine ulla exceptione, unde generaliter intelligi debet, *leg. de pretio ff. De public. in rem action. leg. in fraudem §. ultim. ff. de Testament. Militar. leg. 1. §. Generaliter ff. De legat. præstat.* & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *leg. non distinguimus ff. de Recept. Arbitr. leg. Præses ff. de Offic. Præsid. leg. Quos prohibet. ff. de Postul.*

Ultraquamquod neutra subsistit. Non prima,
47 quod Concilium loquatur de Cardinalibus habentibus Indulta extraordinaria, quia nimis probat, hoc enim pacto nullus Cardinalis Episcopus, etiam in propria Diœcesi residens, & Parochialem reservatam conferens vigore Indulti, teneretur facere Concursum, quod usqueadhuc nemo somniavit.
48 Rursus Concilium *Sess. 24. cap. 19.* abrogavit Indulta extraordinaria conferendi Beneficia in alienis Ecclesiis, ergo intelligi non potest, quod Concursus requiratur in Parochialibus spectantibus ad collationem Cardinalis vigore Indulti extraordinarii, si Indulta præfata abrogavit.

Minusque subsistit secunda, quod Concilium intelligi debet de Cardinalibus habentibus in aliena Diœcesi Monasteria, quorum ratione eis competat Parochialium collatio. Siquidem, ut mox di-
49 ximus, Concilium, & Constitutio S. Pii plures casus distinguunt; quando nempe Parochialis collatio spectat ad Episcopum, quando ad Papam, quando ad Cardinales vigore Indulti, & demum quando spectat ad inferiores, Abates nempe, vel Capitula, & in omnibus casibus per Concursum Parochiales conferri mandat; unde sive Cardinales conferant vigore Indulti, sive Jure ordinario tanquam Episcopi, sive tanquam Abates, Parochiales absque concursu conferre non possunt.

Prout etiam nil relevat, vel præsentia Cardina-
lis in Curia, vel præjudicium Familiarium, & 50
Curialium. Quod enim Episcopus Cardinalis sit in Curia præsens, hoc est per accidens, nec ob talem præsentiam ullo gaudet Privilegio post Concilium Tridentinum, & facultas illi competens conferendi Parochiales, non descendit a Jure aliquo speciali suæ Personæ concesso, sed eas jure suæ Ecclesiæ conferi, & tamquam Episcopus, unde obstringitur, sicuti ceteri Episcopi, Parochiales per Concursum conferre. Præjudicium vero, quod inde resultat Familiaribus, & Curialibus satis leve est, & longe majus est præjudicium, quod eveniret nedum pluribus Personis in partibus degentibus, sed & forsan ipsimet Ecclesiæ, quæ destituta remanere posset optimo Pastore, ex pluribus approbatis in concursu seligendo, ad firmata per *Rot. in Legionen. Parochialis 2. Julii 1706. §. Prout male, cor. Omalia.* Maxime quia Concilium demandando Concursum, inter cetera absurda obviare voluit illi Curialium, qui uti conquerebantur Episcopi, præsertim Hispani, Parochiales omnes reservatas obtinebant, ut diximus supra num. 36.

Concilii tamen Decretum dict. *cap. 24. Sess. 18.*
non obstat quominus Cardinalis, aut quicumque 51
alius Episcopus, in Curia existens, examen Parochialis de Jurepatronatus vacantis, quod extra Concursum fieri debet, uni, vel pluribus Urbis Examinatoribus committere valeat, ut decrevit *Sacra Congregatio Concilii 11. Martii 1637.*

Ceterum, si Cardinalis Episcopus cedendo Ec-
clesiæ regimini, sibi reservaverit ex concessione A- 52
postolica jus conferendi Beneficia, quæ in Mensibus reservatis in ea vacare contigerint, tunc sequuta Parochialis vacatione in altero ex Mensibus præfatis, facultas indicendi Concursum non ad ipsum Cardinalem Indultarium spectat, sed ad Episcopum, cui etiam competit Jus præeligendi digniorem ex approbatis in Concursu, reservata solum Cardinali collatione favore ipsius prælecti explenda, ut diximus in *Commentar. in Regul. I. §. finali.*

Plures tamen sunt casus, in quibus non requiri-
tur Concursus in Provisione Parochialium, quos 53
usque ad viginti enumerat *Carrad. in prax. Benefic. lib. 3. cap. 3. Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 6. a n. 116. cum pluribus seqq. Nicolarts. ad Concord. German. tit. 1. dub. 6. §. 6. Fagnan. in cap. Cum ad nostram de Elect. Rot. in Legionen. Parochialis 18. Januarii 1706. §. Multoque magis, & 2. Julii ejusdem anni §. Prout male, & §. Nec relevat, cor. Kaunitz, & in Compostellana Parochialium super Compulsoria 19. Januarii 1728. cor. R. P. D. Ratto.*

Præ ceteris vero casibus, in Parochialibus alias,
quam ratione Mensis reservatis, vel affectis, de 54
Jure non requiritur Concursus, sed solum fit, juxta stylum Datariæ, pro instructione Animi Pontificis, nec competit prælectio *Dignioris* Ordinariis, sed tenentur isti Acta Concursus ad Datariam
transmittere. Quemadmodum de ejusdem Data- 55
riæ stylo, non est faciendus Concursus in Paro-
chialibus juxta *Constitutionem S. Pii*, seu alias prop- 56
ter negligentiam, seu culpam Ordinariorum devolutis. Nec in impetratione Parochialium certo modo, juxta celebrem Resolutionem Congregationis particularis de ordine san. mem. Clementis XI. habitæ in Ædibus clar. mem. Cardinalis *Carpinei*

pinei circa Concursus in Parochialibus *die* 16. *Januarii* 1701. cum interventu EE. DD. ejusdem *Carpinei*, *Panciatici*, *Cincii*, *Sacripantis*, *Sperelli*, *&* *Bichii*. Et RR. PP. DD. *Caprara*, *Scotti*, *Paracciani*, *Origbi*, *Meula*, *Philippuccii*, *Oliverii*, *Corradini*, *Cavalerii*, *&* *D. Officialis Vacationum per obitum*, quæ censuit.

Consulendum Sanctissimo expedire, ut in Parochialibus ratione Mensium reservatis fieret concursus coram Ordinariis, eisque relinqueretur praelectio juxta dispositionem Concilii Tridentini, usumque inveteratum, tam antiquum, quam modernum.

In Parochialibus vero alias reservatis, vel af-
fectis, fieret quidem Concursus coram Ordinariis,
57 *sed pro sola instructione Animi, & ad libitum*
Sanctissimi, cum transmissione Actorum ad Datariam, juxta ultimam praxim. (a)

In devolutis tamen juxta Constitutionem B. Pii
V. seu alias propter negligentiam, vel culpam Or-
58 *dinarii, prout etiam in impetratis certo modo, non*
esse faciendum Concursum, sed servari debere stylum Datariæ.

In Parochialibus Brittaniæ, & Hispaniæ, ac
Regionum Ultramontanarum, pro quibus adsunt
in Urbe concurrentes, fieri debere Concursum co-
59 *ram Eminentissimo Urbis Vicario juxta stylum. A*
Vicariis Capitularibus, necnon Apostolisis trans-
60 *mittantur Acta Concursus, nec eis permittatur*
praelectio.

Et *die* 18. *ejusdem Mensis* facta per clar. mem. Cardinalem *Sacripantem* Prodatario relatione san. mem. Clementi XI. Pontifex resolutionem, seu insinuationem prædictam benigne approbavit.

Similiter non requiritur Concursus in Paro-
61 chialibus de Jurepatronatus Ecclesiastico, in quarum fundatione expresse cautum fuit, quod ille intervenire non debeat; Per Concilium enim Tridentinum fuisse præservatas leges fundationis Concursus exclusivas, resolvit Sacra Congregatio ejusdem Concilii apud *Garc. de Benef. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 280. *Barbos. ad Concil. sess.* 24. *cap.* 18. *n.* 147. *Ugolin. de Offic. & potest. Episcopor. cap.* 30. §. 3. *n.* 3. *vers.* 3. *Massabr. in prax. haben. Concurs. requis.* 2. *dub.* 1. *n.* 23. *&* 24. *Pax. Jord. var. lucubrat. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 60. *Ventrigl. in prax. par.* 2. *adnot.* 5. §. 2. *n.* 8. *Corrad. in prax. Beneficiar. lib.* 3. *cap.* 3. *sub n.* 5. *Pitan. de controv. Patron. allegat.* 5. *n.* 1. *Rot. decis.* 1403. *n.* 4. *coram Seraphin. & in Legionen. Parochialis* 2. *Julii* 1706. §. *Nec relevat, coram Kaunitz.*

Celebris tamen quæstio est, an Tridentini dispositio *dicta Sess.* 24. *cap.* 18. innovata per famigeratam Constitutionem XXXIII. *S. Pii* locum habeat, etiamsi Parochialis de Jurepatronatus Ecclesiastico ab immemorabili, vel a tempore metam centum annorum excedente, absque Concursu pro-
62 videri consueverit? Et negative pluries respondit *Rota* ea præcipue ratione, quod immemorabilis, cui in hoc æquiparatur centenaria, præsumere facit contrariam legem fundationis, Privilegium Apostolicum, ac quemcumque alium meliorem excogitabilem titulum Conciliaris, & Pianæ dispositionis elisivum, ut præ ceteris *decis.* 52. *coram Ubago, & in Novarien. Parochialis, coram clar. mem. Card. Caprara decis.* 730 §. *final. &* 2. *Julii* 1706. §. *Nihilominus, cor. Ansaldo, & in Legionen. Parochialis* 15. *Januarii* 1703. §. *Verum, &* 17. *Aprilis ejusdem anni in fine, cor. Pio, & novissime* 11. *Januarii* 1706. *&* 2. *Julii ejusdem anni cor. Kaunitz.* In quibus postremis Decisionibus late firmatur, nec per Concilium, nec per Constitu- 63
tionem Pianam derogatum fuisse immemorabili, ac centenariæ Consuetudini exclusivæ Concursus.

Verum cum postrema Decisio *coram Kaunitz* emanaverit cum magna suffragiorum scissura, hinc *Rota* de hujus opinionis subsistentia dubitando, mandavit, ut super hoc puncto scriberent pro veritate duo Advocati a Decano deputandi, ut enarrat *Rota in Novarien. Parochialis loci Cisti* 27. *Januaris* 1710. §. *Hinc non minus, cor. Priola*. fuitque munus hujusmodi demandatum celeberrimo, & acutissimi ingenii Viro *Emo D. meo Cardinali de* LAMBERTINIS, *tunc Consistorialis Aulæ Advocato*, necnon notæ Doctrinæ, ac in Beneficiali præsertim materia præstanti, bon. me. *Advocato Pitonio*, quorum tamen Consultationes ob superventam mortem unius ex Collitigantibus, quæ liti finem dedit, editæ non fuerunt. Sed longe post hæc scripta prodiit in lucem Opus *Pitan. de Controvers. Patronor.* qui *allegat.* 5. publicavit Votum, quod in dicta Causa *Legionen. Parochialis* de mandato Rotæ efformaverat, & contrariam sequitur sententiam. An vero rationum momenta per ipsum exposita, subsistant, aliis examinandum relinquimus, dum diuturno plurium annorum morbo acriter afflicti, non mihi aliud cogitandum remanet, quam Sepulcrum, quod solum superest.

Ceterum non solum in Parochialibus reservatis,
sed in aliis quoque Beneficiis non curatis requiri 64
tur Concursus, quando Papa in eorum erectione mandavit, quod fiat examen, & circa eorum collationem idem prorsus servetur ordo, quem Concilium Tridentinum in conferendis Beneficiis curatis servari præcipit. Unde cum dispositio Conciliaris locum habeat respectu Concursus, etiam in Parochialibus reservatis, hic idem ordo servandus est quoque in conferendis iis Beneficiis, quæ cum lege uniformi legi Conciliari fuit erecta, itaut provisio aliter facta sit nulla, etiamsi in erectione adjectum non esset Decretum irritans; nam sufficit, quod adsit in Decreto Concilii. *Rota decis.* 114. *n.* 1. *&* 2. *cor. Buratt. & in Derthusen. Beneficii* 16. *Februarii* 1705. *cor. Caffarello, &* 22. *Junii ejusdem anni cor. Omalia.*

Atque hinc patet, quam justa ratione Sedes A-
postolica sub Alexandro VII. improbaverit abu- 65
sum in *Belgio* vigentem, quo Parochiales, præsertim de Jurepatronatus Ecclesiastico, in Mensibus reserva-

(a) Hoc ipsum quoque servandum esse consultissime sanxit Sanctissimus D. N. Benedictus XIV. in celebri encyclica Epistola sub Datum 14. *Decembris* 1742. Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis scripta, quam integram dabimus in Calce Commentarii in Regul. XXXVII. *De non appellando ante sententiam diffinitivam.* In eaque per hæc verba Sapientissimus Pontifex loquutus fuit. „ Demum cum non raro contingat, Ecclesias Parochiales, Dignitates, Canonicatus, aliaque Beneficia Curam Animarum habentia, a Sede Apostolica esse conferenda, vel „ quia vacaverint in mensibus reservatis, vel quia ex alio capite dictæ Sedi reservata sint: Nos Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes præcipimus; & mandamus, ut uno vel altero eveniente casu, concursus ab Episcopo „ sine ullo discrimine indicatur, nulla ad hunc actum petita venia, vel licentia, quam Nostris hisce litteris sibi tributam Episcopi intelligant. Absoluto Concursu, si res sit de Beneficiis Curatis, *quæ tantum ratione Mensium reservata sint*, Episcopus inter approbatos eligat magis idoneum, & Datariæ significet, nec acta Concursus transmittat, nisi a Dataria, cum id opportunum duxerit, requirantur. Sin vero dicta Beneficia, quibus Cura imminet „ animarum, *ex alio quovis capite quam Mensium Apostolicorum* S. Sedi reservata sint, eo sane casu, veteri non immutato more, abstineat Episcopus a ferendo Dignioris judicio, & Acta Concursus ultro Datariæ exhibeat.

reservatis vacantes, conferebantur ab Ordinariis
ad præseotatinnem Patronorum, de qoo abusu te-
statur etiam *Zyp. in Annal. Jur. Pontific. lib.1. tit.*
de Elect. n. 5. & Consultat. 3. n. 39. Van Espen in
Jus Eccles. univers. tom. 2. tit. 23. cap. 5. num. 17.
Cum enim ad notitiam S. Sedis abulus præfatus
devenisset in fine anni 1656. demandatum fuit om-
nibus *Belgii* Episcopis, ut in posterum se abstine-
rent in concedendo Institutiones præsentatis a Pa-
tronis Ecclesiasticis ad Parochiales vacantes in Men-
sibus reservatis, quodque illi, qui jam reperieban-
tur in possessione hujusmodi Parochialium, recurre-
re deberent ad Datariam pro obtinenda nova pro-
visione, quæ concessa eis fuisset abque ulla expen-
sa, & ut dicitur, per *simplicem Signaturam*. Habi-
sus tamen fuit per nonnullos illarum partium Eccle-
siasticos recursus ad Laicam potestatem, prodiit-
que in contrarium Edictum cum allegatione quadam
juridica Advocati Fiscalis *Belgii*, qui pro sustinen-
do hujusmodi abusu, in eo præcipue insistebat, quod
66 Regula Mensium reservatoria numquam fuit in *Bel-*
gio observata circa Parochiales, aliaque Beneficia
Curata de Jurepatronatus Ecclesiastico, sed facto
Concursu coram Ordinario, consueverit Patronus
Ecclesiasticus unum ex approbatis ad Parochialem
nominare, & Episcopus instituere, juxta disposi-
tionem Concilii Tridentini *Sess. 24. cap. 18. de Re-*
format. Quodque tam Ordinarii, quam Patroni
67 Ecclesiastici in hac possessione ab antiquo tempore
reperiebantur contra omnes reservationes, tum Re-
gulæ IX. tum Constitutionis Pianæ, quam dice-
bat numquam fuisse in *Belgio* receptam tamquam
contrariam Concilio Tridentino, cui nec Constitu-
tio Piana derogare poterat, minusque Regula Can-
cellariæ, quæ est lex transitoria, & durat, duran-
te vita Pontificis. Superaddebat, quod licet obser-
68 vetur in *Belgio* reservatio octo Mensium, quoad
alia Beneficia simplicia, tamen id non procedebat
vigore Regulæ, sed ejusdem voluntariæ consuetu-
dinis, quæ nec etiam erat uniformis, cum a pluri-
bus Ordinariis conferrentur Beneficia simplicia, e-
tiam in aliquo ex dictis octo Mensibus vacantia.
Sed hujusmodi rationes nullius sunt ponderis.
69 Quod enim Regula IX. sit recepta in *Belgio*, nulla
videtur adesse difficultas, & continuo illius Ditio-
nis Episcopi Sedi Apostolicæ supplicant pro obti-
nenda Alternativa Mensium per eamdem Regulam
indulta, ut diximus in *Commentar. in Proœm. Re-*
gular. n. 58. & sermo iterum incidet infra in se-
70 cunda parte Regulæ *§. VI. n. 13.* Prætensa vero
quasi possessio suffragari nequit Patronis Ecclesiasti-
cis, sive quia contra dispositionem dictæ Regulæ
clausulis amplissimis derogatoriis munitæ, ea locum
non habet, sive quia observaotia est in contrarium
tam respectu Parochialium liberæ collationis, quam
etiam respectu aliarum, quæ sunt de Jurepatrona-
tus Ecclesiastico, ut ex inoumeris exemplis a li-
bris Datariæ depromtis Provisionum earumdem
Parochialium a Sede Apostolica expletarum, vigo-
re Reservationis contentæ in Regula IX. cui si sub-
jacent Episcopi, & Archiepiscopi *Belgii* se abstinen-
tes a Collatione in Mensibus reservatis, quamvis de
jure communi facultatem habeant libere conferen-
di in omnibus Mensibus, multo magis abstinere se
debent Patroni Ecclesiastici, qui ex mera gratia,
& S. Sedis indulgentia gaudent jure præsentandi.
Neque subsistit Episcopos in *Belgio* se abstinere a
conferendis Beneficiis in octo Mensibus reservatis
vacantibus, vigore liberæ consuetudinis illius Re-
gionis, cum potius hujusmodi observantia referenda
sit ad Regulam IX. quæ per quemlibet Pontificem
in crastinum suæ assumtionis ad Petri Cathedram re-
novatur. Hinc est, quod Sede Apostolica vacante,
Belgii Ordinarii quolibet Mense Beneficia conferunt;
sed publicata per novum Pontificem Regula, amplius
in eorum provisione non se ingerunt, nisi in quatuor
tantummodo Mensibus, aut respective sex, quan-
do Alternativam acceptant, & dicemus infra in
Comment. in 2. partem hujus Regulæ §. VI. n. 13.
Non absimilibus rationibus *Rota in Tridentina*
Archipresbyteratus 3. Decembris 1723. *coram bo.* 71
mem. Gamaches improbavit prætensam consuetudi-
nem, quam nonnulli vigere asserebant in Diœcesi
Tridentina, ut Beneficia curata conferri possent ab
Ordinariis, tametsi eorum vacationes contingerent
in mensibus Sanctæ Sedi vigore Concordatorum
Germaniæ reservatis. Dictam enim consuetudinem
nedum excludebant quamplurimæ provisiones a
Sancta Sede expletæ de Beneficiis præfatis, ob va-
cationes sequutas in Mensibus reservatis, de qui-
bus laudata *Decisio in §. At vero:* sed & multo
fortius illam elidebat ratio, quod ante editam Re-
gulam IX. Cancellariæ, seu inita Coocordata Ger- 72
maniæ, quibus subjacet Diœcesis Tridentina, con-
trarius usus recipi, & servari non poterat, cum
tunc deficeret subjectum, idest reservatio Men-
sium, contra quam prætenditur inducta consuetu-
do. Post editam vero Regulam, & post inita Con-
cordata, nullus introduci valuit usus contrarius,
cum vigore *Decreti irritantis, & clausulæ sublata*
in Regula, & in Coocordatis appositæ, præpedi-
ta remanserit inchoatio cujuscumque observantiæ
contrariæ, ut bene prosequitur *Rot. in dicta Tri-*
dentina Archipresbyteratus §. Nec valuit, confir-
mata 3. Decembris ejusdem anni §. Et si autem,
coram bon. mem. Gamaches, & 3. Februarii 1727.
coram Reverendiss. Calcagnino, impress. post *Piton.*
discept. Eccles. 350. qui latissime etiam materiam
examinat, & conferunt tradita per *Rot. in Nova-*
rien. Parochialis loci Cisli 27. Januarii 1710. *§.*
Hinc non minus, coram cl. mem. Card. Priolo.
Præsertim, quia San. mem. Clemens VII. tem-
pore proximo Concordatis Germaoiæ sua *Constit.* 73
41. *Bullar. tom. 1.* expresse damnavit inobservan-
tiam Concordatorum, omnesque collatiooes con-
tra eorum præscriptum in præjudicium S. Sedis fa-
ctas, & in posterum faciendas, declaravit nullum
titulum possessoribus Beneficiorum tribuisse, aut in
futurum tribuere; & consentanee ad dictam Con-
stitutionem *Engel. in jus Canon. lib. 3. tit. 5. de*
Preb. n. 26. Branden. ad Concordat. German. quæst.
4. n. 45. Piton. dict. disceptat. 150. n. 5. & n. 14.
§. verum, Rot. in Monasterien. Decanatus 26. A-
prilis 1709. §. Non obstat, cor. bon. mem. Caffarello,
& in dicta Tridentina Archipresbyteratus 3. De-
cembris §. Antecedente, cor. bon. mem. Gamaches,
& 3. Februarii 1727. §. Altera, cor. Reverendissi-
mo Calcagnino.
Cæterum antequam ultro transeamus, omitten-
dum non est, quod si Parochialis aliqua reservatio- 74
ni Regulæ obnoxia, ita tenuis sit, ut publicato
Edicto pro concursu, eoque elapso, termino pro-
rogato, nemo pro examine subeundo compareat,
itaut diu Pastore destituta remanere oporteat, tunc
solet per Datariam mandari Ordinario, ut denotet,
quem pro qualitate loci digniorem existimet, ejus-
que favore Provisionem Apostolicam, aliquando
etiam cum Decreto *solius Signaturæ*, explet. Num-
quam tamen Ordinariis ipsis S. Sedes indulget,
ut Parochiales reservatas, etsi tenuissimi reddi-
tus, conferant. Hinc cum in Diœcesi *Segobricen-*
si adessent nonnullæ Parochiales Ecclesiæ, quarum
fructus non excedebant valorem annuum viginti
quatuor ducatorum auri de Camera, & redditus
incerti

incerti ita tenues, ut difficile esset invenire Viros
idoneos, qui se examini per Concursum subjice-
rent, & in aliquibus ex iis, ab annis viginti, &
triginta deserviebatur per Oeconomos; *Segrobricen-*
75 *sis Episcopus* in Relatione status Ecclesiæ occasio-
ne Visitationis SS. Liminum ad Sac. Congrega-
tionem Concilii transmissa, significavit: *ut in si-*
milibus Ecclesiis provisio fieret in omnibus Mensibus
per Ordinarium, ut in Archiepiscopatu Valentino
fieri solet in similibus Ecclesiis, sic enim fieret, quod
facilius optimi Ministri præficerentur. At die 6.
Augusti 1667. Sac. Congregatio censuit, *supra-*
dictam particulam Relationis esse remittendam ad
Eminentiss. & Reverendiss. S. D. N. Prodatarium
juxta mentem, & in illius Relationis dorso, hæc
adnotata leguntur manu san. mem. Cardinalis Ot-
thoboni tunc Prodatarii, postea Summi Pontificis --
Ad D. Datarium juxta mentem, hoc est, ut con-
ferat Beneficia cum clausula, quod sola Signatura
sufficiat.

Hoc idem servatum fuit cum Episcopo *Premis-*
76 *lien.* qui pariter occasione Visitationis SS. Limi-
num retulerat -- *Beneficia modici valoris, & ali-*
qua Præbendæ ex Collegiis, etiam curam Anima-
rum habentibus, quæ a nemine expetuntur, par-
tim ob Cleri paucitatem, multiplicibus etiam curis
memoriam eorum subducentibus, multo tempore
nonnulla ante possessionem Episcopi vacant. Decla-
rari itaque petit Episcopus, an ab eo conferri pos-
sint, non obstante tam diuturno tempore vacationis.
Et sub eadem *die 6. Augusti* 1667. remissa fuit Re-
lationis particula ad Cardinalem Prodatarium, qui
hæc adnotavit - *Decretum Sac. Congregationis Con-*
cilii, quod Beneficia, quæ a nullo expetuntur ob
tenuitatem, concedantur cum clausula, quod sola
Signatura sufficiat - gemina hæc documenta desum-
simus ex Bibliotheca *Eminentiss. D. Cardinalis Ot-*
thoboni tom. 59. mater. Datar. pag. 169. & seqq.

Remanet nunc agendum de Vicariis, & an illæ
subjaceant Reservationi Regulæ. Et quidem, si a-
77 gatur de Vicariis temporalibus, & ad nutum amo-
vibilibus, quæ non dantur in titulum perpetuum,
certum utique est, eas non comprehendi sub dis-
positione Regulæ, cum non sint vera Beneficia Ec-
clesiastica, *Gonzal. in Regul. 8. gloss. 5. §. 3. n. 35.*
& seqq. Barbos. de Episcop. part. 3. allegat. 57. n.
146. Kochier ad hanc Regul. gloss. 1. n. 7. Rot. in
Burgen. Juris deputandi Curatum 21. Februarii
1684. *§. Cum hac, coram Albergato.*

Et hujusmodi generis sunt Vicariæ Regularium,
78 in quibus Religiosi ipsi a suis Superioribus ad nu-
tum amovibiles pro exercenda cura Animarum no-
minantur, juxta Constitutionem *S. Pii V. la XLVII.*
§. 5. quæ non fuit revocata *a Gregorio XIII.* in
ejus *Constitutione IX.* sed potius revalidata, & so-
lum correcta in eo, quod unus tantum Monachus
extra Clausuram cum Vicario permaneat, & non
amplius quatuor, sicuti in Constitutione Piana fue-
rat statutum, *Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 5. §. 3. n.*
79. Cherubin. super eadem Constit. 47. S. Pii Schol.
1. Nicolarts ad Concordat. German. tit. 1. dub. 7.
§. 7. Rot. decis. 88. num. 17. & seqq. part. 9. Re-
cent. & in Burgen. juris deputandi Curatum 21.
Februarii 1684. §. Quibus adstipulantur, & 3. Ju-
lii ejusdem anni §. Minus subsistere, coram Al-
bergato.

Aut agitur de Vicariis perpetuis, quæ dantur
79 in Titulum; & licet ista inter Beneficia Ecclesia-
stica numerentur *ad Text. in Cap. Postulasti de Re-*
script. Clementin. Unic. de Offic. Vicar. Van Es-
pen. in jus Eccles. univers. tom. 2. tit. 3. cap. 1. n.
27. & seqq. Rot. in Monasterien. Vicariæ 2. Julii
1706. *§. Illorum, cor. clar. mem. Card. Scotto, &*
in Forolivien. Parochialis 17. Januarii 1707. §.
Nec quidquam, cor. bon. mem. Omaña. Adhuc
sunt, qui existimant, nec illas comprehendi sub 80
Regulis reservatoriis, sed earum dispositionem in
omni Mense spectare ad illos quorum Ecclesiis sunt
unitæ, juxta laudatam *Constit. XLVII. S. Pii V.*
quæ cum emanaverit per viam legis generalis, non
revocatur per Regulas Cancellariæ, sed potius è
contra, per illam revocantur Regulæ præfatæ,
Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 5. §. 3. n. 59. & seq. Garc.
de Benef. part. 9. cap. 2. n. 308. Nicolarts ad Con-
cordat. German. dict. dub. 7. §. 9. Barbos. de jure
Eccles. univers. lib. 3. cap. 6. n. 45. Ventrigl. in
prax. tom. 1. adnot. 20. §. 2. n. 9. Corrad. in prax.
Beneficial. lib. 3. cap. ult. n. 42. Rota decis. 114.
130. 150. & 185. cor. Buratt. & dec. 2. n. 2. cor.
Duran. & dec. 135. n. 20. cor. Carillo, & in Ti-
rasonen. Vicariæ 13. Octobris 1695. cor. Litta apud
Garc. ubi supra n. 309. & admittitur in *Lauden.*
Vicariæ, cor. clar. mem. Card. Caprara decis. 211.
§. Nec hujus, & dec. 228. §. Neque urget, & seqq.
ubi, quod reservationes generales hujusmodi tol-
luntur per *Constitutionem Pianam* tanquam poste-
riorem, quodque Regulæ Cancellariæ Successorum
Pontificum, tanquam in locum antiquarum subro-
gatæ, informentur ab eadem *Constitutione Piana*,
& reviviscant cum omnibus qualitatibus, & mo-
derationibus, quibus antecedentes erant subjectæ,
& in *Novarien. Portionum 26. Junii 1697. §. Inde*
sequitur, & § Nec visa, coram bon. mem. Molines
inter impress. dec. 517.

Idque procedere ajunt sive agatur de Vicariis an-
te Concilium, sive post erectis, ut quidquid du 81
bitaverit *Garz. loco cit. n. 313. & Rot. decis. 114.*
in fine, cor. Burat. firmant *Gonzal. ad Regul. 8.*
dict. § 3. num. 75. & seqq. Nicolarts ad Concord.
German. dub. 7. §. 9. Rot. dec. 777. num. 2. part. 2.
Recent. & sive sint unitæ, sive non, quia *Consti-*
tutio Piana loquens de Vicariis, generaliter dispo- 82
nit de quibuscumque Vicariis, *Rot. in d. Tiraso-*
nen. penes *Garc. n. 310. & dict. dec. 517. in fine,*
cor. Molines.

Prout etiam autumant locum sibi vindicare, non
obstante, quod Vicaria fuerit impetrata a Papa
tanquam reservata cum clausulis solitis derogatoriis 83
in Litteris Apostolicis adjectis. Cum enim clausu-
læ præfatæ apponi consueverint in parte exequuti-
va, per eas non amplietur dispositio, nec tollitur
laudata Constitutio S. Pii V. emanata per viam le-
gis generalis, *Corrad. in prax. Benef. lib. 3. cap.*
ultim. n. 43. Rot. dec. 130. n. 6. cor. Buratt. Subdit
tamen *Corradus* quod interim manutenendus est
possessor, donec discutiatur, an intret reservatio,
& Decretum irritans Regulæ.

Ad objectionem vero, quod sicuti Parochiales
de Jurepatronatus Ecclesiastico subjacent censuræ
Regulæ, ita & hujusmodi Vicariæ perpetuæ va-
cantes in mensibus reservatis, respondetur, quod
jus nominandi Vicarios, non est juspatronatus Ec- 84
clesiasticum, cui censeri possit derogatum, sed est
jus nominandi, competens de jure communi *juxta*
Cap. 1. de Cappell. Monach. quod sub derogatione
non cadit, *Nicolarts ad Concordat. German. dict.*
dub. 7. §. 9. circ. med. Rot. dec. 667. n. 10. & seqq.
cor. Bichio.

Ceterum mihi magis arridet contraria sententia,
quod hujusmodi Vicariæ perpetuæ, quæ dantur in 85
Titulum, tanquam vera Beneficia Ecclesiastica,
sint comprehensa sub Reservatione Regulæ, cum
limitatione tamen opposita in *Constitutione Pia-*
na, ut nempe Papa eas in Mensibus reserva-

tis vacantes, conferat prævia nominatione illorum,
ad quos spectant, sicuti Parochiales reservatæ con-
feruntur a Papa, sed tamen prævio concursu, *Rot.
in Tirasonen. Vicariæ apud Garc. de Benef. part. 9.
cap. 2. n.* 310. ubi fuit dictum, non negari reser-
vationem, sed ea non obstante Capitulum potuis-
se nominare Vicarium, quod idem repetitur in fine
Decisionis *Novarien. coram Molines* inter impressas
Decis. 517. & in *Forolivien. Parochialis* 26. *Apri-
lis* 1704. §. *Prout neque, confirmata* 17. *Januarii*
1707. §. *Nec quidquam, in fine cor. Omaña*; Nec
aliud intendunt Auctoritates supra allegatæ §. *Aut
igitur*, nisi quod per hanc Regulam non tollatur
nominatio in Constitutione Piana concessa, quod
non negamus, sed dicimus, quod utrumque sit
compatibile, nempe ut Vicariæ perpetuæ cadant
sub reservatione Regulæ, sed provideantur a Papa
prævia nominatione eorum, ad quos hæc spectat,
Piton. discept. 27. *a n.* 3. *& seqq.*

Nec obstat, quod in *Constitutione Piana* deman-
detur, quod expediatur nova provisio, & solva-
tur Annata, quod utique superfluum fuisset expri-
mere, si Vicariæ obnoxiæ essent Regulis reserva-
toriis, cum tunc necessario earum provisio facienda
esset à Papa, & solvenda Annata. Siquidem quan-
do alicui datur facultas disponendi de Beneficiis
86 reservatis, prout in Constitutione præfata indulta
fuit Abatibus, aliisque, ad quos nominatio Vica-
rii spectat, ut nominationem hanc explere possint,
etiamsi Vicariæ in Mensibus Apostolicis vacarent,
semper apponitur onus expediendi novam provi-
sionem cum solutione Annatæ; per hoc tamen non
tolluntur reservationes, sed magis confirmantur,
cum novæ provisiones non dentur nisi in Beneficiis
87 reservatis, *Gonzal. ad Regul.* 8. *dict.* §. 3. *n.* 61. &
apparet ex Indultis DD. Cardinalibus concedi so-
88 litis ad effectum conferendi Beneficia reservata;
in iisdem enim expresse mandatur, quod provisi te-
neantur novam provisionem a Dataria reportare,
& jura Cameræ persolvere, quando Beneficia ex-
cedunt annuum redditum ducatorum viginriqua-
tuor de Camera; unde patet, quod necessitas ex-
pediendi novam provisionem, non est superflua,
nec indicat Reservationes fuisse sublatas.

Accedit, quod hujusmodi nova provisin non est
in omnibus Mensibus obtinenda, sed in Apostoli-
89 cis tantum, ut contra *Gonzal. loco mox laudato*
firmant *Garc. de Benefic. dict. part. 9. cap. 2. num.*
318. *in fine, Nicolarts ad Concord. German. tit.* 7.
dub. 9. *in fin. Barbos. de jure Eccles. univ. lib.* 3.
cap. 6. *n.* 45. *Ventrigl. in prax. tom.* 1. *adnot.* 20.
§. 2. *n.* 9. *Rot. dec.* 517. *n.* 5. *coram Molines.* Si-
gnum profecto evidens, quod adhuc duret reser-
vatio Mensium, nec illa tollatur per Constitutio-
nem Pianam; nam aliss in omnibus Mensibus ca-
pienda foret, si pariformiter esset in omnibus men-
sibus sublata reservatio.

Nec demum relevat, quod Constitutio Piana,
uti posterior, deroget Regulæ de Mensibus, ex
principio, quod posteriora derogent prioribus, *l.
90 Sed & posteriores ff. de legib. l. Cum in plures §. Lo-
cator Horrei ff. de locat. l. Pacta novissima C. de
pact.* Quia Regula Cancellariæ de Mensibus, uti a
Clemente VIII. juxta sensum *Spadæ conf.* 48. *lib.* 2.
91 seu verius a *Gregorio XIV.* inter Regulas primo
registrata, juxta ea, quæ initio hujus Regulæ di-
ximus *n.* 13. non potest dici anterior Constitutio-
ne Piana. Ultraquamquod, cum tam Constitutio,
92 quam Regula sint inter se compatibiles, & conci-
liabiles, nulla subest necessitas inducendi hujus-
modi correctionem, quæ in legibus, præsertim Ec-
clesiasticis, omnino est evitanda, & omnis capien-
da juridica interpretatio, ne sequatur, *l. Si quan-* 93
*do C. de inoff. Testam. l. Præcipimus in fine C. de
appellat. cap.* 1. *de nov. oper. nunciat. cap. Cum ex-
pediat. de Elect. in* 6.

Ceterum id, quod diximus, Vicariss in titulum
perpetuum conferri solitas, provideri per Sedem
Apostolicam ad nominationem Abatis, vel aliorum,
quorum Ecclesiis unitæ sunt, solum procedit,
quando sunt illæ reservatæ, vel ratione Regulæ 94
Mensium, vel quacunque alia generali reservatio-
ne affectæ. At quoties concurrat specialis reserva-
tio emergens ex appositiona manus Pontificis, &
ex positivo Decreto, quod nullus præter ipsum de
Vicaria disponere possit, prout contingit in vaca-
tionibus juxta Decretum ob assequutionem incom-
patibilium, in Resignationibus &c. tunc ob expres-
sam ejusdem Pontificis voluntatem inhibendi pro
ea vice, quominus alii in collatione quoquomodo
se ingerant, non requiritur Abatis, alteriusve no-
minatio, sed etiam absque illa Provisio Apostolica
suum plenarium consequitur effectum, ut distin-
guendo firmat *Rot. dec.* 221. §. *Non obstat, & decis.*
228. §. *Fuit enim, coram cl. mem. Cardinali Capra-
ra, & in Forolivien. Parochialis* 26. *Aprilis* 1706.
§. *Prout & seqq.* ubi quod hoc casu nec necessaria
est specialis derogatio Constitutioni S. Pii, quod-
que talis sit inveteratus stylus Datariæ, & Cancel- 95
lariæ, *confirmata* 17. *Junii* 1707. §. *Nec quid-
quam, coram Omaña.*

Postremo omittendum non est, quod licet Vica-
riæ juxta Constitutionem S. Pii *la* 47. provideri
debeant ad nominationem eorum, quorum Eccle-
siis sunt unitæ, nil tamen obest, quin concurren-
te vel immemorabili, vel centenaria observantia 96
eas providendi per Concursum, observantia hujus-
modi attendi non debeat; non enim Decretum ir-
ritans in Piana Constitutione appositum aptum est
elidere contrarium statum ab immemorabili tempo-
re, vel per centenariam observatum, cum tam
immemorabilis, quam Centenaria, ut plures di-
ximus, talis sit efficaciæ, ut cujusque earum vi-
gore allegari valeat titulus magis aptus, magisque
proficuus ad effectum excludendi nominationem,
& præservandi Concursum, ut bene firmavit *Rot.
in Tarraconen. Parochialis, seu Vicariæ* 2. *Maii*
1698. §. *Parum obstante & seqq. coram dell'Olmo.*
Potissimum quia, cum Concursus sit actus valde 97
laudabilis, ac tendens ad majus bonum Ecclesiæ,
magisque conformis Concilii Tridentini Sanctio-
nibus, eo magis locum sibi vindicat præsumtio,
quod intercesserit Sedis Apostolicæ Beneplacitum
pro excludenda nominatione, & inducendo Con-
cursu, cum plura adsint exempla, quod Summi
Pontifices præceperint deputationes Vicariorum fie-
ri per Concursum, ut videre est penes *Rot. in Co-
lonien. Pastoratus, coram bon. mem. Lancetta de-
cis.* 4. *n.* 5. *confirmat.* 4. *Decembris* 1697. *coram
Priolo, & in Gerunden. Beneficii* 10. *Februarii e-
jusdem anni, coram Ansaldo, &* 28. *Junii* 1697.
coram Molines inter impress. decis. 524. *&* 28. *Fe-
bruarii* 1698. *coram dell'Olmo*, & prosequitur
*Rot. in dicta Tarraconen. Parochialis §. final. coram
eodem.*

Sed quemadmodum sub Regula comprehendun-
tur Curata Beneficia, ita & ea, quæ cura carent,
propter clara illius verba cum *Cura, & sine Cura.*
Itaque omnino insubsistens, & abusiva est ea pra-
xis, quam apud *Sebusianos* vigere dicit *Anton. Fa-* 98
ber in Cod. lib. 1. *tit.* 2. *definit.* 11. *in notis n.* 3.
quod Ordinarii quolibet Mense vacantia Beneficia
simplicia conferre possint, atque duæ rationes, quas
ipse adducit, nullius sunt roboris; Non prima, 99
quod

quod ex primævo Institutione Beneficio, quocumque Mense vacent, conferri possunt ab Ordinariis. Tum quia hæc facultas primario, & principaliter a Sedis Apostolicæ indulgentia promanat, quæ proinde eam Ordioariis restringendo, suo jure utitur, & nullum ipsis infert præjudicium. Tum quia cum hæc facultas a Summo Pontifice sit eisdem Ordinoriis limitata in hac Regula, nec de præfato Pontificis potestote dubitari possit, utique contrarius usus attendi non meretur tonquam sublatus per clausulas amplissimas, quibus hæc Regulo munita reperitur, ut supro dictum est.

Neque majoris ponderis est secundo ratio a *Fa-*
100 *bra adducta*, ne scilicet cogantur pauperes Clerici plus fortasse impendere in expeditione Bullarum, quam multorum annorum redditus ferre possint. Nam pro Beneficiis modici redditus summam duorum ducatorum cum dimidio auri de Camera, & quandoque etiam trium, non excedentibus, minima prorsus fit impenso, cum eo per *simplicem Supplicationis signaturam* expediantur. In reliquis vero Beneficiis usque od summam ducatorum viginti quatuor auri de Camera, expensæ non excedunt scuto vigiotiquinque circiter monetæ Romanæ, compreheosis etiam Sollicitatoris honorariis; unde injusta est prorsus declamatio, quod plurium onnorum fructus in expeditionibus Beneficiorum erogantur.

At quoniam sermo incidit de provisinne Beneficiorum per *simplicem signaturam*, superfluum non erit aliquid attingere de praxi, quæ in hac materia servatur. Non omnes promiscue gratiæ expedi-
101 ri solent per *simplicem signaturam*, sed regulariter illæ, quæ respiciunt Provisiones Beneficiorum, sive Simplicium, sive Residentialium, sive Curatorum, valorem tamen infra exprimendum non excedentium; & conceditur *sola signatura*, quando Beneficia hujusmodi providentur uti de Reservatis, aut devolutis, quamvis sint de Jurepatronotus Laicorum. Super Gratiis vero respicientibus impetrationes Beneficiorum *certo modo*: Super Resignationibus ad favorem.: Provisionibus Apostolicis *pro nominato*, etsi Beneficio sint de Jurepatronatus Laicorum, *pro præsentato*, cum derogatione illius medietati, aut in totum ex quavis causa: Super Subrogationibus Gratiosis in Juribus defuncti, & similibus, *sola signatura* oon indulgetur, sed expediri omnino debent Literæ Apostolicæ sub Plumbo, etiamsi Beneficia illius valoris existant, cujus intuitu *sola signatura* concedi soleat.

Ut igitur in provisione Beneficiorum simplicium obtineri possit *simplex signatura*, illorum fructus excedere non debeot valurem *duorum ducatorum cum dimidio* auri de Cameto, etiam nullis deductis oneribus. Non raro tomen indulgetur etiamsi valor aliqualiter præfatam summam excedat, puta si sit *ducatorum duorum, & juliorum decem*, & etiam *juliorum quindecim*. Plurima quoque odsunt exempla, quod *sola signatura* concessa fuerit in Provisione Beneficiorum simplicium annui redditus ducatorum *trium*. Sed fere numquom indulgetur, quando valorem præfatum excedunt. Retulit mihi tamen *D. Sanctarelli* probus Litterarum Apostolicarum Expeditor, & in Dataria praxi apprime versatus, quod favore cujusdam Clerici ejusdem Datariæ servinis addicti, expedita fuerint annis elapsis cum Decreto *solius signaturæ* pluro Beneficia in Regno Neopolitaoo, insimul annui redditus *ducatorum quatuor*, attentis quamplurimis oneribus, quibus gravata reperiebontur, & ex Gratia speciali, quæ *non transeat in exemplum*.

Pro Beneficiis vero residentialibus, etiamsi Canonicatus, & Dignitotes in Cathedrolibus, vel Collegiatis Ecclesiis existant, conceditur *sola signatura*, quondo eorum fructus non excedunt, comprehensis omnibus oneribus, *sex ducatos auri de Camera*. Et pro Ecclesiis Parochialibus, licet priscis temporibus indulgeretur cum expressione valoris in *ducatis sexdecim*, etiam una cum incertis, hodie vero regulariter non conceditur, nisi quando fructus, etiam una cum incertis, valorem annuum *duodecim ducatorum auri de Camera* non excedunt.

Ad effectum outem obtinendi Decretum *simplicis signaturæ*, non sufficit assertio partis super valore Beneficii, sed exhiberi debet testimonium Ordinarii loci, in quo situm est Beneficium, ex quo constet illud, etiam nullis deductis oneribus, non excedere taxam *solius signaturæ* capacem; & nihilominus committitur etiam eidem Ordinario, vel ejus Vicario Generali expressi valoris verificatio, ut legitur in eodem Decreto *solius signaturæ*, quod in secunda parte supplicationis post clausulas generales apponitur, & sequenti formula concipitur — *Et cum Decreto, quod sola præsentis supplicationis signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in Judicio, & extra illud, Regula quacumque contraria non obstante, quatenus tamen dicti Beneficii fructus &c. etiam non deductis omnibus illius oneribus valorem annuum duorum ducatorum auri de Camera cum dimidio alterius ducati similis non excedant, ut præfertur, nec alias, alioquin præsens Gratia dicto Oratori minime suffragetur; & committatur Episcopo N. sive ejus Vicario in spiritualibus Generali, constito sibi prius legitime de narratis: Et dummodo dictus Orator ad id ab eo per diligentem examinationem idoneus reperiatur, super quo ejusdem Episcopi, seu Vicarii præfati conscientia oneretur &c.* —

Indulgetur autem *sola signatura* tantummodo in provisione Beneficiorum Italiæ, Insularumque adjacentium, necnon Insularum Archipelagi in Græcia, quæ subiunt Turcarum tyrannidi, & specialiter in provisione Canonicatuum Cathedralium Ecclesiarum *Cretensis, & Caneensis*, quorum supplicationes, Decretum *solius signaturæ* continentes, committi solent Patriarchæ *Venetiarum* ob deficientiam Episcoporum in illis partibus. In Regionibus vero Ultramontanis, Germania nempe, Hispania, Portugallia, Belgio, & similibus, Decretum *solius signaturæ* in Beneficiorum provisionibus non conceditur.

Sed præter Beneficiorum provisiones plures etiam Gratiæ Apostolicæ expediri solent cum Decreto *solius signaturæ*, & tali modo expediuntur cassationes Pensionum, ad exonerationem Beneficii nonnullis anticipatis solutionibus a Titulari favore Pensionarii faciendis, quo casu necessaria est Pontificis approbatio, ad differentiam alterius casus, quando Pensionarius mero intuitu exonerationis Beneficii, non autem recipiendi anticipatas solutiones terminorum Pensionis, consentire velit illius cassationi, tunc enim non est opus Pontificis approbatione, sed fieri potest cassatio per Acta alicujus Notarii, aut coram Persona in Dignitate Ecclesiastica constituta.

In confirmationibus itidem Concordiæ inter Collitigantes super Beneficio initæ, quoties Pensio aliqua non reservatur, sed provisus Apostolicus remanet in possessione Beneficii, & solum reficit expensas litis Collitiganti, conceditur Gratia per *solam signaturam*. Quod si provisus ab Ordinario remanet vigore Concordiæ in Beneficii possessione, & Proviso Apostolico solum reficiantur ex-

pensæ, tunc expediri omnino debent Litteræ Apostolicæ.

Super ceteris vero Gratiis materiam Beneficiariam non respicientibus, solet aliquando Summus Pontifex, vel gratificando alicui ex suis familiaribus, vel ob Personarum merita, vel aliqua ex rationabili causa, demandare illarum expeditionem cum Decreto *solius signaturæ*. Sic felic. record. *Clemens XI.* anno primo Pontificatus dispensavit cum *Antonio Maria Rasponi* Clerico *Ravennaten.* Equite S. Stephani, ex eo quod alias munus militiæ Præfecturæ Arcis Civitatis *Imolen.* exercuerat, & deinde bona fide Clericali Caractere se insigniri fecerat, ut hoc non obstante, posset assequi, & retinere Beneficia, & Pensiones Ecclesiasticas, & ad Sacros Ordines promoveri, eumque absolvit ab irregularitate, & Censuris incursis, tam causa exercitii sui muneris, quam susceptionis Clericatus; & hujusmodi Gratia fuit concessa in forma gratiosa, attenta qualitate Personæ, per solam Schedulam Motus proprii, manu Pontificis signatam. Sic etiam *fan. mem. Benedictus XIII.* per solam signaturam expediri mandavit Indultum, concessum cuidam Cathedrali Regni Neapolitani circa immutationem nominis Dignitatum in ea existentium, idque intuitu tenuitatis redditum earumdem Dignitatum. Sed ad semitam, unde digressi sumus, revertamur.

Tertio comprehendit Regula Beneficia etiam
102 Regularia, ut expresse in ea disponitur, & late *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloss.* 8. *n.* 1. *& seqq. Rota dec.* 971. *n.* 2. *& dec.* 1035. *n.* 1. *cor. Emerix Jun.* Intellige tamen de Beneficiis Regularibus perpetuis,
103 non autem temporalibus, & ad nutum amovibilibus, qualia sunt Prioratus Ordinis S. Augustini, S. Dominici &c. nam de his uti ad Superiorum nutum amovibilibus, Regula non disponit, & cessante perpetuitate, sunt exemta a quacumque reservatione ad evitandum absurdum, quod provisus a Papa debeat ab inferiori removeri, ut diximus
104 mus supra *n.* 7. *& seqq.* & tradunt *Scopp. ad Fabr. lib.* 1. *tit.* 2. *explanat.* 26. *n.* 7. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloss.* 8. *n.* 50. *& seqq. Kochier. ad hanc Regulam Gloss.* 3. *n.* 5. *Castropal. oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disput.* 2. *punct.* 22. §. 1. *n.* 1. *Garc. de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 510. *Rot. dec.* 698. *& dec.* 777. *n.* 8. *cor. Molines, & decis.* 695. *n.* 5. *tom.* 3. *cor. bon. mem. Lancetta.*

Licet autem in dubio omnia Beneficia Regula-
105 ria sint manualia, tamen possunt esse perpetua, & de istis perpetuis Regula loquitur. Perpetuitas autem ex quibus deducatur late diximus in *Commentar. in Regul. IV.* Signanter autem dicuntur
106 perpetua ea Beneficia, quæ providentur ad electionem Capituli cum confirmatione Superioris, ut ultra relatos in dicta Regula IV. tradit in terminis præsentis Regulæ *Rota dec.* 971. *num.* 2. *&* 3. *& dec.* 1035. *n.* 1. *cor. Emerix.* Item si scienter Cle-
107 rico Sæculari a Papa commendentur, *Rota dec.* 2245. *cor. Coccin. & in Tirasonen. Prioratus* 11. *Martii* 1689. *§. Ultra quod, cor. cl. mem. Çardin. Caceia.*

Rursus Regulæ reservatio locum sibi non vin-
108 dicat in Beneficiis Regularibus Ordinum Militarium, *Garc. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 513. *Castropal. dict. punct.* 22. §. 1. *n.* 1. *Escaño in Propugnacul. Religion. Jerosolymit. disc.* 10. *cap.* 3. *num.* 15. *& seqq.* ubi de Commendis. Et quamvis *Gonzal. Gloss.* 8.
109 *num.* 70. *& seqq.* distinguat inter Præceptorias, Prioratus, Præpositturas, aliaque Beneficia majora dictorum Ordinum, & inter Beneficia minora, ut scilicet illa non sint sub hac Regula comprehensa, sicuti non comprehenduntur sub Regula IV. secus cetera Beneficia minora, attenta præsertim generalitate nostræ Regulæ, ibi -- *Quorumcumque Ordinum Regularia &c.* -- & huic adhæreant Sententiæ *Barbos. Vot. decis.* 43. *n.* 18. *& seqq. lib.* 2. *& de Episcop. allegat.* 57. *n.* 175. *Rot. dec.* 569. *per tot. part.* 2. *& dec.* 57. *n.* 32. *part.* 10. *Recent.* Reprobatur tamen *Gonzalez* a *Garcia* loco citato, quem sequitur *Castropal. dicto* §. 1. *n.* 1. qui tamen concludit, non sine fundamento contrariam opinionem a *Gonzalez* tueri.

Itaque in præfatis Beneficiis Regularibus perpetuis octo Menses spectant ad Pontificis collationem, reliqui vero sunt de provisione eorum Ordinarii 110
Collatoris, nempe Abatis, si sint Beneficia exemta, Episcopi vero, si non sint exemta, sed sint Beneficia Regularia, quæ aut lege fundationis, aut ex carentia exemtionis subsint Episcopo, qui pro illorum collatione habere dicitur intentionem fundatam, *Franciscus Salern. consf.* 49. *n.* 219. *& seqq. Tondut. quæst. Benefic. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 3. §. 9. *n.* 4. *&* 29. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloss.* 23. *n.* 20. *&* 21. *Rot. dec.* 1007. *n.* 7. *cor. Coccin. & dec.* 523. §. *Non obstat part.* 19. *tom.* 2. *Recent.*

Quamvis autem Beneficia Regularia manualia sub hac Reservatione non comprehendantur; nihilominus si Ecclesia Regularis ad sæcularem statum redigatur, locus erit Regulæ, cum stante sæcularizatione cesset manualitas, quæ reservationi obi- 111
cem præstabat; nec a primævo statu Regulari arguere licet ad novum statum sæcularem perimentem omnia jura primævi status consequutiva, *Gratian. discept.* 458. *n.* 7. *Rota decis.* 1029. *n.* 5. *& seq. cor. Emerix, & in Tirasonen. Prioratus apud Piton. discept. Eccles.* 25. *sub n.* 36. Idque procedit non obstante, quod in Bulla sæcularizationis præ- 112
servata fuerint Privilegia, quibus antea Monasterium fruebatur, quia præservativa hæc intelligi debet de omnibus, præterquam de iis, quæ dependebant a statu Regulari suppresso, ut erat manualitas Regularitati adnexa, alias non bene dici posset factam fuisse mutationem antiqui status per sæcularizationem Ecclesiæ, quoties adhuc vigeret effectus illius, qui semper, accedente mutatione, dicitur extinctus, & mutatus, *Emus Petra ad Constit. Apostol. tom.* 3. *Constit. V. Innocentii IV. Sect. unic. n.* 22. *Rota decis.* 685. *n.* 8. *coram Cerro, & in Moguntina Decanatus, coram clar. mem. Lancetta decis.* 695. *n.* 5. *& seqq.*

Nisi forte in ipso limine sæcularizationis concessum esset Indultum conferendi in quibuscumque Mensibus, quia tunc Indultum prædictum præferre videtur, quod non censeatur mutatus antiquus 113
status Regularis, juxta casum, de quo *Card. de Luca disc.* 109. *in supplem. de Benefic.* vel ageretur de Privilegio, quod non fuerit concessum ex sola causa Regularitatis, ut probat *Ripa respons.* 3. *a n.* 13. *usque ad fin.* Sed an his Indultis Regula deroget, infra examinabimus.

Quid autem dicendum de Beneficiis Regularibus sæcularizatis cum expressa declaratione, quod deinceps quandocumque vacare contigerit, collatio spectet ad Sedem Apostolicam, prout de Beneficiis suppressi Ordinis Humiliatorum disposuit S. Pius V. Constit. CXIX. & CXX. & de Beneficiis Canonicorum Regularium S. Augustini Clemens VIII. ut apud *Rot. decis.* 33. *&* 94. *coram* 114
Royas. Et tali casu videtur dicendum, collationem in quatuor Mensibus spectare ad Ordinarios, non obstante reservatione apposita in sæcularizatione, quia ea reservatio restringenda est ad octo Menses tantum, juxta terminos Regulæ IX. cum qua in dubio

dubio censetur Papam se voluisse conformare; nec
præsumendum est, quod præjudicium irrogare voluerit
Ordinariis respectu dictorum Beneficiorum
vacantium in quatuor eorum Mensibus.

Sed contrarium est verius, quod scilicet stante
115 reservatione Beneficiorum in actu suppressionis,
sive sæcularizationis per verba amplissima, importantia
collationem omnium Beneficiorum *quandocumque, & quomodocumque vacantium, & vacaturorum*,
eorum collatio ad Summum Pontificem
spectet in omnibus Mensibus, cum ille ita a principio
voluerit, sibi reservando Beneficia *quandocum-*
116 *que* vacatura, quæ dictio est comprehensiva omnium
temporum, ad *Text. in l. final. ff. de Pæn. legat. l. Centurio ff. de vulgar. & Pupillar. Cap. Solita de Major. & Obedient. Falin. in cap. Cum accessissent de Constit. Ancaran. consil. 268. n. 7. Rot. dec.*
863. *n.* 10. *coram Buratta*; Non enim necessarium
fuisset novam inducere reservationem verbis tam
amplis, si Papa voluisset eam restringere ad terminos
hujus Regulæ, quæ cum jam extaret, nova
reservatione opus non erat. Neque aliquod potest
117 considerari præjudicium respectu Ordinariorum in
collatione quatuor Mensium, quia ante sæcularizationem,
Beneficia, uti Regularia exemta, &
manualia, ad illorum non spectabant collationem,
sed Abatum. Per sæcularizationem vero erecta fuerunt
in oova Beneficia, in quibus numquam Ordinarii
jua conferendi obtiouerunt, unde cum nihil
fuerit illis ablatum, non habeot de quo juste
conqueri possint, si Pontifex de Beoeficiis præfatis
in omnibus Mensibus disponat.

Et licet Sedes Apostolica quandoque de hujusmodi
Beneficiis disposuerit, tanquam de reservatis
vigore Regulæ IX. ex hoc non potest inferri ea
esse ab alia perpetua reservationa immunia, cum
oulla adsit repugnantia, quod idem Beneficium
118 possit esse obnoxium pluribus reservationibus, ut pluries
dictum est. Maxime quia stante Bulla sæcularizationis,
ex qua elicitur clara reservatio, non
attenduntur Apostolicæ Provisiones expletæ vigore
Regulæ IX. nisi concurrat tum observantia uniformis,
& præscripta, tum probatio scientiæ positivæ
in Summo Pootifice, quod Beneficium esset
reservatum vigore particularis Constitutionis, &
quod nihilominus voluerit illud esse subjectum ejusdem
Regulæ reservationi. Dataria enim nihil
firmat in sui præjudicium, non data positiva scien-
119 tia, & patientia Papæ; prout ex his, aliisque rationibus
decisum fuit per *Rot. dict. decis.* 33. & latius
decis. 94. *cor. Royas*, & *decis.* 846. *cor. Merlino*,
non posse Beneficia præfata in quatuor Mensibus
Ordinarios conferre, stante speciali reservatio-
120 ne in Bulla sæcularizatioois eis infixa, & conferunt
tradita per *Spad. consil.* 39. *lib.* 2. *Fagnan. in Cap. Relatum n.* 35. *Ne Cleric. vel Monac. decis.*
121 590. *cor. Buratto.* Quinimo nec Cardinales posse
vigore Indulti ea Beneficia conferre, diximus in
Commentar. in Regul. IV. §. III. a n. 35. *& seqq.*
ubi de Beneficiis suppressi Ordinis Humiliatorum.

Quarto, comprehenduntur sub reservatione Re-
122 gulæ etiam Beneficia erecta post illius editionem,
ex rationibus, quas late expendunt *Gonzal. gloss.* 9. *§.* 5. *per tot. Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1.
num. 519. *Leuren. in Foro Beneficial. tom.* 2. *quæst.*
557. *n.* 1. *Eminentissimus Petra ad Constitut. Apostolicas tom.* 5. *pag.* 42. *num.* 59. *Castrapal. dict. punct.* 22. *§.* 1. *n.* 9. *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 156. *& seqq. Nicolarts ad Concord. German. tit.* 1. *dub.* 4. *§.* 2. *Barbos. de Episcop. alleg.* 57. *n.* 181. Et facit *Text. in Cap. Quia, de Privileg.* & ibi *Gonzal.* declarat, in quibus terminis
procedat *Clementin. final. de Rescript.* quæ contrarium
innuere videtur. Nisi tamen in limine ere-
ctionis collatio *quandocumque* reservetur Pontifici, 123
tunc enim nec etiam in quatuor Mensibus posset
Ordinarius conferre, juxta late deducta per *Rot. decis.* 92. *cor. Royas.*

Sed quid dicendum in primæva erectione Beneficii?
Ponamus enim, quod nunc erigitur Beneficium,
num collatio in hac prima vacatione per
creationem regulari debeat juxta terminos hujus
Regulæ? Et quidem si agatur de erectione facta ab 124
Episcopo sua auctoritate Ordinaria, distinguendum
est, quod aut erectio fit in Mense Apostolico, &
collatio spectabit ad Summum Pontificem, quia
per novam erectionem dicitur vacare Beneficium
antequam conferatur, ut per *Text. in Clementin. final. de Rescript.* notat *Vitalin. ibidem n.* 18. unde
cum Regula reservet omnia Beneficia quocumque
modo in octo Mensibus vacatura, præterquam per
resignationem, sub illa utique comprehenditur Beneficium
vacans per novam erectionem, seu creationem.
Aut erectio Beneficii fit in Mense Ordinarii,
& prima collatio ad ipsum spectabit, late
Eminentiss. Petr. ad Constit. Apostolic. tom. 5. *pag. mihi* 42. *n.* 59. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 9. *§.* 5.
n. 50. *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 15. *n.*
161. *& plurib. seqq.* Nisi oovum Beneficium erectum
fuisset ex fructibus alterius Beneficii, cujus 125
collatio spectabat ad Capitulum, nam tunc ab eodem
Capitulo conferri deberet privative ad Episcopum;
cujus enim est collatio Beneficii principalis,
ejusdem est & collatio Beneficii per dismembrationem
erecti, *Rot. decis.* 600. *n.* 3. *&* 4. *part.* 2. *Recent. Spad. consil.* 78. *n.* 2.

Et quamvis *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1.
n. 120. *Nicolarts ad Concord. German. dict. dub.* 4. 126
§. 4. *Barbos. allegat.* 57. *n.* 181. *Castropal. dict. punct.* 22. *§. Prima in fine*, *Leuren. in For. Benefic. tom.* 2. *quæst.* 557. *num.* 1. existiment spectare
primam collationem ad Ordinarium, etiam si Beneficii
erectio fieret in Mense Apostolico; eorum
tamen opinio attendenda non est, quippe quæ adversatur
praxi Cancellariæ, quæ tenet, hujusmo- 127
di Beneficia noviter in Mensibus Apostolicis erecta
comprehendi sub reservatione Regulæ, ut reprobando
Garciam, *Eminentissimus Petra* loco mox
laudato.

Sed si Beneficii erectio fiat auctoritate Apostolica,
semper prima collatio spectabit ad Papam, 128
quoniam Beneficium illud sic noviter erectum, dicitur
pro prima vice vacare *in Curia*, & *apud Sedem*,
& sic reservatum, *Gonzal. dict. §.* 5. late *Corrad. dict. cap.* 15. *a n.* 156. *usque ad finem*, ubi *n.*
173. ponit formulam, cum qua Cancellaria concipere
solet hujusmodi Provisiones, nempe, *A pri-* 129
mæva institutione, & creatione hujusmodi apud Sedem vacans &c. decernentes ex tunc irritum, & inane &c. Nullusque de illo præter Nos hac vice disponere potuerit, sive possit reservatione, & Decreta obsistentibus supradictis &c. Rot. decis. 94. *sub n.* 9. *coram Royas.*

Et ampliatur Conclusio, ut procedat, sive ipse
Papa erigat, sive in forma Commissaria mandet 130
Ordinario, quod Apostolica auctoritate erigatur
Beneficium, ut observari vidisse testatur, *Corrad. dict. cap.* 15. *n.* 172. *vers. At vero ego*, contra ea,
quæ firmat *Gonzal. dict. gloss.* 9. *§.* 5. *n.* 50. *in fine.*

Rursus ampliatur, quod ubi erectio Beneficii
fiat auctoritate Apostolica, nec etiam Cardinalis
Indultarius possit illud in primæva erectiooe con- 131
ferre, quia cum vacet, ut dictum est, in *Curia*,
& *apud Sedem*, remanet illius collatio in Indulto exclusa,

clusa, *Corrad. dict. cap.* 15. *n.* 176. ubi, quod ita
servatur in praxi, & notat *Armindus* |*Riccius* in
Elencho diversorum casuum, qui sub Alexandro
VII. resoluti fuerunt, his verbis -- *Erectiones Ca-
nonicatuum ex suppressione Beneficiatuum in Basili-
ca Lateranensi inducere reservationem ex vacatio-
ne in Curia ad favorem Summi Pontificis; fuit
practicatum cum Cardinali Columna, & iterum bis
fuit practicatum cum Cardinali Ursino super Bene-
ficiatibus erectis de fructibus Canonicatuum, dis-
membratis vigore Decreti Pontificii in Sancta Ma-
ria in Via lata.*
Fortius, quando agitur de nova erectione Be-
132 neficii, quod dismembratur ab alio Benefi.io Papæ
reservato, ut erat casus, quem notavit *Armindus
Riccius in Romana Beneficiatus Sanctæ Mariæ in
Via lata*, ubi oriebatur difficultas ex eo, quod
san. mem. Paulus V. mandaverat in dicta Ecclesia
fieri erectionem de septem Beneficiatis, & de to-
tidem Clericatibus, statim ac vacassent Canonica-
tus, ex quorum fructibus fieri debebat partis dis-
membratio pro eorum Dote, dictorumque Bene-
ficiatorum, & Clericatuum collatiooem, tam in
prima vice ab erectione vacantium, quam in fu-
turum Diacono Cardinali ipsius Ecclesiæ, cessao-
tibus tamen reservationibus, & affectionibus A-
postolicis, reservaverat. Unde dum evenit casus E-
rectionis unius ex prædictis Beneficiatis, dicebatur
ex parte Cardinalis, quod etiam ex vacatione a
primæva erectiooe, ipse illum conferre poterat,
stante Pontificia facultate sibi expresse concessa.
Sed cum in dicto casu Beneficiatus fuisset novi-
ter erectus cum fructibus dismembratis a Canoni-
catu, qui ob familiaritatem ulimi possessoris erat
Papæ reservatus, responsum fuit, non subsistere
prætensionem Cardinalis *Ursini*, quia concessio
Pontificia non fuit illiminata, sed restricta a subse-
quenti clausula, *cessantibus tamen affectionibus, &
reservationibus Apostolicis*, licet seposita dicta clau-
sula limitativa, libera Cardinali Titulari collatio
attributa censeretur, *Gonzalez Regul.* 8. *gloss.* 45.
§. 1. *n.* 73. *Adden. ad Gregor. decis.* 95. *n.* 7. Ut
propterea collatio Beneficiatus tunc pertinere de-
buisset ad Cardinalem Titularem, quando collatio
Canonicatus ad ipsum spectasset, & super hoc ne-
cessaria fuit declaratio, & facultas Pontificia, a-
lioquin nullo casu Titularis illum conferre potuisset
ob vacationem a primæva erectione, nam dum e-
rectio fit auctoritate Apostolica, Beneficium dici-
133 tur vacare *in Curia* a primæva erectione, & colla-
tio semper pertinet ad Papam, ut supra diximus.
Unde cum in præsato casu concurreret reservatio
Canonicatus ratione familiaritatis, talis facultas in-
trare non poterat, sed Beneficiatus dotatus de fru-
134 ctibus præfati Canonicatus, subrogatus censeba-
tur, quoad collationem, in locum Canonicatus, de
cujus fructibus fuerat dotatus, *Rot. decis.* 17. *n.* 4.
versic. Tertio moti, & n. 5. *part.* 2. *diversor. Rot.
decis.* 600. *n.* 3. *par.* 2. *Recen.* Prout e contra si e-
rectio Beneficiatus expleta fuisset cum fructibus
Canonicatus spectantis ad collationem Cardinalis
Titularis, collatio pertinere debuisset ad ipsum Car-
dinalem Titularem, quia præfata clausula, *cessan-
tibus Reservationibus &c.* intelligitur de omnimoda
reservatione, præterquam superius expressa, &
concessa, nempe vacationis in Curia a primæva
erectione; Et ita, ut dictum est, servatum fuit,
& adest Votum *Armindi Riccii in dicta Romana
Beneficiatus S. Mariæ in Via lata.*
Quinto, Regula locum habet in Beneficiis *mo-
135 nocularibus*, nec Ordinarii conqueri possunt, se
privari hoc unico lumine, quia id non contigit omni
tempore, sed dumtaxat in Mensibus Apostolicis,
Louter. de re Beneficiar. lib. 2. *quæst.* 39. *num.* 3. *&
seqq. Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 9. §. 4. *n.* 15. *Leu-
ren. in For. Beneficial. tom.* 2. *quæst.* 557. *num.* 3.
Garc. de Benefic. part. 5. *cap.* 1. *n.* 5. ubi refert sic
judicatum, *Nicolarts ad Concordat. German. dub.*
2. §. 3. *&* 4. *Barbos. de Episcop. part.* 3. *allegat.* 57.
num. 180. & respondendo cootrariis, *Castropal.
Oper. moral. tom.* 2. *tractat.* 13. *disputat.* 2. *punct.*
22. *n.* 8. ubi ait, quod fere omnia Beneficia Cura-
ta sunt monocularia, & proinde si hæc a reserva-
tione essent immunia, multum detraheretur nostræ
Regulæ.
Sexto, afficit reservatio Regulæ etiam Beneficia
tenuissimi redditus, nam & hæc vera Beneficia 136
sunt, & veniunt sub generalitate illorum verbo-
rum, quibus concepta est Regula - *omnia Benefi-
cia Ecclesiastica &c.* -- *Garc. de Benefic. pars.* 5.
cap. 1. *n.* 514. *Nicolarts ad Concord. German. tit.* 1.
dub. 2. §. 3. Et diximus supra *n.* 100. *& seqq.* ubi
quod hujusmodi generis Beneficia, quando sum-
mam duorum, vel trium ducatorum auri de Ca-
mera, etiam nullis deductis oneribus, non exce-
dunt, expediri solent per Decretum *simplicis Si-
gnaturæ.*
Septimo, comprehendit Regula Canonicatus
Pœnitentiarios, ut pluries decrevit Sacra Cnngre- 137
gatio Concilii, teste *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.*
4. *n.* 544. *Gonzal. gloss.* 9. §. 2. *n.* 84. *cum sequen-
tib. Barbos. ad Concil. sess.* 24. *cap.* 8. *n.* 12. *& de
Episcop. part.* 3. *allegat.* 55. *n.* 13. late *Corrad. in
Prax. Beneficiar. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 109. *& seqq. Rot.
decis.* 205. *n.* 1. *part.* 19. *Recent. & decis.* 540. *n.*
1. *coram Emerix Jun.* Nisi ageretur de Canoni- 138
catibus Pœnitentiariis Cathedralium Hispaniæ, qui
quocumque Mense vaceot, providentur ab Episco-
pis per Concursum, juxta Constitutionem *Grego-
rii XV.* quam per extensum refert *Barbos. de Epi-
scop. dict. allegat.* 55. *n.* 37. *part.* 3. *& in fine dicti
libri pag. mihi* 116. & dixit *Rot. in Compostellana
Parochialis* 17. *Februarii* 1690. §. *Nec sane, co-
ram clar. mem. Cardinali Caccia.*
Octavo, afficit Regula pari modo Canonicatus
Theologales, quorum collatio spectat ad Papam, 139
si vacent in Meose reservato, *Garc. dict. cap.* 4.
n. 164. *Gonzal. dict.* §. 2. *n.* 85. *Barbos. de Episcop.
part.* 3. *allegat.* 56. *n.* 4. Sed quoad Canonicatus
Theologales Cathedralium Hispaniæ, eadem viget 140
dispositio, quæ servatur in Canonicatibus Pœni-
tentiariis, ut scilicet quocumque Mense vacent,
conferantur ab Ordinariis prævio examine per Con-
cursum, *Garcias, Gonzal. & Barbos.* ubi supra *Ca-
stropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disput.* 2.
punct. 22. §. 1. *sub n.* 5. *Rota in dicta Compostellana,
cor. clar. me. Card. Caccia* §. *citat.*
Animadvertendum tamen est, quod licet san.
mem. *Benedictus XIII.* sua celebri Cnnstitutione, 141
quæ incipit *Pastoralis* impressa post Concilium Ro-
manum *anno* 1725. ab ipso celebratum *pag.* 170.
mandaverit, quod Canonicatus Pœnitentiarii, &
Theologales Cathedralium Italiæ, Insularumque
adjacentium, conferri debeant per Concursum, eo
plane modo, quo Parochiales Ecclesiæ conferun-
tur, non tamen inde sequitur, quod præsati Ca-
nonicatus, sicuti illi Regnorum Hispaniarum,
immunes redditi fuerint a Reservatione Regulæ,
aliisque Reservationibus in Regulis Cancellariæ
contentis; ad hoc enim dubium submovendum lau-
datus Pontifex Apostolicas Provisiones vigore di-
ctarum reservationum, in eadem Constitutione ex-
presse præservavit, demandando, ut quoties *Præben-
dæ* (Theologalis oempe) *collatio ad Sanctam Sedem
spectabit,*

ſpectabit, Epiſcopus ad Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem Acta Concurſus tranſmittere teneatur, ut ipſe vacantem Præbendam illi aſſignare, atque conferre poſſit, quem ceteris digniorem, & magis idoneum in Domino judicaverit, ſunt verba *Conſtitutionis §. Cum itaque*. Eamdemque methodum ſervandam eſſe in proviſione Præbendæ Pœnitentiariæ, ſanxit ibidem §. *Poſtremo*.

Nono, ſubjacent cenſuræ Regulæ Beneficia ele-
142 ctivo, ut in eodem legitur -- ibi -- *Ad electionem &c.* -- *Caſtropal. dict. diſput. 2. punct. 22. §. 5. n. 5. Amayden. de ſtyl. Datar. cap. 15. §. 6. n. 36. Kochier ad hanc Regul. gloſſ. 9. Gonzalez gloſſ. 19.* ubi in fine ait, fuiſſe reſolutum comprehendi ſub diſpoſitione Regulæ Præpoſituram Eccleſiæ *Eugubina*, cujus electio ſpectabat ad Capitulum, & confirmatio ad Sedem Apoſtolicam, *Spad. conſil. 22. n. 3. & 4. tom. 2. Rot. deciſ. 1504. n. 17. & ſeqq. cor. Coccino*, cum aliis *deciſ. 538. num. 38.*
143 *part. 4. tom. 3. Recent.* Etiamſi Beneficia præfato electiva ſint Monaſteria majora, & Abatiæ Regulares, *Gonzal. gloſſ. 8. num. 20. & ſeqq. Kochier. ad hanc Regul. gloſſ. 4. num. 6. deciſ. 2245. numer. 1. & deciſ. 2252. numer. 1. coram Coccin.* & latiſſime *deciſ. 141. & deciſ. 194. part. 1. Recent.*

Decimo, an ſub Regula comprehendantur Beneficia de jurepatronatus? Plures caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt quando agitur de Beneficiis
144 Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, & dubio procul illa ſub Regula comprehendi, tradunt *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 18. num. 5. & ſeqq. Card. de Luc. de Jurepatr. diſcurſ. 65. num. 18. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 552. Nicolarti ad Concordat. German. tit. 1. dub. 5. §. 7. Rot. deciſ. 125. num. 3. cor. bon. mem. Lancetta*, ubi non obſtante longæva poſſeſſione, & ultimo ſtatu in contrarium, & *deciſ. 553. coram clar. mem. Card. Caprara, & in Novarien. Canonicatus 9. Junii, & 1. Decembris 1690. coram Manuel.* ubi nulla habita fuit conſideratio prætenſæ conſuetudinis in contrarium, & *in Urgellen. Canonicatus 4. Maii 1703. §. finali, cor. Kaunitz, & in Leodien. Beneficii 29. Novembr. 1706. §. Minuſque, & 25. Februarii 1707 coram Omaña, & in Ortonen. Beneficii 29. Martii 1708. §. Arbitrium, cor. clar. mem. Cardinali Scotto.*

Et ſubjacent reſervationi Regulæ, nedum Beneficia illa, quæ in eorum fundatione erecta fuerunt de jurepatronatus Eccleſiaſtico, verum & illa,
145 quæ erecta de jurepatronatus laicali, iſtud poſtea ad Perſonas Eccleſiaſticas devenit, nam ex diſpoſitione *Text. in Cap. unic. de jurepatr. in 6.* Juſpatronatus laicum, ſi tranſeat ad Eccleſiaſticam Perſonam, efficitur Eccleſiaſticum, amiſſa natura laicali, *Vivian. de Jurepatronat. part. 1. lib. 3. cap. 3. n. 10. Barboſ. allegat. 72. num. 128. Corrad. in Prax. Beneficiar. lib. 4. cap. 2. num. 39. Cardin. de Luc. de Jurepatron. diſcurſ. 59. n. 12. & 13. Rot. deciſ. 560. n. 5. part. 18. Recent. & in Parmen. Beneficii 1. Martii 1700. §. Juſtificato, cor. clar. mem. Card. Scotto, & in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705. §. Etiamſi, coram eodem, & in Pampilonen. Beneficii 13. Maii 1729. §. Non obſtat, cor. bo. me. de Valentibus.*

Idque ampliatur, etiamſi agatur de jurepatronatus Regio; iſtud enim Eccleſiæ, vel Dignitati
146 Eccleſiaſticæ donatum, efficitur Eccleſiaſticum, reſervationi Regulæ, aliiſque Apoſtolicis Reſervationibus obnoxium, ut expreſſe probat *Text in Cap. Dilectus, 34. de Præbend.* Mandaverat *Honorius III.* Decano, & Capitulo Eccleſiæ B. Martini *Andegaven.* ut pauperem Clericum, quamcito ſe facultas offerret, in Canonicum reciperent, & in fratrem. Cumque Decani, & Capituli Procurator excipiendo proponerent Litteras Apoſtolicas non valere, *eo quod in eis mentio non fiebat, quod præfatus Decanus ex donatione Regis Præbendarum ejuſdem Eccleſiæ collationem haberet*, Pontifex exceptionem hanc uti frivolam rejecit, mandavitque eiſdem Capitulo, & Decano, ut Apoſtolicum mandatum eis pro dicto Clerico directum, ſine difficultate qualibet exequerentur, & merito, *cum collatio ipſarum Præbendarum reſidens penes Decanum, redierit ad ſuam naturam, & ad juris Canonici Regulas, juxta quas pleniſſima Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio ſemper eſt penes Pontificem, Et licet ex jure, quod Rex Galliæ haberet, Decanus ipſe Præbendas conferret, tamen Pontifex Præbendas, etiam juriſpatronatus Eccleſiaſtici conferre poteſt, unde recte Pontifex præfatam Decani allegationem, ut frivolam rejecit*, ſunt verba *Gonzal. in dicto Cap. Dilectus in fine*, qui laudatam Decretalem erudite explicat, & ei inhærendo firmant *Cabed. de Patronat. Reg. cap. 5. n. 3. & 8. Bauny de Benefic. diſput. 5. ante quæſt. 1. §. Donationem, Murg. de Benefic. quæſt. 3. ſub n. 21. Salgad. de Reg. Protect. part. 3. cap. 10. n. 288. & ſeqq. Antunes de Donat. tom. 2. lib. 3. cap. 28. n. 159. Barboſ. vot. de iſ 112. ſub n. 29. & in Cap. Porro ſub n. 3. de Privileg. Simon Barboſ. in verb. Juſpatronatus §. Juſpatronatus quoad laicum.*

Et quamvis non deſint, qui contrarium exiſtiment, eo præcipue innixi fundamento, quod Bona Regalia, inter quæ Juſpatronatus enumerant, etſi Eccleſiæ donata, adhuc Bonorum Regalium naturam retinent. Exemplo Decimarum, quæ ex benigna Sedis Apoſtolicæ indulgentia Reges percipiunt, ut etiamſi Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ Perſonæ donentur, Regalium Bonorum qualitatem, & naturam non amittunt. Recedendum tamen non eſt a priori ſententia, ſive quia nullatenus ſubſiſtit, quod Juſpatronatus inter bona Regiæ Coronæ, & 147
Regalia numeretur, cum ſit jus ſpirituale, & Eccleſiaſticum, vel ſpiritualitati annexum, ut reprobando contrarios Auctores bene tradit *Oliva de for. Eccleſiaſt. part. 1. quæſt. 7. a n. 36.* Sive quia, etiamſi admittendum eſſet Juſpatronatus Regium juribus, & bonis Coronæ accenſeri, id intelligendum eſt, vel quando donatur laicis, vel quando transfertur una cum utili dominio feudi, cui eſt annexum, in Perſonam Eccleſiaſticam; ſecus vero 148
quando libere donatur Eccleſiæ, aut Perſonæ Eccleſiaſticæ, ut aperte deducitur ex laudato *Text. in cap. Dilectus*, in quo Juſpatronatus Regium Eccleſiaſticæ dignitati donatum, non amplius inter 149
Regiæ Coronæ bona numeratur, ſed uti Juſpatronatus Eccleſiæ fuit ab *Honorio III.* conſideratum, & explicant *Antunez. de Donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 28. num. 139. & ſeqq. Cabed. de Patronat. Reg. cap. 4. n. 6. & cap. 5. n. 4. Salgad. de Reg. poteſt. part. 3. cap. 10. n. 296.* & conferunt tradita per *Piton. de controverſ. Patron. allegat. 19. n. 19. & allegat. 74. n. 6. §. Pone.*

Nec applicatur exemplum Decimarum; nam quidquid ſit, an Decimæ Eccleſiæ donatæ retineant naturam Bonorum Regalium, quod non leves patitur difficultates, per ea, quæ, relatis concordan- 150
tibus, tradit *Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 12. a n. 63. Fraſſ. de Patronat. Reg. cap. 18. num. 29. & 30.* etiamſi id ſubſiſteret, adhuc clara eſt diſcriminis ratio inter donationem Decimarum, & Juriſpatronatus favore Eccleſiæ expletam. Decimæ namque, quas ex conceſſione Pontificia

ufficia exigunt Principes, non sunt Ecclesiasticæ,
nec spirituales, sed temporales, & profanæ, ac
151 uti tales libere alienantur, Barbos. in l. Titia n.
42. ff. solut. Matrim. Guttierez. lib. 1. pract. quæst.
14. num. 2. Gratian. discept. 238. num. 5. & seqq.
Cabed. de Patr. Reg. Coron. cap. 50. a num. 2.
Oliva de for. Eccles. part. 1. quæst. 7. n. 39. Castill.
de Tertiis cap. 11. n. 1. Antunez. de Donat. part.
3. cap. 1. sub num. 55. Velasc. de jur. Emphiteus.
quæst. 17. n. 15. Molin. de Justit. & Jur. tom. 3.
disput. 663. n. 9. Fontanell. de Pact. Nupt. claus. 4.
gloss. 19. part. 1. n. 83. cum aliis apud Frass. de
Reg. Patron. cap. 18. n. 7. & seqq. Proiodeque nil
mirum, si Decimæ præfatæ inter cetera tempora-
lia Bona Coronæ numerentur, & Ecclesiis, aut
earum Prælatis donatæ, non amittant naturam Re-
152 galiorum, quam semel inbiberunt, ut dixit An-
tunez. de Donat. part. 3. cap. 1. sub n. 55. Roland.
a Valle cons. 89. n. 29. Frass. loco cit. n. 9. Cabed.
de Patr. Reg. cap. 50. n. 2. & seqq. At res aliter se
habet respectu Jurispatronatus, quod etsi Regium,
adhuc vel spirituale est, vel spiritualitati adnexum,
153 ut diximus; proindeque inter Bona Regalia Co-
ronæ adnumerari nullo modo potest ad effectum,
ut Ecclesiæ donatum, adhuc retineat originariam
qualitatem Jurispatronatus Regii a Reservationi-
bus Apostolicis exemti, ut bene inter utrumque
casum distinguit Oliv. for. Eccles. par. 1. quæst. 7.
n. 39.
154 Hujusmodi autem comprehensionis Beneficio-
rum de jurepatronatus Ecclesiastico sub Regula,
non ea est ratio, quam tradit Mandos. ad Regul. 1.
n. 5. quod scilicet Papa facilius præjudicat Juripa-
tronatus Ecclesiastico; nam adhuc quærendum
remanet, quare facilius Juripatronatus Ecclesiasti-
co, quam laicali Papa præjudicet? Minusque a-
lia, quod respectu Jurispatronatus Ecclesiastici
cesset ratio, ne laici retrahantur a fundatione Be-
neficiorum, quia si reservationes essent contra men-
tem fundatorum, æque retraherentur, quando jus-
patronatus est reservatum Personis Ecclesiasticis,
ac quando est reservatum favore laicorum, cum
utroque casu fieret contra eorum voluntatem. Vera
igitur ratio est illa, quam perpendit Rot. in Ro-
mana Jurispatr. 31. Maii 1613. §. Petitio, coram
Sacrato, impressa post Molfes. cons. 32. num. 20. &
apud Vivian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 9. Quod
Juspatronatus Ecclesiasticum reservatur intuitu, &
contemplatione ipsius Ecclesiæ, Cardinal. consil.
102. n. 1. Paris. cons. 35. n. 20. lib. 4. Proindeque
dum Papa sibi reservat collationem Beneficiorum
de Jurepatronatus Ecclesiastico, sua utitur potesta-
te, & nihil facit contra præsumtam voluntatem
fundatorum, cum ipse sit caput Ecclesiæ universa-
lis, & eminenter in se contineat omnes Dignita-
tes, & officia particularis Ecclesiæ, cujus intuitu
Juspatronatus fuit reservatum, Cap. Ita Dominus
distinct. 19. Bald. cons. 23. n. 1. lib. 3. Ancaran.
cons. 30. num. 2. Geminian. cons. 14. n. 1. & seqq.
cum aliis per Rot. in dicta Romana Jurispatr. §.
citato. Et quod fundator censeatur se conformare
155 cum reservationibus Apostolicis tradunt, Lotter.
de re Benefic. lib. 2. quæst. 8. numer. 99. & quæst.
27. num. 66. Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 2.
§. 1. num. 22. Piton. de Controv. Patron. allegat.
62. n. 22. Rot. in Monasterien. Vicariæ 6. Junii
1707. §. Non minus, coram clar. mem. Card.
Scotto.
Jure igitur meritoque Natalis Alexander, &
156 Thomassinus de malignitate redarguunt Matthæum
Parisium adversus hanc Reservationem Beneficio-
rum de jurepatronatus Ecclesiastico invehentem.
Natalis enim in Histor. Eccles. sæcul. 13. & 14.
part. 2. cap. 7. art. 3. pag. mihi 87. hæc ait -- Re-
servationes itaque, & Mandata Pontificia in iis
tantum Beneficiis locum deinceps habuere, quæ ad
Patronatum Virorum Ecclesiasticorum, & Reli-
giosorum pertinebant. Qua de re immodesto, &
effreni stylo Matthæus Parisius ad annum 1339.
solum, inquit, data sunt in direptionem, & præ-
dam possessiones Personarum Ecclesiasticarum. Et
imbellium Religiosorum; Jam jam igitur in anti-
quum Chaos Mundus revera comminatur, & Tho-
massinus tom. 2. lib. 1. cap. 43. n. 8. postquam re-
fert Gregorii IX. Litteras, quibus Jurapatronatus
laicorum a mandatis Pontificiis eximuntur, subdit--
Ne hac quidem Gregorii humanitate deliniri potuit
Matthæus Parisius, ut ab insita sibi maledicendi li-
bidine abduceretur.
Afficit Regula etiam Beneficia de jurepatrona-
tus Ecclesiastico, quæ existunt in Belgio, Zyp. 157
consult. 1. de jurepatronat. Spad. cons. 134. lib. 1.
quidquid in contrarium dicat Van Espen. in Jus
Eccles. univers. tom. 2. tit. 23. Cap. 5. num. 26. §.
Hæc consuetudo. Idque locum pariter sibi vindicat
in Germania, ubi non solum Beneficia liberæ col-
lationis, sed etiam illa, quæ sunt de Jurepatro-
natus Ecclesiastico in suis Mensibus vacantia, sum-
mus Pontifex libere conferre potest, & confert,
ut in Monasterien. Vicariæ 12. Martii 1706. confir-
mata 18. Martii 1707. coram Omaña, & in Leo-
dien. Beneficii 29. Novembris 1706. & 25. Februa-
rii 1707. cor. eodem, & in Monasterien. Decana-
tus 26. Aprilis 1709. §. Qui tamen, coram Caffa-
rello. Cumque alias Consiliarii Electorum, & 158
Principum Germaniæ apud Pium IV. de hoc con-
quererentur, Pontifex respondit -- Ecclesiasticis vero
Patronis, quod ægre ferunt alternis cum ipsis Mensi-
bus concurrere Pontificem, nulla prorsus causa est,
cum & ipsi, & ea quorum causa Juspatronatus ipsis
competit, jure subjecti sint huic Sedi, & Romano
Pontifici, quæ subjectio, & diligenter observetur &
ab eis recognoscatur. Itaque si Sua Sanctitas pro
bono Pacis, & Concordia Christianæ Ecclesiæ mul-
ta de suo jure concedere contenta est, merito suo
jure contenti esse debent Ecclesiastici Patroni, nec
quidquam ambire, aut petere, quod Auctoritati hu-
jus Sedis, per quam conservatur Ecclesiasticæ Hie-
rarchiæ vigor, & unitas, esset contrarium.
In Brittania vero Patronos Ecclesiasticos in om-
nibus Mensibus vigore antiquæ consuetudinis, 159
præsentare ad Beneficia de jurepatronatus Ecclesia-
stico, testatur Blondeau ad Bouchel in Biblioth. Ca-
non. Verb. Collation pag. mihi 726. Quemadmo-
dum similem adesse in Hispaniis consuetudinem, 160
quod Patroni Ecclesiastici in omnibus Mensibus
præsentent, tradunt Garz. de Benefic. part. 5. Cap.
1. n. 557. & part. 9. cap. 2. num. 213. Van Espen.
dict. Cap. 5. num. 26. Frass. de Reg. Patron. lib. 1.
cap. 3. n. 48. Kochier, ad hanc Regul. gloss. 8. cir-
ca med. Capon. discept. 74. n. 23. tom. 2. a Spiritu
Sanct. consult. 30. n. 8. & 9. ubi tamen dicit non
adesse talem consuetudinem in Regno Portugal-
liæ, Rot. in Valentina Beneficii 6. Februarii 1683.
§. Sed juvat, coram Hervault. Stantibus tamen
amplissimis clausulis derogatoriis, quibus Regula 161
IX. in Brittania etiam recepta, munita reperitur,
quæque tollunt omnem consuetudinem, & obser-
vantiam in contrarium, satis difficile erit eam in
judicio sustinere, ex iis quæ supra diximus, &
advertunt idem Garz. dict. Cap. 1. num. 558. &
sequentib. Kochier ad hanc Regul. gloss. 8. num. 3.
Leuren. in for. Beneficial. tom. 2. Zyp. consult. 1. de
jurepatr.

Limi-

Limitatur tamen principalis Conclusio, quando
162 fundator Beneficii oppofuit conditionem exclusi-
vam Reservationis Regulæ, sive ob initio erexit
Beneficium de jurepatronatus Ecclesiastico, sive
loicali, quod postea per transitum ad Personas Ec-
clesiasticas efficiatur de jurepatronatus Ecclesiasti-
co; hanc enim conditionem posse Testatores in li-
mine fundationis apponere, communiter firmant
Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 10. n. 4. Wamef.
conf. Canon. 252. n. 11. tom. 1. Nicolarts. ad Con-
cordat. Germ. tit. 1. dub. 5. §. 7. Corrad. in prax.
Benefic. lib. 4. cap. 2. sub n. 50. & relatis concor-
dantibus, Rot. in Parmen. Beneficii 19. Junii 1705.
§. Neque obstare, & in Gerunden. Eleemosina Pa-
nis 26. Junii 1713. §. Ex triplici, coram clar. mem.
Card. Scotto, & 14. Martii 1718. §. Profecto, &
seqq. coram bon. memer. Cerro, & in Monasterien.
Canonicatus 19. Februarii 1714. §. Verum, coram
bon. mem. Ansaldo. Et pluries resolutum fuit a Sac.
Congregatione Concilii, præsertim in Taurinen. 14.
Martii 1712. & in Pennen. Beneficii 13. Maii 1713.
ad 7. Quod tamen intellige, quando fundator
163 Beneficium dotavit de suis propriis bonis, secus si
Episcopus, procedens uti Papæ delegatus ad ere-
ctionem Dignitatis cum suppressione Beneficio-
rum, conditionem hanc Reservationum exclusivam
adjiciat. Non enim potest sibi reservare jus con-
ferendi in omnibus Mensibus in præjudicium Apo-
stolicarum reservationum, nisi ad id specialem a
Pontifice habuerit facultatem, Rot. decis. 180. n. 7.
& seqq. coram bon. mem. Molines.
164 Et hujusmodi conditio Reservationis exclusiva,
potest non solum per verba expressa, demandari,
ex relatis per Card. de Luc. disc. 65. n. 19. de Jur.
Patr. Rot. decis. 242. n. 7. & seq. part. 19. Recent.
Sed etiam tacite, & virtualiter ex Instrumento
erectionis Beneficii, desumi valet, Rot. in dicta
Parmen. Beneficii coram clar. mem. Card. Scotto
§. final. & in Gerunden. Eleemosina Panis, coram
eodem §. Ex triplici, & in Compostellana Beneficii
15. Martii 1717. §. Secus, coram clar. mem.
Card. Altban. & in Barchinonen. Beneficii 2. Ju-
lii 1717. §. Absque eo, coram bon. mem. Cerro, &
in Monasterien. Canonicatus 19. Februarii 1714.
coram bon. mem. Ansaldo. Quinimo posse Reser-
165 vationis exclusionem desumi ex ordinatis per Exe-
quutorem Testamentarium, dixit Rot. dec. 327.
part. 5. Recent.
Hinc censebitur exclusa reservatio, si fundator
mandaverit quod præsentatio spectet ad Abatem,
166 & non ad alium, vel alios, Rot. in Florentina Cap-
pellaniæ 7. Maii 1677. per tot. coram Bourlemont.
Idemque si dictum fuerit, non vi possa entrare
167 altro Superiore, Rot. decis. 796. num. 4. coram
Dunoz. Jun. & in dicta Florentina §. Non obstan-
te in fine. Et in terminis fundationis, qua cautum
fuerat, ut libere disponat sine ullo impedimento
potestatis sæcularis, aut Clericalis, quod censetur
exclusus omnis Superior, & sic etiam Summus
Pontifex, qui jure reservato providere deberet,
Piton. de Contr. Patron. allegat. 48. n. 14. Rot. in
Monasterien. Canonicatus 19. Februarii 1714. §.
omnem vero, coram bon. mem. Ansaldo. Et gene-
raliter quod fundator excludendo a Beneficii colla-
168 tione indefinite quemcumque Superiorem Eccle-
siasticum, & sic etiam Summum Pontificem, cen-
seatur exoptare, ut Beneficium a quacumque re-
servatione liberum, & immune semper remaneat,
tradunt Piton. discept. Eccles. 25. sub n. 15. & di-
cta allegat. 48. n. 14. Rot. decis. 589. n. 2. coram
Pamphil. & decis. 1263. per tot. coram Seraphin.
& decis. 242. num. 13. part. 19. Recent. & in Par-
men. Beneficii 13. Junii 1701. §. Sed quatenus,
coram clar. mem. Card. Scotto, & in Vicen. Bene-
ficii 17. Februarii 1713. §. E converso, coram
Reverendiss. Aldrovando.
Rursus censetur exclusa Reservatio ex dictioni-
bus semper, omnino, in perpetuum &c. Non enim 169
posset dici quod præsentatio semper, & in perpe-
tuum spectare debeat ad Personam Ecclesiasticam,
si ista præsentare non posset, nisi in quatuor men-
sibus, Rip. lib. 1. Decretal. respons. 3. num. 6. ubi
quod dictio omnino reservationes excludat, Card.
de Luc. de Benef. disc. 6. n. 9. Rot. decis. 274. n.
8. & seqq. & decis. 327. num. 4. & seqq. part. 19.
Recent. & decis. 711. num. 3. coram Lancetta, ubi
de dictione semper, & decis. 859. §. Quibus acce-
dit, coram Molines, & in Valentina Beneficii 8.
Februarii 1683. §. Frustra, coram Hervault, &
in Civitatis Castelli Canonicatus Pœnitentiarii 1.
Aprilis 1684. §. Accedit, coram Matthæo, & in
Urbanien. Archipresbyteratus 17. Maii 1697. §.
Ceterum, coram Ansaldo, & in Parmen. Benefi-
cii 28. Januarii 1701. §. Quam quidem, coram
clar. mem. Card. Scotto, confirmata 13. Junii 1701.
§. Iterum, coram eodem, & 16. Januarii 1702.
§. Eoque demum, coram bon. mem. Ansaldo. & in
Gerunden. Eleemosinæ Panis quoad jus nominandi
super reservatis 26 Junii 1713. §. Et primo, co-
ram clar. mem. Card. Scotto. Maxime quando su- 170
pradictæ dictiones, semper, omnino, in perpetuum
&c. non sunt adjectæ pertinentiæ Jurispatronatus,
ac nominandi, sed actui, & exercitio ipsius no-
minationis, quo casu non important perpetuitatem
solius juris, & facultatis præsentandi, sed quod
eadem facultas, semper, perpetuo, & omni tempo-
re libere ad actum perducatur, quod fieri non po-
test, nisi exclusa reservatione, Rot. decis. 157. n.
6. part. 7. decis. 476. n. 10. part. 19. Recent. de-
cis. 511. §. Quibus, coram Lancetta, in dicta Ge-
runden. Eleemosina panis, coram cl. mem. Card.
Scotto §. Et primo.
Et ex eadem ratione exclusa censeretur reserva-
tio, si in fundatione impertita esset facultas Patro-
nis præsentandi toties quoties Beneficium vacare 171
contigerit, Rot. in Pampilonen. Benefic. de los Ar-
cos 19. Junii 1673. §. Justitia, coram Bourlemont,
& in Florentina Cappellaniæ 7. Maii 1677. §. De-
nique, in fine cor. eodem, & in Barchinonen. Be-
neficii 8. Junii 1685. coram Matthejo. Quemadmo-
dum si dictum fuisset, quod præsentarent quando 172
cumque, & quotiescumque &c. quæ verba æquipol-
lent dictioni semper, & Reservationem excludunt,
Piton. de Contr. Patron. alleg 21. num. 5. a Spirit.
Sanct. consult. 30. n. 14. & seqq. Rot. decis. 780. n.
15. cor. Molines, & in Civitatis Castelli Canonica-
tus Pœnitentiarii 1. Aprilis 1684. §. Minime, cor.
Matthejo, & in Barchinonen. Beneficii 2. Julii
1717. §. Quod vero, cor. bon. mem. Cerro.
Sed quod hujusmodi verba semper, in perpe-
tuum, toties quoties, quandocumque &c. non infe- 173
rant exclusionem reservationis, sed sint cum ea
compatibilia, & possint verificari toties quoties, ac
semper, & quandocumque Beneficium vacaverit in
Mensibus Ordinariis, & cessantibus reservationi-
bus Apostolicis, sæpe firmavit Rota præsertim dec.
695. cor. Lancett. in Barchinonen. Beneficii 5. De-
cembris 1685. §. Minus, & in altera Barchino-
nen. Beneficii 16. Januarii 1686. §. Corruit, & 12.
Junii ejusdem anni §. Parum referentibus, cor.
Matthejo, & in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705.
§. Absque eo, coram clar. mem. Card. Scotto, &
in Monasterien. Vicariæ 6. Junii 1707. §. Hujusmo-
di, & seqq. cor. eodem, & in Monasterien. Decanatus
13. Junii

13. *Junii* 1710. §. *Eoque*, *cor. Caffarelle*, & recedendo ab antea decisis, *eadem Rota in Barchinonen. Beneficii* 3. *Junii* 1720. *cor. bon. mem. Cerre*, *confirm.* 15. *Junii* 1722. §. *Voluntas*, *cor. Herrera inter impress. decis.* 224. In quibus Decisionibus rite perpenditur, quod si præfatæ clausulæ importarent exclusionem reservationis Regulæ IX. fere numquam daretur casus, quod illa locum haberet in Jurepatronatus Ecclesiastico, cum fere omnes Beneficiorum fundationes habeant annexam, vel expresse, vel saltem virtualiter dispositionem, quod *semper*, vel *toties quoties*, aut *quandocumque* vacet Beneficium *in perpetuum* Patroni præsentare debeant, ut præ ceteris advertit *Rot. in dicta Apruntina Beneficii* §. *Imo*, *cor. clar. mem. Card. Scotto*, & in dicta *Barchinonen. Beneficii cor. Herrera* §. *cit.*

Validissimum quoque argumentum exclusionis reservationum esset illud, si Fundator demandaret,
174 quod Juspatronatus ab initio Laicale, in transitu ad Personas Ecclesiasticas, eamdem retinere deberet naturam, & qualitatem, acsi esset penes Laicos. Cum enim hujusmodi Juspatronatus, inspecta illius origine, sit Laicale, ea lex illud præservat in eodem statu, neque aliud mutat, quam Personam præsentare debentis, per quam mutationem non amittit naturam Laicalem ab initio ei infixam, & ob quam redditur a quacumque reservatione immune, *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 10. *n.* 4. *Cerrad. in prax. Benefic. lib.* 4. *cap.* 2. *sub num.* 40. *Piton. de Controv. Patron. allegat.* 48. *num.* 7. & *seqq. Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 59. *num.* 16. *Ricciull. Lucubrat. Eccles. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 2. *Rot. decis.* 157. *num.* 5. & *seqq. part.* 7. *Recent.* & *in Monasterien. Canonicatus* 19. *Februarii* 1714. §. *Quod autem*, *cor. bon. mem. Ansaldo*, in cujus themate agebatur de fundatione, in qua dictum
175 fuerat, *quod Patronus libere*, & *omnimode dispenat* &c. *eodem modo*, *qualitate*, & *statu*, *quo poterant ipsi Laici Fundatores*. *Et in* §. *Eamque* ponderatur, verbum *omnimode* æquiparari verbis *omni casu*.

Similiter censeretur exclusa reservatio, si Patronis injunctum fuerit onus præsentandi infra decem,
176 aut quindecim dies, eo quia e longinquis Regionibus vix potest notitia solius vacationis Beneficii ad Curiam pervenire; cumque per dicti temporis limitationem recesserit Fundator a dispositione Juris Canonici, permittentis Patronis Ecclesiasticis tempus sex Mensium ad præsentandum, *cap. unic.* §. *Verum de Jurepatr. in* 6. sequitur exinde, quod noluerit Beneficium obnoxium Provisionibus Apostolicis, quæ nullo temporis spatio limitantur, *Piton. Discept.* 25. *n.* 26. *Rot. decis.* 711. *n.* 15. *cor. Lancetta*, *in Parmen. Beneficii* 28. *Januarii*, & 13. *Junii* 1701. *coram bon. mem. Ansaldo*, & 27. *Junii* 1703. §. *Ejusdem*, *coram Molines inter impress. decis.* 859. *n.* 21. & *in Gerunden. Eleemosinæ Panis* 26. *Junii* 1713. §. *Constitc*, *cor clar. mem. Card. Scotto*, *confirmata* 14. *Martii* 1718. *cor. bon. mem. Cerre.*

Eoque magis limitatio hæc temporis ad præsentandum præseferret reservationis exclusionem, si in
177 casu negligentiæ Patronorum intra præfixum decem, aut quindecim dierum intervallum, datus esset substitutus, qui præsentare deberet intra simile temporis spatium, aut sine mora; Si enim tali modo excluditur Papa a Jure devoluto, multo magis præsumi debet exclusus a jure reservato, *Rota in dictis Parmen. cor. cl. mem. Cardin. Scotto*, & *bon. mem. Molines*, & *Ansalde*, in quarum Decisionum casu Testator mandaverat, quod Juspatronatus spectaret ad Capitulum, & eo intra decem dies non præsentante, fieret devolutio ad Episcopum, deinde ad Abatem, & successive ordine circulari rediret ad Capitulum, donec effectum sortiretur provisio, & *in Gerunden. Eleemosinæ Panis*, *cor. cl. mem. Card. Scotte*, & *bon. mem. Cerre*, in cujus themate præceperat Fundator, quod Provisio, seu electio Beneficiati fieret per *Sacristam* Ecclesiæ Gerunden. intra decem dies ab obitu ultimi possessoris computandos, quibus elapsis, & non facta electione, illa devolveretur ad Capitulum, quod Sacerdotem sine mora instituere teneretur.

Aut si natura Beneficii Ecclesiastici indigeret
juxta Fundatoris voluntatem celeri provisione, vel 178
propter celebrationem Missarum, vel propter Eleemosinas pauperibus distribuendas, vel propter exercitium alterius pii operis sollicite explendi, & non patientis dilationes propter locorum distantias a reservationibus, & provisionibus Apostolicis inseparabiles, *Rot. dec.* 511. §. *Progrediendo*, *cor. Lancetta*, & *in dicta Gerunden. Eleemosinæ Panis cor. clar. mem. Card. Scotto*, & *bon. mem. Cerro*, & *in Barchinonen Beneficii* 2. *Julii* 1717. §. *Et magis*, *coram eod. Cerre.* Maxime si Testator electionem Beneficiati commiserit alicui Dignitati pro tempore existenti, illius fidei, & integritati confisus, quod Personam idoneam, & fidelem, quæ pia opera ab ipsis demandata adamussim adimple-
ret, esset electurus, quo casu cum censeatur ele- 179
cta industria Personæ, eo magis censeretur exclusa reservatio cum ipsa incompatibilis, ut prosequitur *Rota dict. decis.* 511. §. *Tandem*, *cor. Lancetta*, & *in dict. Gerunden. Eleemosinæ Panis* §. *Id ipsum*, *cor. clar. mem. Card. Scotto*, & 14. *Martii* 1718. §. *Omniumque*, *cor. ben. mem. Cerro.*

Non solum autem ex restrictione temporis ad præsentandum intra certos dies, desumsit *Rota* argumentum pro exclusione reservationis Regulæ, sed etiam id censuit in casu, quo injuncta esset
obligatio præsentandi intra tres Menses, ut in *Bar-* 180
chinonen. Beneficii 2. *Julii* 1717. §. *Eo magis*, *cor.*
bon. mem. Cerro. Verum re melius perpensa reces- 181
sit a Decisis, ut in eadem Causa *Barchinonen.* 3. *Junii* 1720. *cor. eodem*, & 15. *Junii* 1722. §. *Suaderi*, *coram Herrera.* Et jure quidem, meritoque. Ideo enim in Decisionibus supra laudatis *n.* 176. desumitur reservationum exclusio ex limitatione temporis ad præsentandum, quia brevis ille terminus decem, quindecim, aut viginti dierum præsentationi præscriptus, ubi agitur de Beneficiis in longinquis Regionibus erectis, est incompatibilis cum Provisione Apostolica; sed incompatibilitas hæc non intercedit in præfixione trimestris temporis ad præsentandum, cum bene possit Sedes Apostolica intra dictum tempus, & vacationis Beneficii notitiam habere, & suam vigore reservationis Regulæ, explere provisionem, ut continuo servari videmus in provisionibus Apostolicis Beneficiorum Germaniæ, quæ juxta Concordata fieri debent a Papa intra trimestre a die eorum vacationis; Nec subsistit ratio ponderata per *Rotam in dicta Barchinonen.* 2. *Julii* §. *Eo magis*, quod Fundator in præscribendo trimestre ad præsentandum, sicuti recessit a dispositione Juris, actum præsentationis differre permittentis Personis Ecclesiasticis ad tempus sex Mensium, *ut supra dictum est*, ita deflexisse censendum erit a Reservatione Apostolica, cum Papa nulli temporis termino ad conferendum sit alligatus. Siquidem nulla adest repugnantia, quod licet Papa de Beneficio disponat vigore reservationis, adhuc ex mente Fundatoris providere debeat intra certum tempus. Si enim Fundator Beneficii Ecclesiastici

potest

potest Papam a conferendo in quolibet casu exclu-
182 dere, multo fortius, salvis reservationibus, potest
eidem limitare tempus ad conferendum. Cui enim
permissum est quod est plus, potiori jure permitti
debet, quod est minus, juxta Regulam, de qua
*text. in leg. Non debet ff. de Regul. Jur. Auth. Mul-
ta magis Cod. de Sacros. Eccles. Cap. Cum licet 53.
de Regul. Iur. Rota in dicta Barchinonen. 3. Junii
1720. §. Quod autem, coram bon. mem. Cerro, &
15. Junii 1722. §. Suaderi, cor. bon. mem. Her-
rera*, & in alia *Barchinonen. Beneficii 25. Julii
1721. §. Minusque coram R. P. D. Corio, & in
Juvenacen. Præpositura 22. Decembris 1726. §.
final. cor. bon. mem. Crispolto.* Et in longe fortio-
ribus terminis, quod ex lege adjecta in fundatione,
quod Capitulum eligere debeat intra Mensem,
quodque electus confirmationem intra quindecim
dies a Metropolitano reportare teneatur, non cen-
seatur exclusa reservatio, cum dictus terminus non
sit adeo brevis, ut intra ejus metam haberi nequeat
notitia vacationis in Urbe, firmavit *Rota in dicta
Juvenacen. Præpositura 27. Aprilis 1725. §. Quam-
vis, coram R. P. D. Corio, & 10. Maii 1726. §.
Sic autem, cor. eodem, & 22. Novembris ejusdem
anni §. fin. cor. bon. mem. Crispolto.*

Postremo elegans argumentum exclusivum re-
183 servationum est illud, quod promanat a facultate
per Fundatorem tributa Ordinario destituendi in
certis casibus Beneficiatum, aliumque ejus loco in-
stituendi, quæ facultas omnino repugnat Provisio-
nibus Apostolicis ex motivo Reservationum, cum
absurdum prorsus sit, quod provisus a Pontifice,
184 ab inferiori deinde destitui possit, juxta *Text. in
Cap. Cum inferior de Majorit. & Obed. Gonzal. ad
Regul. 8. Gloss. 5. §. 6. n. 12. Amostaz. de Causis
piis lib. 3. cap. 1. n. 19. Rota in Gerunden. Eleemo-
sina Panis 14. Martii 1718. §. Omniumque, cor.
bon. mem. Cerro.* Qua ratione Beneficia manualia
exemta esse a Reservatione Regulæ, aliisque Apo-
stolicis reservationibus, diximus supra *n. 7. & seqq.
& numer.* 102.

Ceterum in hac materia deficiente expressa vo-
185 luntate Fundatoris excludendi reservationem Re-
gulæ, statui non potest fixa, & certa methodus,
ex quibus verbis, clausulis, & conjecturis censea-
tur illa tacite exclusa; totum enim pendere vide-
tur a legali, & prudenti Judicis arbitrio, qui exa-
minare debet, an verba, clausulæ, & conjecturæ
talis sint indolis, & naturæ, ut reddant Fundato-
ris dispositionem incompatibilem, necne, cum re-
186 servationibus Apostolicis, quæ ceteroquin num-
quam censentur exclusæ, quando compatibiles sunt,
& conciliari possunt cum dicta dispositione; nec
ad hunc effectum omnes conjecturas, & circum-
stantias admittere debet, sed illas dumtaxat, quæ
in suo genere sunt perfectæ, & concludentes, &
talis roboris, & efficaciæ, ut aptæ sint reservatio-
nem Regulæ excludere, *Rota decis. 584. n. 22. co-
ram Bichio, & in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705.
§. Nam quamvis, coram cl. mem. Card. Scotto, &
in Monasterien. Vicariæ 6. Junii 1707. §. Non atten-
to, & in Ortonen. Beneficii 23. Martii 1708. §. Pro-
bata itaque, coram eodem, & in Barchinonen. Be-
neficii 3. Junii 1720. §. Injustitia, coram bon. mem.
Cerro, confirm. 15. Junii 1722. §. Voluntas, co-
ram bon. mem. Herrera inter impress. decis.* 224.

Hinc primo inspiciendum erit, an Beneficii fun-
datio expleta fuerit ex bonis Laicalibus, an vero
187 ex bonis Ecclesiasticis. In primo casu mitius agen-
do, utque Fundatores ad Ecclesiarum, & Bene-
ficiorum erectiones alliciantur, admittitur tacita,
& virtualis derogatio Regulæ per circumstantias,
& conjecturas, licet non per necesse excludentes
reservationem. In secundo vero casu major adhi-
bendus est rigor, itaut satis non sint quæcumque
verba, & clausulæ prægnantes, & efficaces, sed
sequiritur, vel specialis mentio, & expressa dero-
gatio reservationum, vel talis concursus verborum,
& conjecturarum, quæ per necesse concludant,
nec ad alium sensum deflecti valeant, quam ad re-
servationum exclusionem, *Lambertin. de Jure-
patr. lib. 1. part. 1. quæst. 1. art. 4. numer. 11. in
fine, & lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 11. sub n. 4. Pi-
ton. discept. 25. n. 28. & de Controv. Patron. alle-
gat. 48. a numer. 23. & seqq. Rot. decis. 595. nu-
mer. 9. & decis. 711. numer. 9. coram Lancetta,
& in Tirasonen. Prioratus cor. Molines dec. 180.
numer. 13. confirm. 19. Aprilis 1697. §. Et licet,
cor. Ursino, & in Aprutina Beneficii 19. Junii
1705. §. Visum cum seqq. cor. clar. mem. Card.
Scotto, & in Ortonen. Beneficii 23. Martii 1708.
§ Probata, cor. eodem, Gerunden. Eleemosina Pa-
nis 14. Martii 1718. §. Profecto, coram Cerro, &
in Urgellen. Plebaniæ 7. Februarii 1727. §. Qua-
niam, & 23. Junii ejusdem anni §. Non obstante,
cor. eodem, & 16. Februarii 1728. §. Addito ul-
terius, cor. Rmo Aldrovando.*

Secundo censuit aliquando Rota perpendendum
esse, an agatur de fundatione Jurispatronatus ex- 188
pleta ante, vel post editionem Regulæ, quæ, ut
supra diximus, edita fuit anno 1447. Si enim
fundatio expleta sit ante Regulæ publicationem,
tunc per quascumque clausulas in illius Instrumento
adjectas, non censeretur exclusa reservatio, quæ
non aderat, cum voluntas non feratur ad incognita,
*Rota in Barchinonen. Beneficii 6. Januarii, & 12.
Junii 1686. coram Mattheja, & in Novarien. Ca-
nonicatus 1. Decembris 1690. cor. Manuel.* & con-
fert Decisio *in Monasterien. Decanatus 26. Apri-
lis 1709. §. Nec subsistit, cor. bon. mem. Caffa-
rello.*

Verum contraria prævaluit sententia, quod
etiamsi agatur de fundatione Jurispatronatus an- 189
te Regulæ editionem expleta, adhuc cesset reser-
vatio, quoties verba fundationis sint cum illa in-
compatibilia, quia vis non stat in animo Funda-
toris excludendi reservationem, sed in ipsius dispo-
sitionis incompatibilitate cum dicta reservatione,
quæ dispositio sive Regulam præcesserit, sive non,
semper illius exclusionem operatur, ut concordan-
tibus relatis, *Rota dec. 711. n. 12. cor. bon. mem.
Lancetta, & in Parmen. Beneficii 28. Januarii
1701. §. Quibus, cor. cl. mem. Card. Scotto, &
16. Januarii 1702. §. Utique, & seq. cor. Ansal-
do, & in Monasterien. Canonicatus 19. Februarii
1714. §. Non attento, coram eodem, in Legionen.
Parochialis 2. Julii 1706. §. Quibus in fine, cor.
Kaunitz, in Gerunden. Eleemosinæ Panis 26. Junii
1713. §. Ex quibus, coram clar. mem. Card. Scotto,
& in Barchinonen. Beneficii 2. Julii 1717. §. In
conspectu, cor. bo. me. Cerro.*

Tertio præ ceteris inspicienda erit observantia,
quæ in omni materia dubia, & subobscura, prin- 190
cipem locum obtinet, & talem facit præsumere le-
gem fundationis, qualem observantia ipsa demon-
stravit. Si enim quandoque fuerint a Dataria fa-
ctæ provisiones de Beneficio, uti de reservato vi-
gore Regulæ IX. grande oritur argumentum,
quod exclusa non fuerit reservatio. Licet enim
provisiones Apostolicæ non mutent statum Benefi- 191
cii, tamen in re dubia illum declarant, *Rota in Ci-
vitatis Castelli Canonicatus Pænitentiarii 17. Mar-
tii 1684. §. Ceterum cum seqq. & 23. Junii ejusdem
anni §. Maxime, cor. Florez, & in Barchinonen.*

Beneficii 3. Junii 1720. §. In universum, cor. bon. mem. Cerra. Prout e contra si numquam fuerit Beneficium a Dataria provisum, nisi per resignationem, inducitur observantia exclusiva reservationis, *Piton. de Controv. Patronor. Allegat. 48. n. 20. Rota decis. 711. n. 13. cor. Lancetta, & in Parmen. Beneficii 16. Januarii 1702. §. final. cor. Ansaldo, & in Monasterien. Canonicatus 19. Februarii 1714. §. Prædicta, cor. eodem, in Gerunden. Eleemosinæ Panis 26. Junii 1713. §. Demum, cor. clar. mem. Card. Scotto, & in Barchinonen. Beneficii 2. Julii 1717. §. Satis, cor. bon. mem. Cerro, & in Compsana Beneficii 15. Martii 1717. §. Idque, & §. Hæc autem, coram clar. mem. Card. Altban.* Sed in Hispaniis non valde mirandum, si respectu nonnullorum Beneficiorum de Jurepatronatus Ecclesiastico concurrat hæc observantia negativa, quia inibi diu invaluit recta minus opinio, quod in omnibus mensibus Patroni Ecclesiastici præsentare possent.

Et quandn agitur in Judicio possessorio, quale dicitur illud Exequutionis Litterarum Apostolica-
192 rum, sufficit ultimus status laicalitatis pro excludenda reservatione, absque necessitate discutiendi merita petitorii, nisi in continenti probetur ita clara reservatio, ut exinde ultimus status elisus remaneat, *Calderin. cons. 28. de Præben. vers. Et status, Lotter. de Re Benef. libr. 1. quæst. 34. n. 16. Rot. decis. 472. n. 67. par. 19. tom. 2. Recent. decis. 77. n. 9. cor. Gregor. & decis. 823. n. 18. cor. Penia, & dec. 110. n. 28. cor. Arguelles, & in Placentina Jurispatron. 20. Junii 1701. §. Urget, & §. final. cor. cl. mem. Card. de la Tremoille, & in Compsana Beneficii 15. Martii 1717. §. Emergebat cum seqq. cor. clar. mem. Card. Altban.*

Quinimo etiamsi Instrumentum fundationis deesset, adhuc in petitorio exclusæ dicerentur Re-
193 servationes, si ex longæva centenaria observantia, maxime in contradictorio judicin canonizata, appareret fuisse a Patronis factas præsentationes, etiam in vacationibus Beneficii sequutis in Mensibus reservatis, & effectum sortitas per Ordinariorum institutiones. Centenaria enim observantia æquipollet immemorabili, & inducit præsumtionem il-
194 lius melioris tituli, qui exoptari potest ad effectum excludendi Reservationes, sive ex Regula IX. sive ex aliis Regulis Cancellariæ insurgentes, ut antiquioribus relatis, *Rot. decis. 691. numer. 7. coram Penia, & decis. 356. n. 4. & 5. & decis. 499. numer. 3. coram Lancetta, & decis. 29. numer. 2. & seqq. part. 7. Recent. & in Gerunden. Eleemosinæ Panis super Reservatis 26. Junii 1713. §. Et demum, coram cl. mem. Card. Scotto, & in Monasterien. Canonicatus 10. Februar. 1714. §. Prædictam, coram bon. mem. Ansaldo, & in Augustana summa Custodia super secundis Litteris 21. Junii 1715. §. Altera promanabat, coram cl. mem. Card. Falconeria, & in dicta Compsana Beneficii, cor. cl. mem. Card. Altban §. Idque eo certius.* Et ad hunc effe-
195 ctum sufficit etiam observantia, quæ lapsum centum annorum non attingat, sed aliquot anni deficiant, nam adhuc ex ea depromitur titulus magis utilis, & proficuus ad effectum excludendi Reservationem, *Card. de Luc. de Jurepat. disc. 57. numer. 33. Balducc. ad Raman. in observat. ad cons. 24. n. 53. Piton. discept. 23. n. 4. & de Controv. Patr. alleg. 99. n. 12. Rot. decis. 309. n. 1. part. 5. & decis. 184. n. 5. part. 6. Rec. & decis. 809. n. 6. cor. Dunoz. Jun. & decis. 18. numer. 6. post Vivian. de Jurepatr.*

Ex quibus autem Juspatronatus dicatur Eccle-
196 siasticum, passim tractant DD. & præcipue *Lotter de re Benefic. lib. 2. quæst. 10. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 59. per tot. Frasso de Jurepatr. Reg. lib. 1. cap. 3. n. 8. & seqq. Capon. tom. 2. disput. 74. Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. a numer. 553. Vivian. de Jurepatronat. libr. 1. cap. 3.* Id-
que ex duabus præcipue circumstantiis dignosci- 197
tur. Primo quando certo constat, Beneficium fuisse fundatum ex bonis Ecclesiasticis, *Clementin. 2.* ibique communiter Repetentes, *de Jurepatr. Lotter. d. lib. 2. quæst. 10. num. 2. Cardinal. de Luc. de Jurepatr. dis. 59. n. 1. Piton. de Contr. Patronor. allegat. 5. n. 17. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. numer. 593. Tondut. Resol. Beneficial. cap. 153. n. 6. lib. 2. Rot. decis. 381. §. Quod autem, & decis. 405. §. Hujusmodi, cor. Reverendiss. Crispo, & in Parmen. Beneficii 1. Martii 1700. §. Neque, cor. cl. mem. Card. Scotto, & in Vicen. Beneficii 17. Februarii 1713. §. Tantoque magis, cor. Reverendiss Aldrovando.*

Nec ad hunc effectum sufficit, quod Beneficium fundetur a Persona Ecclesiastica, quando
constat illum possedisse Bona temporalia, & reser 198
vasse Patronatum savore Laicorum, ut late dixit *Rot. in Parmen. Benef. 28. Januarii 1701. §. Fundationem cum seqq. coram cl. mem. Card. Scotto, & 16. Januarii 1702. §. Quo vero, coram bon. mem. Ansaldo, & coram Molines decis. 859. n. 2.* In
quibus decisionibus rite firmatur, id locum sibi vin- 199
dicare, etiamsi fundator professus fuerit, Beneficium fundare cum *Bonis a Deo datis*, quia etiam Bona temporalia sunt Bona nobis a Deo elargita, juxta illud Apostoli: *omne datum de sursum est.* Quod si Fundator Ecclesiasticus expresserit, Bene-
ficium dotasse de Bonis, & *Eleemosinis sibi a Deo* 200
collatis, cum Eleemosinarum appellatione veniant soli redditus Ecclesiastici, hujusmodi Beneficium ex Eleemosinis fundatum, censeri debet, acsi de redditibus Ecclesiasticis fuisset erectum, ut dixit *Rota decis. 405. n. 6. cor. Reverendissimo Crispo.*

Prout etiam laicale censendum erit juspatrona-
tus Beneficii fundati ex redditibus intuitu Ecclesiæ 201
acquisitis, & relictum laico per Presbyterum, habentem ex Indulto Apostolico liberam facultatem disponendi de redditibus præfatis, *Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. num. 594. & seqq. Card. de Luc. de Jurepatron. disc. 59. numer. 10. Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæst. 10. n. 32. Borgnin. Cavalcan. decis. 22. post numer. 24. Piton de Controvers. Patron. allegat. 90. n. 290. Rot. decis. 265. n. 64. cor. Duran. & dec. 405. §. Quin adversetur, cor. Reverendissimo Crispo, & in Parmen. Beneficii 16. Januar. 1702. §. Quin etiam, cor. bo. me. Ansaldo.*

Altera vero principalis circumstantia præseferens qualitatem jurispatronatus Ecclesiastici est, quando
illud est reservatum Personis Ecclesiasticis, etsi fue- 202
rit a laico, & cum bonis laicalibus fundatum, *Cap. unic. §. final. de jurepatr. in 6. Vivian. de Jurepatr. lib. 1. cap. 2. numer. 9. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 59. n. 13. Piton. de Controvers. Patron. allegat. 18. num. 19. Adden. ad Buratt. decis. 769. n. 22. Rot. decis. 285. n. 65. cor. Duran. & dec. 776. numer. 17. & 18. cor. Dunoz. Junior. decis. 560. n. 5. & seqq. part. 18. Recent. & decis. 28. numer. 8. cor. bon. mem. Herrera, & in Parmen. Beneficii 1. Martii 1700. §. Justificatio, & in Aprutina Beneficii 19. Junii 1706. §. Etiamsi, coram clar. mem. Cardinali Scotto*, cum aliis supra citatis in §. *Subjacent.*

An autem juspatronatus relictum Confratri-
bus, Operariis, Rectoribus, & Administratoribus 203
Fabricæ, aliisque Ministris sæcularibus, Ecclesiæ inservientibus, sit Ecclesiasticum, itaut subja-

ceat

cest Reservationi Regulæ IX. passim examinant
DD. & pluries de hoc articulo actum fuit in *Rota*,
ut ex Decisionibus infra recensendis, & præcipue
n. 282. ex quibus ea deducitur Theorica, quod si
204 juspatronatus sit Personis præfatis reservatum solo
intuitu, & contemplatione earumdemmet Persona-
rum laicalium, tunc mere laicale judicari debeat:
Ecclesiasticum vero censendum sit, si fuerit reli-
ctum intuitu Ecclesiæ, & Officii, in ea exercendi,
quamvis Personæ sint meræ laicæ, quia hoc casu
non acquiritur ipsis ratione propriarum Persona-
rum, sed ratione Ecclesiæ, & Officii, quod in
ipsa exercent, & dicitur contemplata Dignitas,
Ministerium, & Officium in Personis, non autem
Personæ in Dignitate, & Officio; & cum hac di-
stinctione, quam primus ponderavit *Hieronymus
Paulus in Practic. Cancell.* post *Rebuff. in Prax.
pag. mihi* 628. *§. In Causa mea*, proceditur in om-
nibus Decisionibus *Rotæ*, quæ super hac inspe-
ctione emanarunt. Et ad hunc effectum, an sint
contemplatæ Personæ in Officio, vel Ministerio,
aut potius Ministerium, & Officium in Personis,
pro eruenda exinde qualitate Ecclesiastica, vel lai-
cali jurispatronatus, plurimum deferendum est, tum
observantiæ affirmativæ præsentationum expleta-
rum ab hujusmodi generis Personis, etiam in Men-
sibus Apostolicis, quæ suum fuerint plenarium sor-
titæ effectum; tum negativæ, si nullæ exhibean-
tur Provisiones Apostolicæ tanquam de reservatis,
quæ utique deficere non deberent, si Beneficia ju-
rispatronatus Ecclesiastico subjecta essent, ex quo
contemplatum fuit Officium, Dignitas, vel Mini-
sterium in Personis, ut dixit *Rot. in Imolen. Bene-
ficii* 14. *Junii* 1720. *§. Sed quatenus, cum seqq.
cor. bo. me. Marymon.*

Sed descendendo ad casus particulares; Si jus-
205 patronatus relinquatur alicui Confraternitati intui-
tu Ecclesiæ, vel loci, tametsi eadem Confraterni-
tas sit laicalis, & ex Personis sæcularibus constitu-
ta, illud tamen reputandum erit Ecclesiasticum,
Rot. decis. 661. *n.* 5. *& seq. part.* 19. *Recent.* &
exemplificando advertitur in *Monasterien. Vicariæ*
12. *Martii* 1706. *§. Indeque, coram Omaña, & in
Ortanen. Beneficii* 2. *Martii* 1708. *§. Neque, cor.
clar. mem. Card. Scotto*, ubi de jure nominandi re-
206 licto Cappellæ, & Confratribus, seu Procuratori
Cappellæ, & Confratribus, *& in §. Hoc ipsum.*

Hoc idem decisum fuit in terminis jurispatrona-
207 tus reservati *Operariis* cujusdam Ecclesiæ, nullum
ceteroquin signum Ecclesiasticæ qualitatis haben-
tibus, ex motivo, quod Testator Officium in Per-
sonis consideravit, ut in *Barchinonen. Beneficii* 8.
Junii 1685. *cor. clar. mem. Cardinali Matthejo*,
quam sequuta est *Rot. in Valentina Beneficii, cor.
clar. mem. Card. Caprara, dec.* 348. *num.* 8. *& in
dicta Monasterien. Vicariæ, coram Omaña §. In-
deque*, & admittitur *in Monasterien. Canonicatus*
19. *Februarii* 1714. *§. Adminebatur, coram bon.
208 memor. Ansaldo.* Et de jurepatronatus competente
Præfectis Fabricæ Ecclesiæ, quod sit Ecclesiasticum,
quamvis Personæ sint laicæ, dixit *Hieronym. Paul.
in Prax. Cancellar.* post *Rebuff. pag. mihi* 628.
Garc. de Benefic. part. 5. *cap.* 1. *numer.* 559. *Cor-
rad. in Prax. Benefic. lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 51.
Licet contrarium existimet *Lotter. de re Beneficiar.
lib.* 2. *quæst.* 10. *numer.* 44. cujus Sententiam exami-
nabimus infra a *numer.* 300. *& seqq.*

Consimile exemplum habemus in jure præsen-
tandi, quod ratione administrationis Bonorum Ec-
209 clesiasticorum, habent quidam *Capitanei* Poloniæ,
quamvis sint mere laici, ut in *Cracovien. Cantoriæ
cor. bon. mem. Lancetta dec.* 125. *numer.* 3. con-
firmata *cor. clar. mem. Card. Caprara decis.* 5, 6.
numer. 7. *& seqq. & decis.* 553. *n.* 2. 11. *&* 12. &
prosequitur *Rota in dicta Monasterien. Vicariæ* 12.
Martii 1706. *§. Indeque, cor. Omaña, & in Mo-
nasterien. Canonicatus coram bon. memor. Ansaldo,
& in Plocen. Decanatus* 2. *Martii* 1725. *cor. bon.
mem. Cerra.* Quemadmodum Ecclesiasticum fuisse
juspatronatus relictum *Advocatis*, seu *Administra* 210
toribus bonorum Ecclesiæ Collegiatæ, ab Episco-
po, & Capitulo, ad hujusmodi munus assumen-
dum, nominandis, quamvis Personis laicalibus,
censuit *Rot. in Hildesimen. Canonicatus cor. R. P. D.
Crispi decis* 381. *& decis.* 405.

Resolutum pariter fuit Ecclesiasticum esse jus-
patronatus, quod spectabat ad *Mamburnos* cujus- 211
dam Ecclesiæ Leodien. Diœcesis, qui erant Per-
sonæ mere Laicales, & superintendentiam haben-
tes circa Sacras Suppellectiles, & in introitus Ec-
clesiæ, ut in *Leodien. Beneficii* 26. *Februarii* 1706.
cor. clar. memor. Card. Priolo, & 29. Novembris
1706. *& 25. Februarii* 1707. *cor. Omaña*, & ad-
vertitur in *Monasterien. Vicariæ* 12. *Martii §. In-
deque, cor. eodem.*

Rursus fuit etiam reputatum Ecclesiasticum jus-
patronatus relictum *Sacristis* certæ Ecclesiæ, qui 212
licet essent laici; nihilominus, quia constitit reli-
ctum fuisse intuitu, & contemplatione Ecclesiæ,
cui inserviebant, nullo modo considerari poterat lai-
cale, *Rot. in Tarraconen. Cappellaniæ* 17. *Janua-
rii* 1707. *§. Tamque, coram bon. memor. Lancet-
ta*, inter impress. *decis.* 453.

Et demum Ecclesiasticum est juspatronatus, &
non mixtum, illud quod relictum est Capitulo
Ecclesiæ composito ex Personis Ecclesiasticis, & 213
Mulieribus, nempe *Canonissis*; Cum enim tali casu
juspatronatus sit relictum ipsi Capitulo, non con-
siderantur Personæ idem Capituli corpus consti-
tuentes, sed corpus ipsum, & compositum spiritua-
le. Præsertim, quia dictæ *Canonissæ* addictæ sunt
servitio Ecclesiæ, actus spirituales in ea exercent,
& in ea personaliter resident; ideoque juspatrona-
tus non acquiritur ipsis ratione propriarum Perso-
narum, sed contemplatione Ecclesiæ, & Officii,
quod in ea exercent; Qua ratione Ecclesiasticum 214
etiam esset juspatronatus, si solis *Canonissis* reserva-
retur, late *Rot. in Monasterien. Vicariæ* 12. *Martii*
1706. *&* 18. *Martii* 1707. *cor. Omaña.*

Et de jurepatronatus relicto *Beguinis* (de qua- 215
rum origine, progressu, & statu *Van Espen in
Jus Eccles. univers. part.* 1. *tit.* 33. *cap.* 3. *Thomas-
sin. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 63.) quod sit Ecclesiasticum,
Hieronym. Paul. in Practic. Cancellar. post *Rebuff.
in prax. pag. mihi* 628. *§. In Causa*, ubi allegat De-
cisionem *Rotæ in antiquis, de Jurepatr. Philipp.
Prob. in addit. ad gloss. Pragmat. de Collation. §.
Statuit, Verb. Præsentatio, Van Espen in Jus Ec-
cles. univ. part.* 2. *tit.* 25. *cap.* 2. *numer.* 27. *Coc-
cin. decis.* 1445. *numer.* 17.

Sed quid dicendum de jurepatronatus relicto *Cu-
stodibus* Confraternitatis Sanctissimi Salvatoris ad 216
Sancta Sanctorum, an censeri debeat Ecclesiasti-
cum? Et rationes pro utraque parte, tam scilicet
pro qualitate Ecclesiastica, quam pro laicali late
expendit *Rot. decis.* 1545. *a n.* 16. *per tot. coram
Coccin.* in qua tamen indecisus remansit articulus:
Verum reassumta disputatione *cor. Durano*, prodiit
resolutio pro qualitate laicali ex rationibus, de qui-
bus *Decisio* 130. *coram eodem.*

Celebris tamen fuit controversia examinata in
Congregatione particulari de anno 1718. super
qualitate jurispatronatus cujusdam Cappellaniæ ere-
ctæ in Ecclesia S. Stephani supra *Cacchum*, relicti

217 DD. *Guardianis* Hospitalis Sanctissimi Salvatoris
ad Sancta Sanctorum, an scilicet censendum esset
laicale, uti contendebant DD. *Guardiani*, vel potius
Ecclesiasticum, subjectum per consequens reservationibus
Apostolicis, juxta prætensionem Ministrorum
Datariæ. Dubitandi ratio contra Ecclesiasticam
qualitatem jurispatronatus ex duplici fonte promanabat.
Primo, quia contendebatur Hospitale ad Lateranum non esse
Religiosum, sed mere laicale, proindeque juspatronatus
illius Guardianis relictum, nonnisi laicale dijudicandum
erat. Secundo, quod DD. *Guardiani* Hospitalis sunt illæmet
Personæ, quæ munus exercent *Custodum* Confraternitatis
Sanctissimi Salvatoris, quique jam obtinueraot per
Rotam cor. Durano dicta decis. 130. canonizari
tamquam laicale juspatronatus ipsis, uti *Custodibus*
Confraternitatis relictum; unde dicebatur, eamdem
Decisionem firmare statum etiam pro laicali qualitate
juspatronatus ipsismet uti *Guardianis* Hospitalis
relicti. Cumque in dicta particulari
218 Congregatione, in qua interfuerunt *clar. memor.
Card. Sacripantes* Prodatarius, *& RR. PP. DD.
Petra, Ansideus, & de Gentilibus*, postea S.R.E.
Cardinales amplissimi, nec non *Lancetta, Mesmerus*,
& de *Valentibus* Sub Datarius, nulla prima vice ob
Votorum scissuram capta fuerit resolutio, prodiit
tamen in secunda favorabilis prætensioni DD.
Guardianorum ex præponderantia unius Voti, nam
Emioentissimi *Petra*, & de *Gentilibus*, nec non clar.
mem. Cardinalis *Ansideus*, & bon. mem. *Lancetta*
fuerunt in Voto pro qualitate laicali jurispatronatus,
ceteri vero pro qualitate Ecclesiastica; de qua
resolutione meminit *Piton.* qui scripsit pro DD.
Guardianis, *de Controvers. Patronor. tom. 2. allegat.*
100. *in Supplement. sub n.* 74. Scripsi pro Dataria in
utraque Causæ propositione; cumque opus fuerit plene
demonstrare qualitatem Ecclesiasticam Hospitalis ad
Lateranum, quodque juspatronatus Cappellaniæ, de qua
agebatur, relictum fuerat DD. *Guardianis* præfati
Hospitalis intuitu eorum *Officii*, placet ad uberiorem
materiæ, de qua hucusque disseruimus, explanationem,
ea, quæ tunc scripsimus in secunda Causæ propositione
hic adnectere. Sic igitur dicebam.

219 „ PROVISIO simplicis Cappellaniæ sitæ in Ec-
„ clesia S. Stephani supra *Cacabum*, hac vice per-
„ tinet ad Datariam; nam cum per Dapiferi obi-
„ tum vacaverit, obnoxia est Apostolicis Reserva-
220 „ tionibus, quæ amplectuntur Beneficia jurispa-
„ tronatus Ecclesiastici, *ad Text. in Cap. Dilectus*
„ 6. ibique *Gloss. & DD. de Offic. Legat. Mando-*
„ *sius ad Regul. I. Cancellar. quæst.* 10. *n.* 6. *Garc.*
„ *de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 552. *Gratian. discept.*
„ 809. *n.* 5. *Rot. cor. Carillo decis.* 112. *n.* 22.

„ Ad ostendendum, quod Patronatus, de quo
„ agitur, Ecclesiasticus sit, præmittimus, quod
„ Hospitale ad Sancta Sanctorum est dubio pro-
„ cul Ecclesiasticum, cum in illo concurrant si-
„ gna prorsus omnia, quæ ad constituendum
221 „ Ecclesiasticum Hospitale enumerantur in *Cle-*
„ *mentin.* 2. *§. final. de Relig. Dom.* -- ibi -- *Hos-*
„ *pitalia, Altare, vel Altaria, & Cœmeterium*
„ *ab antiquo habentia, & Presbyteros celebrantes,*
„ *& Sacramenta Ecclesiastica pauperibus mini-*
„ *strantes &c.* -- Ea nimirum ratione, quia cum
„ Altaria, Cœmeterium, Celebratio Divinorum,
„ & administratio Sacramentorum, (quæ omnia
„ in nostro casu verificantur) sint jura spiritua-
„ lia, & laicali loco convenire non possint, per-
„ necesse evincunt, Ecclesiasticum esse locum, cui
„ accedunt, ut ibidem explicat *Gloss. magistralis*
„ *in verb. Altare, & Vitalinus numer.* 81. *Imola*
„ *in Cap. Officii numer.* 22. *versic. Quid si reperia-*
„ *tur, de Testament. Felinus in Cap. In quarta*
„ *numer.* 12. *de Præscript. Federic. de Senis consil.*
„ 114. *numer.* 2. *Lapus allegat.* 41. *per totam,*
„ *Barbatia consil.* 1. *n.* 3. *versic. Et licet ista,*
„ *cum seqq. & sub numer.* 7. *tom.* 4. *Beninted. dec.*
„ 13. *n.* 4. *Marta Vot. Pisan.* 169. *n.* 3. *& seqq. ac*
„ *de Jurisdict. part.* 4. *Centur.* 2. *cas.* 113. *n.* 20.
„ late *Cortiada decis.* 64. *a n.* 23. *Frasso de Reg.*
„ *Patron. Ind. cap.* 85. *n.* 9. *Scoppa ad Merlin.*
„ *Pignattell. controvers.* 65. *n.* 5. *Bondenus collect.*
„ 10. *numer.* 28. *Panimoll. decis.* 12. *Annotat.* 5.
„ *numer.* 14. *Pirhing. tom.* 3. *Decret. Tit. de Re-*
„ *lig. Domib. numer.* 20. *vers. Porro.*

„ Quinimmo cum Hospitali magis proficua sit
„ qualitas Religiosa, & Ecclesiastica, propter me- 222
„ liores effectus, quos illa producit, & ut gaude-
„ re possit Immunitatibus, exemtionibus, ceteris-
„ que omnibus Ecclesiarum privilegiis, *Fuscus de*
„ *Visitat. lib.* 2. *cap.* 13. *numer.* 10. *Pax Jorda-*
„ *nus tom.* 3. *tit.* 9. *n.* 16. inde est, quod affirment
„ Doctores, levissima quæque signa ad hunc effe-
„ ctum sufficere: exemplificantes in Campana in
„ loco eminenti posita, & in Hostio in via publi-
„ ca; late *Decius in Cap. Patentibus numer.* 2. *&*
„ *seqq. de Privileg. Cortiada dicta decis.* 64. *num.*
„ 65. *& 66. cum seqq. Scoppa ad Merlin. Pignattell.*
„ *dicta controvers.* 65. *numer.* 7. *libr.* 1. cum aliis
„ mox laudatis.

„ Si igitur hæ leviores circumstantiæ Hospitale
„ Ecclesiasticum denotant, quanto magis debet
„ dici Ecclesiasticum Hospitale Lateranense, cui
„ (præter mox expressa) urgentiora spiritualia ju-
„ ra accedunt, & præcipue *Ecclesia*, quæ sola suf- 223
„ ficit ad ostendendum Religiosum esse locum,
„ cui illa annexa est, *Rota cor. Coccino decis.* 1598.
„ *numer.* 12. *coram Carillo decis.* 267. *n.* 1. *cor.*
„ *Arguelles decis.* 65. *numer.* 6. cum aliis late in
„ *Florentina Parochialis* 20. *Decembris* 1628. *§.*
„ *Primo quia cum hujusmodi Hospitale habeat Ec-*
„ *clesiam, cor. Virili*; & *Cœmeterium*, quod vi- 224
„ detur valde univocum signum qualitatis Eccle-
„ siasticæ, quia plus juris est habere Cœmeterium,
„ quam Ecclesiam; cum non omnes Ecclesiæ de
„ jure Cœmeterium habere possint, sed Parochia-
„ les tantum, ut ait *Rota decis.* 348. *sub n.* 15. *part.*
„ 11. *Recent.* & in nostris terminis *Gloss. in Cap.*
„ *Per litteras verb. Ecclesias, & verb. Spiritualia,*
„ *de Præbend.* & egregie *Vitalinus in dicta Cle-*
„ *ment.* 2. *numer.* 81. *de Relig. Domib.* cum aliis
„ in superiori §. laudatis.

„ Et quidem ab antiquissimo tempore Latera-
„ nense Hospitale habuit *Ecclesiam* adnexam, de
„ qua tanquam de Ecclesia Hospitalis loquuntur
„ Statuta Societatis *n.* 31. 51. *&* 182. *Cœmeterium*
„ quoque, de quo san. mem. Innocentius XII. in
„ sua *Constitut. XXVIII. n.* 33. ab antiquo habuit,
„ quippe de eo, tanquam de re jam suo tempore
„ præexistente, testatur *Honuphrius Panvinus*, qui
„ sub Paulo III. floruit, *de septem Urbis Ecclesiis*
„ *Tit. de Hospital. Domib. Lateranen. pag. mihi*
„ 197. *& seqq.* juxta impressionem Romanam *an-*
„ *ni* 1570. -- ibi -- *Ante Hospitale, Septentrionem*
„ *versus ultra Fontem Aquæ Claudiæ, & Cœme-*
„ *terium, quem Campum Sanctum vocant, in quo*
„ *sepeliuntur, qui diem suum in Hospitali obie-*
„ *runt*, & post eum *Camillus Fanuccius* (qui
„ scripsit sub Clemente VIII. & fuit Confrater-
„ nitatis ad Sancta Sanctorum Sodalis) in libro,
„ cui Titulus -- *Delle Opere pie di Roma lib.* 1. *cap.*
„ 6. *versic. Avanti l'Ospedale* -- Probatis autem Hi- 225
„ storicis omnino deferendum est, ut de *Panvino*,

„ Rot.

„ *Rat. cor. Card. Celso decis. 328. n. 10. & de Camillo Panuccio, in Andrien. Præeminentiarum super bono Jure 17. Februarii 1710. §. Neque, coram Reverendissimo Aldrovando.*

„ Hinc supervacaneum est disputare, num Ec-
„ clesia sit principalis, vel potius Hospitali acces-
226 „ soria; Siquidem tunc necesse est, ut Ecclesia sit
„ principalis, ubi Hospitale in *Titulum Beneficii*
„ *Ecclesiastici conferri debet*, & ad hoc, ut com-
„ prehendatur sub Litteris Apostolicis loquentibus
„ de provisione Beneficiorum, ut in exadverso al-
„ legata *Clement. Per Litteras, de Præbend.* & ad-
„ vertunt DD. ibi citati per *Barbos. n. 2. Gonzal.*
„ *ad Regul. 8. gloss. 5. §. 4. n. 7. Garc. de Benefic.*
„ *part. 1. cap. 3. n. 1. & seqq. Pignatteil. consult.*
„ *143. numer. 4. tom. 4. Gypt. in addit. ad decis.*
„ *Bonon. diversor. decis. 92. §. Hoc casu, Mohe-*
„ *dan. decis. 18. & ibi adden. litt. D. de Caus. pos-*
„ *sess. Rot. decis. 114. numer. 8. & seqq. part. 2.*
„ *divers.*

„ At quando abstrahendo a titulo Beneficiali,
„ quæstio sola est de qualitate loci, eo casu Eccle-
227 „ sia etiam accessoria, religiosum arguit Hospitale,
„ ut elicitur ex dicta *Clementin. 2. §. final. de Re-*
„ *ligios. Domib.* quæ dum censet, *Religiosa esse Hos-*
„ *pitalia, Altaria, & Cæmeterium ab antiquo ha-*
„ *bentia*, jam supponit Hospitale esse principale,
„ Altaria vero, & Cœmeterium accessoria. Com-
„ probaturque ea efficaci ratione, quod spirituale
„ accedere non potest temporali, nisi sit religio-
„ sum; cum ergo Ecclesia Hospitali accedit, ne-
„ cessario supponit illud Religiosum, alioquin ei
„ accedere non posset, ut egregie ratiocinatur *Vi-*
„ *talin. in dict. Clement. numer.* 81. cum aliis su-
„ pra allegatis §. *Ad ostendendum*, atque Ecclesia
„ etiam annexa Hospitali, præsumtionem inducit,
„ quod auctoritas Episcopi intervenerit, *Rot. de-*
„ *cis. 4. de Testib. in antiquiorib.*

„ Neque vero subsistit, quod *Clementin. Per*
„ *Litteras de Præbend.* statuat Hospitale esse lai-
228 „ cale, *etiam si Ecclesias, vel Cappellas Decimas,*
„ *aut alia spiritualia jura noscatur habere.* Quia
„ in hac quoque *Clementina* de Hospitalibus sermo
„ est omnino Religiosis. Duplex traditur a DD.
„ ratio; prima est illa eadem, quam mox assigna-
„ vimus, quod scilicet nonnisi Hospitalibus religio-
„ sis talia jura accedere possunt, ut ibidem fir-
„ mant *Gloss. in verb. Ecclesias, & Vitalin. numer.*
„ *25. -- ibi Conclude, quod ista loca sunt religiosa,*
„ *alias ei non possunt accedere spiritualia -- Zaba-*
„ *rell. in Clementin. 2. §. Ceterum n. 1. in fine, de*
„ *Religiosis Domibus -- ibi -- Ex quo locus est Re-*
„ *ligiosus auctoritate Episcopi erectus, tali possunt*
„ *ei accedere -- de Præbend. Clementin. Per Litte-*
„ *ras.* Altera ratio est, quod frustra a Papa quæ-
„ situm fuisset, an includerentur sub Litteris Apo-
„ stolicis de Provisione Beneficiorum, si essent
„ loca privata, & laicalia, *Franciscus Marc. de-*
„ *cis. 1071. sub numer. 1. juxta antiquam impress.*
„ *Petr. de Ubald de Canon. Episcopal. cap. 4. Quæst.*
„ *13. §. 2. princip. num. 26. versic. Alias frustra,*
„ *inter Tract. magn. tom. 15. part. 2. pag. 206.*
229 „ Cum Hospitalia pure laicalia a Papa non soleant
„ impetrari, *Rot. decis. 276. n. 2. part. 2. divers.*

„ Levissima autem est objectio, quod Ecclesia
230 „ non sit in ipso Hospitali, sed ei contigua, quia
„ nec in facto id subsistit, nec relevat in jure; cum
„ vis non consistat in materiali situ Ecclesiæ, sed
„ in connexione formali, & in eo, quod ista est
„ membrum, & pars Hospitalis, adeout etiam si
„ materialiter per *viam publicam* esset separata;
„ adhuc Hospitale ex accessione Ecclesiæ, dicitur
„ Religiosum, *Calderin. cons. 4. de Religios. Do-*
„ *mib.* ubi præsertim id procedere ait, quando &
„ Hospitale, & Ecclesia sub invocatione ejusdem
„ Sancti denominantur, prout Hospitale ad Late-
„ ranum sub eodem S. Andreæ vocabulo nomi-
„ natum fuit. Et quamvis regulariter denominatio
„ Sancti a vicina Ecclesia desumta, non faciat Hos-
„ pitale Religiosum, id tamen vindicat sibi locum,
„ ubi jura Ecclesiæ, & Hospitalis sunt omnino se-
„ parata, & inter utrumque corpus nulla adest con-
„ nexio, utpote quia, nec Hospitale sit Ecclesiæ,
„ nec Ecclesia Hospitalis; Secus vero quando Ora-
„ torium publicum est de juribus Hospitalis, & ad
„ Hospitale pertinet, ut præter *Calderin* explicant
„ *Canonistæ in Cap. Inter dilectas, de Donat. Inno-*
„ *cent. n. 2. versic. Vel dic. Hostiens. ante n. 1. vers.*
„ *Vel dic. Abat n. 7. Ancaran. n. 8. vers. Nomi-*
„ *nabatur sub nomine Sancti Alucii.*

„ Ut etiam non subsistit, quod Cœmeterium
„ respicit Ecclesiam, & non pertinet ad Hospitale. 231
„ Si enim hoc in Cœmeterio sepeliuntur *qui diem*
„ *suum in Hospitali obierunt*, ut inquit *Panvinius*
„ *de Septem Urb. Eccles. tit. de Hosp. Domibus La-*
„ *teranen. pag. mihi 197. Camill. Fanuc. in Libro*
„ *dell'Opere pie di Roma lib. 1. cap. 6. -- ibi -- Ol-*
„ *tre il Condotto dell'acqua Claudia è il Cimiterio*
„ *detto Campo Santo, ove si sepelliscono li morti*
„ *dell'Ospedale --* Si Innocentius XII. illud vo-
„ cavit *Cæmeterium Hospitalis* in Constitutione
„ XXVII. *n. 33.* jam patet retineri pro usu Hos-
„ pitalis, non Ecclesiæ, quæ particulares habet
„ Sepulturas; Idque magis congruit dispositioni
„ juris, quod permittit Hospitalibus habere Cœ- 232
„ meterium, *Clementin. 2. §. final. de Relig. Do-*
„ *mib.* non autem Ecclesiis populo carentibus, *In-*
„ *nocent. in cap. 1. de Sepult. Fuscus de Visit. lib. 1.*
„ *cap. 12. numer. 4. Francesc. de Eccles. Cathedral.*
„ *cap. 26. numer. 126. late Rot. in Romana Fune-*
„ *rum, cor. Reverendiss. Molines, post de Luca*
„ *tom. 4. lib. 14. decis. 7. a numer. 18.*

„ Pari irrelevantia laborat responsio, quod Au-
„ gustissimum Eucharistiæ Sacramentum conser- 233
„ vatur in Ecclesia, non in Hospitali, proinde-
„ que ex tali circumstantia oriri argumentum illius
„ Ecclesiasticæ qualitatis exclusivum. Quia & de
„ praxi, & de jure, alibi, quam in Ecclesia reti-
„ neri non potest, nec debet, *Cap. 1. de Custod.*
„ *Eucharist.* late & erudite *Rmus Petra Tom. 3. ad*
„ *Constit. I. Urbani IV. sect. 1. per tot.* Retinentur
„ quidem Sacramenta in Ecclesia, sed in Ecclesia
„ Hospitalis, nec retinentur contemplatione Eccle-
„ siæ, sed ratione Hospitalis, & Infirmorum ini-
„ bi degentium, ad effectum scilicet, ut commo-
„ dius Sacramenta dictis Infirmis valeant ministra-
„ ri; adeout si Hospitale alio transferretur, jus re-
„ tinendi hic in Ecclesia Sacramenta statim eva-
„ nesceret, *Rot. decis. 124. n. 12. part. 12. decis.*
„ *231. n. 4. & 5. part. 13. Recent. & in Toletana*
„ *Jurium Parochialium super manutentione 29. Ja-*
„ *nuarii 1703. §. Nullatenus, cor. bo. me. Muto.*

„ Mox relatis signis clare præseferentibus quali-
„ tatem Ecclesiasticam Hospitalis ad Lateranum,
„ accedunt aliæ circumstantiæ desumtæ ex Perso-
„ nis, quæ dictum Hospitale construxerunt, at-
„ que dotarunt, ex loco, situ, & tempore, qui-
„ bus fuit extructum, & ex Privilegiis illi commu-
„ nicatis. Exordiendo a Personis; *Hospitales Do-*
„ *mos ad Lateranum* non ædificarunt, aut dotarunt
„ Laici in aliqua privata Domo laicali, sed *Joan-*
„ *nes Columna* (anno 1216. ab Honorio III. Car-
„ dinalis creatus) *cum singulari pietatis laude pri-*
„ *mus ædificavit, quæ postea a diversis Romanis*

„ *Pontificibus, & Cardinalibus, Episcopisque au-*
„ *ctæ, & insignibus proventibus in dies, in paupe-*
„ *rum perpetuos usus, locupletata* -- *Panvin. in su-*
„ *pradicto libr. de Septem Urb. Eccl. loco supra*
„ *laudat. Ciaccon. Tom. 2. in Vit. dict. Cardinal.*
„ *pag. mihi* 58. *Camill. Fannec. dell'Opere pie di*
„ *Roma libr.* 1. *cap.* 6. *pag.* 34. *Amayd. de Pietat.*
„ *Roman. part.* 1. *cap.* 3. *pag. mihi* 57. *Abas Piaz-*
„ *za in* libro, cui titulus -- *Roma Sacra, e Moder-*
„ *na* -- denuo impresso Romæ anno 1707. *pag. mi-*
„ *hi* 571. & in altero Libro *dell' Opere pie di Roma*
„ *tract.* 1. *cap.* 6. *Ughell. in Vit. Cardin. Famil.*
„ *Columnæ cap.* 4. *de Cardinali Joanne, Joannes*
„ *Sansovinus delle Case illustri d'Italia tit. de' Si-*
234 „ *gnori Colonnesi, pag. mihi* 91. Sicuti autem cen-
„ setur laicale Hospitale a Laicis fundatum, & do-
„ tatum; ita e converso censeri debet Ecclesiasti-
„ cum, quando ab Ecclesiasticis Viris fuit erectum,
„ & eorum opibus ditatum, ut arguit *Joseph Vas-*
„ *quez de Prado in allegat. impress. post Mendo. de*
„ *Jur. Academic. pag. mihi* 503. *numer.* 2.
„ Quod si inter signa Hospitalis Ecclesiastici nu-
235 „ meratur & illud, quod certam, stabilemque Do-
„ tem ex Bonis etiam profanis habuerit, ex rela-
„ tis apud *Corrad. dicta dec.* 64. *num.* 29. *Merlin.*
„ *Pignatell. d. lib.* 1. *cap.* 65. *n.* 15. & 18. ibique
„ *Scoppa n.* 21. Potiori ratione id sibi locum vin-
„ dicare debet, quando Dos illa opulentissima con-
„ stituta fuit a Personis in Eminentiori Dignitatis
„ Ecclesiasticæ gradu positis, & redditus Ecclesia-
„ sticos possidentibus, dum præsumitur, quod quid-
„ quid in causam illiusmodi fundationis, & Dotatio-
236 „ nis erogaverint, ex Bonis Ecclesiasticis processerit,
„ *Gloss. in cap.* 1. *Verb. debeat de Pecul. Cleric. ubi*
„ *Abas n.* 3. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 10.
„ *n.* 10. *Corrad. in prax. Beneficiar. lib.* 4. *cap.* 2.
„ *numer.* 46. *Rot. cor. Manzaned. decis.* 597. *n.* 4.
„ Supradictis autem probatis Historicis, testi-
„ monium perhibentibus de fundatione, & dota-
„ tione Hospitalis ad Lateranum expleta a Cardi-
„ nali Joanne Columna, & ex quibus antiquas
237 „ fundationes probari, firmavit *Melchior Canus*
„ *lib.* 11. *de Loc. Theolog. cap.* 3. *Paren. de Univ.*
„ *Instrum. Edit. tit.* 1. *resolut.* 3. §. 5. *n.* 56. *Rota*
„ *decis.* 353. *numer.* 21. *part.* 5. *Rec.* & *in decis.*
„ 1867. *n.* 20. *cor. Coccin.* minime refragantur In-
„ scriptiones, quæ in Muris Hospitalis leguntur,
„ quæque omnes referuntur a *Benedicto Millino in*
238 „ *Opuscul. de Oratorio S. Laurentii cap.* 4. Et qui-
„ dem non resistit illa, quæ legitur in utroque la-
„ tere Januæ, per quam ab Hospitali ingressus pa-
„ tet ad Ecclesiam S. Andreæ, & subtus Pictu-
„ ram S. Michaelis Arcangeli hisce verbis con-
„ cepta -- MICHAELIS ARCHANGELI GLORIÆ SUB
„ CUJUS NOMINE AC PATROCINIO SS. SALVA-
„ TORIS AD SANCTA SANCTORUM RECOMENDA-
„ TORUM SOCIETAS NOSOCOMIUM HOC TRIBUS AB
„ HINC ULTRA SÆCULIS AB ECCLESIA SANCTO-
„ RUM PETRI, ET MARCELLINI DE SUBURRA HIC
„ TRANSLATUM EXÆDIFICAVIT PII MEMORISQUE
„ ANIMI SIMULACRUM EXPRIMENDUM CURARUNT. -
„ Tum quia cum posita fuerit anno 1638. & sic
„ post annos 400. a Pontificatu *Honorii*, & post
„ tria, & ultra sæcula a translatione Hospitalis,
„ in dicta Inscriptione enunciata, nihil probat,
„ *Rot. in Cremonen. Beneficii* 14. *Maii* 1706. §.
„ *Et demum, cor. Kaunitz.* Tum quia facillime
„ cum Historicis ad concordiam reducitur; affir-
„ mant isti a Cardinali *Joanne Columna* funda-
„ tum fuisse *ad Lateranum* Hospitale. Dum au-
„ tem in Inscriptione dicitur, quod fuit primitus
„ fundatum ad Ecclesiam Sanctorum Petri, &
„ Marcellini *de Suburra*, id non adversatur Hi-
„ storicis, quia hæc etiam Ecclesia est ad Latera-
„ num, moderno Hospitali Mulierum cohærens,
„ & passim nuncupata est ad Lateranum, & *de*
„ *Suburra*, ut mox probabimus. Cumque non
„ exprimat Inscriptio, quis fuerit ille, qui primus
„ apud SS. Petrum, & Marcellinum Hospitale
„ instituerit, suppletur hic defectus ab Historicis,
„ qui primum Fundatorem Cardinalem *Joannem*
„ constanter designant.
„ Nec scrupulum injicit ullum, quod in Inscrip-
„ tione denotetur *Sanctorum Petri, & Marcel-* 239
„ *lini de Suburra*; Etenim *Suburra* vetus a Scrip-
„ toribus ponitur in hac adamussim Regione se-
„ cunda *Cælimontana*, & in ea planitie, quæ a
„ Cœlio Monte separat Exquilias, quæque ab hac
„ Ecclesia Sanctorum Petri, & Marcellini per la-
„ tus Boreale Ecclesiæ S. Clementis, tendit ad
„ Colosseum, ut late probat *Nardin. Antiquit. Ro-*
„ *man. lib.* 3. *cap.* 6. *Floravantes Martinellus in*
„ *libro*, cui titulus *Roma di nuovo esattamente ri-*
„ *cercata, giornata* 6. §. *Più oltre, pag. mihi* 104.
„ *juxta impressionem anni* 1702. Eruditus amicus
„ noster *Philippus Rondininus de Basilica S. Cle-*
„ *mentis pag.* 218. & latissime *Laderchius* in ela-
„ borato Opere *de Basilica Sanctorum Marcellini,*
„ *& Petri part.* 2. *cap.* 1. & 12. id probans etiam
„ ex Catastro Sodalitatis *ad Sancta Sanctorum*, &
„ ex Libro Anniversariorum ejusdem.
„ Rursus dum in Inscriptione asseritur, quod
„ *Nosocomium* huc translatum (nempe in Aream
„ Lateranensem) *Societas exædificavit*, hæc verba
„ solum præseferunt, quod novum hoc materiale
„ Ædificium, & Murorum ambitum in Latera-
„ nensi Campo Societas ædificaverit (& quidem,
„ ut præsumitur, ex fructibus Hospitalis per Soda-
„ litatem administratis) non autem verificari pos-
„ sunt de Institutione, & Fundatione substantiali
„ Hospitalis, quæ præcipue consistit in Dote, &
„ in Bonis ad sustentationem Pauperum assignatis,
„ quæque longe antea ex pia Cardinalis Columnæ
„ munificentia præcesserant, in puncto *Eugenius*
„ *consil.* 88. *n.* 115. *& seqq. libr.* 2. Si enim Hospitale
„ præexistens in Ecclesia Sanctorum Petri, &
„ Marcellini fuit *huc translatum*, sequitur, quod
„ hæc fuerit renovatio Hospitalis materialis in lo-
„ cum primi subrogati, non autem nova Fundatio,
„ *Ciarlin. controv.* 116. *n.* 26. & 27. Quinimo nec
„ materiale hoc opus potuit Societas ædificare sine
„ prævia auctoritate Pontificis, cum in Ecclesia
„ S. Andreæ adesset antiquitus Monachorum Mo-
„ nasterium, de quo, præter *Abatem Piazza*, me-
„ minit *Cardinalis Rasponus de Basilica Latera-*
„ *nensi lib.* 3. *cap.* 13. ubi alios refert antiquiores.
„ His eisdem responsionibus satisfactum est al-
„ teri Inscriptioni, quæ legitur circa Januam du- 240
„ centem ad Aromatariam in hæc verba -- HOC
„ OPUS INCHUATUM FUIT TEMPORE GUARDIA-
„ NATUS FRANCISCI VECCHI, ET FRANCISCI ROS-
„ SANA PRIORUM SUB ANNO DOMINI MCCCXLVIII.
„ INDICTIONIS SECUNDÆ MENSIS SEPTEMBRIS:
„ opus nempe materiale, &, ut diximus, ex fru-
„ ctibus ipsius Hospitalis, longe antea ædificati, &
„ dotati extructum, quodque proinde dici non
„ potest novum Hospitale, cum in prædicamento
„ substantiæ *novum non sit, quod antea fuit*, ut
„ dixit *Rot. decis.* 163. *numer.* 4. *cor. Mantica.*
„ Insignia, & Inscriptiones *Comitis Eversi*,
„ qui vivere desiit anno 1464. circa exordia Pon-
„ tificatus Pauli II. de quo late *Cardinalis Pa-*
„ *pien. Comment. lib.* 2. *pag. mihi* 373. *Plati-*
„ *na in Paul. II. Raynald. ad ann.* 1464. *nu-*
„ *mer.*

„ *mer. 7. Cobell. de notit. Cardinal. cap. 15. Congr.*
241 „ *21. pag. mihi* 144. ideo posita fuerunt, quia
„ idem *Eversus -- Doppo molti anni*, ut ait *Bene-*
„ *dictus Millinus in Opusc. de Orat. S. Laurentii*
„ *dict. cap. 4. pag.* 183. Eleemosinam, seu largi-
„ tionem fecit Hospitali, opportune conversam in
„ constructionem partis veteris Muri versus *S.*
242 „ *Joannem in Fonte*, & aliud in Jure non deno-
„ tant, quam beneficentiam, etiam modicam,
„ *Card. de Luca de Jurepatr. disc. 53. sub n. 14.*
„ *Lagunez de Fruct. part. 1. cap. 32. §. 1. n. 47.*
„ *Adden. ad Buratt. decis. 919. numer. 9. Rota in*
„ *Paduana Canonicat. coram Sacrato apud Cleri-*
„ *cat. discor. forens. tom. 1. pag. 20. §. Quantum,*
„ *& decis. 336. numer. 10. part. 18. Rec. & in*
„ *Veliterna Fabrica 7. Junii 1706. §. Id tamen,*
„ *cor. Rmo Molines.*
„ Habita ergo temporum ratione, omnia inter
„ se compatiuntur. Compatibile est cum fundatio-
„ nē, & ordinatione facta a Card. *Joanne Colum-*
„ *na* anno 1216. quod postmodum anno 1348.
„ Societas novam Fabricam incœperit, amplia-
„ tam post annum 1464. ex relicto *Comitis E-*
„ *versi*, quam rursus anno 1636. & 1655. ad ma-
„ jorem ægrotantium commoditatem in amplio-
„ rem etiam formam redegerit. Semper tamen
„ erit illud idem Hospitale, quod Card. Columna
„ primus instituit, *& divite Censu dotavit*, ut ait
„ *Amayden.* supralaudatus, & his Inscriptionibus
„ non refragantibus, agnoverunt alii Historici,
„ inter quos *Fanuccius dell'Opere pie di Roma lib.*
„ *3. cap. 1.* hæc ait -- *Questa Confraternità tien*
„ *cura dell'Ospedale del Santissimo Salvatore, edi-*
„ *ficata dall'Illustrissima famiglia Colonna Romana,*
„ *come si è detto nel Capitolo d'esso Spedale, ma ag-*
„ *grandito, e rinovato da essa Confraternità con no-*
„ *tabile spesa* -- Per reædificationem autem Domus,
243 „ ejusque reductionem ad ampliorem structuram,
„ illa non desinit esse eadem, *Card. de Luc. de*
„ *servit. disc. 19. numer. 5. & 6.* cum aliis *per Rot.*
„ *decis. 384. numer. 2. & 3. part. 9. Recent.*
„ Sed quando etiam (citra veri præjudicium)
„ Institutio, & dotatio Hospitalis adscribenda esset
244 „ Sodalitati ad Sancta Sanctorum, adhuc res eo-
„ dem redit, cum Sodalitas ista Ecclesiastica sit,
„ & Religiosa. Erecta quippe fuit, & instituta ab
„ altero *Cardinali Columna*, scilicet *Petro -- cum*
„ *auctoritate Pontificis, & Sedis Apostolicæ adopera*
„ *Dei, & Misericordiæ facienda* -- ut probatur ex
„ confessione ipsius Societatis in ejus antiquo Ca-
„ tastro, ex qua tolli omnem difficultatem in hac
„ materia, inquit *Rot. decis. 9. n. 18. coram Re-*
„ *verendiss. Ansaldo*, & huic confessioni consonant
„ Scriptores omnes, de quibus supra meminimus,
„ quorum agmen ducit *Panvinius* loco citato --
„ ibi -- *Sodalitas a Romanis Pontificibus instituta,*
„ *quæ etiam Hospitali Lateranensi præest.* Indu-
245 „ bium autem est, Confraternitatem auctoritate
„ Pontificis, aut alterius Superioris Ecclesiastici
„ institutam, Religiosam esse, & Ecclesiasticam,
„ *Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 10. n. 50. Gut-*
„ *tierez Canon. Quæst. lib. 1. cap. 35. n. 25. Garc.*
„ *de Benefic. part. 5. cap. 1. numer. 605. & seqq.*
„ *Barbos. de Potest. Episcop. allegat. 75. n. 26. Gra-*
„ *tian. discept. 481. n. 15. & 16.* cum aliis plena
„ manu relatis a *Rosa consult. 10. annot. 11. & Rot.*
„ *decis. 313. n. 9. part. 10. Recent.*
„ Accedunt tot alia signa in responsione facti
„ cumulata, illud præsertim quod, sit *La prima*
„ *Confraternità di Roma eretta in Archiconfrater-*
„ *nità per poterne aggregare molte altre, e precede*
„ *a tutte* -- ut inquiunt Auctores supra laudati.
„ Porro in Archiconfraternitatem erigi non potuit, 246
„ nisi a solo Pontifice, qui dum illam evexit in
„ caput omnium Confraternitatum similis Instituti,
„ eique concessit prærogativas omnes Archiconfra-
„ ternitati Charitatis indultas a Leone X. in *Con-*
„ *stit. XXXVII.* jam eandem Confraternitatem
„ approbavit, & Religiosam effecit. Præterea si
„ facultatem habet sibi aggregandi alias Sodalita-
„ tes, dummodo tamen sint Religiosæ, & Apo-
„ stolica, vel Ordinaria auctoritate erectæ, juxta
„ præscriptum a Clemente VIII. in *Const. CXV.*
„ §. 3. quis suadere sibi poterit, quod Confraterni-
„ tates inferiores aggregandæ, debeant esse neces-
„ sario Ecclesiasticæ, ipsa vero Archiconfraterni- 247
„ tas principalis, & aggregans possit esse laicalis?
„ Et demum præcedentiam supra alias Confrater-
„ nitates Ecclesiasticas nec prætendere, nec conse-
„ qui posset, nisi & ipsa Ecclesiastica esset: ex
„ quibus aliisque in facto expensis, concludendum
„ erit, quod nulla ex Sodalitatibus Urbis tot,
„ tantaque signa Ecclesiasticæ qualitatis habet; &
„ tamen passim Ecclesiasticæ censentur, ut in ter- 248
„ minis diversarum Sodalitatum Urbis, *Card. de*
„ *Luc. de servit. disc. 74. numer. 6. R. P. D. Petra*
„ *tom. 4. pag. 239. numer. 58. Rot. decis. 1598.*
„ *numer. 12. coram Coccin. decis. 502. numer. 2.*
„ *& seqq. coram Bichia, decis. 180. numer. 5. &*
„ *decis. 267. numer. 1. & 2. coram Carillo, dec.*
„ *45. a numer. 1. usque ad 13. coram Arguelles,*
„ *decis. 881. numer. 3. coram Emerix dec. 143.*
„ *numer. 22. part. 9. & dec. 26. numer. 6. part.*
„ *17. Recent.*
„ Quod si Catastrum præfatum, & hæ aliæ cir-
„ cumstantiæ omnes notæ fuissent Sacræ Rotæ,
„ quando coram *Durano* disputatus fuit articulus
„ super Beneficiatu SS. Laurentii, & Damasi,
„ certe non præsupposuisset hanc Archisodalitatem
„ esse mere laicalem. At possunt quidem Judiceś
„ supplere ea, quæ sunt juris, sed circa factum
„ divinare non possunt monumenta, quæ latent in
„ Colligantium Archiviis, ut dixit *Rota in Mni-* 249
„ *donien. Prætensæ observationis Constitutionis 1.*
„ *Martii* 1706. *§. Nihil igitur coram Reverendiss.*
„ *Ansaldo*. Dixi, *quod non præsupposuisset*, quia
„ tunc hic articulus principaliter discussus non fuit,
„ & præcipua decidendi ratio stetit in eo, quod
„ Patronatus relictus fuerat Custodibus Confrater-
„ nitatis, qui nec Locum, nec Confraternitatem
„ repræsentant, ut *in decis. 130. coram eodem*
„ *Durano*, in qua ceteroquin nulla adducitur præ-
„ tensæ laicalitatis concludens probatio quoad Con-
„ fraternitatem.
„ Circumstantiæ depromtæ ex personis, quæ
„ Hospitale construxerunt, atque dotarunt, suc-
„ cedit pro Ecclesiastica illius qualitate magis ma-
„ gisque demonstranda *Circumstantia situs*, cum
„ & *a situ*, tanquam uno ex decem Prædicamen- 250
„ tis sumi possit argumentum, *Bald. in l. Persona*
„ *n. 3. C. de Probat. Menoch. lib. 1. præsumpt. 14.*
„ *num. 72. & lib. 6. præsumt. 72. n. 19.* Fuit Hos-
„ pitale præfatum ædificatum in Urbe, in qua re-
„ gulariter loca pia sunt Ecclesiastica, cum regu-
„ lariter fiat approbata a Summo Pontifice, ut ait 251
„ *Pannioll. decis. 12. annot. 5. numer. 17. Rot.*
„ *coram Arguelles dicta decis. 45. numer. 6. &*
„ *seqq.* & si vertantur oculi ad reliqua Hospitalia
„ publica Urbis, vix ullum reperietur, quod sit lai-
„ cale. Fuit ædificatum sub oculis Pontificum,
„ tunc temporis apud Lateranum habitantium, &
„ in loco, ubi prius aderat Claustrale Monaste-
„ rium, *Abas Piazza dict. tract. 1. Cap. 6. §. Sic*
„ *istituito.* Monasterium autem converti non pote-

252 „ rat in Hoſpitale ſine ſpeciali auctoritate, & ap-
„ probatione Pontificis, ſine qua in certum uſum
„ deſtinata, in alium converti minime poſſunt,
„ *Clem. 2. de Relig. Domib.* cum aliis vulgatis.
„ Præcipue quia fuit anno 1216. extructum; &
253 „ hoſpitalitas per quinque ſæcula ibidem ſervata,
„ vidente, laudante, & cooperante Pontifice, præ-
„ ſumtionem inducit, quod illius aſſenſus inter-
„ ceſſerit, ut ad rem noſtram *Curtius Jun. conſ.* 20.
„ *n.* 4. *& ſeqq. Trentacinquius var. reſolut. lib.* 1.
„ *tit. de Reſcript. reſolut.* 4. *pag. mihi* 22. §. *Pri-*
„ *mus eſt quando ſumus, Gabriel de Pia Cauſa*
„ *concluſ.* 2. *n.* 6. *Marant. part.* 3. *reſponſ.* 25. *n.*
„ 8. *&* 28. *Vivian de Jurepatr. lib.* 3. *cap.* 2. *n.*
„ 7. *verſ.* 4. & facilius præſumi debet ex ipſa na-
„ tura rei, & ex conſuetudine univerſali, quia
254 „ moris erat in conſtructione Hoſpitalium adhi
„ bere Pontificalem conſenſum, ut *in cap. Ad hæc*
„ *de Religioſ. Domib. Marant. dict. reſponſ.* 45. *n.*
„ 24. & quem fere ſemper adhiberi inquit *Fraſſ.*
„ *de Regio Patr. Indiar. Cap.* 85. *n.* 16. *Italia de*
„ *Immunit. lib.* 1. *Cap.* 4. §. 8. *ſub n.* 2. *verſ. Et*
„ *ideo cum eriguntur*; unde multo magis cenſetur
„ adhibitus in Hoſpitali inſigni in Urbe ſub ocu-
„ lis Pontificis, & in loco ubi aderant Monaci,
„ ædificato cum Eccleſia, & Cœmeterio, & aliis
„ Eccleſiaſticis ſignis.
„ Demum Eccleſiaſticam qualitatem Hoſpitalis
„ ad Lateranum mirifice comprobant Gratiæ ſpi-
„ rituales, Privilegia, & exemtiones, quibus a di-
„ verſis Summis Pontificibus cohoneſtatum fuit.
„ Gaudebat olim omnibus illis Indulgentiis, quæ
„ Hoſpitali S. Jacobi Incurabilium conceſſa fue-
„ runt a *Leone X. in Conſtitut. XV.* §. 12. 14. *&*
„ *tribus ſeqq.* Inſuper Commiſſarios, ſeu Quæſto
„ res deputabat cum facultate publicandi *Indul-*
„ *gentias, Confeſſionalia concedendi, in gradibus*
„ *Matrimonialibus prohibitis diſpenſandi, ab homi*
„ *cidiis etiam voluntariis, & Simoniæ labe abſol-*
„ *vendi &c.* ut patet *ex Conſtitutione XXXI.* §.
„ 42. *Pauli III.* qui facultates has omnes abroga-
„ vit, quibus antea utebantur tam Hoſpitale præ-
„ fatum, quam alia loca Eccleſiaſtica ibidem enu-
„ merata. Denique *Innocentius XII*: perpetuo
„ indulſit, ut in hoc Hoſpitali Ægrotantes, in eo-
„ rum mortis articulo conſequerentur omnium pec-
„ catorum ſuorum plenariam remiſſionem, & In-
„ dulgentiam, ut in ejus *Conſtitutione XXXVIII.*
255 „ Iſtiuſmodi autem Indulgentiæ, quæ *locales* nun-
„ cupantur, nempe quia conceduntur cum depen-
„ dentiá a determinato loco, cui ita affixæ ſunt, ut
„ nemo illas lucrari queat, niſi in eo loco exiſtens,
„ ut explicat *Gobat. Theolog. Moral. tom.* 2. *tract.*
„ 4. *de Indulgent. n.* 270. *& ante n.* 314. num-
256 „ quam conceduntur intuitu locorum Laicalium,
„ & hac ſingulari gratia ſpirituali non gaudent,
„ niſi Hoſpitalia Pauperum Invalidorum *canonice*
„ *erecta*, ſeu impoſterum pariter *canonice erigenda*,
„ ut in *Conſtit. dicti Innocentii XII.* la XXXVII.
„ atque Hoſpitale S. Spiritus, ut in *Conſtit. XLIII.*
„ ejuſdem Pontificis.
„ Nec ſubſiſtit, quod etiam locis Piis Laicali-
„ bus concedi poſſunt Indulgentiæ ſicuti conceden-
„ duntur, ſeu in aggregationibus communicantur
257 „ Confraternitatibus laicalibus; Quoniam in om-
„ nibus Indulgentiarum Litteris, quæ pro Con-
„ fraternitatibus ſive ſub Plumbo, ſive ſub Anulo
„ Piſcatoris expediuntur, inviolabiliter apponitur
„ clauſula, quod Confraternitas illa *Canonice ere-*
„ *cta exiſtat*, viderique poterit formula in *Conſti-*
„ *tutione CCLXIX. in princip. & in* §. 1. *Urbani*
„ *VIII.* juxta impreſſionem *Lugdunenſem.* Pari-
„ que modo res ſe habet in Aggregationibus, cum
„ ex ſuperius allegata *Clementis VIII.* Conſtitutio-
„ ne, aggregari non poſſunt Confraternitates niſi
„ *Apoſtolica, vel Ordinaria auctoritate ſint ere-*
„ *ctæ*; & inde eſt, quod in Literis patentibus ſi-
„ milium Aggregationum, tam in inſcriptione, 258
„ quam in corpore exprimitur, quod Confrater-
„ nitas aggreganda, ſit auctoritate *N. Canonice*
„ *erecta*, ut ex formula apud *Cherubin. in notis*
„ *ad dict. Conſtit. CXV. Clementis VIII.* & penes
„ *Monacell. tom.* 2. *pag. mihi* 13. & concordan-
„ tibus relatis, *Rota in Brixien. Aggregationis ſu-*
„ *per bono Jure* 22. *Junii* 1712. *in princip. &* §.
„ *Præſuppoſita, &* 2. *Junii* 1713. §. *Facilius, co-*
„ *ram R. P. D. Lancetta.*
„ In idem conſpirant illa alia Privilegia, quæ
„ Archihoſpitalibus S. Spiritus, & S. Jacobi In-
„ curabilium, & Confraternitati Charitatis in ipſa
„ Urbe *Canonice inſtituta*, prius conceſſa, *Cle-*
„ *mens VII.* Hoſpitali Lateranenſi communicavit,
„ non ſolum *ad inſtar*, ſed æque principaliter, per-
„ inde ac ſi fuiſſent ei a principio conceſſa; Cum-
„ que Hoſpitale S. Spiritus ſit Eccleſiaſticum, 259
„ *Pignatell. conſult.* 9. *numer.* 12. *tom.* 7. Eccle-
„ ſiaſtica ſit Confraternitas Charitatis in Urbe *Ca-*
„ *nonice inſtituta*, ut *in Conſtit. XXXVII. Leonis X.*
„ & Eccleſiaſticum ſit Hoſpitale S. Jacobi Incu-
„ rabilium, *Rota apud Marcheſ. part.* 1. *pag.*
„ 1018. *repetita* poſt *Pacificum de Salviano de-*
„ *ciſ.* 231. & patet ex duabus Conſtitutionibus
„ dicti *Leonis X.* in ordine XV. in quibus ampliſ-
„ ſimæ Gratiæ conceduntur; ſequitur, quod etiam
„ Hoſpitale Lateranenſe reputari debeat Eccleſia-
„ ſticum, utpote in omnibus, dictis tribus Eccle- 260
„ ſiaſticis locis æquiparatum; cum ceteroquin lo-
„ cis Laicalibus communicari non ſolent genera-
„ liter, & æque principaliter Privilegia ex ſingu- 261
„ lari Gratia locis Eccleſiaſticis conceſſa, nec Hoſ-
„ pitale gaudere poteſt Privilegiis Eccleſiarum,
„ niſi & ipſum ſit Eccleſiaſticum, ex relatis per
„ *Fagnan. in cap. Eccleſia numer.* 27. *de Immu-*
„ *nitate.*
„ Dictorum Privilegiorum vigore, Hoſpitale
„ quoque ad Lateranum effectum eſt *Archihoſpi-*
„ *tale*, hoc eſt caput omnium Hoſpitalium ſimi-
„ lis Inſtituti, proinde *Archihoſpitale* nuncupatur
„ ab *Alexandro VII.* in ſua *Conſtit. LXVII.* §. 6.
„ juxta impreſſionem *Lugdunenſem*, ſeu *LXV.*
„ juxta *Romanam*, & in Litteris *Innocentii XI.*
„ apud *de Luc. de Offic. pag.* 395. 398. *& ſeqq.*
„ faſſique ſunt DD. Cuſtodes in publico Lapide
„ erecto occaſione, qua *Clemens IX.* Pontificiam
„ præſentiam *huic Archinoſocomio* exhibuit, apud
„ *Ab. Piazza dell Opere pie di Roma tract.* 1. *cap.*
„ 6. *in fine.* Archihoſpitalia eſſe non poſſunt lai- 262
„ calia, quia ad efformandum Archihoſpitale re-
„ quiritur Pontificis auctoritas, eo autem ipſo,
„ quod hæc accedit, locus efficitur Religioſus,
„ etiamſi illa non in limine fundationis, ſed longe
„ poſtea ſuperveniat, *Sanchez Conſ. Moral. lib.* 6.
„ *cap.* 9. *dub.* 7. *cap.* 8. *Fuſcus de Viſitat. lib.* 2.
„ *cap.* 14. *numer.* 8. *Grattian. diſcept.* 481. *n.* 16.
„ *Ciarlin controverſ.* 116. *numer.* 24. *in fine*, *Roſ.*
„ *conſult.* 10. *numer.* 28.
„ In vim quoque Privilegiorum eorundem, La-
„ teranenſe Hoſpitale exemtum fuit cum omnibus
„ membris, & Perſonis ab omni juriſdictione E-
„ piſcopali, receptum fuit ſub *Patrocinio S. Petri*,
„ & protectione Sedis Apoſtolicæ, *& immediate*
„ *ſubjectum Romano Pontifici* pro tempore exi-
„ ſtenti, ut in *Leonis X. Conſtit. XV.* la 2. §. 4.
„ ſuper qua DD. Cuſtodes ſolent in caſuum occur-
„ rentiis

„ rentiis Lateranensis Hospitalis fundare exemtio-
„ nes; Exemtio præsupponit subjectionem Epi-
263 „ scopo, & sia qualitatem Religiosam. Nec Sedes
„ Apostolica hujusmodi exemtiones impertiri con-
„ suevit, nisi Hospitalibus auctoritate Ecclesiastica
„ fundatis, *Petr. de Ubald. de Canon. Episcop. cap.*
„ 4. *quæst. princip.* 13. §. 2. *numer.* 11. *inter Tract.*
„ *mag. tom.* 15. *punct.* 2. *pag.* 205. -- ibi -- *Apo-*
„ *stolica Indulgentia eximit a potestate Diœcesani,*
„ *non autem procedit illa exemtio, nec fit per Pa-*
„ *pam, quando auctoritas Ordinarii non intervenit*
„ *in fundatione* -- & sub *numer.* 16. -- ibi -- *Exem-*
„ *tio non erat necessaria, si illa loca non pertinent*
„ *ad jurisdictionem Ecclesiæ* -- quod idem dixit
„ *Federic. de Sen. consil.* 111. *numer.* 1. *in fine*, &
„ demonstrat receptio sub Protectione S. Petri,
„ *Conciol. allegat.* 35. *numer.* 9. & 15. & multo
264 „ magis immediata subjectio Pontifici, qui tali
„ casu censetur Summus, & principalis rerum
„ Hospitalis Administrator, & Rector, *Fagnan.*
„ *in cap. de Xenodochiis num.* 31. §. *Sed sic est,*
„ *circa finem, de Religios. Domibus.*

„ Communicata est etiam hujusmodi Privilegio-
„ rum virtute Archihospitali Lateranensi facultas
„ alienandi libere suos fundos, Agrosque, per-
„ mutando, in Emphiteusim concedendo, & in
„ venditione, pro convertendo pretio in Fabricas,
„ & Pauperum Hospitalis sustentationem, cum
„ derogatione *Extravag. Ambitiosæ*, ut in dicta
„ *Leonis X. Constit. XV. la II.* §. 5. & 7. Ac in
„ terminis horum Privilegiorum *Leonis*, & *Cle-*
„ *mentis*, quibus gaudet etiam Hospitale Incura-
„ bilium Neapolis, *Capon. Disceptation.* 338. *la*
„ *II. n.* 3. 6. & *per tot.* & de Hospitali S. Jacobi
„ Incurabilium Urbis Romæ, *Abbas Piazza dell'*
„ *Opere pie di Roma tract.* 1. *cap.* 12. §. *Perciò,*
265 „ *in fine.* Si Hospitale Lateranense erat laicum,
„ ad quid hac speciali facultate indigebat? Et dum
„ *Clemens VII.* illam indulsit, per necessariam con-
„ sequentiam declaravit, & Archihospitale, & ejus
„ Bona esse Ecclesiastica.

„ Signa igitur, quæ Religiosam qualitatem
266 „ Hospitalis ad Lateranum luculentissime demon-
„ strant in unum colligata fasciculum, hæc sunt:
„ Ecclesia, Cœmeterium, Sacerdotes celebrantes,
„ Sacramentorum retentio, Nomen Sancti, Fun-
„ datio, & dotatio a Personis Ecclesiasticis, Ad
„ ministratio penes Societatem Religiosam, Hos-
„ pitalitas per annos servata quingentos in Ur-
„ be, & sub oculis Pontificum, Locus publicus,
„ & omnibus Nationibus communis, Immunitas
„ Ecclesiastica Loci, Indulgentiæ locales, Gratiæ-
„ que spirituales, Erectio in Archihospitale, Exem-
„ tio a quocumque Episcopo, Immediata subjectio
„ Pontifici, Facultas alienandi in certis casibus cum
„ derogatione *Extravag. Ambitiosæ*, & omnimo-
„ da æquiparatio Archihospitalibus S. Spiritus, &
„ S. Jacobi in *Augusta*, seu Incurabilium, quæ
„ Ecclesiastica esse non ambigitur. Plusquam exu-
„ berantia sunt hæc Loci argumenta Religiosi, &
„ nihilo tamen minus satis superque essent, jux-
„ ta Auctoritates supra relatas, duo, vel tria le-
„ viuscula signa, aut aliquod ex primis quatuor su-
„ pra recensitis, & enumeratis in *Clement.* 2. *de*
„ *Religios. Domibus*, quæ certe loquitur de Hospi-
„ talibus Religiosis, *Rota decis.* 725. *n.* 6. & *seqq.*
„ *part.* 1. *divers.* & ultra ibi allegatos, *Petrus de*
„ *Ubaldis de Canon. Port. cap.* 4. *quæst.* 13. §. 2.
„ *principal. numer.* 11. & *seq. inter Tract. magn.*
„ *tom.* 15. *part.* 2. *pag.* 205.

„ Atque ex hactenus dictis profluit responsio
„ ad argumenta, quæ ad probandam assertam qua-
„ litatem laicalem Hospitalis ad Lateranum, fue-
„ runt alias deducta; Non enim subsistit præci-
„ puum, quod DD. *Guardiani* alienaverint sine
„ Assensu Apostolico Bona Hospitalis usque ad
„ annum 1631. Etenim cum distinctione tempo-
„ rum omnia perspicua fient. Ab anno 1216. usque
„ ad annum 1528. quo Privilegium *Clementis VII.*
„ fuit impetratum, exhibentur quidem paucæ ali-
„ quot alienationes, ut plurimum de Prædiolis, &
„ Domunculis, sed non probatur negativa, quod
„ nullus intercesserit Superioris Ecclesiastici assen-
„ sus, & ex sola Instrumentorum exhibitione, non 267
„ tollitur legalis præsumtio, quod potuerit præce-
„ dere, aut subsequi, *Turricell. de Reb. Eccles.*
„ *non alienan. cap.* 13. *n.* 13. *Card. de Luca de*
„ *Alienat. disc.* 1. *n.* 189. *Pignatell. consult.* 79. *nu-*
„ *mer.* 4. *tom.* 4. *Rota cor. Penia decis.* 854. *nu-*
„ *mer.* 5. ubi de Rotæ observantia, cum aliis in
„ *Avellina, seu Nullius Præstationum* 9. *Maii*
„ 1698. §. *Haud relevante, cor. Rmo dell'Olmo.*

„ Non relevante, quod nulla facta fuerit re-
„ servatio Beneplaciti Apostolici, prout in praxi
„ fieri quotidie videmus; nam quod antiquitus ita
„ fieret, non demonstratur. *Perpetuo*, & millies
„ firmavit Rota, quod ex lapsu temporis præsumi-
„ tur Beneplacitum, etiamsi non fuerit reservatum, 268
„ ex relatis in *decis.* 506. *n.* 3. *part.* 2. *Recent.* &
„ *cor. Seraphin. decis.* 1042. *n.* 3. & alibi passim;
„ ergo millies servatum fuit, quod stipulata sint
„ similium Instrumenta alienationum, nulla facta
„ Apostolici Beneplaciti reservatione.

„ Neque onus probandi affirmativam, quod
„ scilicet Beneplacitum intercesserit, refundi in nos
„ debet, quia cum pars adversa ad elidenda ma-
„ nifestissima signa Ecclesiasticæ qualitatis Hospi-
„ talis per nos proposita, hoc argumenti genere
„ utatur, gravatur utique onere probandi intentio-
„ nis suæ fundamentum præcipuum, *leg.* 2. *leg. ve-*
„ *rius in fine, leg. ante omnia ff. de probat. leg.* 1.
„ & *leg. Actor.* 23. *Cod. eodem cap. final.* §. *Sane*
„ *de Jur. Jur. Rot. dec.* 68. *n.* 1. *cor. Mantica.*
„ Eoque magis, dum DD. Custodes anno 1528.
„ impetrarunt supradictum Privilegium alienandi
„ in certis casibus sine Apostolico Beneplacito; ur-
„ gentissima enim inde profluit probatio, quod an-
„ tea propria auctoritate Hospitalis Bona non alie-
„ nabant, cum Privilegium ita restrictum non im-
„ petrassent, si prius ex Juris communis disposi- 269
„ tione libera alienandi facultate utebantur, ex re-
„ latis per *Rot. in Bononien. Exemtionis* 14. *Ju-*
„ *nii* 1706. §. *Hacque, coram Reverendissimo*
„ *Molines.*

„ Post annum vero 1528. nulla amplius oc-
„ currit difficultas, nam cum a *Clemente VII.* præ-
„ fatam alienandi facultatem obtinuerint cum spe- 270
„ ciali derogatione *Extravag. Ambitiosæ*, in vim
„ hujus præambuli assensus, subsequentes aliena-
„ tiones factæ censentur, juxta laudatam Discepta-
„ tionem *Caponi* 338. *la II.* & generaliter de si-
„ milibus Privilegiis *Turricell. de Reb. Eccles. non*
„ *alien. cap.* 15. *num.* 81. & *seqq. Tamburrin. de*
„ *Jur. Abat. tom.* 3. *disputat.* 3. *quæst.* 6. *per tot.*
„ *Rot. cor. Otthobon. dec.* 210. *a numer.* 2. *ad* 8.
„ & *dec.* 375. *numer.* 19. *part.* 13. *Recent.*

„ Ulterius inter dictas alienationes duæ sunt
„ affrancationes Canonum modici valoris. Cum
„ autem in Urbe hæc sit alienatio necessaria *ex Con-*
„ *stit. Leonis X. la XIX.* §. 4. tanquam in aliena- 271
„ tione necessaria necessitate Juris, nullum requi-
„ rebatur Beneplacitum, *Turricell. de Reb. Ec-*
„ *cles. non alien. cap.* 16. *numer.* 2. *Cardin. de*
„ *Luc. in Summa de Alienat. n.* 18. & *seqq. Rot.*
decis.

„ *decis.* 223. *nu.* 4. *part.* 4. *divers.* & generaliter
„ *Faguan.* in *cap. Nulli* 27. *de Reb. Eccles. non*
„ *alien. R. P. D. Petra ad Constit. Apostol. tom.* 1.
„ *pag.* 111. *numer.* 36. *Rota in Avellina, seu Nul-*
„ *lius Praestationum* 9. *Maji* 1696. §. *Placuit, cor.*
„ *Rño dell' Olmo.* Reliquæ vero sunt concessio-
„ nes in emphiteusim, quæ sicuti permissæ sunt
„ Archihospitali S. Jacobi, ita permittuntur Late-
„ ranensi, prout concorditer utriusque Hospitalis
„ Administratores communem Domum in em-
„ phiteusim concesserunt anno 1537. sine ullo A-
„ postolico assensu.

„ Ceterum res hæc sequenti Dilemmate per-
„ stringitur. Aut DD. *Guardiani* alienarunt vi-
„ gore Privilegii eis communicati, & alienationes
„ præfatæ, utpote factæ vigore præambuli assensus
„ Apostolici, locum esse Religiosum demonstrant.
„ Aut omni carent Privilegio, & alienationes per-
„ actæ nihil concludunt, positis tot, tantisque cir-
„ cumstantiis supra expensis pro qualitate Eccle-
272 „ siastica Loci, cum attendi non debeat quid fa-
„ ctum sit, sed quid fieri potuisset, si res in con-
„ troversiam fuisset deducta, *Rota decis.* 223. *sub*
„ *n.* 3. *part.* 1. *decis.* 62. n. 29. *part.* 15. *Recent.*
„ & in *Bononien. Hospitalis* 16. *Decembris* 1707.
„ §. *final. cor. Omaña.* Extat simillimum exem-
„ plum in nobili Archiconfraternitate *SSmæ Annun-*
„ *ciationis*, cujus Administratores (Viri quoque
„ prudentissimi) diu in ea fuere opinione, quod
„ possent sine Apostolico assensu illius Bona alie-
„ nare, prout spatio centum, & ultra annorum
„ alienaverant; Sed tandem aliquando, re ad exa-
„ men revocata, & demonstrato ex paucis conje-
„ cturis, quod Religiosa erat Confraternitas, nul-
„ la prorsus habita tam longævæ possessionis ra-
„ tione, definitum fuit, id eis minime licere, &
„ in hujusmodi definitionis sequelam, in aliena-
„ tionibus, atque contractibus ad Sacr. Congre-
„ gationem pro assensu recurrunt.

„ Facilius reliquis exadverso deductis signis res-
„ pondetur, facta prius distinctione inter diversas
„ species Hospitalium Ecclesiasticorum, de quibus
„ *Bauny de Benefic. disput.* 1. *quæst.* 14. *Marg. de*
„ *Benef. quæst.* 1. *n.* 14. *Piasec.* in *Prax. part.* 2.
„ *cap.* 3. *art.* 5. *n.* 22. 24. *& seqq.* Alia enim con-
273 „ feruntur in titulum perpetui Beneficii. Alia com-
„ mittuntur Personis particularibus, servata for-
„ ma *Clem.* 2. *de Religios. Domibus*, & alia nec
„ conferuntur, nec committuntur, quia eorum ad-
„ ministratio residet penes Collegia Religiosorum,
„ Confraternitates, & similes manus mortuas, a
„ quibus deputantur manualiter Hospitalis Admi-
„ nistratores. Et hujus ultimæ speciei sunt omnia
274 „ Hospitalia Urbis enumerata a Card. de *Laurea*
„ *in Epitome Canonum verb. Hospitalia multa in*
„ *Urbe*, & verb. *alia de Hospitalibus Romæ*; illa
„ præsertim, quæ *communia sunt omnibus Natio-*
„ *nibus*, inter quæ *Alexander VII.* recensuit Ar-
„ chihospitale Lateranense in sua *Const. XLVII.* §. 4.
„ impressionis *Lugdunensis*, & *XLV. Romanæ*, &
„ meminit idem *Card. de Laurea Verb. Hospita-*
„ *lia alia Romæ, Vers.* in *Hospitali S. Salvatoris*,
„ *D. Ursaya Instit. lib.* 2. *tit.* 8. *numer.* 186.

„ Dum igitur exadverso dicitur, quod Hospi-
„ tale ad Lateranum fuit semper administratum a
275 „ Laicis, id probat quidem, quod Hospitale non
„ sit titulus collativus Beneficii, sed non concludit,
„ quod non sit Religiosum, quia etiam Religio-
„ sa Hospitalia a Laicis, & Uxoratis possunt ad-
„ ministrari, *Clement.* 2. §. *Ut autem de Relig. Do-*
„ *mib. ibique gloss. Verb. Secularibus*; *Baldus in l.*
„ *Orphanotrophos n.* 8. *C. de Episcop. & Cleric.*
„ *Rip. in cap. Decernimus n.* 66. *de Judic. Mart.*
„ *Vot.* 169. *n.* 9. *Lotter. de re Benefic. lib.* 3. *quæst.*
„ 6. *numer.* 42. *Conciol. allegat.* 35. *n.* 15. *Oliva*
„ *de For. Eccles. part.* 1. *quæst.* 7. *numer.* 69. *Rot.*
„ *decis.* 725. *numer.* 6. *& seqq. part.* 1. *divers.* Et
„ ita tam in Urbe, quam alibi, ex communi con- 276
„ suetudine fieri tradunt, *Ancar. in dict. Clement.*
„ 2. *numer.* 12. *Zabarell. in Clem. Per litteras*
„ *numer.* 8. *de Præb. Duard. in Bull. Cœnæ lib.* 2.
„ *Can.* 15. *quæst.* 7. *numer.* 1. Prout etiam Laici
„ ex privilegio, aut alio legitimo titulo acquire- 277
„ re possunt jus eligendi Ministros Hospitalis Reli-
„ giosi, sicuti acquirere possunt jus deputandi Oe-
„ conomos, seu Operarios Fabricæ Ecclesiæ. *Garc.*
„ *de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. n. 599. *Rota in Bar-*
„ *chinonen. Beneficii* 12. *Junii* 1686. §. *Minusque*,
„ *cor. Card. Mathejo*, *& in Tarraconen. Cappel-*
„ *laniæ* 17. *Januarii* 1707. §. *Non attento, coram*
„ *R. P. D. Lancetta.* Ultra quod in præsenti So-
„ cietas Religiosa est principalis Administratrix, &
„ ipsa administrat mediantibus iis, quos deputat ad
„ ad annum, quique sunt ipsius Ministri: Nihil-
„ que refert, an ipsa Sodalitas eligat, vel potius ii,
„ quibus ipsa dedit eligendi commissionem, *Rot.*
„ *dec.* 613. *numer.* 2. *& seqq. & dec.* 652. *a nu-*
„ *mer.* 4. *coram Bichio.*

„ Pari modo dum exadverso dicitur, quod E-
„ piscopus *non instituit, neque destituit* DD. Guar-
„ dianos, sed isti deputantur a Laicis, qui in ma-
„ nibus Laicorum officium dimittunt; Responsio
„ est in promptu, quod scilicet cum administratio 278
„ principalis resideat penes Confraternitatem, quæ
„ semper vivit, & Hospitale numquam vacet, lo-
„ cum non habet institutio, & destitutio Ordina-
„ rii, *Rot. decis.* 268. *n.* 6. *& seqq. part.* 13. *Re-*
„ *cent.* Immo Religiosum dicitur Hospitale, si
„ signa hoc denotantia concurrant, quamtumvis
„ institutio, & destitutio pertineat ad Confraterni-
„ tatem, ut est casus apud *Calderin. cons.* 4. *de Re-*
„ *lig. Domib.* & in fortioribus terminibus *Piasec. in*
„ *Prax. dicta part.* 2. *cap.* 3. *art.* 5. *n.* 24. *versic.*
„ *Alia sunt Hospitalia, cum seqq.* Si enim Patro-
„ nus laicus ex consuetudine generali, vel specia- 279
„ li, potest committere Hospitale Religiosum,
„ sine ulla Episcopi auctoritate, *Lapus de Hospi-*
„ *talitate* n. 37. *inter Tract. magn. tom.* 14. *pag.* 164.
„ *Piasecc. ubi supra*; Multo magis id potuit ac-
„ quirere ex diuturna quatuor sæculorum obser-
„ vantia Ecclesiastica Sodalitas, committendo nu-
„ dum exercitium administrationis Personis, quæ
„ cum nullum Canonicum titulum habeant, sed so-
„ lum ministerium annale, sicuti non tenentur com-
„ missionem ab Ordinario recipere, ita nec in illius
„ manibus tenentur finito anno officium dimittere.

„ Denique ex eo, quod DD. Guardiani non
„ faciant fructus suos, inferri quidem potest, quod
„ Hospitale non sit titulus Beneficii, sed non inde
„ sequitur, quod non sit Religiosum; In hac enim 280
„ materia invaluit distinctio, quod aut Hospitale est
„ titulus Beneficii, & in titulum confertur, & tunc
„ Rector facit fructus suos, utpote principaliter
„ destinatos ad cultum Divinum, & accessorie ad
„ usum pauperum; Aut non est titulus Beneficii,
„ & eo casu, indistincte Rector non facit fructus
„ suos, utpote primario destinatos in Pauperum
„ alimoniam, sicuti in Hospitali Ecclesiastico S.
„ Jacobi Incurabilium, aliisque Ecclesiasticis locis
„ servatur, & distinguunt Canonistæ apud *Lotter.*
„ *libr.* 3. *quæst.* 6. *numer.* 30. *Pignattell. cons.* 143.
„ *numer.* 11. *tom.* 4. *Petr. de Ubald. de Canon.*
„ *Episcop. cap.* 4. *quæst.* 13. *princip.* §. 2. *princi-*
„ *pal. n.* 9. cum aliis apud *Camillum Gyptium ad*

„ *decis.*

„ decis. Bonon. divers. decis. 93 §. Et in bisterminis,
„ & clare disponitur in Clementin. 2. de Religios.
„ Domib. & in leg. Si quis ad declinandum, in
„ fine, Cod. de Episcop. & Cleric. versic. Cælestes
„ iracundias. Atque juxta hanc distinctionem in-
„ telligi debet, Rot. decis. 714. n. 6. & 7. part. 1.
„ divers. In ea namque causa dubitatum num-
„ quam fuit de qualitate Religiosa Hospitalia, ut
„ in subsequenti decis. 725. eadem part. 1. Verum
„ quia impetratum fuerat uti Beneficium Eccle-
„ siasticum, Rota dixit, quod Beneficium non
„ erat, quia Rector non faciebat fructus suos, ut
„ ad explicationem dictæ Decisionis adamussim
„ advertitur in decis. 242. n. 4. part. 4. Recent.
„ Firma igitur manenta qualitate Ecclesiastica,
„ & Religiosa Hospitalis ad Sancta Sanctorum,
„ Causa finita est, nam quoad juris articulum, per-
„ petua, & constans theorica fuit, quod Ecclesia-
„ sticum sit juspatronatus reservatum Administra-
„ toribus Locorum, & rerum Ecclesiasticarum, ut-
281 „ cumque Administratores illi sint Laici, & Uxo-
„ rati. Regulam hanc posuere Doctores, qui ab
„ annis 300. præfatum articulum examinarunt in
„ genere, abstrahendo a quibuscumque conjectu-
„ ris, Gambar. de Auctoritat. Legat. lib. 3. sub n.
„ 414. & seqq. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n.
„ 600. Lambertin. de Jurepatr. part. 1. lib. 1.
„ quæst. 1. art. 10. n. 7. & 8. Vivian. eodem tract.
„ lib. 1. cap. 3. n. 14. Posuit & Rota in Florentina
„ Parochialis 20. Decembris 1628. §. Secunda ra-
„ tio, cor. Virili, in Barchinonen. Beneficii 8. Ju-
„ nii 1685. 16. Januarii, & 12. Junii 1686. cor.
„ clar. mem. Cardinali Matthæja, & in Monaste-
„ rien. Vicaria 12. Martii 1706. cor. Omaña, &
„ in Tarraconen. Cappellania 17. Januarii 1707.
„ cor. R. P. D. Lancetta, in quibus altum silen-
„ tium de Conjecturis, quas in aliis Decisionibus
„ consideravit, non quia res hæc sine lege vagatur,
„ sed ad magis stabiliendam juris theoricam, quam
„ semper amplexa est.
„ Eodem prorsus modo, quo Ecclesiasticum
282 „ censetur juspatronatus reservatum Operariis lai-
„ cis Fabricæ Ecclesiæ, aut Administratoribus re-
„ rum, & suppellectilium Sacrarum, aliisque Per-
„ sonis laicis, quæ qualecumque servitium præ-
„ stant Ecclesiæ, juxta originariam doctrinam Hie-
„ ronymi Pauli Barchinonensis in Prax. Cancellar.
„ in tit. de Claus. super proponen. vel voven. in-
„ gredi Relig. versic. In Causa mea Majoricensi
„ pag. 444. post Prax. Rebuff. impress. Lugdunen.
„ ann. 1606. idem Rebuff. in Prax. tit. de Præsent.
„ numer. 6. Prat. in Pragmat. tit. de Collat. §. Sta-
„ tuit, Verb. Præsentatio, & tit. de Elect. §. Quod
„ si quis, Verb. Fabrica, Lambertin. de Jurepatr.
„ part. 1. lib. 1. quæst. 1. artic. 10. numer. 5. ver-
„ sic. Tu adverte, Vivian. eodem tract. libr. 1.
„ cap. 3. numer. 13. Corrad. in Prax. Beneficiar.
„ libr. 4. cap. 2. numer. 51.
„ Atque huic Sententiæ adhæsit semper Rota
„ in omnibus, & singulis casibus, in quibus actum
„ fuit de hac materia, ut præter famigeratas De-
„ cisiones in Barchinonen. Beneficii 7. Maii 1683.
„ coram clar. mem. Card. Caccia, & cor. clar.
„ mem. Card. Matthæja, & in Tarraconen. Cap-
„ pellania, cor. R. P. D. Lancetta supra laudatas,
„ firmavit eadem Rot. in Valentina Beneficii 4.
„ Februarii 1691. coram clar. mem. Card. Capra-
„ ra, Cracovien. Cantoriæ 25. Januarii 1700. cor.
„ R. P. D. Lancetta, confirmat. 11. Martii 1701.
„ & 6. Junii ejusdem anni, cor. clar. mem. Card.
„ Caprara, Leodien. Beneficii 28. Junii 1702. cor.
„ Reverendiss. Molines, & in alia Leodien. Be-
„ neficii 26. Februarii 1706. coram clar. memor.
„ Card. Priola, & 29. Novembris 1706. & 25.
„ Februarii 1707. cor. Omaña, in Monasterien.
„ Vicariæ 6. Junii. 1706. cor. Eminentiss. Card.
„ Scotta, & in Monasterien. Canonicatus 19. Fe-
„ bruarii §. Admittebatur, cor. R. P. D. Ansaldo.
„ & latissime in Hildesimen. Canonicatus 16. Mar-
„ tii 1716. §. Nihil adversante, cum seqq. cor.
„ R. P. D. Crispo, in cujus Decisionis §. finali
„ advertitur, quod Rota hanc opinionem pro qua-
„ litate Ecclesiastica in singulis casuum occurrentiis
„ constanter fuit amplexa.
„ Plurimæ autem sunt rationes, quæ hanc com-
„ munem Theoricam confirmant, elicitæ etiam 283
„ ex mente Disponentis. Prima est, quod quando
„ aliquid sub nomine appellativo Dignitatis relin-
„ quitur Ministris Loci, qui locum repræsentant,
„ tunc contemplatus dicitur Locus, & administra-
„ tio, quæ fuit in causa, ut eis relinqueretur —
„ Ministerium quidem nominatorum designatum,
„ ceterum quæsitum Templo, inquit celeberrimus
„ Textus in leg. Annua, 20. §. Attia ff. de Ann.
„ legat. concordant leg. 2. ff. de reb. dub. Cap. Re-
„ quisivisti, de Testam. Menoch. lib. 4. præsumpt.
„ 111. numer. 7. versic. Rectius, & præsumpt. 113.
„ sub numer. 5. & 8. versic. Tertio, Camarell. de
„ Legat. lib. 2. cap. 8. §. Administrationibus n. 1.
„ pag. mihi 87. & lib. 13. quæst. 1. n. 24. Macard.
„ de Probat. conclus. 967. n. 21. & 24. Mantica
„ de Conjectur. lib. 8. tit. 6. numer. 23. versic. res-
„ pondeo, & numer. 24. late Rot. dec. 309. n. 10.
„ & seqq. part. 6. & decis. 76. numer. 15. part. 7.
„ Recent. & in Mediolanen. Jurispatronatus 21. Fe-
„ bruarii 1707. §. Quod autem, cor. Eminentiss.
„ Scotto, & bene distinguendo, coram Durano
„ in laudata exadverso dec. 130. n. 9. & seqq.
„ Altera ratio est, quod quando Fundator ad
„ juspatronatus activum nominat Personas omni- 284
„ no incertas, & ipsi ignotas, quæ de anno in an-
„ num variantur, prout sunt DD. Guardiani, tunc
„ censetur contemplasse ministerium ipsum, &
„ officium in Personis, non autem Personas in offi-
„ cio; & hæc etiam est ratio, propter quam in di-
„ cta leg. Annua §. Attia, dicitur designatum mi-
„ nisterium, quia nempe vocati fuerant in perpe-
„ tuum Sacerdos, & Liberti Templi prorsus ignoti
„ disponenti, ut ibidem advertunt DD. relati in
„ dict. decis. 309. n. 15. & seqq. part. 9. Recent. in
„ Barchinonen. Beneficii 16. Januarii 1686. §. Nam
„ enim, & 12. Junii ejusdem anni §. Neque obsta-
„ re, coram Matthæjo, in Leodien. Beneficii 25. Fe-
„ bruarii 1707. §. Quia ad eliciendum, cor. Oma-
„ ña, in Gerunden. Eleemosinæ Panis super Decla-
„ ratoria 19. Januarii 1703. §. Non subsistente,
„ coram Eminentiss. Priola, & in Hildesimen. Ca-
„ nonicatus 16. Martii 1716. §. Præsertim, coram
„ R. P. D. Crispo. Quod si non attenditur expres-
„ sio nominis proprii, sed sola Dignitas subse-
„ quenter expressa, quando disponens non habet
„ cognitam Personam, ex congestis per Decium
„ in Cap. Quoniam, Abbas n. 48. de Offic. Judic.
„ delegat. cum aliis apud Apont. lib. 2. consil. 16.
„ n. 61. & sequentibus, quanto magis id procedere
„ debet, quando sub solo nomine Dignitatis vo-
„ cantur in perpetuum Personæ omnino ignotæ,
„ & quæ de anno in annum variantur.
„ Deducitur tertia ratio ex ipsa distinctione,
„ Bald. in leg. Si quis ad declinandum, §. In omni-
„ bus n. 19. Cod. de Episcop. & Cleric. exornata
„ in contrario Restrictu. Ait ille, quod quando 285
„ Persona est obligata Loco, & inter eos est in-
„ separabilis conjunctio, tunc non Persona, sed

Locus

„ Locus dicitur contemplatus. In his profecto
„ terminis Nos versamur, cum Administratores
„ Hospitalis sint eidem inseparabiliter adnexi, si-
„ quidem *Jurístæ dicunt communiter, quod tunc*
„ *dicuntur duo connexa, vel unum connexum alteri,*
„ *quando neutrum ipsorum potest stare sine altero,*
„ *vel ad minus unum ex ipsis*, verba sunt *Aretini*
„ *in Cap. Translato, in prim. notab. de Constitut.*
„ *Menoch. consil.* 123. *n.* 22. *consil.* 421. *n.* 65.
„ *ae de arbitr. lib.* 2. *cap.* 95. *numer.* 8. *Cravett.*
„ *consil.* 818. *numer.* 3. *Trentacinq. lib.* 2. *resol.* 9.
„ *numer.* 5. *Scaec. de Judic. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 366.
„ *Genua de Scripi. privat. lib.* 4. *tit. de Connexis*
„ *numer.* 11. *& seqq. & n.* 17. *Capon. Discept.* 396.
„ ubi ait, *nullam esse majorem unionem ea, quæ,*
„ *una parte sublata, totum destruitur.* Sic anima
„ dicitur connexa corpori, & facere unum indi-
„ viduum, quia ab eo divelli non potest sine in-
„ dividui corruptione, *Cravett. conf.* 232. *n.* 2.
„ *Abas in Cap. Quoniam, numer.* 7. *de Officio Ju-*
„ *dicum delegat. Germon. de Indult. Cardinalium §.*
„ *Hieronymo numer.* 46.

„ Applicando Theoricam, certum est, quod
„ Gubernatores, & Administratores Hospitalis
„ stare non possunt sine re administrata, hoc est
286 „ sine Hospitali; Si enim ab eo separentur, quid
„ administrabunt? Rursus Hospitale, quod est cor-
„ pus inanimatum, stare non potest de per se sine
„ Gubernatoribus, & Administratoribus, qui sunt
„ veluti Anima, quæ informat, regit, & dirigit
„ hoc corpus, quod per se regi non potest, ut ait
„ *Bald. consil.* 465. *numer.* 4. *lib.* 1. *Antonell. de*
„ *loco legal. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 3. Ergo Personæ ad-
„ ministratorum sunt omnino accessoriæ loco, &
„ illi inseparabiliter annexæ, ut bene distinguit
„ *Ros. Consult.* 10. *numer.* 23. *Lambertin. de Ju-*
„ *repatr. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 10. *n.* 8.
„ *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 38. *numer.* 9.
„ & confert *Sanfelic. dec.* 415. *numer.* 9.

„ Ad efformandum enim locum pium, & Re-
„ ligiosum tria requiruntur, primo quod adsint
287 „ Personæ *necessario, & inseparabiliter* annexæ,
„ secundo, quod ibi exerceantur opera pietatis,
„ tertio, quod accedat Ordinarii auctoritas, *Ga-*
„ *briel. conf.* 162. *n.* 7. *Mart. de Jurisdiction part.*
„ 4. *cent.* 2. *cas.* 113. *numer.* 24. *Duard. ad Bull.*
„ *Cœnæ lib.* 2. *Can.* 15. *quæst.* 7. *n.* 4. *Vincentius*
„ *Caroce. in addit. ad consil. Decii n.* 29. *Ros. dict.*
„ *consult.* 10. *sub n.* 23. Personæ autem necessa-
„ rio Hospitali annexæ, non solum dici debent In-
„ firmi, & qui Infirmis in ministeriis inferioribus
„ inserviunt, sed multo magis ii, qui principalem
„ curam, & supremam administrationem habent
„ Hospitalis, ut sunt DD. *Guardiani*, a quorum
„ sollicitudine omnia pendent, & sine quibus Hos-
„ pitale salvum esse non potest; Adeout *Guar-*
„ *diani*, & *Hospitale*, sicuti materia, & forma,
„ constituunt unum individuum, dum illorum
„ opera istud carere non potest, ut post *Oldrad.*
„ *conf.* 11. *Gail. lib.* 2. *observ.* 68. *n.* 6. *Gaspar*
„ *Manzi de Special. in jur. commun. Verb. Con-*
„ *sequentia numer.* 5.

„ Atque ad hunc effectum non requiritur inter
„ Hospitale, ejusque Administratores conjunctio
„ spiritualis stricte sumta; sed sufficit illa conjun-
„ ctio spiritualis largo modo, quæ potest cadere in
„ Personis laicis; & illa conjunctio religiosa, &
„ pia, quæ profluit ex operibus charitatis, miseri-
„ cordiæ, quæ exercent pro Hospitali illius DD.
„ Officiales, ut declarando *Baldum* egregie ad-
„ vertit ejus Germanus Frater *Petrus de Ubald.*
„ *de Canon. portion. cap.* 4. *tit. Quoniam autem,*
„ *quæst.* 14. *sub n.* 23. *inter. Tract. magn. tom.* 15.
„ *part.* 2. *pag. mihi* 209. Recurrente exemplo su-
„ pra posito Operariorum Fabricæ Ecclesiæ, nam
„ licet inter Operarios, & Fabricam nulla sit con-
„ junctio spiritualis stricta, adhuc censetur in eis
„ contemplatum Officium pium, quo mediante
„ Ecclesiæ, ejusque Fabricæ conjunguntur.

„ Nec obest, quod *DD. Guardiani* possint di-
„ mittere Officium quando volunt, & recedere a
„ Confraternitate, quæ etiam potest relinquere ad-
„ ministrationem Hospitalis; Quia nec in facto
„ subsistit, quod ad libitum dimittere valeant Of-
„ ficium, resistentibus Statutis Sodalitatis, & pro-
„ prio Juramento; nec relevat in Jure, quia donec 288
„ non dimiserunt Officium, semper sunt alligati
„ Loco, atque Confraternitati, & hoc nexu du-
„ rante non possunt considerari seorsim a Loco,
„ in puncto *Barbatia in cap. Officii n.* 8. *de Testam.*
„ *& in conf.* 1. *numer.* 14. *vers. & eodem modo lib.*
„ *Petr. de Ubald. de Canon. Episcop. quæst.* 14.
„ *numer.* 22. *inter Tract. mag. tom.* 15. *part.* 2.
„ *pag.* 209. *a terg.* Curiales etiam possunt ad libi-
„ tum, & Curiam, & Curialitatem deserere, & 289
„ tamen donec facto, & animo eam non dimise-
„ runt, Curiæ nexibus sunt alligati, *Lotter. de re*
„ *Benefic. lib.* 2. *quæst.* 26. *numer.* 89.

„ Præterea, quamvis hæc, vel illa in indivi-
„ duo Persona possit dimittere Officium, & Hos-
„ pitale stare possit sine *Mævio*, vel *Cajo*, subsi-
„ stere tamen non potest sine ullo prorsus Admi-
„ nistratore, & in hoc consistit ratio inseparabili-
„ tatis, quod nempe necessariæ sunt Personæ Ad-
„ ministratorum, qui Hospitale regant, & repræ-
„ sentent, quique considerantur non *uti singuli*, 290
„ *sed uti universi*, & tanquam sub *nomine Juris*,
„ *non Personarum*, & semper Administratores di-
„ cuntur, *eadem Persona cum Loco pio, quamvis*
„ *mutentur Personæ*, *Sanfelic. decis.* 405. *n.* 6.

„ Comprobatur quarto loco intentio Fundatri-
„ cis Cappellaniæ honorandi Officium, & locum 291
„ ex qualitate insigni Hospitalis in Urbe antiquis-
„ simi, & celeberrimi; ob summam devotionem
„ erga Sacratissimam Redemptoris nostri Imagi-
„ nem, & propter eximia Charitatis opera, quæ
„ semper in Hospitali exercita fuerunt, Pontifices,
„ Cardinales, Episcopi, piæ, nobilesque Matro-
„ næ, ac omnes omnium ordinum Personæ, spe-
„ ciali affectu semper prosequuti sunt piissimum
„ hunc Locum, quem insignibus proventibus lo-
„ cupletarunt. In his circumstantiis magis natura-
„ le, magisque verisimile est, quod hujus Cappel-
„ laniæ Fundatrix ministerium, & locum, qui
„ semper est idem, contemplaverit, quam Personas
„ incognitas, & erga quas nulla poterat affectione
„ moveri, cum dignius, & magis pium trahat ad
„ se minus dignum, & minus pium, quia semper
„ potentius prævalet, ut bene ad rem observat
„ *Bald. in dict. leg. Si quis ad declinandum, §. In*
„ *omnibus C. de Episcop. & Cleric.* & latius *Bar-*
„ *batia conf.* 1. *n.* 8. *lib.* 4. Id, quod colligitur ex
„ ipsa formula dispositionis, in qua relinquitur jus
„ præsentandi -- *Guardianis Hospitalis Pauperum*
„ *Sacræ Imaginis ad Sancta Sanctorum* --; Adeo-
„ que locus tot expressionibus connotatus, non au-
„ tem Persona *Guardianorum* dici debet causa fi-
„ nalis, quæ movit Fundatricem ad ita disponen-
„ dum, ut in debilioribus terminis de relicto *Con-*
„ *fraternitati Hospitalis* firmat *Baldus*, quem se-
„ quitur *Barbatia dict. conf.* 1. *numer.* 3. *&* 8.
„ *lib.* 4.

„ Atque ex his promanat quinta conjectura.
„ Notum erat Fundatrici, quod *DD. Guardiani*

„ tunc temporis quatuor exercebant distinctas ad-
„ ministrationes; erant Præsidentes Confraterni-
„ tatis, erant Custodes Sacræ Imaginis, erant
„ Guardiani Hospitalis, & Deputati Collegii Ca-
„ pranicensis; Et tamen facta in illis segregatione
„ unius administrationis ab alia, eos vocavit sub
„ præcisa commemoratione, designatione, & ad-
„ ditamento *Guardianarum Hospitalis Pauperum*,
„ itaut certo apparet intuitu Hospitalis nominatim
292 „ designati, eos ad Juspatronatus activum invi-
„ tasse, ut bene explicat *Beraus in Cap. Quoniam,*
„ *Abas n. 69. vers. tunc autem dicitur, & n. 82.*
„ *vers. & ega rationem tetigi, de Offic. Judic. De-*
„ *legat. Rota in Romana Legati 27. Januarii 1694.*
„ *§. Objectum, cor. Emo Priolo, & in Leodien.*
„ *Beneficii 26. Februarii 1706.*

„ Nec est idealis, ut in præcedenti Causæ pro-
„ positione ajebant DD. Defensores *DD. Guar-*
„ *dianarum*, hæc per nos facta distinctio quadru-
„ plicis Personæ ab iisdem DD. *Guardianis* repræ-
„ sentatæ, sub obtentu, quod Guardianatus Hospi-
„ talis sit accessorie unitus Guardianatui Confra-
„ ternitatis, adeoque sit unicus titulus, & unica
„ repræsentatio. Etenim Personarum reduplicatio
„ non oritur ex diversitate Titulorum, sed ex di-
„ versitate rerum, & corporum sui natura separa-
„ bilium, sicuti sunt Hospitale, & Confraterni-
„ tas, ad relata per *Rot cor. Otthobon. decis. 101. n. 9.*
„ Ex hac ratione *DD. Guardiani*, qui propter
„ Guardianatum Hospitalis sunt Gubernatores Col-
„ legii Capranicensis, in rebus ad Collegium per-
„ tinentibus, diversam induunt Personam ab illa,
„ quam gerunt in negotiis Hospitalis: Eademque
„ ratione Prælatus habens Canonicatum Prælaturæ
„ accessorie unitum, plurium Personarum vices ge-
„ rit, *Abas in Cap. Postulasti n. 4. de Concess. Præben.*
„ Et Ecclesiasticum est Juspatronatus, quod com-
293 „ petit Regi ratione alicujus Militiæ ejus Coronæ
„ unitæ, ut decrevit S. Congregatio Concilii pe-
„ nes *Garc. de Benef. par. 9. cap. 2. n. 263. Salgad.*
„ *de Regia Protect. part. 3. cap. 10. n. 304. Antu-*
„ *nez. de Donat. Reg. tom. 2. part. 3. cap. 28. sub*
„ *n. 13. & seqq.* ubi reddit rationem, quod du-
„ plicem Rex repræsentat Personam, & in iis,
„ quæ respiciunt Militiam, Prælati Ecclesiastici
„ Personam repræsentat.

„ Coronat his omnes demonstrationes confessio
„ *DD. Guardianorum*, qui in præsentatione anni
„ 1512. expresse fassi sunt, Juspatronatus ad Ho-
294 „ spitale pertinere; hujusmodi autem confessio
„ plurimum attendi debet ad declarandam natu-
„ ram hujus Patronatus, *D. Pitonius discept. 53.*
„ *sub n. 9. Rot. post Vivian. de jurepatr. dec. 41.*
„ *la 2. n. 3. & 4.* consideratis præsertim sequenti-
295 „ bus adminiculis. *Prima. DD. Guardiani* docu-
„ mentum hujusmodi præsentationis exhibuerunt,
„ & Datariæ communicarunt. *Secunda.* Confessio
„ illa facta fuit in actu serio, & proportionato,
„ nempe in actu præsentationis. *Tertio.* Emana-
„ vit anno 1512. & sic tempore proximo funda-
„ tioni, quo vivere poterant Personæ informatæ
„ de Fundatricis voluntate. *Quarto.* Facta fuit
„ ab ipsis *DD. Guardianis*, hoc est *a Viris pru-*
„ *dentissimis.* Et demum quia confessio præfata
„ habet pro se assistentiam juris, de qua supra
„ disseruimus, unde fortius attendi debet *Ad*
„ *Theoric. Abat. in Cap. Si diligenti num. 4. de*
„ *Præscript. Cravet de Antiquit. tempor. part. 1.*
„ *§. Propositum n. 73. & seqq. Mascard. de Pro-*
„ *bat. consult. 367. n. 4. Adden. ad Buratt. decis.*
„ *453. sub n. 11. Rot. decis. 414. num. 6. part. 2.*
„ *Divers.*

„ Eamdemque pressere viam alii *DD. Guardia-*
„ *ni*, qui in successivis statibus expresserunt, jus
„ præsentandi spectare ad *Guardianas* eorumque
„ in *Officio Successores.* Ergo reservatio Jurispa-
„ tronatus facta est officio, ratione cujus præsen- 296
„ tant, & sine quo præsentare non possunt, itaut
„ personæ *Guardianorum* operam præstent, sed
„ tamen præsentatio ab officio facta dicatur, *Bald.*
„ *in leg. Terminato n. 8. C. de fruct. & lit. expens.*
„ ibi .. *Ista reservatio concernit Officium, quod est*
„ *unum, & idem, quia quæ sine Officia fieri non*
„ *possunt, ab ipso Officio facta videntur, persona*
„ *suum Ministerium præstante, quia Officium*
„ *sine Persona est in actu primo in forma substan-*
„ *tiali, sed non in actu secundo in executione.* Et
„ ea quæ competunt *Successoribus in Officia*, Di-
„ gnitati, & non Personæ commissa dicuntur, 297
„ *Rot. in Geronden. Eleemosinæ Panis super resi-*
„ *dentia 3. Julii 1711. §. Consentanee, coram E-*
„ *minentiss. Priolo.*

„ Nec confessio ista a *DD. Guardianis* emissa
„ occasione præsentationum dici valet æquivoca,
„ ex quo fassi fuerunt spectare, Juspatronatus *ad*
„ *Hospitale, & Guardianos pro tempore.* Cum e-
„ nim quæstio sit, an contemplatæ fuerint Personæ
„ propter Personas, vel propter officium, & lo-
„ cum: nil clarius hac confessione ad luci poterat
„ ad denotandum, quod Juspatronatus fuerit re-
„ lictum propter Hospitale, & non propter Per-
„ sonas, quodque Hospitale, seu officium fuerit
„ principaliter contemplatum, *Guardiani* vero,
„ uti Administratores, & Procuratores Loci, qui
„ uti corpus inanimatum præsentare non poterat, 298
„ *Rota in Hortonen. Beneficii 10. Junii 1709 §.*
„ *Præter ea, coram Eminentiss. Palgnat.* Et hoc
„ etiam intellexit Executor Bullæ *Pauli II.* confir-
„ matoriæ fundationis controversiæ Cappellaniæ,
„ qui reservando Juspatronatus *Venerabilibus Vi-*
„ *ris DD. Guardianis*, designavit illorum officium
„ Religiosum, non autem Personas laicas uxora-
„ tas, quibus in publicis Scripturis materiam Ec-
„ clesiasticam concernentibus, *Venerabilis* titulus 299
„ competere non poterat. In volumine *Decreta-*
„ *lium* adsunt Textus *plusquam quinquaginta*,
„ qui hoc vocabulo utuntur, dum sermo est de
„ Personis Ecclesiasticis, ut ait *German. de In-*
„ *dult. Cardinal. §. Dilecto n. 16.* quod tamen lai-
„ cis Conjugatis numquam legitur tributum.

„ Demonstrata qualitate Ecclesiastica Jurispa-
„ tronatus, de quo agitur, minime refragantur
„ *Auctoritates* ex adverso deductæ; Nam quod at-
„ tinet ad *Lotterium lib. 2. quæst. 10. n. 45.* alios- 300
„ que plures, qui fuerunt in sensu, quod laicale
„ sit juspatronatus relictum *Operariis Ecclesiæ*, ex
„ quo eorum ministerium sit laicale, eorum opi-
„ nio satis, superque confutata fuit a *Rota in dicta*
„ *Barchinonen. Beneficii 12. Junii 1686. §. Ne-*
„ *que, cor. cl. mem. Card. Matthejo, & Hildesi-*
„ *men. Canonicatus 16. Martii 1716. §. Nulla,*
„ *cor. R. P. D. Crispo cum aliis supra deductis.*

„ Et jure quidem, meritoque, non enim subsi-
„ stit præcipua illa ratio *Lotterii*, & sequacium,
„ quod ministerium dictorum Operariorum sit lai-
„ cale, & separabile ab Ecclesia. Quoniam jus ad-
„ ministrandi hos redditus spectabat ab origine ad
„ Episcopum, & Clerum, at quia postmodum 301
„ patuit melius administrari per Laicos, utpote
„ hujusmodi rerum magis peritos, in eosdem
„ translata fuit hæc administratio, in qua tamen
„ sunt Ministri Ecclesiæ, & in qua repræsentant E-
„ piscopum, & Clerum, quibus de jure hæc cura
„ incumbit, ut latissime *Rot. in Barchinonen. Beneficii*

„ 16. *Januarii 1686. per tot. cor. Matthejo*, quam
„ sequuntur Decisiones omnes de hac quæstione
„ pertractantes, & ibi citatis addo antiquissimum,
„ & accuratissimum Scriptorem *Hieronymum Pau-*
„ *lum Barchinonensem in Praxi Cancellar. im-*
„ *press. post Rebuff. in Praxi §. In Causa mea Ma-*
„ *joricensi, versic. Nec immerito*, proindeque se-
„ parari non potest ab Ecclesia, cum sit officium
„ Ecclesiasticum, quod exercetur a laicis quasi *Pro-*
„ *curatoribus Personarum Ecclesiasticarum*, ut pro-
„ sequitur laudatus *Auctor*, & quia rei Sacræ in-
„ hæret, ut ait *Rot. in Hildesimen. Canonicatus 16.*
„ *Januarii 1716. §. Et nulla, cor. R. P. D. Crispo.*
„ Prout non subsistit alia ratio *Lotterii*, quod
302 „ Laici sint incapaces administrandi redditus Ec-
„ clesiæ, nam consuetudo universalis eos fecit ca-
„ paces, ex plene relatis apud *Torr. de Pact. fu-*
„ *tur. Success. lib. 3. cap. 1. a n. 313. cum seqq. &*
„ *apud R. P. D. Ansaldum in additione ad decis. 9.*
„ *n. 39. in fine*; atque ad effectum, ut Officium
„ dicatur Ecclesiasticum nullibi cautum reperitur,
„ quod debeat habere superioritatem, aut potesta-
„ tem, ut contendit *Lotterius*, sed satis est, quod
„ rei Ecclesiasticæ inhæreat, servitiumque Eccle-
„ siæ respiciat, ut in terminis jurispatronatus spe-
„ ctantis ad *Mamburnos & Sacristas* laicos, plu-
„ ries definivit *Rot. in Leodien. Beneficii 26. Fe-*
„ *bruarii 1706. coram clar. mem. Card. Priolo*,
„ *& 29. Novembris ejusdem anni, & 25. Februa-*
„ *rii 1707. cor. bon. mem. Omaña.*
„ Potiori ratione hæc omnia urgent in terminis
„ *DD. Guardianorum* nostri Hospitalis Ecclesia-
„ stici, in quibus concurrunt, quatuor illæ circum-
„ stantiæ, quas optat *Lotterius*. Et primo eorum
„ officium Religiosum est, *Leg. Orphanotrophos*
„ *vers. hujusmodi autem C. de Episcop. & Cleric.*
„ cum in dicto Ministerio repræsentent Episcopum,
303 „ cui de jure competit administratio, & cura Ho-
„ spitalis, *Cap. de Xenodochiis*, ibique *Repetentes*
„ relati *per Fagnan. n. 2. de Religios. Domib.* idem
„ *Fagnan. in Cap. Ad hoc n. 26. eodem tit. & Tho-*
„ *massin. tom. 1. lib. 2. cap. 89. num. 9. & 16. &*
„ *cap. 91. n. 5.* Secundo, Gubernatores sunt ab
„ Hospitali inseparabiles, ut *probatum* est. Ter-
„ tio, utcumque sint Laici, præfici possunt, &
„ præficiuntur Religiosis Hospitalibus, ut in sæ-
„ pe citata *Clement. 2. de Relig. Domib.* cum aliis
„ supra adductis. Et demum habent superiorita-
„ tem, & potestatem amplissimam, tam ex pro-
„ priis Statutis a *n. 30. usque ad 54.* tum ex dispo-
„ sitione juris, cum æquiparentur Tutoribus, ha-
„ beant liberam administrationem, & sint *veluti*
„ *Domini*, ut in debilioribus terminis de *Magi-*
„ *stro Domus* Archihospitalis S. Spiritus, *Rot. de-*
„ *cis. 431. n. 26. & seqq. part. 9. recent.* cum aliis,
„ generaliter in *Romana Census 3. Decembris 1703.*
„ *§. final. cor. Omaña.*
„ Ceteræ vero *Auctoritates* exadverso adductæ,
304 „ loquuntur omnes de Jurepatronatus reservato,
„ aut Confraternitatibus laicalibus, aut Præsiden-
„ tibus Confraternitatis laicalis, ut advertit *Rota*
„ *in Cracovien. Cantoriæ 6. Junii 1701. §. Minus,*
„ *& §. Respectu, coram clar. mem. Card. Caprara,*
„ *in Leodien. Beneficii 26. Februarii 1706. §. De-*
„ *cisiones coram Eminentiss. Priolo*, & in dicta
„ *Hildesimen. Canonicatus, coram R. P. D. Crispo,*
„ *§. finali*, in quibus omnibus ita explicatur *De-*
„ *cisio 130. coram Durano.*
305 „ Et revera in eadem Decisione Durani tres ca-
„ sus considerantur. Agitur *n. 1.* de Jurepatro-
„ natus relicto Confraternitati laicali, & post
„ *Baldum* firmatur, quod sit laicale. Ratio est,
„ quod Confraternitas laicalis nullum habet mini-
„ sterium, nullamque Ecclesiasticam administra-
„ tionem, & proinde in ea non potest considera-
„ ri distinctio, an contemplata fuerit Persona in
„ Officio, vel Officium Ecclesiasticum in Persona.
„ Rursus Confraternitas laicalis non repræsentat 306
„ Ecclesiam, in qua per accidens coadunatur, &
„ a qua potest ad libitum recedere, prout ab Of-
„ ficialibus Ecclesiæ quandocumque dimitti, quæ
„ est præcipua ratio *Baldi*, quam sequuta est *Rota*
„ *in dec. 661. par. 19. Recent.* cum aliis generaliter
„ traditis *a Caffaro Quæst. peregrin. cap. 18. per tot.*
„ *Tondut. resolut. 43. n. 4. & seqq. Rota in Iller-*
„ *den. distributionum 7. Aprilis 1704. §. junctis,*
„ *coram R. P. D. Ansaldo*, & alibi sæpe.
„ Secundus casus, de quo proprie agitur in *di-*
„ *cta decis. 130. n. 2. & seqq. coram Duran. & in*
„ *decis. 661. part. 19.* est de Jurepatronatus re-
„ servato Præsidentibus Laicis Confraternitatis 307
„ laicalis; Et in hoc pariter casu eædem militant
„ rationes, nam isti Præsidentes nullum habent
„ Officium Ecclesiasticum: nec Bona Ecclesiasti-
„ ca administrant, ut bene casum a casu distin-
„ guendo, *Rota in dicta Hildesimen. Canonicatus*
„ *16. Martii 1716. §. finali, coram R. P. D. Cri-*
„ *spo.* Insuper iidem Præsidentes non repræsen-
„ tant Ecclesiam; imo nec repræsentant Confra-
„ ternitatem, quia ipsi sine Confraternitate præ-
„ sentant, *Duranus dicta decis. 130. n. 2. & 9.*
„ Unde est, quod Juspatronatus relictum Præsi- 308
„ dentibus, non censetur relictum Confraternita-
„ ti, prout e converso relictum Confraternitati,
„ non censetur relictum Præsidentibus, ut bene
„ explicat idem *Duranus in discursu post decis. 284.*
„ *n. 121. & seqq.*
„ Tertius casus distinctus in *Decisione Durani*
„ *n. 6. & seq.* est de Jurepatronatus relicto Mini-
„ stris Loci pii, & in his terminis firmatur ibi-
„ dem, quod sit Ecclesiasticum, utpote relictum
„ Personis, quæ Locum repræsentant, & in qui-
„ bus Locus repræsentatur. Cui rationi si addatur,
„ quod ipsum Officium est Ecclesiasticum: quod
„ sunt inseparabiliter annexi Loco, cum ceteris
„ reflexionibus supra adductis, concludendum e-
„ rit, hunc casum esse clarissimum, nec tantæ
„ disputationis dote indigere.
„ Hinc inutiliter exadverso exageratur, tan-
„ quam res judicata, *Durani Decisio*, cum in su-
„ pradicto tertio casu apertissime nobis assistat.
„ Quod si deducatur asserta res judicata ex secun-
„ do casu de Præsidentibus Confraternitatis laica-
„ lis, responsio est in promtu, quod Beneficia
„ sunt diversa, a diversis omnino fontibus prove-
„ nientia; quod rationes inter unum, & alium
„ casum sunt toto Cœlo diversæ, ne dicam con-
„ trariæ: & quod aliæ sunt personæ Præsidentium
„ Confraternitatis laicalis; & aliæ *Guardianorum*
„ Hospitalis Ecclesiastici; & tamen cum quæri- 309
„ tur, an obstet exceptio rei judicatæ, *inspicien-*
„ *dum est, an idem Corpus sit: an eadem causa pe-*
„ *tendi, & eadem conditio personarum, quæ nisi*
„ *omnia concurrant, alia res est: leg. 12. cum dua-*
„ *bus seqq. ff. de except. rei judic. Bellonus cons. 18.*
„ *n. 5.* cum aliis *in tota decis. 622. par. 19. Recent.*
„ Et quamvis eædem personæ materialiter sum-
„ tæ, sint Præsidentes Societatis Laicalis, & *Guar-*
„ *diani* Hospitalis Religiosi, sint etiam Custodes
„ Sacratissimæ Imaginis, & Deputati pro regi-
„ mine quatuor Collegiorum; attamen omnes
„ hujusmodi administrationes sunt inter se separa-
„ tæ, & in unaquaque administratione aliam,
„ & aliam personam induunt, ex relatis apud

Bichium

„ *Bichium decis.* 481. *n.* 5. *dicta decis.* 622. *n.* 3.
„ *par.* 19. *Recent. & in Ariminen. Manutentionis*
„ 11. *Decembris* 1705. §. *Nil refragante, coram*
„ *Reverendissimo Molines.* Et consequenter sen-
„ tentia uno nomine, & ratione unius personæ
310 „ lata, non parit rem judicatam respectu alterius
„ nominis, & administrationis, *Censalius decis.*
„ *Lucensf.* 6 *n.* 9. *& seqq. & n.* 15. *Rot. dec.* 458.
„ *n.* 3. *& seq. par.* 1. *Rec.*

„ Non refragante, ad inducendam hanc per-
„ sonarum identitatem, quod tam ad Beneficium
„ in Ecclesia S. Laurentii, quam ad hoc S. Ste-
„ phani, præsentarunt *semper* tanquam Custodes
„ Societatis, & simul Hospitalium; quia in anti-
„ quioribus præsentationibus, præsentatunt uti
„ præsentare debebant; nempe ad illud in Eccle-
„ sia S. Laurentii, uti *Custodes Societatis*, ad illud
„ in Ecclesia S. Stephani, uti *Guardiani Hospita-*
„ *lis.* Si postea utrumque titulum adhibuere, id
„ nihil refert; Tum quia attendi debet expressio
311 „ facta in primis, & magis antiquis præsentatio-
„ nibus, ex plene congestis per *D. Pitonum dis-*
„ *cept.* 17. *n.* 48 *& discept.* 26. *n.* 10. *in fine, Amo-*
„ *stat. de Cauf. Piis lib.* 3. *cap.* 2 *n.* 21. Tum quia
„ cum non sit in potestate *DD. Guardianorum*
„ confundere administrationes, hinc est, quod fa-
„ cta expressione duorum Titulorum, nempe
„ Custodis Societatis, & Custodis Hospitalium,
„ prævalere debet Titulus, qui est magis unifor-
„ mis fundationi, & præsentationibus antiquis,
„ & ita Titulus dubius debet explicari, *Rot. in*
„ *Compostellana Parochialis* 2. *Junii* 1706. §. *Al-*
„ *terum, coram Eminentiss. Priolo.*

„ Neque etiam obest, quod *DD. Guardiani*
„ non alio titulo regant Hospitale, quam titulo
„ Custodum Societatis, ut declarari dicitur *ex*
„ *Statutis n.* 30. Etenim & si ideo sint *Guardiani*
„ Hospitalis, quia sunt Custodes Societatis, ta-
„ men administrationes sunt diversæ, & ratione
„ diversitatis administrationum repræsentant diver-
„ sas personas; neque qui jus præsentandi relin-
„ quunt *Guardianis* Hospitalis, considerant titu-
„ lum, quo administrant, sed ministerium, quod
„ exercent.

„ Statuta vero Confraternitatis solum dispo-
„ nunt, quod omnes obediant *Guardianis* in re-
„ bus Societatis, & Societatis nomine intelligi
„ *tutto quello, che appartiene ad essa, come Ospi-*
„ *tali, Collegj, Chiese &c.* Verum licet Hospi-
„ tale, & Collegia pertineant ad Societatem,
„ quoad curam, & administrationem, non tamen
„ id, quod relinquitur intuitu Hospitalis, & Col-
„ legiorum, acquiritur Societati, quæ illorum
„ administrationem habet, quando in debilioribus
„ terminis videmus, quod Jufspatronatus relictum
„ Præsidentibus Confraternitatis, ipsi Confrater-
„ nitati non acquiritur, juxta auctoritates supra
„ adductas.

„ Supervacanea protsus videtur inspectio, de
„ qua *in contrario Restrictu num.* 28. num scilicet
„ Hospitale sit quid distinctum a Societate, & an
„ Hospitalitas sit particulare opus pietatis, quod a
„ Societate exercetur per medium suorum Custo-
„ dum; quia quomodocumque res sumatur, sem-
„ per verum erit, quod in casu, de quo agitur,
„ Fundatrix Beneficii nullatenus contemplavit
„ Societatem, quam nusquam nominavit. Respe-
„ xit illa *Hospitale pauperum*, Societas vero, non
„ est Hospitale pauperum, sed adunantia Nobi-
„ lium, & divitum Virorum; etsi Summus Pon-
„ tifex concederet Curam, & regimen Hospitalis
„ alicui Cardinali, vel Prælato, certe tali casu,

„ præsentatio ab isto, & non a Societate expleri
„ deberet; quia jufspatronatus relictum est admi-
„ nistratoribus Hospitalis, non Societati.

„ Et nihilominus non subsistit, quod Hospitale
„ sit particulare opus Societatis, & sit quid indi-
„ stinctum a Societate: Quia ut ait *Imola in cap.*
„ *Officii sub n.* 21. *de Testam.* - *Aliud revera est*
„ *Hospitale, aliud Fraternitas; & hoc etiam satis*
„ *indicat diversitas nominum, nec locus Hospita-*
„ *lis fuit constructus propter Fraternitatem, sed*
„ *propter pauperes, ex accidenti evenit, quod*
„ *Fraternitas aliqua fieret, & congregaretur ibi.*
„ Neque enim Confraternitas de suis propriis Bo-
„ nis Hospitale construxit, ut in casu, de quo
„ *Rosa Consult.* 10. *in princip.* sed Hospitale est
„ publicum, constructumque fuit (ut diximus)
„ a pientissimo Cardinale *Columna* anno 1216. & est
„ antiquius Fraternitate Recommendatorum San-
„ ctissimi Salvatoris, quam sub Joanne XXI.
„ anno 1276. institutam primum fuisse, refert
„ *Pancirolus* in erudito libro *Tesori nascosti di Ro-*
„ *ma Rione* 2. *Chiesa* 12. *pag. mihi* 148 *Fanuccius*
„ *dell' Opere pie di Roma lib.* 3. *cap.* 4. *fol.* 185. *&*
„ *seq. Abas Piazza tract.* 5. *cap.* 2. Fuit quidem
„ commissa postmodum (ut subdunt prædicti
„ Scriptores) Cura, & administratio Hospitalis
„ dictæ Societati (an ante Martinum V. & quo
„ tempore adhuc incertum) sed non exinde repu-
„ tari potest opus particulare Societatis, eodem
„ modo quo Collegia, quorum curam gerit, non
„ sunt particularia opera Societatis.

„ Irrito quoque labore conantur DD. exadver-
„ so Scribentes ex conjecturis probare, quod Be-
„ neficii Fundatrix separaverit Personas a ministe-
„ rio, & Loco, & reservaverit Jufspatronatus in-
„ tuitu personarum, quæ sunt laicæ, non autem
„ intuitu Officii, & loci Ecclesiastici: siquidem
„ cum pro qualitate Ecclesiastica assistat regula, &
„ præsumptio juris, corroborata ex diversis circum-
„ stantiis, & confessione ipsa *Guardianorum*, ad
„ eas evertendas requiruntur demonstrationes cer-
„ tæ, & liquidissimæ, cum a regula juris non 312
„ sit recedendum, nisi per Textum expressum,
„ vel rationes necessario concludentes, *Navar-*
„ *rus consil* 1. *sub num.* 4. *de relig. Domib. Mans.*
„ *consult.* 95. *num.* 10. *& seqq. & consult.* 710. *n.*
„ 13. *&* 14. *Rota in Augustana Summæ Custodiæ*
„ 21. *Junii* 1715. §. *Qua posita, coram R. P. D.*
„ *Falconerio.* Eoque magis dum agitur de inter- 313
„ pretanda voluntate Mulieris, quæ cum non ef-
„ set capax subtilium juris interpretationum, nec
„ pervenire posset ad reconditas Doctorum subti-
„ litates, *Fusar. de subst. quæst.* 379. *n.* 9. *Pere-*
„ *grinus consil.* 57. *n.* 15. *libro primo.* Intelligere
„ verosimiliter non potuit vim distinctionis *Bald.*
„ *in dicta l. Si quis ad declinand.* scilicet, con-
„ templationis personæ propter personam, & se-
„ parationis personæ a ministerio, & loco, quam
„ *Baldus* ipse opinabatur facile intelligendam non
„ esse, ibi - *dices tu, ista verba sunt difficilia ad*
„ *intelligendum &c.* & adnotavit *Caponus discept.*
„ 396. *n.* 35. *in fin.*

„ Porro conjecturæ exadverso deductæ, aut sunt
„ inefficaces, aut retorquentur; & quidem retor-
„ quetur prima, quod in dubio dicatur contem-
„ plata persona, non locus, quando persona nul-
„ lam habet conjunctionem cum loco; quidquid
„ enim sit in terminis Confraternitatis, quæ po-
„ test ad beneplacitum recedere, & dimitti, sine
„ ullo detrimento Ecclesiæ, in qua adunatur, in
„ quibus terminis loquuntur auctoritates omnes al-
„ legatæ in *contrario Restrictu.* Quando agitur de

314 „ Administratoribus, sine quibus Locus stare non
„ potest, tunc personæ dicuntur inseparabiles a
„ Loco, ut supra late ostendimus. Si autem per-
„ sonæ Administratorum sunt inseparabiles a lo-
„ co, multo magis dici debent inseparabiles ab
„ Officio, nam ut egregie dicebat *Baldus supra*
„ *laudatus.* Officium sine persona stare non po-
„ test, sicuti subsistere non potest militia sine Mi-
„ lite, nec Feudum sine Feudatario, *Card. de*
„ *Luc. de Cred. disc.* 13. *sub n.* 23. *& de Fideicom.*
„ *disc.* 7. *sub n.* 7.

„ Constituitur *secunda*, ac etiam *tertia* ex as-
„ sertis conjecturis in prudentia, & industria DD.
„ *Guardianorum*, propter quam Pontifices, Car-
„ dinales, aliique pii Testatores insignes illis
„ concesserunt prærogativas, & signanter gu-
„ bernium quatuor in Urbe Collegiorum. Huic
„ objecto satis esset respondere, quod si Funda-
„ trix Beneficii non consideravit personas, quæ
„ sunt subjectum, utique nec consideravit pruden-
„ tiam, quæ est qualitas eidem subjecto inhæ-
„ rens, cum non possit considerari qualitas, ubi
„ non fuit considerata substantia, *Monach. decis.*
„ *Florent.* 28. *n.* 30. *& seqq.* Verum ulterius pro-
„ grediendo, dicimus, quod nullum in præsenti
„ extat vestigium, ex quo deprehendi possit a
„ Fundatrice contemplatam fuisse DD. *Guardia-*
315 „ *norum* prudentiam, industriamque. Tunc dici-
„ tur hæc contemplata, quando verba id præsefe-
„ runt; vel hoc exigit magnitudo negocii, juxta
„ egregiam doctrinam *Bald. in cons.* 123. *n.* 5.
„ *&* 6. *lib.* 5. *Valenzuola cons.* 117. *n.* 33. *lib.* 2.
„ *Menoch. cons.* 93. *n.* 36. *& seqq. ac de Præsumpt.*
„ *lib.* 2. *quæst.* 21. *n.* 3. *& de Arbitr. lib.* 1. *quæst.*
„ 68. *n.* 15. cum aliis apud *Cyriac. controv.* 115.
„ *num.* 4.

„ Non concurrunt hic verba; quoniam cappel-
„ laniæ Fundatrix paucis se expedivit, reservan-
„ do sibi, donec vixerit, jus præsentandi, & post
„ ejus mortem pro medietate suis hæredibus, pro
„ alia medietate *DD. Guardianis.* Dum sibi vi-
„ venti reservavit patronatum, nemo dixerit, quod
„ prudentiæ suæ innixa fuerit, contra *Text. in*
„ *Cap. Ne innitaris, de Constitut.* Dum reservavit
„ suis hæredibus medietatem, nec etiam hæredum
316 „ prudentiam consideravit, quia in concessione fa-
„ cta hæredibus, non dicitur personarum indu-
„ stria electa, juxta celebrem Theoricam *Cini*,
„ quam notabilem, & veram vocat *Baldus in l.*
„ *Quis* 26. *n.* 1. *Cod. de Episcop. & Cleric. Ancara-*
„ *nus in cap. Is cui* 12. *sub n.* 2. *vers. Unum ad-*
„ *de, de Offic. Delegat. in* 6. *Felinus in cap. In*
„ *præsentia num.* 46. *& vers. Et adde de Probat.*
„ *Cephalus consil.* 151. *num.* 42. *lib.* 2. *Brunus*
„ *consil.* 16. *sub n.* 3. *Cravetta consil.* 875. *num.* 5.
„ *Rovitus decis.* 72. *num.* 41. ubi alios refert, *Rot.*
„ *decis.* 38. *num.* 61. *part.* 6. *Recent.* Ergo nec
„ etiam dum reliquit alteram medietatem DD.
„ *Guardianis* pro tempore, eorum prudentiam
„ considerasse dicendum est; adstipulante regula,
317 „ quod quando agitur de administratione, quæ
„ transire debet ad successorem in Dignitate, cen-
„ setur quidem contemplata Dignitas, sed non
„ personæ industria, *Mans. consult.* 646. *num.* 10.
„ *Rota dict. decis.* 38. *n.* 60. ubi arguit ab hærede
„ ad successorem in Dignitate, *in Gerunden. E-*
„ *leemosinæ Panis super declaratoria* 19. *Januarii*
„ 1703. *§. Nec dicatur, cum seq. & in eadem su-*
„ *per residentia* 3. *Julii* 1711. *§. Consentanee,*
„ *cor. Eminentissimo Priolo.*

„ Qualitas vero negocii commissi magnam
„ non requirit prudentiam, aut peritiam; com-
„ missa namque fuit facultas præsentandi ad Cap-
„ pellaniam simplicem annui redditus florenorum
„ 24. cujus sunt capaces Clerici primæ Tonsuræ,
„ ut in *decis. coram Pamphilio* super hac eadem
„ Cappellania apud *Marchesan. de Commiss. part.*
„ 1. *fol.* 140. Actus autem præsentandi est qui-
„ dem honorificus, & utilis, sed magnam pru- 318
„ dentiam non requirit; immo nec est pleni *in-*
„ *tellectus, & perfecti judicii*, dum expleri potest
„ ab impubere, *Ferretus consil.* 131. *n.* 6. *vers.*
„ *quarto*, & melius *Rota decis.* 5. *num.* 18. *&*
„ *seqq. part.* 9. *Recent. & in Asten. Prioratus de*
„ *Costa super pertinentia* 6. *Martii* 1711. *§. Ab*
„ *hisce, cor. R. D. P. Ansaldo.* Et regulariter
„ quando alicui committitur actus, qui expleri 319
„ potest etiam ab impubere, tunc non dicitur ele-
„ cta peritia, & industria personæ, *Berous in cap.*
„ *Quoniam Abas n.* 95. *in fine, & n.* 96. *de Offic.*
„ *Deleg.*

„ Atque hæc est notabilis illa differentia, quæ
„ intercedit inter regimen Collegiorum, & præ 320
„ sentationem ad simplicem Cappellaniam; Col-
„ legii regimen exposcit singularem industriam,
„ & prudentiam, qua ratione hoc munus alteri
„ subdelegari non potest, ut bene advertit *Bal-*
„ *dus dicto consil.* 123. *n.* 5. *&* 6. *lib.* 5. Præsen-
„ tatio vero nedum fieri potest per Procuratorem,
„ sed potest expleri ab impubere; in puncto idem
„ *Baldus lib.* 4. *cons.* 167. *sub numero primo*,
„ juxta impressionem Venetam anni 1580. ibi --
„ *Duo sunt consideranda, scilicet Juspatronatus,*
„ *& regimen Hospitalis, ista enim sunt diversa,*
„ *nam Juspatronatus est jus præsentandi, regimen*
„ *autem est jus regendi, primum jus transit etiam*
„ *ad impuberes; secundum non committitur, nisi*
„ *discretis, & idoneis*, & sequuntur *Roccus de Cur-*
„ *te de Jurepat. verb. competens sub n.* 12. *Lam-*
„ *bertin. eod. tractat. par.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 7. *princ.*
„ *artic.* 14. *sub n.* 2.

„ Accedunt duæ circumstantiæ. Prima est,
„ quod si DD. *Guardiani* sunt nobilitate, & pru-
„ dentia insignes, magis nobilis, magis insignis
„ est Locus hic pius, propter eximia opera pieta-
„ tis, quæ ibi exercentur, adeoque recurrunt,
„ quæ diximus in §. *Altera est*, quod omnes om-
„ nium Hospitalium Præfecti sunt, & esse debent
„ Viri providi, prudentes, & qualificati, ad for-
„ mam *Clemen.* 2. §. *Ut autem, de religios. Domib.*
„ Insuper omnes Fabricæ Ecclesiæ præpositi, &
„ rerum Ecclesiasticarum administratores, debent
„ esse Viri prudentes, & experti, præcipue quan-
„ do administrari debent redditus pinguissimi. Et
„ tamen in his, similibusque casibus communis
„ theorica est, quod solum ministerium censetur
„ contemplatum. Hæc autem regula destrueretur
„ in totum, si attendenda esset hæc asserta conje-
„ ctura, dum hujusmodi ministeria personis pru-
„ dentibus semper committuntur.

„ Nec obstant Auctoritates exadverso allegatæ,
„ & signanter *Rota in dicta Asten. Prioratus de*
„ *Costa coram R. P. D. Ansaldo*, quia hæc deci-
„ sio totum oppositum probat; Dicitur quidem in
„ abstracto in §. *Verum.* quod in juribus honorifi- 321
„ cis, in quibus requiritur prudentia, prærogati-
„ va ætatis vincat lineæ prærogativam, sed in
„ subsequenti §. *Ast ab hisce*, descendendo ad jus
„ activum patronatus, firmatur, quod illius re-
„ spectu non applicantur superius dicta de juribus 322
„ honorificis prudentiam desiderantibus, allegata
„ ratione, *quia conspicimus de jure, & praxi*
„ *admitti ad hujusmodi exercitium præsentandi*
„ *non solum mulieres, sed etiam infantes.* Ultra
quod

» quod allegatæ in contrarium Auctoritates per-
» cutiunt terminos patronatus *Seniori Domus* re-
» servati, quo casu alia allegari non potest ratio
» hujus dispositionis, nisi ut præsentatio fieret a
» Persona verisimiliter prudentiore. At in patro-
» natu relicto Ministris loci Ecclesiastici viget al-
» tera legalis præsumtio, quod reservatum fuit
» intuitu Loci, & Officii Ecclesiastici, quod
» exercent.

» Decisio vero *Merlini* 407. *n.* 2. non solum
323 » loquitur de Patronatu relicto Præsidentibus Con-
» fraternitatis laicalis, quibus non potest applica-
» ri Juris præsumtio, quod contemplatum fuerit
» ministerium religiosum, sed ulterius in ea dici-
» tur, quod *ex pluribus* deprehendebatur Testa-
» torem, consulendo suæ Cappellæ, voluisse Re-
» ctores eligi a Personis prudentioribus. Hic nul-
» lum concurrit argumentum, ex quo deprehen-
» di possit electam DD. Guardianorum indu-
» striam. In iisdem quoque terminis Patronatus
» relicti Præsidentibus Confraternitatis laicalis
» procedit *dec.* 661. *par.* 19. *Recent.* quæ fortasse
» nimis materiam ampliavit, dum voluit contem-
» platam fuisse prudentiam etiam in Præsidentibus
» Confraternitati quorumdam *Agricolarum*, nam
» hoc pacto idem dici deberet, si relinqueretur
» jus præsentandi Præsidentibus Confraternitati
» *Cerdonum*, *Coquorum*, illorumque, qui Hortos
» colunt, nam etiam *Olitores* comprehenduntur
» sub nomine *Agricolarum*, *Abas in cap. Ex par-*
» *te* 21. *num.* 2. *de Decim. Barbat. de divis. fruct.*
» *part.* 2. *cap.* 6. *sub n.* 36.

» Quarta afferta conjectura est, quod hujus Be-
» neficii Fundatrix, sicuti in medietate Jurispa-
» tronatus reservata Hæredibus suis consideravit
» *Personas laicas*, ita relinquendo alteram medie-
» tatem DD. *Guardianis*, eos uti *Personas laicas*
» pariter consideraverit; At non subsistit, quod il-
» la vocando in perpetuum hæredes sibi penitus
» incognitos, contemplaverit Personas; sed uni-
» ce consideravit qualitatem; itaut quicumque
» hac qualitate polleret, sive Persona, sive Lo-
» cus, pro medietate Jus præsentandi conseque-
324 » batur; Quando enim non exprimitur Persona,
» sed in genere exprimitur nomen Officii, vel al-
» terius *qualitatis*, tunc ad *qualitatem*, & non
» ad Personas censetur affectio directa, *Cachera-*
» *nus consil.* 71. *n.* 22. Et hac ratione receptissi-
» mum est, quod vocatis duobus *de agnatione*,
325 » vel majori natu, aut similibus Testatori inco-
» gnitis, non censetur contemplata Persona, sed
» Agnatio, vel illa altera *qualitas* desiderata,
» juxta *celebre consil. Ancarani* 27. *sub n.* 6. *vers.*
» *Et primo sic arguitur*, *Felin. in Rubr. de Major.*
» *& Obed. sub n.* 12. *Romanus consil.* 438. *n.* 48.
» *& ibi Mandos. litt.* C. *Roland. a Valle consil.* 70.
» *n.* 31. *lib.* 3. *Peregrinus de Fideicommiss. art.* 13.
» *n.* 86. *versic. Quodsi major*, *Bellonus Jun. cons.*
» 11. *sub n.* 6. *&* 11. *Gratian. discept.* 456. *n.* 83.
» *Mans. consult.* 202. *sub n.* 31. *Rota in Firmana*
» *Fideicommissi* 2. *Aprilis* 1688. §. *Ex quo*, *coram*
» *Hervauk. & in Asten. Jurispatronatus* 19. *A-*
» *prilis* 1697. §. *Quia omisso*, *coram Eminentiss.*
» *Tremoille*; Adeoque hæc conjectura evidentissi-
» me retorquetur.

» Multoque minus subsistit, quod vocando in
» genere hæredes, vocaverit *Personas laicas*,
» dum id a futuro eventu pendebat, & quicum-
» que futurus esset hæres, sive Laicus, sive Eccle-
» siasticus, in hac medietate honoratus erat; &
326 » quod vocatis hæredibus in perpetuum, absque
» ulla restrictione sint vocati tam Ecclesiastici,
» quam Laici; *Rota in Asten. coram clar. mem.*
» *Cardin. Caprara apud Balduccium tit.* 3. *de Le-*
» *gat. decis.* 2. *n.* 4. *& decis.* 242. *n.* 11. *part.* 19.
» *Recent.*

» Nullius quoque momenti est quinta conjectu-
» ra, quod cum agatur de Reservatione Patrona-
» tus facta inter vivos, & cum clausula *quoties*
» *&c. & in perpetuum* facilius exclusæ censeantur 327
» Apostolicæ Reservationes: Etenim valde nova
» est assertio illa, quod facilius excludantur reser-
» vationes, si fundatio fiat per actum inter vivos;
» Hujusmodi enim exclusio non oritur ex eo, an
» dispositio sit per contractum, an per viam ul-
» timæ voluntatis, sed ex omnimoda incompati-
» bilitate verborum fundationis cum Reservationi-
» bus Apostolicis. Et hæc est ratio; in qua fun-
» dantur auctoritates cumulatæ *in contrario Re-*
» *strictu n.* 33. & optime explicat *D. Pitonius*,
» qui consuevit facere vim *in fortibus*, *insolitis*,
» *& extraordinariis verbis fundationis omnino in-*
» *compatibilibus cum reservatione*, *non in miseria*
» verborum, *quoties vacare contigerit*, quæ sunt
» cum Reservationibus compatibilia, *ut in Disce-*
» *ptat.* 25. *n.* 26. *Rot. in Barchinonen. Beneficii* 5.
» *Decembris* 1685. §. *Minus*; 16. *Januarii* 1686.
» §. *Corruit*, *&* 12. *Junii ejusdem anni* §. *Pa-*
» *rum*, *coram Cardinali Matthejo*, *in Novarien.*
» *Canonicatus* 1. *Decembris* 1690. §. *Nihil refra-*
» *gante*, *in fine cor. Manuell. in Aprutina Bene-*
» *ficii* 19. *Junii* 1705. §. *Absque eo quod*, *coram*
» *Eminentissimo Scotto*, *& in Monasterien. Vica-*
» *ria* 6. *Junii* 1707. §. *Non attento*, *coram eo-*
» *dem.* Prout etiam cum Reservationibus compa-
» tibilis est clausula *in perpetuum*, præsertim quan-
» do, prout in præsenti, apposita est Reservatio-
» ni Jurispatronatus, quia tunc nil aliud importat,
» quam quod Jus præsentandi, perpetuo, non au-
» tem temporaliter spectet ad vocatos, ut decla-
» rando contrarias auctoritates prosequitur *Rota*
» *in dict. Aprutina Beneficii*, *& Monasterien. Vi-*
» *caria*, *cor. Eminentissimo Scotto.*

» Ceteris infirmior est sexta conjectura, quod
» Dataria ab anno 1465. numquam contulerit
» hanc Cappellaniam uti reservatam; Quando e-
» tiam hæc negativa esset in facto probata, nil
» prorsus relevaret, casus dedit, quod spatio 176.
» annorum medietas Jurispatronatus resedit apud
» hæredes laicos, proindeque tamquam Patrona- 328
» tus mixtus, ex notorio Datariæ stylo, subje-
» ctus non erat Reservationibus Apostolicis; late
» *Amayden. de Styl. Datar. cap.* 15. §. 15. *n.* 98.
» *& seqq. Fagnan. in Cap. Cum propter a n.* 4. *de*
» *Jurepatr. Card. de Luca eod. tit. disc.* 59. *n.* 23.
» *Rota dec.* 323. *n.* 12. *& seqq.* & latius *dec.* 376.
» *par.* 13. *Rec.* cum ibi allegatis.

» Postquam autem integrum Juspatronatus con-
» solidatum est in *DD. Guardianis*, bis Cappella-
» nia vacavit, nempe anno 1641. & 1678. Data-
» ria non providit, quia nulla aderat Reservatio,
» quæ in Cappellaniis Urbis regulariter possessis a
» Clericis nobilibus Romanis, raro locum habet,
» nam ex quatuor Reservationum speciebus, idest
» *reali*, *locali*, *personali*, & ratione *Mensis*, 329
» de quibus *Rota dec.* 476. *numer.* 3. *part.* 18.
» *tom.* 2. *Recent.* una tantum species locum habet
» in his Cappellaniis, nempe *personalis*, quæ
» exemplificari solet in Familiaribus Papæ, &
» Cardinalium, aliisque Officiis cohærentibus
» Personæ, *Lotter. libr.* 2. *quæst.* 32. *n.* 3. *Rota de-*
» *cis.* 266. *n.* 24. *part.* 13. *Recent.* Cum igitur in
» illis duabus vacationibus nulla personalis con-
» curreret reservatio, nil mirum si Dataria non

„ providit ; & consequenter inapplicabiles sunt
„ Auctoritates in contrarium laudatæ, utpote lo-
„ quentes de Beneficiis exteris subjectis Reserva-
„ tioni *Regulæ IX. de Mensibus*, & quorum respe-
„ ctu procedit ratio, quod inverisimile est, quod
„ spatio centum annorum numquam vacaverint
„ in Mense reservato, cum hic sit casus frequen-
„ tissimus, *D. Pitonius dicta disceptat. 25. n. 25.*
„ *§. Præsertim.* qui tamen in Cappellaniis Urbis
330 „ verificari non potest, cum *Regula IX.* aperte
„ loquatur de Beneficiis *extra Romanam Curiam*
„ vacantibus; Et Collatores inferiores Beneficio-
„ rum Urbis, quocumque in Mense succedat va-
„ catio, libere conferunt.
„ Et dum Dataria, non obstante *Decisione Du-*
„ *rani*, alias credidit, Ecclesiasticum esse Juspa-
„ tronatus relictum *Custodibus* Societatis Sanctissi-
„ mi Salvatoris, & illa non obstante, provisio-
„ nem uti de reservato fecit, ut in *decis. 44. post*
„ *Antonellum*, (an bene, vel male, non est præ-
„ sentis inspectionis, in qua agitur de nudo facto:)
„ si occasione alterius controversiæ super alio Be-
„ neficio, cujus præsentatio ad *DD. Guardianos*
„ in certis casibus devolvitur, statim replicavit,
„ quod Ministerium Ecclesiasticum, non illorum
„ Persona fuit contemplata, & bene, ut ait
„ *Cardin. de Luca in disc. 6. num. 13. de Benefic.*
„ quis sibi suadere poterit, quod si Cappellania,
„ de qua agitur, fuisset umquam reservata, vo-
„ luissent Datariæ Officiales, clausis oculis, &
„ prælio, ne quidem tentato, palmam concedere
„ *DD. Guardianis?*
„ Superest tandem, ut aliquid attingamus cir-
„ ca observationes, quæ exadverso fiunt super *De-*
„ *cisionibus* per nos allegatis, quas dicitur ema-
„ nasse in casibus omnino diversis, eo quia Te-
„ statores inibi reliquerant Jus præsentandi una
„ cum Personis Laicis, & Plebano, seu Canoni-
„ cis Ecclesiæ. Verum quamvis in nonnullis ex
„ dictis Decisionibus hæc mixtura legatur, atta-
„ men aut in hac circumstantia nulla vis constitui-
„ tur ; aut solum deducitur ad majorem compro-
„ bationem Theoricæ legalis, prout nos quoque
„ in comprobationem dictæ Regulæ alias circum-
„ stantias adduximus; Et revera *in Decisionibus*
„ *Barchinonen. Beneficii*, *coram Matthejo*, quæ
„ sunt hac in re primæ, & magistrales, nulla ra-
„ tio habita fuit de hac mixtura ; Præcipua deci-
331 „ dendi ratio ea fuit, quod Testator vocaverat
„ *Personas incertas, & futuras, & eidem penitus*
„ *ignotas; unde colligitur, Personas istas intuitu*
„ *Ministerii, & Ministerium ipsam, non Personas*
„ *jure proprio fuisse contemplatum*, ut sunt verba
„ Decisionis 16. *Januarii* 1686. *§. Non enim, in*
„ *fine, & 12. Junii ejusdem anni §. Neque.* Prout
„ *in Monasterien. Vicariæ* 18. *Martii* 1707. *§. At-*
„ *que ex his, coram Omaña*, expresse firmatur,
„ quod etiamsi ageretur de Jurepatronatus relicto
„ *Canonicis Laicis* ad exclusionem Canonicorum,
332 „ adhuc esset Ecclesiasticum.
„ Pari modo *Decisiones in Cracovien. Cantoriæ*
„ *coram R. P. D. Lancetta, & clar. mem. Card.*
„ *Caprara* non evitantur, ex quo ibi agebatur de
„ Jurepatronatus fundato ex Bonis Ecclesiæ, &
„ pro *Capitaneis*, qui ab Episcopo deputabantur;
„ Quia duo distincta motiva in illis deducuntur;
„ primum, quod agebatur de fundatione facta ex
„ Bonis Ecclesiæ; Alterum principale fundamen-
„ tum erat, quod erat Ecclesiasticum Juspatrona-
„ tus relictum Administratoribus Bonorum Ec-
„ clesiasticorum; unde etsi in præsenti deficiat
„ prima ratio, tamen remanet altera, quæ de per
„ se sola sufficit, ut concludit *Barbat. in Cap. Of-*
„ *ficii n. 7. sub Versic. Quarto faciat, de Testam.*
„ Parumque refert, quod illi *Capitanei* deputaren-
„ tur ab Episcopo; quia vis non stat in Deputa-
„ tione, & a quo fiat: sed in eo, quod sunt Ad-
„ ministratores Bonorum Ecclesiæ, ut punctualiter
„ *Rota in dict. Barchinonen. Beneficii* 12. *Junii*
„ 1686. *§. Minusque, coram Matthejo.* „ Hacte-
nus discursus.

Sed redeundo ad principalem Quæstionem, de
qua supra *n.* 144. Secundus casus est, quando agi-
tur de jurepatronatus Laicali, & in hoc omnes con-
veniunt, quod similis naturæ Beneficia, nec sub
ista Regula reservatoria, nec sub aliis Reservatio- 333
nibus comprehunduntur. DD. communiter in *Cap.*
Dilectus, de Offic. Legat. Gonzal. ad hanc Regul.
gloss. 8. n. 2. & seqq. Kochier ibid. gloss. 8. num. 1.
Card. de Luc. de Jurepatron. lib. 1. cap. 3. n. 37.
& seqq. Van Espen. in Jus Ecclesf. universal. part.
2. tit. 23. cap. 5. n. 23. cum concordan. relatis per
Rot. decis. 589. num. 2. cor. Pamphilio, & decis.
242. num. 13. part. 19. Recent. in Cremonen. Bene-
ficii 14. *Maii* 1706. *§. Absque eo quod, coram Kau-*
nitz, & in Vicen. Beneficii 17. *Februarii* 1713.
§. E converso, coram Reverendiss. Aldrovando.
Potius enim allici debent laici ad similes Benefi-
ciorum fundationes expiendas, quam per Reser-
vationes ab illis retrahi, nec, ut ait Concilium
Tridentinum *Sess. 25. cap. 6. de Reformat.* æquum
est, Patronorum jura tollere, piasque fidelium vo-
luntates in eorum institutione violare. Et usque
de anno 1239. declaravit Gregorius IX. exemta
esse ab *Expectativis* Beneficia laici Patronatus in
Anglia, ut ex *Mattheo Parisio* ad eumdem an-
num refert *Natal. Alexand. sæcul. 13. & 14. part.*
2. cap. 7. artic. 3. pag. 85. & seqq. & Nos in *Re-*
gul. XLII. Et per consequens dicta Beneficia de
jurepatronatus laicali, nec etiam cadunt sub In- 334
dulto Cardinalium, *Mans. Consultat. 647. num. 8.*
Rot. decis. 290. num. 22. & 23. part. 18. Recent.
& decis. 397. num. 22. cor. Dunozett. & in Roma-
na Cappellania 14. *Junii* 1680. *§. Maxime, cor.*
Vice-Comite.

Intellige tamen hoc procedere, quando juspa-
tronatus competit ex fundatione, dotatione, vel 335
constructione, secus si ex consuetudine, usurpa-
tione, præscriptione, aut Privilegio; in his enim
casibus juspatronatus, etsi laicale, subjacet reser-
vationi nostræ Regulæ, late *Gonzal. d. gloss. 18.*
a n. 18. cum seqq. Kochier ad hanc Regul. gloss. 2.
n. 2. Leuren. in For. Benefic. quæst. 556. n. 1. Van
Espen in Jus Ecclesf. univers. part. 2. tit. 23. cap 5.
n. 23. Barbos. de Episcop. part. 3. allegat. 57. n.
28. Nicolarts ad Concord. German. dict. dub. 5. §.
16. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 573. &
sequent. ubi amplior, etiam si spectet ad Duces,
Marchiones &c. *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 4.*
cap. 4. num. 36. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst.
8. n. 8. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 65. n. 10.
Rot. decis. 447. n. 1. & 2. part. 5. Recent. & decis.
239. & decis. 273. cor. Celso, & decis. 1056. cor.
Coccin. ubi quod id procedit, non attenta quasi
possessione præsentandi, cum Regula quamcumque 336
possessionem inficiat, & *in Placentina Jurispatro-*
natus coram Molines decis. 827. num. 18. & decis.
892. num. 20. & seqq. & 1. Decembris 1704. cor.
Omaña.

Idque ampliatur etiamsi in Privilegio dicatur,
quod juspatronatus sit ejusdem prorsus naturæ, ac 337
si esset ex fundatione, vel Dotatione, quia sem-
per esset *ad instar*, & remaneret in terminis Pri-
vilegii, ut quidquid fuerit antiquitus opinatum,
hodie

hodie ob amplitudinem verborum, quibus con-
cepta est Regula, dicta propositio nullam admittit
difficultatem, *Gonzal. ubi supra n. 97. & 106. &
gloss. 36. num. 38. Leuren. in For. Beneficial. quæst.
556. n. 1. circa finem, Lotter. de re Benefic. lib. 2.
quæst. 8. n. 23. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 4. cap.
4. n. 33. & 36. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 10.
n. 5.* ubi limitat in casu, quo Papa assertive, ac per
338 viam attestationis diceret, quod juspatronatus esset
ex vera fundatione, & Dotatione, cum hujusmo-
di assertio reputetur una ex probationibus cum aliis
conjungenda, ad effectum demonstrandi, quod
revera juspatronatus competat ex præfatis Titulis
fundationis, & dotationis.

Et dicitur ex Privilegio de novo acquisitum,
non autem antiquum confirmatum, juspatronatus,
quando Papa usus est in principio Verbis *Reser-*
339 *vamus, concedimus, & donamus*, cum verbum
Reservamus in hac materia importet novam con-
cessionem, non autem antiqui juris confirmatio-
nem, *Rot. in Placentina Jurispatronatus* 10. *Mar-
tii* 1701. §. *Lucidissime, car. bon. mem. Molines
inter impress. decis.* 892. & 1. *Decembris ejusdem
anni.*

Hæc autem omnia procedunt, ubi agitur de
340 Privilegio gratuito, secus si Privilegium sit ex
causa onerosa; tunc enim juspatronatus non ca-
dit sub dispositione Regulæ, late *Lotter. de re Be-
neficiar. lib. 2. quæst. 8. n. 8. cum plur. seqq. Spad.
consil. 21. n. 3. & 25. lib. 2. Mans. consult. 645. n.
9. 12. 13. 21. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 4. cap.
4. n. 55. & seqq. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1.
num. 581. Panimoll. decis. 10. adnotat. 4. num. 12.
& seqq. Adden. ad Gregor. decis. 397. in fine, Rot.
decis. 397. n. 1. cor. Dunoz. & dec. 221. n. 9. &
seqq. part. 8. & decis. 472. n. 50. part. 19. tom. 2.
Recent.*

Hujusmodi autem causa onerosa solet plerumque
deduci ex augumento Dotis, & sic juspatronatus
partim habetur ex Privilegio, partim ex justitia.
341 Procedendum est igitur in hoc casu cum distin-
ctione, quod scilicet, aut dos antiqua præponde-
rat novo augumento, & juspatronatus adhuc re-
manet ex Privilegio, Regulæ reservatoriæ Men-
sium subjectum, *Abas consil. 59. lib. 2. Rocc. de
Jurepatr. versic. Dotavit quæst. 2. Panimoll. decis.
10. adnot. 4. n. 7. Rot. decis. 510. n. 3. part. 3. Re-
cent. & dec. 892. n. 16. cor. Molines.* Passim enim
ante Concilium Tridentinum solitum erat concedi
342 Privilegia jurispatronatus ex modico Dotis augu-
mento, quæ tamen revocata fuerunt de anno 1485.
per Constitutionem V. Innocentii VIII. & de an-
no 1522. per Constitutionem III. Adriani VI. &
demum ab ipso Concilio Tridentino *Sess. 25. de
Reformat. cap. 9. Card. de Luc. de Jurepatronat.
disc. 11. n. 10. Rot. decis. 1293. n. 6. cor. Molines.*
Aut augumentum est ita notabile, quod nempe
343 plus importet, quam antiquus redditus Ecclesiæ,
itaut iste respectu augumenti reputetur nullius con-
siderationis, & juspatronatus, licet ex Privilegio
concessum, competere censetur ex justitia, seu de
jure communi, & per consequens a reservatione
Regulæ exemtum, *Card. de Luc. de Jurepatron.
disc. 65. n. 26. & in Summ. n. 20. Piton. discept. 33.
n. 16. Rot. post Garc. part. 5. cap. 9. n. 84. versic.
Dicebant.*

Aut vero novum augumentum coæquat anti-
344 quam dotem Beneficii, itaut coacervatis simul in
unum fructibus antiquis, & novis ex augumento
Ecclesiæ collatis, illius fructus pro medietate con-
stituantur ab integris fructibus antiquæ dotis, &
pro medietate a novo augumento, & in isto pa-
riter casu dicitur juspatronatus acquisitum ex cau-
sa onerosa præponderante Gratiæ, proindeque re-
servationi Regulæ non obnoxium, *Lotter. de re
Benefic. lib. 2. quæst. 8. a n. 30.* ubi plene materiam
examinat *Card. de Luc. de Jurepatr. discurs. 2. n.
8. disc. 10. n. 3. disc. 65. n. 26.* late *Piton. discept.
33. n. 14. & seqq. & de Controvers. Patronat. al-
legat. 58. num. 40. & allegat. 76. num. 31. Adden.
ad Gregor. decis. 397. Rot. decis. 29. num. 12. &
16. part. 7. Recent. & decis. 401. num. 4. cor. bon.
mem. Lancetta, & decis. 746. cor. clar. mem. Card.
Caprara, & in Placentina Jurispatronatus, cor.
Molines dec. 827. num. 11. & 12. & dec. 892.
num. 12. & 1. Decembris 1704. §. minusque, cor.
Omaña.*

Ad quem autem spectat probare, augumentum
Dotis præponderare Gratiæ, distinctio est; quod
aut Patronus reperitur in quasi possessione præsen- 345
tandi, etiam in Mensibus reservatis, & tunc quia
intrat præsumtio, quod Beneficium, attenta præ-
ponderantia, vel saltem æqualitate augumenti,
non sit comprehensum sub Regula IX. obstringi-
tur Provisus Apostolicus habens contra se præsum-
tionem, subire onus probandi, augumentum non
æquare antiquam Beneficii Dotem; Aut solum
stat in quasi possessione præsentandi in Mensibus
ordinariis, & in hoc casu licet Patronus se exime-
re possit ab onere probandi coæquale augumentum
adversus Ordinarium, prætendentem jurispatrona-
tus derogationem ex dispositione Sacri Concilii
Tridentini *Cap. 9. Sess. 25. de Reformat.* ut tradit
Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæst. 8. n. 76. Ni-
hilominus cessante favore ipsius Patroni præsum-
tione præponderantiæ, vel coæqualis augumenti
Dotis, ea per ipsum, seu ab eo præsentatum, non
autem a Proviso Apostolico probari debet, idem
*Lotter. dict. quæst. 8. n. 70. & 71. Lambertin. de
Jurepat. part. 3. lib. 2. quæst. 9. art. 22. Piton. discept.
Eccles. 22. n. 32. & de Controvers. Patron. allegat.
58. n. 18. & allegat. 76. n. 32. §. Hinc propterea,
Rot. decis. 401. num. 12. & decis. 499. n. 6. & 7.
coram Lancetta, & in Vernlana Abatia 23. Fe-
bruarii 1680. §. In omnem, cor. Rondinino, & in
Placentina Jurispatronat. cor. bon. mem. Molines
decis. 827. num. 12. & seqq. & dec. 892. num. 17.
& 1. Decembris 1704. §. Neque hoc casu, cor. bo.
me. Omaña.*

Quod si Patronus reperiatur in quasi possessione
præsentandi in Mensibus Apostolicis per decursum
centum annorum, absque eo quod ostendatur Be-
neficium adeo longævi temporis intercapedine fuis-
se unquam a Sancta Sede collatum, tanquam de
reservato vigore Regulæ, tunc etiamsi appareat, 346
juspatronatus fuisse a principio acquisitum ex Pri-
vilegio mere gratioso, adhuc reputari debet, ac
si fuisset obtentum ex causa majoris, vel coæqua-
lis Dotationis, cum vigore centenariæ inducentis
juridicam præsumtionem melioris, & magis profi-
cui tituli Patrono favorabilis, allegari possit novus
titulus ex vera fundatione, dotatione, aut illius
coæquali, & exuberanti augumento, ut anti-
quioribus relatis, *Piton. disceptat. 33. numer. 17.
versic. Melius, & de Controvers. Patron. allegat.
58. per tot.* ubi late examinatur, quando produ-
ctio, seu allegatio Privilegii facta a Patrono, vel 347
illius Procuratore, destruat titulum præsumtum
ex centenaria derivantem, *& Allegat. 76. n. 33.
Rota in famigeratis Decisionibus Januen. Aba-
tiæ decis. 218. num. 7. & seqq. part. 6. & de-
cis. 29. num. 32. 50. & pluribus seqq. part. 7.
& decis. 352. num. 17. cor. Buoncasa, & decis.
301. num. 13. & seqq. & decis. 479. numer. 4.*

& decis. 499. n. 3. cor. Lancetta, & in Florentina Canonicatus 23. *Februarii* 1680. §. *Non obstante, cor. Rondinino, & decis.* 829. *n.* 2. *& seqq. & decis.* 849. *n.* 2. *&* 3. *cor. Emerix.*

Pariter ex causa onerosa fuit judicatum juspa-
tronatus, quod vere proveniebat ex bonis laicali-
348 bus, sed destinatis ex voluntate defuncti in alios
usus pios. Cum enim, iis nondum incorporatis
Ecclesiæ, *Gregorius XIII.* commutasset Testatoris
voluntatem, & mandasset erigi juspatronatus, &
illud esse ex fundatione, & dotatione, *Rota* re-
solvit juspatronatus esse ex Privilegio, & justitia,
attenta causa primæva, & originali, ut in *decis.*
221. *part.* 8. *Recent.* repetit apud *Vivian. de Jure-
patr. decis.* 126. & sequitur *Card. de Luc. de Jure-
patron. discurs.* 65. *n.* 29.

E contra suppressa Confraternitate, quæ juspa-
349 tronatus laicale habebat, & in suppressione eo re-
servato Confratribus singulari nomine, donec vive-
rent, censuit *Cardinalis de Luc. dict. disc.* 165.
n. 30. illud esse ex Privilegio, considerato nempe
Titulo, ex quo ipsi Confratres privato, ac singu-
lari jure juspatronatus præsatum obtinebant. Cum
enim nihil ex suo patrimonio in fundatione, vel
dotatione erogassent, totum obtinere dicebantur ex
causa mere lucrativa.

Potest etiam deduci causa onerosa ex recupera-
350 tione Bonorum Beneficii, *Corrad. in Prax. Benefic.
lib.* 4. *num.* 35. *in fine*, imo etiam ex causa de fu-
turo, postquam nempe quis tot pecunias, vel ad ef-
fectum præsatum, vel ad aliam causam producti-
vam tituli onerosi impenderit, *Corrad. loc. cit. Rot.
decis.* 472. *part.* 19. *tom.* 2. *Recent.* Ac pro causa
351 onerosa, & ad dignum Dotis augumentum calcu-
lantur expensæ erogatæ tam in reparatione, vel
reædificatione Ecclesiæ dirutæ, quam in compa
randis ornamentis, & Sacra Supellectili, *Corrad.
dict. cap.* 4. *n.* 34. *Rot. decis.* 518. *n.* 2. *& decis.*
907. *n.* 1. *coram Seraphin. decis.* 756. §. *Quod au-
tem, & seqq. cor. clar. mem. Card. Caprara, decis.*
472. *n.* 58. *& seqq. part.* 19. *tom.* 2. *Recent. & in
Verulana Abatiæ* 23. *Februarii* 1680. §. *Nihil du-
bitari, cor. Rondinino.*

Rursus deduci potest causa onerosa ex insignibus
352 meritis erga Sedem Apostolicam, & Summum
Pontificem contractis in augumentum Catholicæ
Religionis, maxime cum proprii sanguinis effu-
sione; nam si ex dicta causa concedatur Privile-
gium jurispatronatus, potius erit merces operum,
& laborum, quam pura Gratia, unde causa erit
onerosa, nec juspatronatus revocabile per quas-
cumque Regulas Cancellariæ, ut late advertit
Mandos. ad Regul. 13. *quæstion.* 8. *a n.* 7. *usque ad
fin. Petrus Gonzalez de Salcedo de lege Politic. lib.*
2. *cap.* 13. *n.* 15. *& seqq.* & facit *Gonzalez ad Reg.*
8. *gloss.* 9. §. 2. *n.* 49. *&* 50. *& gloss.* 28. *n.* 23. *&
gloss.* 36. *in fine, Pax Jordan. Elucubr. divers. lib.*
10. *tit.* 7. *n.* 71.

Hinc in contingentia facti dixi non cadere sub
Indulto Cardinalium Beneficia, quæ sunt de præ-
353 sentatione *Comitum de Capra*, ratione Privilegii
eorum Progenitoribus a diversis Summis Pontifi-
cibus elargiti ex causa, quod pro Fide Catholica
354 contra Infideles strenue pugnando, proprium, &
Subditorum sanguinem effuderant, nec vitæ, nec
fortunæ bonis parcendo; & quia unus ex dicta no-
bilissima Progenie *Regem Granata* cum toto Exer-
citu deleverat, Regemque ipsum captivum fece-
rat, propter quod Regnum illud citius fuerat a
Catholicis recuperatum. Hoc enim Privilegium
non erat ex causa mere gratuita, sed ex causa
maxime onerosa, & in remunerationem sanguinis
pro Catholica Religione gloriose effusi, aliorum-
que insignium gestorum, propter quæ Sedes A-
postolica exaltata fuerat, late *Salcedo de Lege Po-
litic. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 4. *& seqq.* ubi examinando
rationem illam *porque ganaron las Tierras de los
Moros, e hizieron las Mesquitas Yglesias, y echa-
ron de y en nombre de nuestro Señor Jesu Cristo &c.*
ait, hanc esse causam sufficientem ad acquirendum
juspatronatus, cum hoc casu consulatur commodo
etiam Ecclesiæ universalis, & sit potior causa ea,
quæ provenit ex fundatione, & dotatione, *Jo.
Lupus de Libert. Eccles. quæst.* 14. *circa med. inter
tract. magn. tom.* 13. *part.* 1. ubi quod si juspatro-
natus conceditur Fundatoribus Ecclesiarum, a for-
tiori debet illud elargiri recuperantibus Civitates,
& loca proprio sanguine, & labore de manibus
Infidelium, & Tyrannorum, cum longe magis
pium, & meritorium sit quoad Ecclesiam Mili-
tantem, & Triumphantem, Terram de manibus
Infidelium recuperare, quam inter Christianos Mo-
nasteria, & Ecclesias ædificare, *Borell. de Præ-
stant. Reg. Catholic. cap.* 50. *n.* 21. *versic. Tum e-
tiam ex recuperatione, & n.* 29. *Solorzan. de Jur.
Ind. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 14. *& seqq.* & conferunt fir-
mata per *Sanchez de Matrimon. lib.* 8. *disput.* 19.
n. 32. *de Justit Dispens. Matrim. lib.* 3. *cap.* 12. *n.*
2. *&* 3. *Anald. in addit. ad decis.* 39. *n.* 38.

Idque etiam clare eruebatur ex ipsis Literis *Gre-
gorii XIV.* qui Privilegium indulsit. Ibi enim Pon-
tifex post expressa egregia, & insignia merita fa-
miliæ *de Cabra*, causam supradictorum meritorum
æquiparavit veræ fundationi, & dotationi per hæc 355
verba -- *Et propterea non minori Sedis Apostolicæ
gratia, Regna recuperando, dignos fuisse, quam si
Ecclesias, & Beneficia in dictis locis fundassent,
vel dotassent* -- Patet igitur, quod Pontifex dicta
verba non protulit per viam fictionis, disponendo,
quod juspatronatus haberetur, perinde ac si esset
ex fundatione, vel dotatione, in quibus terminis
dici posset, illud fuisse concessum gratuito, & ex
mero Privilegio, non obstantibus clausulis præta-
tis, ut supra dictum est; sed processit per viam æ-
quiparationis causarum, quod nempe sicuti fun-
datio, & dotatio justam tribuunt causam acquiren-
di juspatronatus, ita hunc effectum producat san-
guis pro Catholica Religione effusus; omnis enim
causa onerosa, ex qua juspatronatus solet acqui- 356
ri, æquiparatur veræ fundationi, & dotationi,
Corrad. in Prax. Benefic. lib. 4. *cap.* 4. *num.* 33.
in fine, Castropal. Oper. moral. tom. 2. *tract.* 13.
disput. 2. *punct.* 3. *in fine, Rot. dec.* 907. *n.* 2. *vers.
Maxime, cor. Seraphin. & dec.* 221. *n.* 16. *part.* 18.
Recent.

Confirmabatur ex alio Brevi *Clementis VIII.*
in quo dicitur, quod rationi consentaneum erat
plenioribus favoribus prosequi hujusmodi Familiam
propter egregia illius merita, quibus etiam Sedes
Apostolica sentiebat se exaltatam. Et post con-
firmationem jurispatronatus subjungitur, quod illi
derogari non possit, nec etiam si vacet per obitum
apud Sedem, quodque haberet vim contractus
inter Sedem Apostolicam ex una, & Comites ex 357
altera partibus, unde tale Privilegium non cadit
sub Regula, nec facile ei derogari potest, *Zyp.
de Jur. Pontific. nov. lib.* 3. *de Jurepatr. num.* 2.
Lotter. de re Benefic. dict. quæst. 8. *num.* 57. *&
seqq. Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 28. *num.* 11. *&
seqq. & gloss.* 36. *n.* 36. *Rot. decis.* 1293. *num.* 1.
& seqq. cor. Seraphin. & decis. 472. *n.* 63. *part.*
19. *tom.* 2. *Recent.* Accedente etiam, quod di-
ctum juspatronatus concessum fuerat pro alliciendis 358
aliis Nobilibus, & piis Christifidelibus ad similia
pera-

peragenda, & pro conservandis Sedi Apostolicæ devotis illis, qui similia perpetraverant, quæ est ratio, ob quam juspatronatus laicale non comprehendatur sub Regulis reservatoriis, unde concurrente in utroque casu eadem ratione, eadem militare debet juris dispositio, *leg. Illud ff. ad leg. Aquil. leg. Quidam Nummularios. ff. De edendo, leg. A Titio ff. de Furtis, Lotter. dict. quæst. 8. n. 55. versic. Quod etiam, cum seqq.*

Et ita prævia avocatione Causæ a *Rota* resolutum extitit *anno* 1694. in Congregatione particulari Prælatorum, & resolutio confirmata fuit a san. mem. Innocentio XII. per speciale Breve, clausula *sublata*, & *Decreto irritanti* munitum; Sed anno 1697. instante *clar. mem. Card. de Salazar* Episcopo *Corduben.* pro aperitione Oris adversus Breve præfatum, *Rota*, cujus arbitrio instantia remissa fuit, respondit intrare arbitrium &c. ut patet ex *disceptat.* 22. *Pitonii*, qui scripsit favore Cardinalis, sed an Causa ulteriorem habuerit progressum, mihi ignotum est.

Tertius casus est, ubi agitur de Beneficiis Jurispatronatus *mixti*, partim nempe laicalis, & partim Ecclesiastici, & hujusmodi generis Beneficia
359 nec etiam comprehenduntur sub reservatione Regulæ, quando juspatronatus competit ex fundatione, vel dotatione; favore enim Patronorum qualitas laicalis præponderat Ecclesiasticæ ad effectum excludendi reservationes, *Gonzal. gloss. 18. n. 12. & seqq. Leuren. in for. Benef. tom. 2. quæst. 556. num. 2. Van Espen. in Jus Eccles. univers. tom. 2. tit. 23. cap. 5. n. 24. Barbos. allegat. 57. num. 27. 144. & 257. Nicolarts ad Concordat. German. tit. 1. dub. 5. §. 14. Castrapal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 2. punct. 11. num. 5. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 1. n. 52. Amayd. de styl. Datar. cap. 15. §. 15. num. 96. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 65. n. 32. & disc. 59. num. 22. Rot. decis. 250. part. 12. dec. 376. part. 13. decis. 290. n. 22. & 23.*
360 ubi quod ex hac ratione Beneficia præfata non cadunt sub Indulto Cardinalium, *part. 18. Recent. decis. 793. n. 1. coram Molines*, cum aliis *decis. 9. n. 28. coram bon. mem. Ansaldo, & in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705. §. Visum, coram cl. mem. Card. Scotto.*

Quod procedere existimant nonnulli ex laudatis DD. dummodo Patroni laici majorem, vel saltem æqualem Vocum partem habeant in Patrona-
361 tu, secus vero si pars Patronorum Ecclesiasticorum sit major, tunc enim attendendam esse partem præponderantem, & Beneficium obnoxium remanere Apostolicis reservationibus, tradunt *Nicolarts. ubi supra §. 15. Gonzal. dict. Gloss. 48. num. 15. Barbos. alleg. 57. num. 144. Castrapal. ubi supra num. 7.* ubi plures ponderat rationes, *Ventrigl. in prax. par. 2. adnot. 2. §. 1. num. 27. Adden. ad Burat. decis. 103. Rot. decis. 3. de Jurepatr. coram Crescentio, & decis. 278. 247. & 541. coram Cavaler.*

Sed adversus hanc sententiam late insurgit *A-*
362 *mayden. de stylo Datar. dict. cap. 15. sub n. 97. & seqq.* ubi respondet omnibus rationibus in contrarium, & ait ita resolutum fuisse a Sac. Congregatione Concilii, explosa antiqua opinione, subdens *n.* 113. id comprobari ex stylo Cancellariæ, quæ hujusmodi Beneficia Jurispatronatus mixti vacantia *in Curia*, numquam providet de reservatio, sed semper cum derogatione, etiamsi ex decem suffragiis unum tantum spectaret ad laicum, inferens exinde, quod hujusmodi Juspatronatus reputatur laicale, quia Juripatronatus Ecclesiastico non derogatur, ex quo reservationi Regulæ est obnoxium. Et de nova praxi introducta tempore 363
san. mem. *Alexandri VII.* non derogandi Juripatronatus mixto, quamvis pro majori parte ad Ecclesiasticos spectanti, & pro minori, seu minima ad laicos, præterquam in casu obitus naturalis Beneficiati *apud Sedem*, testatur *Piton. discept. Eccles. 3. n. 6.* ubi eam Sanctissimam appellat, ne alias laici retrahantur a fundatione Ecclesiarum, & Beneficiorum. Et hanc sententiam late etiam tuentur *Card. de Luc. disc. 65. num. 32. & disc. 59. n. 23.* ponderans ad id plura similia alter *de Luca* Concivis Noster *in addit. ad Ventrigl. par. 2. annot. 2. §. 1. n. 14. Frass. de Reg. Patronat. cap. 3. num. 32. & 35. Van Espen. in jus Eccles. univers. part. 2. tit. 23. cap. 5. num. 25. & tit. 25. cap. 2. n. 25. & 26. Fagnan. cap. Cum propter n. 29. & 29. de Jurepatr. Rot. dec. 323. num. 12. & seqq. & dec. 376. part. 13. Recent.* ubi late materia enucleatur.

Quid autem dicendum si diviso Jurispræsentandi exercitio per Turnum inter Patronum laicum, & Ecclesiasticum, vacet beneficium Patrono Ecclesiastico in Turno existente, an sit censuræ Regulæ obnoxium. Negative respondet *Lotter. lib* 364
2. quæst. 10. n. 96. & seqq. ea ratione, quod divisio exercitii jurispræsentandi non dividit juspatronatus, sed adhuc facit illud remanere individuum inter laicum, & Ecclesiasticum, qui etiam in suo Turno præsentat veluti Procuratorio nomine Consocii laici, sequitur *Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 35. num. 34.* ubi hanc opinionem veriorem existimat; monet tamen laicos, ne cum Ecclesiasticis ad has Turnarias divisiones deveniant, quamvis illas inter Patronos laicos commendabiles existimet; *Vivian. de jurepatr. lib. 14. cap. 1. num. 113. vers. Attamen*, late *Piton. discept. 22. num. 44. & seqq. & de Contr. Patron. allegat. 18. sub numer. 2. & allegat. 19. num. 1.*

Sed receptissima in Foro est hodie contraria Sententia, quod Beneficium vacans in Turno Patro- 365
ni Ecclesiastici, reputatur non Laicale, sed Ecclesiasticum, subjectum proinde Reservationi Regulæ, eamque tuentur *Garc. de Benef. par. 5. cap. 1. num. 614. & seqq. idem Vivian. de Jurepatr. part. 1. cap. 1. num. 3 & 18. Barbos. de Jure Eccles. univers. lib. 3. cap. 18. num. 13. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 10. sub n. 186.* & constanter sequitur *Rot. ut in dec. 662. n. 8. cor. Benincas. & dec. 9. n. 29. cor. bon. mem. Ansaldo, & decis. 366. n. 11. & 12. & decis. 383. n. 13. cor. Priolo*, ubi reprobando in specie *Lotterium* respondit rationi per eum adductæ, quod licet Juspatronatus sit individuum, exercitium tamen, a quo Reservatio substantiatur, est dividuum, unde dum exercitium spectat ad Patronum Ecclesiasticum, Beneficium induit naturam Ecclesiasticam; & explicat omnes auctoritates contrarias, *& decis. 482. num. 18. & seqq. cor. eodem, & in Aprutina Beneficii 19. Junii 1705. §. Visum, cor. clar. mem. Card. Scotto.* Et ipsemet *Piton.* ingenue fatetur, opinionem hanc esse in Foro sequendam, ut in *dicta Discept. 22. n. 34. in fine, & in dictis Allegat. 18. & 19. loc. cit.*

Ceterum mixtum dicitur Juspatronatus non solum quando competit Ecclesiasticis cum participa- 366
tione Laicorum, sed etiam quando relictum est Ecclesiastico, adjecta conditione, quod præsentare debeat cum consensu, & voluntate Laicorum, puta Decurionum Civitatis, vel Deputatorum Loci &c. per talem enim legem Decuriones, vel Deputati effecti fuerunt Compatroni, & per conse-

quens

quens Juspatronatus tamquam mixtum, non subjacet Apostolicis Reservationibus, *Gonzal. ad Regul. 7. Cancellar. Gloss. 47. num. 17. Piton. allegat. 74. n. 6.* ubi reprobat *Gambar. & Azor.* contrarium sentientes, *Rot. decis. 117. n. 13. cor. Carillo.*

E contra vero non erit mixtum Juspatronatus,
367 si Fundator uni reservaverit jus præsentandi, & alteri jus nominandi, sed erit vel Laicale, si Laico fuerit relictum Jus nominandi, & Ecclesiastico Jus præsentandi, vel Ecclesiasticum, si viceversa Ecclesiastico concessa fuerit nominandi, & Laico præsentandi facultas, ea ratione, quod ille, qui præsentare debet nominatum ab altero, dicitur potius Procurator, quam Præsentator, dum actus
368 præsentandi ab eo explendus non est liber, sed necessarius, contra naturam Jurispatronatus, quæ est, ut Patrono libera competat potestas præsentandi Clericum sibi bene visum, *Gloss. in Cap. Ad audientiam il primo de Eccles. Ædific. Gambar. de Offic. Legat. libr. 3. num. 398. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 28. quæst. 2. vers. quando vero, Piton. de Controv. Patron. allegat. 74. n. 6. in fine, & allegat. 100. n. 83. Adden. ad Burat. dec. 103. n. 9. in fine, Rot. decis. 481. n. 6. part. 1. Recent.*

Undecimo Regula comprehendit Beneficia Pa-
369 trimonialia, & debita certo generi Personarum, utpote Incolis alicujus loci, Consanguineis &c. Quamvis enim plures DD. existimaverint, hujusmodi qualitatis Beneficia immunia esse a dispositione Regulæ, aliisque reservationibus, inter quos præcipue *Æneas de Falconib. de Reservat. quæst. 3. principal. n. 22. Covarr. pract. quæst. 36. n. 4. vers. similiter, Menoch. cons. 291. n. 18. lib. 3. Zerol. in Prax. Episcopal. part. 1. verb. Benefic. §. 3. dub. 8. Quarant. in Sum. Bullar. tit. Beneficiorum Reservatio litt. A. in addit. vers. limita, Perez de Lara de Anniverf. & Cappell. lib. 2. cap. 10. n. 9.* Tamen verior, & magis recepta est in Curia opinio, quod Beneficia Patrimonialia, seu debita certo generi Personarum cadant sub reservatione nostræ Regulæ, propter amplissima illius verba, apta hæc quoque Beneficia comprehendere, *Gonzal. ad hanc Regul. Gloss. 9. §. 1. n. 59. Castropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. disputat. 2. punct. 22. §. 1. n. 559. & seqq. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæst. 39. num. 20. Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæst. 557. n. 2. Rot. dec. 160. lib. 2. cor. Puteo.*

Quod intellige, ut censeantur reservata, sed cum sua causa, scilicet, ut Papa conferre debeat
370 Beneficia Personis illis, quibus jus competit, & quorum jura passiva numquam lædere intendit, *Cap. Si postquam, de Præben. in 6. Lotter. dicta quæst. 39. n. 7. & seqq. Leuren. dicta quæst. 557. n. 2. Rota penes Garc. de Benefic. cap. 5. §. 1. n. 559. & decis. 1420. n. 3. cor. Seraphin. & decis. 1582. num. 10. cor. Penia, & decis. 305. n. 8. cor. Coccin. & decis. 508. num. 1. & seq. cor. Ubald. & dec. 240. num. 19. ibique Adden. cor. Gregor. dec. 302. num. 2. coram Bichio, dec. 575. num. 10. coram clar. mem. Card. Caprara, decis. 580. n. 5. part. 2. Rec.*

Sed adhuc iste intellectus duplicem recipit limitationem; prima, ut procedat, quando jus passi-
371 vum competat ex fundatione, quam semper Papa illæsam præservat, secus, si ex Statuto, Consuetudine, aut Privilegio, quibus facile derogare solet, juxta originariam doctrinam *Abat. in Cap. Cum in cunctis, §. Inferiora num. 11. de Elect.* quam amplexa est *Rota decis. 375. num. 6. part. 4. tom. 1. & dec. 182. num. 8. part. 6. decis. 127. num. 14. & 15. part. 9. late decis. 343. num. 12. cum seqq. part. 16. dec. 665. n. 14. & seq. part. 18. Recent. & decis. 228. cor. Coccin. & decis. 575. numer. 12. cor. Caprara, & decis. 815. num. 22. cor. Molines.*

Secunda, ut locum sibi vindicet, quando hoc
jus passivum concessum fuit principaliter, & in 372
dependenter a jure activo, secus si accessorie, & dependenter, veluti quia Pontifex indulserit Ordinario, ut Beneficia suæ Diœcesis in omnibus Mensibus vacantia conferre possit, quodque de illis providere debeat filios Patrimoniales loci; in isto enim casu, sublato, seu revocato jure activo principali per Regulam IX. revocatum quoque censetur jus passivum consequutivum, ita *Rota decis. 343. n. 15. & seqq. par. 16. Recent.* & Nos etiam infra in *Commentar. in Regul. XV.* Quemad-
modum idem dicendum erit, si una cum jure pas- 373
sivo concurrat respectu ejusdem Personæ exercitium juris activi, ut contingit in Optionibus vigore Statuti, Indulti, aut Privilegii, faciendis ab antiquioribus Canonicis; nam sicut Optio impedire non potest effectum Regulæ, ita nec suffragari valet illi, ad quem jus optandi spectat, *Rota dec. 285. n. 27. part. 9. tom. 1. Recent. & in Urgellen. Plebaniæ 23. Junii 1727. §. final. cor. R.mo Cincio, & 16. Februarii 1728. §. Altera, cor. R.mo Aldrovando.*

Duodecimo comprehendit Regula non solum Beneficia qualificata, sed etiam *ubicumque existen-*
tia, per quæ verba tollitur dubitatio, quæ oriri 374
posset circa Beneficia existentia in Ecclesiis *Metropolitanis, Patriarchalibus &c.* nam hæc omnia Beneficia ubicumque sunt sita, dispositioni Regulæ subjacent, *Castropal. dict. punct. 22. §. 1. n. 2. Kochier. Mandos. & Gonzal. ad hanc Regulam.* Imo
comprehenduntur etiam Beneficia Basilicarum Ur- 375
bis, si contingat ea vacare extra Curiam in Mense reservato, ut fuit resolutum a Congregatione particulari in *Romana Beneficiatus S. Petri*, de qua latius infra in §. *sequenti n. 25.*

Quemadmodum immunia non sunt a Reservatione Regulæ Beneficia, pia fidelium largitione
fundata in Ecclesia Jurispatronatus Laicalis; quia 376
aliud est Ecclesia, aliud est Beneficium in Ecclesia erectum, *Abas in Cap. final. n. 2. de Præben. & in Cap. Cum dilecta num. 4. de Concess. Præben. Calderin. cons. 18. in princip. de Præben. Barbos. Vot. decis. 112. n. 7. Cassador. dec. 11. in princip. eod. tit. de Præben. Rota decis. 247. n. 9. part. 7. Recent. & cor. Carillo decis. 71. n. 5. & cor. Duran. dec. 14. n. 11. & dec. 92. n. 6. & 19. & in Gerunden. Beneficii 26. Aprilis 1697. §. Ex his, cor. cl. me. Card. Priolo*; & nota undique est Praxis in tot Ec-
clesiis Regii Patronatus, in quibus quamplurima 377
adsunt Beneficia sive Jurispatronatus Laicalis privatorum, sive Ecclesiastici, sive liberæ collationis, absque eo quod Reges ad illa Juspatronatus sibi competere prætendant, eaque vel libere ab Ordinariis, vel ad Patronorum Laicalium præsentationem conferuntur, vel si de Jurispatronatus Ecclesiastico existant, & alicui sint obnoxia reservationi, ad Pontificis dispositionem spectant, ut post *Gonzal. ad hanc Regul. Gloss. 10. n. 13. Barbos. part. 3. de Episcop. allegat. 57. n. 89.*

Decimotertio reservantur etiam in Regula Beneficia pertinentia ad dispositionem quorumcumque
Collatorum, & *Collatricum*; Licet enim *Fœmi-* 378
nis sit de jure prohibitum conferre Beneficia Ecclesiastica, *Cap. Mulierum 33. quæst. 5. cap. 2. leg. 2. ff. de Regul. Jur.* potest tamen illis hoc Jus com-
petere, sive ratione Dignitatis, sive ex Privilegio, 379
sive ex immemorabili præscriptione, & possunt in iisdem Ecclesiasticis Beneficiis instituere, etiam quod sint Curata, accedente tamen quoad
ista

isto institutione auctorizobili Episcopi, & solum
eisdem Fœminis reservata institutioue collativo ti-
tuli, ad *text. in Cap. Dilecta, verb. Jurisdictio-
nis, vers. item ratio, de Major. & Obed. Thomassin.
tom. 2. lib. 1. cap. 55. n. 4. §. At vero in fine, & n.
12. Mirand. in Mannal. Prælat. tit. de Sacr. Mo-
nial. quæst. 6. art. 5. conclus. 4. in princip. Sylvester
in Summ. verb. Abatissa n. 5. Maceraten. var. re-
solut. 63. n. 5. lib. 1. Paris. cons. 13. n. 1. & seqq.
& n. 5. lib. 4. Tamburin. de Jur. Abatiss. disput.
32. quæst. 12. n. 1. Pasqualig. ad Lauret. de Franch.
tit. de Abatiss. quæst. 14. n. 740. Barbos. de Episcop.
allegat. 72. n. 185. Gonzal. Gloss. 12. n. 11. & seqq.*
late *Eminus Petra ad Constit. Apost. tom. 3. pag. 346.
a n. 11. cum plurib. seqq. Rot. in Monasterien. Vi-
cariæ 2. Julii 1706. §. final. cor. clar. mem. Cardi-
nali Scotto.*

Et de facto, quod soli jure conferendi Ecclesia-
380 stica Beneficia potiantur Abatissæ Monasteriorum
Flandriæ, & Germaniæ, habetur in *Cap. Dilecti
de Major. & Obed. Clementin. Attendentes §. Illas
quoque Mulieres de Stat. Monach.* Et de Abatissa
Collegiatæ utriusque sexus *de Trekenhost* Monaste-
rien. Diœcesis, *Rota in dict. Monasterien. Vicariæ
cor. clar. mem. Card. Scotto.* De altero Abatissa
Collegiatæ Ecclesiæ *Herisiensis*, seu Oppidi de *Ne-
venberse* Paderbonen. Diœcesis, *Rota in Paderbo-
nen. Canonicatus 25. Januarii 1726. cor. bon. mem.
Cerro, & in Paderbonen. Primariarum precum 11.
Martii 1729. cor. R. P. D. Millino.* Et de Abatissa
*Essendien. Eminus Petra ad Constit. Apostol. tom. 3.
pag. 347. n. 31.* Et de Abatissa Monasterii S. Bene-
dicti *Oppidi Floren.* Leodien. Diœcesis *Rot. decis.
549. n. 24. cor. Molines.* Et de Abatissa Monasterii
S. Petri Puellarum Barchinonen. *Rota decis. 504.
coram Dunozet.*

Nec in Italia desunt exempla Abatissarum hu-
jusmodi prærogativo conferendi Beneficia Ecclesia-
stica pollentium, ut de Abatissa Monasterii *S. Be-
nedicti* Civitatis *Cupersani* post *Lambertinum de
Jurepatr.* restatus *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 1.
cap. 4. n. 96. Eminus Petra ad Constit. Apostol. ubi su-
pra n. 25.* Et favore Abatissæ Monasterii *S. Mau-
ritii* Civitatis *Mediolani* Ordinis S. Benedicti ca-
nonizatum fuit a Sac. Congregatione Concilii *an-
no 1701.* jus conferendi Parochialem Ecclesiam S.
Mariæ ad *Circulum*, præservato Archiepiscopo
Institutione auctorizabili, ut ex resolutione, quam
refert per extensum *Eminus Petra dict. tom. 3. pag.
347. num. 33.* Conferendi etiam Beneficia Curata
jus habent *Abatissa*, & Moniales Monasterii S.
Mariæ prope Muros *Aquileæ*, pro quibus scripsit
Paris. dict. consil. 13. Extant sane earum favore
plurima diversorum Pontificum Privilegia, quæ
S. Pius V. anno 1566. specifice confirmavit *con
Decreto, e dichiarazione di Monsignor Angelo Le-
mino, allora Vescovo di Tivoli, e Legato Apostoli-
co in Venezia, il quale dichiarò tutti li Beneficj
Ecclesiastici cum cura, & sine cura descritti ne'
Privilegj di detto Monastero, essere di collazione, e
disposizione del medemo, & essere della sua Mensa,
onde possa a suo beneplacito disporre di quelli*, ut
ex Epistola relata per *Fagnan. in Notis manuscrip.
pag. mihi 247. & seqq.*

Cum itaque possit ex variis causis competere
381 Fœminis Jus conferendi, merito hæc Regula ex-
presse reservavit Beneficia ad earum collationem
spectantia; & ex ea deducitur optimum argumen-
tum ad comprobandum Fœminis competere posse
hanc facultatem, cum alias sub Regula compre-
henderentur, si Beneficia conferre non possent,
*Gonzal. Gloss. 22. n. 12. & seqq. Corrad. in Prax.
Benefic. dict. cap. 4. n. 98. lib. 1. Eminus Petra dict.
tom. 3. pag. 347. n. 30.*

Quod si Laicis potest dispensative, & ex Privi-
legio S. Sedis competere Jus conferendi Beneficia 382
Ecclesiastica, *Ancaran. in cap. 1. n. 1. de Regul.
Jur.* erudite *Thomassin. tom. 2. libr. 1. cap. 55.
per tot. Corset. de Potest. Reg. quæst. 11. per tot.
Gigas de Pensionib. quæst. 21. a n. 4. ad fin. Rota
in Monasterien. Vicariæ 2. Julii 1706. §. final. cor.
clar. mem. Card. Scotto*; Potiori sane Jure com-
petere poterit Abatissis, & Monialibus, quæ sunt
Personæ Religiosæ, & Ecclesiasticæ; & distin-
guendo inter Abatissam, & Fœminam omnino 383
Laicam, cui *Innocentius III.* concedere noluit Jus
conferendi Præbendas in Capitulo ab ipsa funda-
to, & dotato, *Thomassin. dict. tom. 2. lib. 1. cap.
51. n. 44.*

Decimoquarto, comprehenduntur sub reserva-
tione Regulæ Beneficia *quomodocumque vacatura*,
& sic per obitum, sive naturalem, sive civilem, 384
*Van Espen in Jus Eccles. univ. part. 2. tit. 23.
cap. 5. n. 23.* late *Francisc. Salern. cons. 3. n. 184.
& seqq.* & ex aliis etiam vacandi modis, quos
enumerant *Gonzalez hic Gloss. 15. §. 1 Koebier ad
hanc Regul. gloss. 7. Barbos. de potest. Episcop part.
3. allegat. 57.* Nos vero nonnullos seligemus, qui
magis in praxi evenire solent.

Itaque Reservationi Regulæ subjacent Beneficia
vacantia sive de jure, sive de facto tantum, *Garc. 385
de Benefic. part. 5. cap 1. num. 518. Barbos. de E-
piscop. allegat. 57. n. 195. Put. decis. 65. sub. n. 1.
lib. 2. in correctis*, ubi etiam de vacatione per mo- 386
dum fictum, sive interpretativum, *Rot. decis. 16.
n. 15. coram Benincas.*

Rursus comprehendit Regula vacationem Be-
neficii per contractum Matrimonii sequutum in 387
mense Reservato, *Koebier hic Gloss. 7. n. 19. Gon-
zal. glos. 15. n. 43. Barbos. dict. allegat. 57. num.
202. Rot. decis. 257. n. 20. part. 7. Recent.* ubi de
Matrimonio etiam nullo præterquam ex defectu 388
consensus, *& dec. 468. n. 7. part. 19. recent. & in
Pampilonen. Beneficii 17. Maii 1727. §. Et sane,
coram R. P. D. Nunez.* Et in terminis Concorda-
torum Germaniæ *Rot. dict. decis. 16. n. 15. & seqq.* 389
coram Benincas. ubi de Matrimonio contracto in
Mense *Septembris* ex Concordatis Germaniæ re-
servato, quamvis in Causæ repropositione ex alio
motivo fuerit capta resolutio, & dubitatum de
subsistentia aliorum fundamentorum, ut ex *decis.
73. coram eodem.*

Prout etiam comprehenditur sub Regula vaca-
tio per assequutionem secundi Beneficii incompati- 390
bilis collati auctoritate Ordinaria. Cadente solum
difficultate, an attendi debeat mensis in quo con-
fertur, vel potius mensis adeptæ possessionis; Et 391
quod attendi debeat mensis collationis, resolvit
*Rot. in Mediolanen. Optionis 3. Martii 1684. coram
Ursino*, ubi cum Beneficiatus fuisset ab Ordina-
rio provisus de secundo incompatibili de mense
Januarii, fuit resolutum ex tunc vacasse Benefi-
cium saltem de jure, & de eo tempore potuisse
per Papam conferri, etiamsi possessio secundi in men-
se Ordinarii postea adepta fuisset; reddens ratio-
nem, quod in concursu vacationis de jure, & de
facto semper potentior est vacatio de jure; & eam-
dem opinionem sequuta fuit *in Compostellana Pa-
rochialis 27. Novembris 1690. §. Nec vacatio, co-
ram Caccia*, & confert firmata per *Rot. dec. 713. n.
13. & decis. 745. n. 5. coram Molines.*

Sed verior, & in foro recepta est contraria sen-
tentia, quod ad effectum reservationis attendi- 392
tur mensis, in quo adipiscitur possessio secundi
Benefi-

Beneficii, si enim adipiscitur in Mense Ordinarii,
tunc collatio primi ad eundem spectat Ordina-
rium, si vero in Mense Apostolico tunc Benefi-
cium, quod dimittitur, remanet Reservationi Re-
gulæ obnoxium. Et stat in arbitrio provisi ab Or-
393 dinario de secundo Beneficio incompatibili, dif-
ferre illius possessionem, ad hoc, ut primum Be-
neficium vacet in uno, potius quam in altero Men-
se, *Navar. cons.* 18. *n.* 3. *de Praben. Piton. discept.*
12. *num.* 4. *&* *discept.* 111. *n.* 22. *&* *discept.* 134.
n. 29. *Gonzal. ad regul.* 8. *gloss.* 15. *n.* 42. *Pax
Jordan. lib.* 10. *tit.* 28. *n.* 69. *tom.* 2. *Ros. de Exe-
cutor. Litter. Apostol. cap.* 4. *n.* 87. *& seqq. Fragos.
de Regim. Reipublic. Christian. part.* 2. *lib.* 9. *dis-
put.* 20. §. 4. *n.* 25. *Rot. decis.* 241. *n.* 5. *part.* 12.
*Recen. & in Burgi, seu Civitatis S. Sepulchri Ca-
nonicatus* 4. *Decembris* 1705. §. *Cum igitur &
seqq. cor. bon. mem. Ansaldo, & in Monasterien.
Canonicatus* 9. *Decembris* 1712. §. *Confirmabatur*,
cor. Reverendiss. Aldrovando. Et sæpe vidimus in
Dataria fieri, & admitti impetrationes sub narra-
tiva, quod licet Beneficium non esset antea dispo-
sitioni Apostolicæ neque reservatum, neque affe-
ctum, adhuc ex quo provisus ab Ordinario de al-
tero incompatibili, istius possessionem de Mense
Sedi Apostolicæ reservato, adeptus fuerat, ejus-
dem Sedis dispositioni obnoxium vigore Regulæ
remanserat.

Et Ratio descendit ex Sacrorum Canonum cen-
394 sura, qua inspecta, non inducitur vacatio primi
Beneficii, nec illud conferri potest, nisi postquam
assequuta sit possessio secundi incompatibilis, *Cap.
si tibi concesso* 26. *Cap. Licet Episcopus* 28. *de Præ-
ben. in* 6. *Clement. Si plures de Prabend. & Di-
gnitat. Extravag. Execrabilis* §. *Qui vero dein-
ceps, de Praben.* & diximus *in Commentar. ad Re-
gul. I.* §. 8.

395 Nec subsistit, quod per assequutionem secundi
Beneficii incompatibilis, primum etsi non de fa-
cto, saltem vacare dicatur de *jure*, quæ sola va-
catio *de jure* sufficit, ut primum conferri possit,
ad Text. in cap. Litteras vestras 9. *versic. cum igi-
tur de Concess. Prabend.* Siquidem ad effectum,
quod primum Beneficium dici queat de *jure* vaca-
re, semper est necessaria secundi incompatibilis
possessio, sine qua primum, nec de *jure*, nec de
facto vacare dicitur, ut ad litteram probat *Text.
in Clement. Si plures, in fine de Praben. & Digni-
tat.* ibi -- *Dignitatem unicam obtinendi alia similis
conferitur, ejus pacifica possessione habita, prima
de jure vacaret* -- & explicando *Text. in dict. cap.
Litteras vestras*, quod ad illius tramites requiratur
corporalis possessio secundi Beneficii, tradunt ibi-
dem *Jo. Andr. n.* 4. *Hostiens. n.* 3. *Ancaran. n.* 5.
Gonzal. ad hanc Regul. Gloss. 15. §. 1. *num.* 4. late
Piton. discept. 134. *n.* 3. *& seqq.* bene *Rot. in dicta
Monasterien. coram Reverendissimo Aldovrando*
§. *Atqae hinc, confirmat.* 10. *Junii* 1713. §. *Non
attento, coram cl. mem. Card. Scotto.*

E contra vero non subjacent Reservationi Re-
gulæ Beneficia, in quibus non cadit vacatio. Sic
Beneficia existentia in Ecclesia non numerata, seu
396 receptitia, ubi non adest certus numerus Canoni-
corum, seu Beneficiatorum, sed juxta quantitatem
fructuum Massæ communis decrescunt, seu au-
gentur, sub Regula non comprehenduntur, quia
non vacant, sed extinguuntur, & extincta re-
manent, donec & quousque novi Canonici, vel
Beneficiati eligantur, *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 9.
§. 3. *a n.* 9. *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.*
510. *Barbos. de Episcop. part.* 3. *allegat.* 57. *n.* 58.
Castropal. Oper. Moral. tom. 2. *tract.* 13. *punct.* 2.
disput. 22. *n.* 27. ubi contrariis respondet *Rot. in
Colonien. Canonicatus* 21. *Januarii* 1729. §. *Inuti-
liter, coram Reverendiss. Calcagnino.*

Sic etiam Portiones illæ, seu admissiones ad par-
ticipationem Massæ communis, quæ passim vi- 397
gent in Ecclesiis Regni Neapolitani, etiam Ca-
thedralibus, non sunt Beneficia Ecclesiastica, nec
subjacent Reservationibus, ut post *Card. de Luc.
Rot. in Castellaten. Portionis* 3. *Junii* 1720. *cor.
bon. mem. Foscaro*, ubi etiamsi Portiones illæ sint 398
perpetuæ, & ad eorum titulum permittatur ascen-
sus ad Ordines Sacros, Portionarii admittantur in-
ter Capitulares, & denominentur Beneficiati, ut
in §. *Nec naturam*, & §. *Nec de cetero.*

Portiones quoque Præstimoniales unum, & idem
corpus facientes cum Ecclesia, quarum fructus non 399
reservantur Successoribus, sed servientibus accres-
cunt, exemtas esse a reservatione Regulæ, dixit
*Rota in Nullius, seu Pampilonen. Beneficii de Ber-
bizana* 10. *Maii* 1697. §. *Ab hujusmodi, co. bo.
me. Muto.*

Pariter reservationi Regulæ non subjacent Be-
neficia de *Mensa*, illa nempe, quæ perpetuo sunt 400
incorporata Mensæ Episcopali, Capitulari, seu A-
batiali, quia hujusmodi Beneficia numquam va-
casse dicuntur, sed consolidantur in Mensa mor-
tuo Prælato, *Murga de Benefic. in addit.* §. *Quibus
suppositis, & seqq. Vivian. de Jurepatr. lib.* 1. *cap.*
1. *n.* 108. *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 3. *cap.* 5. *n.*
20. *&* 21. *Gonzal. ad hanc Regul. gloss.* 5. §. 6. *n.*
63. *& seqq. Kochier ibidem gloss.* 1. *n.* 16. *Rot. decis.*
517. *n.* 12. *cor. Molines.*

Quod tamen procedit, quando Beneficium ta-
liter est unitum Mensæ, ut illius prædium effectum 401
fuerit per veram, & realem unionem extinctivam
tituli, secus quando proprium titulum retinet, &
proprios habet redditus, quos Titularis jure pro-
prio percipit, tunc enim est collativum, non ob-
stante, quod denominetur de Mensa, quia hæc
denominatio solet imponi ad illud contradistinguen-
dum ab aliis Beneficiis, *Rota in Baren. Beneficio-
rum* 20. *Junii* 1685. §. *Haud relevante, & §. His
omnibus, cor. Hervault*, confirmata 2. *Julii* 1686.
§. *Nec momenti, & §. Super quibus, cor. eodem,
& in Pampilonen. Beneficii* 29. *Novembris* 1686.
§. *Accedit, cor. clar. mem. Card. Caccia, &* 9. *Ja-
nuar.* 1688. §. *Non obstat, coram Hervault*, ubi
quod talis unio non præsumitur, & exclusa rema-
net, si Episcopus contulit Beneficium, uti vacans
per obitum ultimi Possessoris, ut in §. *finali.*

Quid autem dicendum de Beneficiis unitis? Di-
stinguendæ sunt plures species Unionis. Prima
est, quando unio fit per viam subjectionis, & in 402
hoc casu Regula non habet locum, cum Benefi-
cium sic unitum numquam vacet, perdat nomen
Beneficii, & transfundatur in propriam naturam
ejus rei, cui unitur, *Gonzalez ad hanc Regul. gloss.*
5. §. 7. *n.* 27. 33. *& seqq. Murg. de Benefic. in ad-
dit. pag. mihi* 764. *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæst.*
28. *n.* 104. *Rot. decis.* 138. *n.* 8. *&* 9. *cor. Ubald.
dec.* 47. *n.* 11. *cor. bo. me. Ansaldo, & in Barchi-
nonen. Parochialis* 1. *Julii* 1696. §. *Præterea, cor.
bon. mem. Muto, & in Nullius, seu Pampilonen.
Beneficii de Birbinzana* 10. *Maii* 1697. §. *Ut ob
hanc, cor. eodem, & in Novarien. Parochialis loci
Cisti* 27. *Januar.* 1710. §. *Nec diversimode, cor.
cl. me. Card. Priolo*, post *Piton. de Controv. Patron.
alleg.* 5. *n.* 28.

Secunda species unionis est, quando Beneficia
æque principaliter ad invicem uniuntur, itaut 403
utriusque Beneficii jura integre salva permane-
ant, licet ad invicem communicentur, de qua
specie

ſpecie unionis, late *Rot. in Ampurien. ſeu Civitaten. Unionis 19. Junii 1682. cor. Urſino, & 10. Junii 1682. car. clar. mem. Card. Caccia*, & in hoc caſu Beneficium adhuc remanet reſervationi Regulæ obnoxium, *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 5. §. 7. n. 55 Kochier. ad hanc Regul. gloſſ. 1. n. 18. verſic. limita primo, Rot. in Beneventana Unionis 4. Junii 1680. §. Hinc Domini, cor. Rondinino, & in Aſculana Beneficiarum 17. Maii 1686. §. Maxima quia, cor. clar. me. Card. Caccia.*

Tertia ſpecies Unionis eſt, quando jura & Bo-
404 na Beneficiorum, ſeu Eccleſiarum inter ſe non communicantur, ſed dumtaxat fit Unio quoad Rectorem, ſeu Gubernatorem ambarum, de qua Unionis ſpecie late pariter diſſerit *Rota in dicta Ampurien. ſeu Civitaten. Unionis 1686 cor. clar. mem. Card. Caccia*, & idem dicendum eſt, quod in ſecunda præcedenti ſpecie diximus, quod ſcilicet reſpectu hujuſmodi Beneficii vacantis, locum ſibi vindicet reſervatio Regulæ, *Kochier ubi ſupra ſub n. 19. Gonzal. dict. gloſſ. 5. §. 7. n. 112. & ſeqq.*

Quarta ſpecies eſt Unionis incorporativæ, ſeu reductivæ, quando ſcilicet plura Beneficia in unum
405 corpus reſiguntur ſub unica denominatione omnium comprehenſiva, itaut unicum dicatur Beneficium, ſub quo omnium ſingillatim eſſentia comprehendatur. Quam unionis ſpeciem explicat *Rota in d. Ampurien. ſeu Civitaten. Unionis car. clar. mem. Card. Caccia §. Contraria autem.* Et hoc pacitet caſu nulla urget ratio, cur tale Beneficium, quod ex duobus, vel pluribus Beneficiis unitis eſt compoſitum, ſub reſervatione Regulæ comprehendi non debeat, *Gonzal. ubi ſupra num. 28. & 55. Kochier dict. gloſſ. 1. n. 18. verſic. Limita ſecundo.*
406 Iſta enim unionis ſpecies æquiparatur unioni æque principali, *Card. de Luc. ad Concil. diſcurſ. 7. num. 5. alter de Luc. de Pluralit. legal. cap. 50. num. 3.*

Ceterum, quod dicitur Eccleſiam ſubjective unitam perdere nomen Beneficii, & non cadere ſub reſervatione, non procedit reſpectu Beneficiorum
407 in eadem Eccleſia exiſtentium, quando Beneficia præfata non ſunt de Menſa Eccleſiæ unitæ, ſed conſtituunt corpus de per ſe ſeparatum independenter ab ea, itaut per unionem de Eccleſia factam, illorum Tituli non alterentur, & per conſequens non excluduntur a reſervatione Regulæ, ut concordantibus relatis fuit reſolutum per *Rot. in Pampilonen. Beneficii 1. Junii 1665. §. Quoniam, & 10. Decembris ejuſdem anni §. Quin imo, & 11. Februarii 1666. §. Non obſtante, coram Urſino, & 15. Januarii 1687. cor. Emerix* inter impreſſ. *deciſ. 729.* In quibus Deciſionibus id magis procedere dicitur, ſtantibus proviſionibus de dictis Beneficiis expletis. Et quod ex unione Monaſterii non
408 bene infertur ad unionem quoque Beneficiorum in eo exiſtentium, fuit etiam dictum in *deciſ. 155. n. 2. cor. Cerra, & deciſ. 79. n. 12. cor. clar. mem. Card. Caprara.*

Decimaquinta. An *Officia* comprehendantur ſub reſervatione noſtræ Regulæ? Quamvis nomen Of-
409 ficii fraternizet cum illo Beneficii, *ad Text. in Cap. Nulla, de Conceſſ. Præbend. Gloſſ. in Clementin. 1. Verb. Officii, de Decim. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 5. §. 11. a n. 2. cum ſeqq. Rot. deciſ. 778. n.*
410 *4. cor. Lancetta*; adeout Regulæ Cancellariæ, & ſignanter illa de *Annali*, quæ ſimpliciter loquitur de Beneficio, locum ſibi vindicent etiam in Officio, *Mandoſ. ad Regul. 34. quæſt. 8. per tot. Gonzal. dict. 5. 11. gloſſ. 5. a n. 9.*

Nihilominus pro eo, quod attinet ad hanc Regulam; diſtinguendum eſt, quod aut agitur de Officiis Eccleſiaſticis ſolitis conferri in titulum per- 411
petuum, & cadunt ſub reſervatione Regulæ, quia ſunt revera Beneficia Eccleſiaſtica: Aut agitur de Officiis ſive perpetuis, ſive amovibilibus, qui dari non conſueverint in titulum perpetui Beneficii Eccleſiaſtici, & tunc quamvis adnexum habeant onus Reſidentiæ, a reſervatione Regulæ ſunt immunia, ut communiter diſtinguunt *Nicolarts ad Concordat. German. tit. 1. dub. 3. §. 2.* ubi quod comprehendantur ſub Concordatis Germaniæ, quando in titulum perpetui Beneficii conferri ſolent, idemque firmat *Eminentiſſimus Petra ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 5. pag. 66. n. 60. in fine, Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæſt. 558. n. 8. Gonzalez ad hanc Reg. gloſſ. 5. §. 11. n. 2. & ſeqq. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 1. cap. 2. n. 16.*

Et eſt conſtans opinio Rotæ, ut in *deciſ. 257. coram Merlino*, ubi de *Vicedominatu*, qui licet ex ſui inſtitutione non ſit Titulus Eccleſiaſticus, ex iis, quæ habentur apud *Morin. de Sac. Ordinationibus pag. penultim. n. 8. & Thomaſſin. tom. 1.* nihilominus ex pluribus circumſtantiis exiſtimatum fuit, Beneficium Eccleſiaſticum ſolitum conferri in Titulum, & reſervationibus obnoxium. *Et in Anagnina Vicedominatus 2. Julii 1703. cor. Omaña*, ubi explicatur inſtitutio, & origo *Vicedominatus*, & in §. *Quoniam* firmatur eſſe Officium Eccleſiaſticum, & in Beneficii titulum conferri ſolitum. *Et deciſ. 776. n. 16. cor. Dunoz.* ubi de *Præpoſitura Eleemoſinæ Panis* in Cathedrali, quæ conferebatur in Titulum perpetuum. *Et in Monaſterien. Vicaria, coram bon. mem. Lancetta deciſ. 778.* ubi deciſum fuit, *Vicariam* non eſſe Officium ſimplex, ſed Beneficium Eccleſiaſticum, eo ex præcipue, quod inſerviebat pro titulo ordinationis, & ex quo adnotata reperiebatur in Tabella Beneficiorum Eccleſiaſticorum, & in alia *Monaſterien. Vicaria 2. Julii 1706. cor. clar. mem. Card. Scotti*, ubi, quod Beneficium *Vicaria* nuncupatum ſit Beneficium Eccleſiaſticum non ſimplex Officium, ex quo ad illius Titulum fuit poſſeſſor ordinatus, & pendente lite ſuper ea ſequeſtrum appoſitum fuerat. *Et in Urgellen. Plebaniæ 7. Februar. 1723. §. Pari irrelevantia, & 23. Junii 1727. §. His itaque, cum ſeqq. cor. Eminentiſſ. Cincio, & 16. Februarii 1728. §. Quibus ita, cor. Reverendiſſ. Aldrovando.* In quibus Deciſionibus late oſtenſum fuit, *Plebaniam*, de qua agebatur, non eſſe ſimplex Officium, ſed Beneficium Eccleſiaſticum collativum, ſubjectum Reſervationibus Apoſtolicis. *Et in Colonien. Canonicatus 21. Januarii 1729. §. Et quanta*, confirmata 22. *Junii ejuſdem anni, coram Reverendiſſimo Calcaguino.*

E contra vero eadem *Rot. deciſ. 329. n 2. & ſeqq. part. 16. Recent.* cenſuit, munus *Magiſtri Cantus* non eſſe Beneficium Eccleſiaſticum, ſed ſimplex Officium a Decano, & Capitulo Leodien. ſemper collatum. *Et deciſ. 240. cor. Durana*, ubi quod *Præpoſituræ* Eccleſiæ Gerunden. velut ſimplices adminiſtrationes temporales, & non Beneficia Eccleſiaſtica, non ſubjacent reſervationi Regulæ. *Et in Auguſtana Summæ Cuſtodiæ ſuper ſecundis Litteris 21. Junii 1715. cor. clar. mem. Card. Falconerio inter impreſſ. tom. 1. deciſ. 10. tit. de Benefic.* ubi agebatur de munere, ſeu Officio cuſtodiendi Scripturas, Supellectiles Sacras, Argenta, aliaque ad Eccleſiæ Cathedralis Auguſtanæ decorem, ornamentumque ſpectantia, quod inibi *Summa Cuſtodia* nuncupatur, & fuit deciſum non eſſe Beneficium, ſed merum, & ſimplex Officium Eccleſiaſticum, nedum ex diſpoſitione juris in *Cap. 1. & 2. de Offic. Cuſtod.* Verum ex quo dicta *Summa*

Custodia per centum, & ultra annos numquam uti reservata per Sedem Apostolicam collata fuerat; quodque ab immemorabili retineri consueverat cum Canonicatu absque Apostolica Dispensatione. Quæ tamen ratio suas patitur difficultates, cum novum
412 non sit, quod Dignitas, & Canonicatus insimul absque Dispensatione Apostolica, ex immemorabili Consuetudine retineri possint in eadem Cathedrali, *Gloss. in Cap. in Cap. Gratia, Verb de Jure teneri, versic. Vel die, de Rescript. in 6. Barbas. in Cap. Eam te, de Rescript. in 6. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 6. numer.* 3. *& seqq. & num.* 8. ubi ait, Datariam Apostolicam passim admittere hujusmodi consuetudinem, quam testatur vigere in Hispania, ut in *numer.* 15. *Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 5. *numer.* 245. *& seqq. Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 10. *sub n.* 42. *Panimall. decis.* 31. *numer.* 4. cum aliis apud *Pitan. discept.* 83. *n.* 2. *&* 3. *& discept.* 84. *n.* 1. *Rat. decis.* 256. *n.* 6. *& seqq. part.* 7. *Recent.* ubi quod Sacra Congregatio Concilii die 13. *Januarii* 1594. censuit, per Decretum Tridentini *Cap.* 7. *Sess.* 24. *de Reformat.* hujusmodi Consuetudini non fuisse derogatum, ut diximus in *Commentar. in Regul. I.* §. 8. *n.* 3. *& seqq.*

Ex eadem ratione, licet administratio Hospita-
413 lis Episcopi auctoritate erecti, sit simplex Officium, & illius Rector dicatur potius habere Officium, quam Beneficium, late *Lotter. de re Benefic. lib.* 3. *quæst.* 6 *numer.* 5. *& seqq.* Nihilominus quando Hospitale non datur in administrationem, sed in titulum ad Vitam Titularis, reputatur uti
414 Beneficium Ecclesiasticum, & sub Apostolicis reservationibus comprehenditur, *Van Espen in Jus Eccles. univers. tom.* 2. *tit.* 37. *cap.* 1. *n.* 19. *& seqq. Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 5. §. 4. *n.* 14. *Garc. de Benefic. part.* 1. *cap.* 3. *a numer.* 2. *Lotter. dict. quæst.* 6. *n.* 50. *Tondut. Resolut. Benefic. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. §. 7. *numer.* 9. *Amostaz. de Caus. piis lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 15. *&* 17. *Rot. decis.* 739. *n.* 9. *part.* 1. *divers. & decis.* 49. *n.* 5. *car. Merlino*, & diximus supra.

Postremo videndum, an Præbendæ, quas obtinent *Canonissæ* Collegiorum, quæ adsunt in *Germania, Brabantia, Hannoniaque*, inter Beneficia Ecclesiastica recensenda sint, itaut cadant sub
415 reservatione nostræ Regulæ. Hujusmodi Canonissarum originem, progressum, & Institutum late expendunt *Thomassin. part.* 1. *cap.* 63. *P. Mabillon in præfat. ad* 2. *secul. Ordinis Benedict.* §. 3. *n.* 31. *& seqq. Van Espen. in Jus Eccles. universal. part.* 1. *tit.* 33. *cap.* 2. *Zypeus consult. Canon.* 17. *lib.* 3. *Eminentiss. Petra ad Constit. Apostolic. tom.* 3. *pag.* 149. *a n.* 19. *Hubert. Myræus in Not. ad cap.* 13. *Donat. piar. pag.* 13. ubi quod hujusmodi Canonissarum Collegia in *Hannonia* sunt duo *Montense*, & *Malbodiense*, totidem in Comitatu *Namurcensi*, *Andennense*, & *Monasteriense*. In Comitatu *Marchiensi* sub Diœcesi *Coloniensi*, *Essendiense*. In Diœcesi *Leodiensi*, *Thorense*, & *Blisiense*. In Ducatu *Juliacensi*, *Susterense*, & unum in Brabantia *Nivellense* omnium apud Belgas antiquissimum; de quibus, ut de Germanicis, in qua Provincia sunt plurima, idem *Miræus in Libello de Collegiis Canonicorum cap.* 19.

Licet Canonissarum status non sit expresse a
416 Sancta Sede approbatus, earumdem tamen Capitula, & Collegia uti Cœtus Ecclesiastici, considerantur in *Cap. Dilecta, de Major. & Obedient.* ubi *Honorius III.* declarat earum Abatissas jurisdictionem exercere posse nedum in Canonissas, sed etiam in Clericos eisdem Abatissis subjectos. Nonnulla etiam decernuntur circa earumdem Canonissarum regimen *in Cap. Indemnitatibus §. penult. de Elect. in 6. in Clementin. Antecedentes §. Illas, de Stat. Monach.* ex quibus Pontificiis Constitutionibus circa earumdem Canonissarum regimen promulgatis, illorum Collegia, & Capitula, si non explicitam, saltem tacitam approbationem, & publicam Sanctæ Sedis tolerantiam, uti corpora, & Cœtus Ecclesiasticos habuisse, tradunt *Thomassin. tom.* 1. *lib.* 3. *Van Espen part.* 1. *tit.* 33. *cap.* 2. *n.* 30. *Azor. Institut. moral. tom.* 1. *lib.* 14. *cap.* 9. *Carrad. in Prax. Benef. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 145. *Rot. dec.* 74. *n.* 13. *cor. Molines*, *& in Monasterien. Vicariæ* 2. *Julii* 1706. §. *Neque*, *cor. clar. mem. Card. Scotta*, *& in Essendien. Jurisdict. super bono jure* 28. *Junii* 1717. §. *Assistentia*, *& in Paderbonen. Primariarum Precum* 15. *Junii* 1725. §. *final. & in Monasterien. Abbatissatus* 25. *Junii* 1725. §. *fin. &* 6. *Maii* 1726. §. *Nec etiam*, *cor. bo. me. Cerro.*

Et quamvis Concilium *Lateranense II.* sub Innocentio II. *anno* 1139. celebratum, & relatum in *Cap. Perniciosam* 18. *quæst.* 2. districte prohibeat, *ne Sanctimoniales simul cum Canonicis, vel Monachis in eadem Ecclesia in uno Choro conveniant ad psallendum*, cujus *Textus* vigore improbata fuisse 417
Collegia hujusmodi utriusque sexus, post *Rot. decis.* 90. *n.* 11. ait *Pitan. discept. Eccles.* 82. *num.* 23. Nihilominus longe prorsus distant Collegia Canonissarum in Germania, aliisque Regionibus existentia, & quibus præscripta fuit Regula a Concilio Aquisgranensi sub Ludovico Pio *anno* 871. ab iis, quæ improbata fuerunt a Concilio *Lateranensi*, quod improbat perniciosam, & detestabilem consuetudinem quarumdam Mulierum, quæ Sanctimoniales esse volebant, nec tamen vivebant secundum Regulam Sanctorum *Basilii*, *Benedicti*, aut *Augustini*, & hospites minus Religiosos, inhonesto, & detestando flagitio suspiciebant, proindeque Collegiis præfatis applicabilem non esse censuram laudati Concilii *Lateranensis*, firmant *Azor. Instit. Moral. tom.* 1. *lib.* 13. *tit.* 9. §. *Sciendum est*, *Thomassin. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 63. *num.* 2. *Zyp. consult. Can.* 17. §. *Sciendum est*, *lib.* 3. *&* §. *Frout nec quidem*, advertit, quod Canonissæ in uno Choro non psallunt cum Canonicis, sed loco distinctæ sunt, quamvis non ferratis Cancellis, ut Moniales, pro honesta locorum libertate, quam non omnium aliarum Nationum genium æque admitteret, *Rot. in Monasterien. Abatissatus* 6. *Maii* 1726. §. *Porro*, *cor. bon. mem. Cerro.*

Ex dictis autem Canonissis, aliæ Regulares dici possunt, quippe quæ votis ad instar Canonico- 418
rum Regularium devinciuntur; profitenturque, ut diximus, Regulam *Sanctarum Benedicti*, *Basilii*, *& Augustini*, quales sunt Abatissa, Priorissa, Præposita, Decanissa, Sacrista &c. quæ revera inter Personas Ecclesiasticas recensentur, ut ex *Vitriac. & Guicciardin. Van Espen ubi supra n.* 18. *&* 31. ubi quod Abatissæ horum Collegiorum, etiam ad Synodos, non secus, ac aliæ Abatissæ Regulares, & Capitula Ecclesiarum Collegiatarum vocantur, eisque subscribunt, *Hallier. de Sacris Ordinatian. tit. de Sex. idon. cap.* 2. §. 7. *num.* 22. *&* 23. *Tamburin. de Jur. Abatiss. disputat.* 7. *quæsit.* 4. *versic. Quæ Canonissæ*, *Rot. in Colonien. Canonicatus* 21. *Januarii* 1729. §. *Attamen*, *coram Reverendiss. Calcagnino.*

Aliæ vero, quæ modo Canonissæ sæculares, modo *Domicellæ* nuncupantur, nullam Convictus, & Clausuræ legem servant, nullo Regularium voto se devovent, propriis non renunciant, &

quando

quando volunt nubunt, & Matresfamilias efficiuntur; & istæ inter Personas Ecclesiasticas non recensentur, nisi improprio, & largo modo, sed sunt mere sæculares. De his loquitur Bonifacius VIII. *in dict. cap. Indemnitatibus* ibi -- *Sunt juxta quarumdam Provinciarum consuetudinem, mulieres, quæ nec propriis renuntiant, nec professionem faciunt Regularem, sed vivunt ut in sæcularibus Ecclesiis Canonici* -- Vocanturque in Rubrica Decretalis *Canonicæ sæculares*, earumque statum perbelle describunt *Vitriac. in Histor. Occidental. cap. 31. & Guicciardin. in descriptione Belgii* apud *Van Espen. loco cit. n. 16. & seqq. Aubert. Miræus de Colleg. Canonicor. cap. 19. Anton. Augustin. in Epitom. Jur. veter. Pontific. tom. 1. lib. 9. tit. 59. Thomassin. de Benefic. tom. 1. lib. 3. cap. 63. Hallier. de Sacr. Ordinat. tit. de sex. idon. cap. 2. §. 7. n. 22. & seqq. Tolos. Syntagm. Jur. lib. 15. cap. 19. n. 9. Piton. discept. Eccles. 82. n. 19. & seqq.* cum aliis penes *Rot. in Colonien. Canonicatus 21. Januarii 1729. §. Hujusce autem, coram Reverendiss. Calcagnino.*

419 Præbendæ illæ Canonissarum, quibus adnexa est dignitas Abatissatus, Decanatus &c. ratione perpetui Voti, ad quod electas obligant, & ratione Ecclesiasticæ Jurisdictionis, quam adnexam habent, Ecclesiasticum titulum sortiuntur, & inter Beneficia Ecclesiastica adnumerantur, ex relatis per *Rot. in Colonien. Canonicatus 21. Januarii 1729. §. Absque eo quod*, confirmat 22. *Junii ejusdem anni, coram Reverendiss. Calcagnino.* Qua ratione Dataria Abatissam, Præpositam, Decanissam &c. approbat. & super earum Electionibus rescribit, *Rot. decis. 74. n. 21. coram Molines*; Earum Præbendæ resignari possunt, *Paris. de Resignat. lib. 3. quæst. 18. & 19. Rot. dicta decis. 74. n. 23. cor. Molines* & in iisdem locum habet tum Regula de Triennali, *Gomez. ad Reg. de Trien. quæst. 3. num. 1. Rebuf. de pacif. possess. n. 3. Gonzal. ad Regul. 7. gloss. 22. num. 18. & 19. Paris. ubi supra num. 20. Rot. decis. 73. num. 24. coram Molines*; tum Regula de Infirmis resignantibus, *Sarnen. ad dict. Regul. quæst. 6. ibique Mandos. quæst. 3. Paris. dict. quæst. 12. n. 22. Rot. decis. 74. n. 25. coram Molines.*

Et cum san. mem. Innocentius XII. per Constitutionem editam *die 22. Septembris 1698.* quæ incipit *Ecclesiæ Catholicæ &c.* innovando præcedentes Constitutiones *Nicolai III. & S. Pii V.* proscripserit tanquam improbas, & Simoniacas quascumque pactiones, & Capitulationes occasione Ele-
420 ctionis Ecclesiarum, seu Monasteriorum, quorumcumque &c. sub dicta Innocentiana Constitutione comprehendi etiam Capitula, seu Collegia Canonissarum, firmavit *Rot. in Paderbonen. Primariarum precum 25. Januarii 1726. §. strictius, coram bon. mem. Cerra.* Et inhærendo etiam Decreto Congregationis particularis Consistorialis edito die 16. Augusti 1727. eadem *Rot. in Paderbonen. Primariarum Precum 25. Junii 1728. cor. Reverendiss. Aldovrando, & in Colonien. Manutentionis seu Canonissatus 1. Julii 1729. §. Hæc insuper, cor. bon. mem. Ratta.* Tenor autem supradicti Decreti est, qui sequitur.

421 » Cum San. mem. Innocentius Papa XII. per Constitutionem editam die 22. Septembris 1698. quæ incipit -- *Ecclesiæ Catholicæ* -- innovatis etiam pluribus aliorum Prædecessorum Pontificum sanctionibus, distincte interdixerit, ne occurrente Ecclesiarum, sive Monasteriorum quorumvis vacatione Pactiones ullæ, sive Capitulationes, aut Concordata, aut Statuta, adversus Sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum dispositionem, ab iis ad quos Personarum præficiendarum electio pertinet, ante Electionem, vel Postulationem fiant; & ubi nihilominus inita fuerint; ea prorsus irrita & invalida, nec observanda esse, etiamsi Juramento munita fuissent declaraverit, & decreverit. Quæ vero post electionem, seu postulationem fieri contingeret, & ad Romanum Pontificem deferri, ejusque judicio subjici, suspensa interim eorum executione, donec a Sede Apostolica impetrata fuerit confirmatio, præceperit, prout in memorata Constitutione uberius continetur. Dubitatum vero fuerit.

» Primo. An sub ea comprehendantur etiam Monasteria Fœminarum, vel Capitula, seu Collegia, quæ juxta nonnullarum Provinciarum consuetudinem sunt mixta ex maribus, & Fœminis sub unius Abatissæ, seu Præpositæ, sive Priorissæ regimine.

» Secundo. An prædicta Constitutio eas etiam afficiat Pactiones, quæ in Ecclesiarum vel Monasteriorum ipsorum utilitatem cedant, vel quæ alioquin, si per se spectentur, non judicantur illicitæ.

» Hinc ad tollendas hujusmodi dubitationes, & Animarum pericula tutius submovenda, Congregatio particularis Consistorialis a Sanctissimo D. N. deputata censuit, si Sanctitati Suæ videbitur, declarandum, & decernendum, sub præmissa Constitutione Innocentii XII. ejusque omnibus præscriptionibus, etiam quoad inflictas pœnas, omnino comprehendi etiam Monasteria, vel Capitula, seu Collegia mixta ex utriusque sexus Personis, regimini, vel Jurisdictioni unius Abatissæ, seu Præpositæ, sive Priorissæ subjectis, ac de hujusmodi etiam Monasteriis, Capitulis, sive Collegiis præfatam Constitutionem esse intelligendam, perinde ac si de iis quoque expressa, & specialis mentio habita fuisset, adeoque Pactiones, Capitulationes, Concordata, seu Statuta quæcumque hujusmodi occasione Electionis Personæ prædictis Monasteriis, sive Capitulis, & Collegiis proponendæ, tum facta, tum quæ deinceps fieri contingeret, tametsi interposita jurisjurandi Religione roborata, omnino obnoxia esse, & fore prohibitioni, nullitati, pœnæ, ceterisque omnibus, & singulis Ordinationibus, Decretis, & Declarationibus respectiva in ea, ut præfertur, Constitutione contentis, & quatenus opus sit, ad hujusmodi etiam Monasteria, vel Capitula, sive Collegia mixta ex utriusque sexus Personis præfatam Constitutionem esse extendendam.

» Præterea cum valde Ecclesiasticæ disciplinæ intersit, omnem ambitiosæ cupiditati aditum præcludere, ac providere, ne ullo modo, etiam indirecta læsa remaneat libertas eligendi Personas magis dignas, magisque idoneas, quæ assentiri forsan recusarent iis Pactionibus, quibus aliæ minus idoneæ ad obtinendum Electionis commodum annuerent, similiter declarandum, & decernendum censuit, memorata Constitutione affici eas etiam pactiones ante Electionem, vel Postulationem initas, quæ ceteroquin Ecclesiis ipsis vel Monasteriis utiles sint, vel quæ intrinsecus, & per se consideratæ nullam mali suspicionem redoleant, sed quæ ideo malæ sunt, quia jure humano, & per Sacros Canones, sive Apostolicas Constitutiones, ac præsertim illam Innocentii XII. interdicuntur. Quo vero ad eas, quas post Electionē, vel Postulationē fieri contingeret,

„ ſervandam itidem eſſe memoratam Innocentii „ XII. Conſtitutionem, ut ſcilicet illæ ſtatim ad „ Summum Pontificem deſerantur, & Sedis A- „ poſtolicæ judicio ſubjiciantur, ſuſpenſa interim „ earum executione, donec ab eadem Sancta Se- „ de, ſine cujus auctoritate nihil omnino in ſi- „ milibus paciſci fas eſt, confirmationis robur in „ totum, vel in partem obtinuerint.

„ Facta autem per me infraſcriptum præfatæ „ Congregationis Secretarium de præmiſſis rela- „ tione Sanctiſſ. D. N. ejuſdem Congregationis „ ſententiam Sanctitas Sua omnino approbavit, „ atque ita ab omnibus, ad quos pertinet, perpe- „ tuo, & inviolabiliter ſervari, & judicari man- „ davit, cum omnibus etiam derogationibus præ- „ ſatæ Conſtitutioni Innocentii XII. inſertis, nec- „ non Litteras Apoſtolicas in forma Brevis ſuper „ præſentis Decreti confirmatione, & approba- „ tione expediri juſſit. *Datum* Romæ hac die 16. „ Auguſti 1727.

„ *P. Card. Corradinus. -- Dominicus Riviera* di- „ ctæ Congregationis Secretarius.

Præbendæ vero, quas obtinent Canoniſſæ ſæcu-
422 lares, ſeu Domicellæ, licet quouſque ſervitio Dei ſunt addictæ, & Virginitatem ſervant, Eccleſiaſticitatem ſapiant ratione Eccleſiaſtici exercitii, circa quod Canoniſſæ quamplurima pietatis officia exercent, nempe pſallendo in Choro, & in publicis Proceſſionibus, ſeu ſupplicationibus religioſe incedendo, *Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. part. 1. tit. 33. cap. 2. num. 16. & 30. Tamburin. de jure Abatiſſ. diſputat. 7. n. 3. Thomaſin. part. 1. lib. 3. cap. 63. num. 3. Zyp. Conſult. Canon. 17. §. Cauaniſſarum & §. Jam vero lib. 3. Rot. deciſ. 90. num. 1. coram Molines, in Paderbonen. Primariarum Precum* 15. *Junii* 1725. *§. final. coram bon. mem. Cerra, &* 25. *Januarii* 1726. *§. Strictius, coram eadem, & in Colonien. Canonicatus* 22. *Junii* 1729. *§. Applicanda, coram Reverendiſſima Calcagnino.* Revera tamen propriam, & rigoroſam qualitatem Beneficii Eccleſiaſtici non habent,
423 ſed potius naturam ſortiuntur redditus mere temporalis in præmium illius Religioſi ſervitii, quod dictæ Canoniſſæ impendunt, cum non omne ſtipendium, quod inſervientibus Eccleſiæ datur, nomen Eccleſiaſtici Beneficii promereatur, ſed illud ſolum, quod provenit ex titulo Beneficii perpetui collativi, *Barboſ. in cap. Dilectus verb. Canonicas de ſtat. Monach. Eminentiſſ. Petr. ad Conſtit. Apoſt. tom. 3. pag. 149. n. 25. Lotter. de re Beneficiar. lib. 1. quaſt. 19. n. 15. Tondut. Quaſt. beneficial. par. 2. cap. 3. n. 45. Piton. de controv. Patron. allegat. 48. n. 17.* ubi non bene Abatiſſam inter Perſonas ſæculares, & laicas, ſicuti Canoniſſas enumerat, *Corrad. in Prax. Benef. lib. 1. cap. 5. n. 143. Rot. deciſ. 356. num. 2. par. 2. Recen. & dec. 827. n. 9. caram Burat. & in Colonien. Canonicatus 21. Januarii 1729. §. Quamobrem, coram Reverendiſſ. Calcagnino.*

Proindeque Præbendas præfatas immunes eſſe,
& exemtas a reſervationibus tum Regulæ IX.
424 tum aliarum Cancellariæ Regularum, firmant *Corrad. in Prax. Benef. lib. 1. Cap. 5. n. 146. Rota in Paderbonen. primariarum Precum* 15. *Junii* 1725. *§. final. confirmat.* 25. *Januarii* 1726. *§. Strictius, cor. bon. mem. Cerro, & in dicta Colonien. Canonicatus* 21. *Januarii* 1729. *§. Omnibus his, & ſeqq.* confirmat. 22. *Junii ejuſdem anni, cor. Reverendiſſ. Calcagnino.* In quibus Deciſionibus late etiam probatur, Præbendas præfatas nec ſubjacere Juri devoluto.

Hinc eſt, quod Dataria, vel fere numquam
reſcribere conſuevit ſuper Proviſionibus, & Re- 425
ſignationibus hujuſmodi Præbendarum, ut teſtatur *Rota in dictis Colonien. Canonicatus, cor. Reverendiſſ. Calcagnino*, in quibus explicatur *Corradus*, qui *dict. Cap. 5. n. 145.* contrarium aſſerit, ut ſcilicet intelligi debeat de Præbendis Abatiſſæ, Prioriſſæ &c. quæ ſunt Perſonæ vere Regulares, earumque Præbendæ Beneficiorum Eccleſiaſticorum naturam ſortiuntur, ut diximus ſupra *n.* 419.
Vel ſi aliquando Pontifex diſpoſuit etiam de Præ- 426
bendis Canoniſſarum Sæcularium, juxta exempla adducta per *Rot. deciſ. 90. cor. Molines*, nihilominus de illis non diſpoſuit uti de Beneficiis Eccleſiaſticis, ſed tamquam de rebus laicalibus, habentibus tamen aliquid ſpiritualitatis annexum reſpectu ad ſervitium, quod Canoniſſæ præſatæ tenentur Eccleſiæ, in quibus habent onus reſidendi, ac recitandi Divina Officia; ac etiam veluti de Præbendis, Boniſque Deo dicatis, & donatis Eccleſiis inferioribus, quæ uti filiæ ſubſunt Romanæ Eccleſiæ, *Innocent. in cap. Verum, verſ. ſed nos contra, de For. compet.* & Papæ diſpoſitioni, qui eſt Dominator in cunctis, *Can. Cuncta per mundum 9. quæſt. 2.* exemplo Reſignationis Hoſpitalis
Laici, quæ Papæ auctoritate a Laico ad favorem 427
alterius Laici expleri poteſt, *Pariſ. de Reſignat. lib. 4. quæſt. 2. n. 4.* & totidem verbis ratiocinatur *Rot. dict. deciſ. 90. a n. 2. confirmata deciſ. 157. cor. Molines.* Et eo ipſo quod Papa diſponit de
Præbendis præſatis a Feminis Sæcularibus poſſeſſis, 428
jam ei innoteſcit de illis non diſponere, uti de Beneficiis Eccleſiaſticis, quorum Fœminæ præfatæ ſunt incapaces, *cap. 1. de Conſtit. in 6. Tandut. Reſolut. Ben. cap. 3. §. 9. n. 47. Lotter. de Re Benefic. libr. 1. quæſt. 19. n. 14. cum aliis penes Rot. in dicta Colonien. Canonicatus 21. Januarii, cor. Reverendiſſima Calcagnino §. Conſtito, & ſeq.*

Potiſſimum quia Papa numquam de hujuſmodi
Canoniſſarum Præbendis diſponere conſuevit, niſi 429
cum clauſula -- *Per præſentes autem non intendimus ſtatum Eccleſiæ veſtræ in aliquo approbare* -- ad tramites *cap. Indemnitatibus §. penult. de Elect.* & teſtantur *Corrad. in Prax. Benef. cap. 5. n. 146. lib. 1. Rot. deciſ. 90. num. 15.* unde ſemper clara effulget mens Pontificis, quod diſponere non intendit de Beneficio Eccleſiaſtico canonice, & in titulum ſpiritualem erecto, alias non relinqueret in ſuſpenſo illius approbationem, ut bene proſequitur *Rot. dicta deciſ. 90. n. 5. & deciſ. 117. num. 2. cor. Malines.*

§. III.

De Exceptionibus in Regula poſitis.

ARGUMENTUM.

EXcipit Regula Beneficia extra Urbem ſita, & in Curia vacantia; ſed amplectitur ea Beneficia inferiora Urbis, quæ ad Capitulorum collationem ſpectant, ſi contingat Beneficiatum extra Urbem, etſi intra duas dietas, decedere. Beneficia vacantia per Reſignationem, ſive ſimplicem, ſive ex cauſa permutationis in Menſibus Apoſtolicis coram Ordinariis expletam, reſervationi Regulæ non ſubjacent. Excipit itidem Regula Beneficia ſpectantia

ſtantia ad quamcumque diſpoſitionem S. R. E. Cardinalium, ſive uti Epiſcoporum, ſive uti Titularium, & Abatum, qui tamen Beneficia præfata non jure tantum Ordinario, ſed etiam Delegato Pontificis conferunt, & ſi valorem annuum viginti quatuor ducatorum auri excedunt, tenentur Proviſi novam a Sede Apoſtolica reportare proviſionem. Verum exceptio præfata, ſecluſa Cardinalium voluntate, non juvat inferiores Collatores cum ipſis ſimultaneam in jure conferendi habentes, dummodo ea non competat ex Statuto fundamentali Eccleſiæ a Sede Apoſtolica approbato. Cardinalis vero tunc conferre poteſt in Menſibus reſervatis Beneficia ſimultaneæ collationis cum inferiori, quando medietatem habet juris conferendi, ſecus ſi in collatione interveniat tanquam Canonicus, & unus de Capitulo. Examinatur celebris Quæſtio, an Cardinalis Epiſcopus conferre poſſit vigore Indulti Beneficia ratione Menſium reſervata, quæ ad omnimodam, & privativam collationem Capituli pertinent, & reſolvitur affirmative. Cardinalis de una ad aliam Eccleſiam tranſlatus cum Indulto conferendi in octo Menſibus Apoſtolicis Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ, non prohibetur, etiam in ea, cui actu præeſt, conferre Beneficia reſervata ratione Menſium, vigore exceptionis a Regula. Quod ſi Cardinalis Eccleſiæ ceſſerit cum facultate conferendi illius Beneficia in *omnibus Menſibus*, etiam cum clauſula, *juxta Indultum antiquum*, conferre non poterit niſi ea, quæ in octo *Menſibus Apoſtolicis*, non autem, quæ in *quatuor Ordinariis* vacare contigerit: Et an in dictis Menſibus Apoſtolicis conferre poterit, ſi ad Eccleſiam dimiſſam promoveatur alter Cardinalis? Excipit tandem Regula Beneficia ſubjecta Concordatis cum Sede Apoſtolica initis, Germanicis nempe, & Gallicis, ſub quorum primis comprehenduntur etiam Beneficia Electiva, & Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, niſi concurrat Privilegium Apoſtolicum ea a Reſervatione eximens, & cujus qualitatis eſſe debeat Privilegium præfatum? Concordata Germaniæ quæ loca comprehendant; & an amplius vigeant in *Trajecto ad Moſam*, poſtquam a Provinciis fœderatis occupatum extitit. Univerſitas Studiorum Lovanii gaudet favore Concordatorum in Menſibus, in quibus Indultum habet conferendi. Referuntur abuſus a dicta Univerſitate commiſſi circa antiqua illius Indulta, eorum revocatio, & novi Indulti conceſſio facta a Paulo V. cujus Indulti vigore non prohibentur Pontifices Coadjutorias concedere ſuper Beneficiis ſpectantibus ad collationem Univerſitatis. Examinatur an Indultum præfatum comprehendat Vicarias, & an habeat vim pacti, & Concordiæ cum Sede Apoſtolica, itaut non ſubjaceat ampliſſimis clauſulis derogatoriis Regulæ IX. Concordata Galliæ in quibus Provinciis Regi ſubjectis locum habeant; an comprehendant Beneficia litigioſa, & ea, quæ ſita extra Regnum, ſpectant tamen ad collationem Ordinariorum Regni Franciæ? Agitur de Concordatis Poloniæ, & an ea ſint a Sede Apoſtolica recepta.

S U M M A R I U M.

1 *Regula eſt reſtricta ad Beneficia vacantia extra Curiam, proindeque non comprehendit vacantia in Curia.*

2 *Beneficia extera vacantia in Curia, quocumque Menſe vacant, ſpectant ad Pontificis collationem.*

3 *Reſervatio Regulæ IX. eſt ſubſidiaria, & locum ſibi non vindicat, ubi altera fortior viget.* & num. 14.

4 *Reſervatio ratione familiaritatis Cardinalis fortior eſt reſervatione Regulæ IX.*

5 *Regula an excipiat Beneficia largo modo apud Sedem vacantia?* Remiſſive.

6 *Beneficia Urbis ad Pontificis collationem jure proprio, & ordinario ſpectantia, non ſunt nec vigore Regulæ, nec alio modo reſervata.* & n. 14. & 15.

7 *Reſervatio contenta in Regula VIII. Cancellariæ eſt improprie reſervatio, & facta ad majorem cautelam.* & n. 17.

8 *Excipit Regula IX. etiam Beneficia Urbis ſpectantia ad collationem Cardinalium Titularium.*

9 *Beneficia inferiora Urbis ad collationem Capitulorum ſpectantia ſubjacent reſervationi Regulæ, ſi contingat Beneficiatum mori extra Urbem in Menſe reſervato, & in Hebdomada Capituli.* & n. 25.

10 *Redditur ratio, quia obnoxia ſunt reſervationibus aliarum Regularum, quæ non loquuntur per verba ita ampla, ſicuti Regula IX.* & n. 11.

12 *Ad effectum reſervationis Regulæ non attenditur locus Beneficii, ſed locus vacationis.*

13 *Verba Regulæ* -- extra Romanam Curiam vacantia *non deſignant ſitum Beneficiorum, ſed indicant modum vacationis, qui longe diſtat a ſitu.*

16 *Ex quo Beneficiatus, & Clericatus Baſilicarum Urbis non comprehenduntur ſub Regula VIII. reſervante Beneficia Urbis, non bene infertur*

quod nec comprehendi debeant sub reservatione Regulæ IX.

Et assignatur ratio. n. 17.

18 Regula IX. uti restricta ad vacationes extra Curiam non afficit casum obitus Beneficiati intra duas dietas, ad quas Curia extenditur vigore Cap. Præsenti, de Præben. in 6. Et existens intra duas dietas, censetur esse in Curia præsens. n. 19.

20 Contrarium, quod Curia Romana est proprie locus, ubi residet Papa cum sua Curia, quodque dispositio dicti Cap. Præsenti procedit per modum fictum, nec egreditur casum reservationis ex vacatione apud Sedem. & n. 21.

22 Proindeque ad effectum reservationis Regulæ, Curia Romana intelligitur de loco, ubi adest Papa.

23 Extensio fictitia dicti Cap. Præsenti prodiit ad favorem Papæ, unde coarctare non debet contra illum reservationem Mensium.

24 Traditur observantia Datariæ in conferendis Beneficiis vacantibus in Episcopatibus districtus Urbis, & ratione Mensium reservatis cum clausula apponi solita in Litteris Apostolicis, quod -- extra Romanam Curiam vacaverint. --

25 Resolutio Congregationis particularis de anno 1664. quod reservatio Regulæ comprehendat Beneficia Urbis spectantia ad collationem inferiorum, si contingat Beneficiatum mori extra, vel intra duas dietas.

27 Refertur in substantialibus Motus proprius san. mem. Alexandri VII. qui dictam resolutionem approbavit.

Responsum, & Definitio Papæ super casu particulari, vim Canonis habet. n. 26.

28 Idem servatum sub Clemente X. anno 1672.

29 Altera resolutio Congregationis particularis de anno 1701. Motu proprio confirmata a sa. me. Clemente XI. qui ulterius mandavit, Declarationem san. mem. Alexandri VII. perpetuis futuris temporibus observari.

30 Beneficia per Resignationem vacantia excipiuntur a Regula.

Et an hujusmodi exceptio intelligatur de Resignatione simplici, vel etiam conditionali, & an de expressa tantum, vel etiam tacita? Remissive n. 32.

31 Beneficia etiam in Mensibus Apostolicis, servata tamen forma Constitutionis S. Pii V. resignari possunt coram Ordinariis, & ab eis conferri. & n. 33.

34 Etiam in exclusionem Cardinalis habentis Indultum conferendi Beneficia reservata.

35 Permutationes Beneficiorum possunt in terminis Concordatorum Germaniæ quolibet Mense admitti per Ordinarios.

36 Amplia, quamvis Beneficia sint electiva, accedente tamen consensu Electorum.

37 Amplia secundo, tametsi permutationes fierent inter Consanguineos.

38 Regula excipit Beneficia spectantia ad collationem S. R. E. Cardinalium, qui proinde Beneficia, quæ duplici coæquali reservatione affecta non sint, in quibuscumque Mensibus conferre possunt. & n. 39.

40 Exceptio Regulæ intelligitur de Cardinalibus ordinariis Collatoribus.

Et sic de habentibus ordinariam collationem, non solum ratione Ecclesiarum Cathedralium, quibus præsunt, sed etiam ratione Abatiarum, vel aliarum Ecclesiarum inferiorum. n. 43.

41 Cardinales Legati, aliique habentes Indultum extraordinarium conferendi, non comprehenduntur sub exceptione Regulæ.

42 Nec Cardinales, qui Ecclesiis cesserunt cum Indulto conferendi earum Beneficia, quia remanent extraordinarii Collatores.

44 Cardinales Protectores non gaudent exceptione Regulæ, & proinde conferre non possunt Beneficia illius vigore reservata.

45 Cardinales olim vigore exceptionis a Regula, Beneficia ratione Mensium reservata conferebant jure Ordinario, & nativo. & n. 117.

46 Hodie post Constitutionem LIX. Urbani VIII. Beneficia præfata conferunt nedum jure Ordinario, sed etiam Delegato Pontificis & n. 50. 70. 97. 105. 118.

47 Et Beneficia vacantia in Mensibus Apostolicis, ac ad Cardinalium collationem spectantia, sunt adhuc vigore Regulæ reservata. & n. 51.

48 Exceptio Cardinalium adjecta fuit in Regula ad effectum præservandi Indulta, eisdem concessa longe ante primam editionem ejusdem Regulæ, quæ amplissimas continet derogationes.

49 Et respicit Cardinales, qui habito respectu ad tempus primæ editionis Regulæ, non habebant nisi Indulta removentia Expectativas in octo Mensibus Apostolicis concedi solitas, non autem Cardinales modernis Indultis gaudentes.

52 Provisi a Cardinalibus de Beneficiis vigore Regulæ reservatis, tenentur novam provisionem a Sede Apostolica reportare. & n. 151.

53 Exceptio Cardinalium a Regula, & Indultum eis concedi solitum suffragantur etiam Capitulis, aliisque inferioribus Collatoribus, simultaneam in jure conferendi cum iisdem Cardinalibus habentibus.

54 Contrarium est hodie verius post superventam Constitutionem LIX. Urbani VIII. & n. 71.

55 Amplia etiamsi Cardinalis Ordinarius Collator non gaudeat Indulto conferendi Beneficia reservata, quia Constitutio Urbana loquitur tam in terminis Indulti, quam exceptionis Regulæ.

56 Cardinalis Episcopus simul, & Canonicus unicam tantum vocem habens in Beneficiorum collatione tanquam Canonicus, nec Indulto, nec Constitutione Urbana juvatur pro conferendis Beneficiis vigore Regulæ reservatis, sed eorum collatio spectat ad Papam, & n. 59.

57 Dictio cum est conjunctiva plurium, & simultaneam importat.

58 Episcopus, & Capitulum possunt de jure communi divisim Beneficia conferre; sed ex fundatione, Statuto, vel consuetudine induci potest, ut conjunctim conferant.

60 Quando simultanea inter Episcopum & Capitulum competit ex Statuto fundamentali Ecclesiæ a Sede Apostolica approbato, tunc ex declaratione Urbani VIII. eadem præservata remanet favore Capitulorum.

61 Vindicatur hujusmodi Declaratio a nota exorbitantiæ ei impicta ab Amaydeno.

62 Concilium Tridentinum licet tollat exemtiones vigore immemorabilis a Capitulis prætensas, eis tamen præservat exemtiones competentes ex Statutis fundamentalibus Ecclesiæ.

63 Cardinales possunt non uti Privilegio Regulæ, & Constitutionis Urbanæ, & communicare Capitulis jus conferendi Beneficia simultaneæ collationis vigore Regulæ reservata.

64 Non

64 *Non solum Cardinales Episcopi, sed etiam Cardinales inferiores Collatores cum aliis simultaneam habentes, gaudent exceptione Regulæ, & Privilegio Constitutionis Urbanæ.*

65 *Limita in Cardinalibus Archipresbyteris Basilicarum Urbis, qui non sunt vere, & proprie Ordinarii, sed improprie, & quasi Collatores extraordinarii.*

66 *Canonici simultaneam habentes cum Cardinali Episcopo optare non possunt Præbendas vigore Regulæ reservatas.*

67 *Patroni Ecclesiastici præsentare non possunt ad Beneficia in Mensibus Apostolicis vacantia, & pertinentia ad institutionem Cardinalis Indultarii, sed eorum libera collatio, uti de reservatis, ad eundem Cardinalem spectat.*

68 *Cardinalis de una ad aliam Ecclesiam translatus cum Indulto conferendi Beneficia Ecclesiæ dimissæ, an possit Beneficia Ecclesiæ, cui actu præest, reservata ratione Mensium, conferre jure Ordinario, & vigore exceptionis a Regula? Proponitur sententia negativa.*

69 *Cardinales ex Constitutione LX. Urbani VIII. uti prohibentur pluribus Indultis in duabus Ecclesiis, altera dimissa, altera cui actu præest.*

72 *Exceptio Cardinalium a Regula nihil aliud est, nisi Indultum licet generale, & tacitum ipsis Cardinalibus concessum.*

73 *De triplici specie Indultorum Cardinalium, quodque illud removens obstacula reservationum, majus contineat Privilegium altero, tribuente jus de novo.*

74 *Constitutionem Urbani LX. prohibere Cardinalibus usum Indulti specialis in una Ecclesia, & usum Indulti generalis in altera, ex pluribus demonstratur.*

75 *Cardinalis, qui duabus præest Ecclesiis, in earum altera, pro qua non habet Indultum, solum conferre potest Beneficia vacantia in quatuor Mensibus ordinariis.*

76 *Cardinales Indultarii Beneficia vigore Regulæ reservata, non conferunt jure Ordinario, sed vigore Indulti, dum Privilegium exceptivum Regulæ post Constitutionem Urbani transit in Collativum.*

77 *De Differentia inter conferre vigore Indulti, & uti Indulto in Provisione Beneficiorum.*

78 *Indultum testandi concessum Regulari, licet removeat obstaculum a Professione causatum, adhuc operatur, quod testamentum exaratum dicitur vigore Indulti.*

79 *In Quæstione, de qua supra* n. 63. *proponitur Sententia, quod Cardinalis posset in Ecclesia dimissa uti Indulto, & in ea, cui præest, conferre vigore exceptionis a Regula Beneficia reservata ratione Mensium. Redditur ratio, & amplectitur hæc Sententia, pro qua alias ita observatum.* n. 89.

80 *Exceptio Cardinalium a Regula operatur, ac si quoad ipsos Regula non emanasset.*

81 *Exceptio præfata non est proprie Indultum, quia nihil superaddit, sed removet obstaculum reservationis.*

82 *Cardinales ordinarii Collatores in Mensibus alias reservatis conferunt jure ordinario*

83 *Et dicuntur solum conferre jure delegato, ubi agitur de eorum favore ad excludendam nempe simultaneam collationem Capitulorum.*

84 *Cardinalis, qui Indulto non gaudet, potest jure ordinario conferre Beneficia in omnibus duodecim Mensibus vacantia.*

85 *Constitutio Urbani LIX. sive Regula IX. respiciunt favorem Cardinalium, & locum sibi vindicant illis volentibus, non autem invitis.*

86 *Constitutio LX. Urbani prohibens Cardinalibus usum plurium Indultorum pro duabus Ecclesiis, loquitur de Indultis particularibus, & extraordinariis, non de Indulto generali, & tacito vigore exceptionis a Regula.*

87 *Et est Constitutio præfata stricte interpretanda; maxime ubi agitur de præjudicio Cardinalium.* n. 88.

90 *Cardinalis, qui Ecclesiam dimisit cum reservatione juris conferendi Beneficia in omnibus Mensibus juxta Indultum sibi concessum, solum conferre potest Beneficia vacantia in octo Mensibus Apostolicis. secus in quatuor Ordinariis.* & n. 109.

91 *Referuntur Vota super hoc puncto edita a fa. me. Cardinali Ottobono, & Hercule Ronconio.* n. 100.

92 *Dictio* juxta *est restrictiva dispositionis ad terminos relati.* n. 108.

Et in fine prolata firmat conclusionem, & determinationem totius orationis. n. 94.

93 *Dispositio limitata limitatum producit effectum, nec ultra ejus limites extenditur.*

95 *Signum universale omne prædicatur de pluribus differentibus numero, non specie.*

96 *Cardinalis, qui Ecclesiam dimisit cum reservatione facultatis conferendi Beneficia, ea confert jure novo, & auctoritate delegata Pontificis, non ex priori ordinaria, & originali potestate.* & n. 101.

98 *Reservatio facultatis conferendi in omnibus Mensibus, de æquitate intelligi debet de solis Apostolicis.*

99 *Papa solum præsumitur jus suum concedere, & nunquam sub involucro Verborum præjudicare velle Ordinariis in eorum quatuor Mensibus.* & n. 106.

100 *Indultum quod Cardinalibus dimittentibus Ecclesias conceditur, est extraordinarium, nec ita favorabile sicut illud, quo gaudent in propriis Ecclesiis.* & n. 149.

Et ob id etsi concessum pro Beneficiis in omnibus Mensibus vacantibus, comprehendere solum debet vacantia in Mensibus Apostolicis. numer. 102. & 107.

103 *Potest Episcopus acceptare Alternativam, & gaudere sex Mensibus in præjudicium Cardinalis habentis Indultum conferendi in octo Mensibus Apostolicis.*

104 *Indulta Cardinalium nihil operantur in Mensibus ordinariis, sed solum in Mensibus Apostolicis*

110 *Si ad Ecclesiam a Cardinali dimissam cum Indulto conferendi in octo Mensibus reservatis, promoveatur alter Cardinalis, ad istum, & non amplius ad Cardinalem dimittentem spectat Beneficiorum collatio in dictis octo Mensibus.*

Et assignatur ratio. numer. 111.

112 *Contrarium, quod collatio in dictis Mensibus reservatis spectet ad Cardinalem, qui Ecclesiam dimisit.* & n. 113. & 114.

115 *An spectante jure conferendi privative ad Capitulum, vel alium inferiorem Collatorem absque ulla participatione Cardinalis Episcopi, possit ista conferre Beneficia ratione Men-*

sis, aut alias reservata, seu potius collatio spectet ad Papam?

116 Proponitur Sententia, quod collatio spectat ad Papam, quia Cardinales vigore Indulti solum conferre possunt Beneficia reservata, quæ ad eorum sive liberam collationem, sive cum aliis communem spectant. & n. 121.

119 Indulta moderna Cardinalium in substantia verborum non sunt diversa ab antiquis.

120 Et in quo differant inter se?

122 Jus habituale conferendi semper residet penes Episcopum, quamvis Beneficiorum collatio privative spectet ad Inferiores. & numer. 130.

123 Hujusmodi tamen jus habituale non sufficit, ut Beneficia comprehendantur sub Indulto, sed requiritur, quod Indultarius sit in quasi possessione ea conferendi.

Intellige ut in n. 141.

124 Indulta Cardinalium non comprehendunt Beneficia devoluta, quæ ad privativam collationem Inferiorum quocumque modo spectant.

Declara ut n. 136.

125 In Beneficiis reservatis devolutio fit ad S. Sedem, non ad Episcopum.

Limita in casu, quo Episcopus sit Cardinalis, & gaudeat Indulto conferendi Beneficia reservata nomine Sedis Apostolicæ. n. 137.

126 Devolutio Beneficiorum de collatione Capituli, in qua Episcopus intervenit tamquam unus de Capitulo fit ad eumdem tamquam Episcopum, secus si interveniat tamquam Prælatus, prout in simultanea, tunc enim devolutio fit ad Superiorem.

Et redditur ratio. n. 138. & 139.

127 Indulta Cardinalium sunt favorabilia, & contra Papam concedentem late interpretanda. & n. 143.

128 Non debent tamen extendi ultra suos terminos, & casus in eo non comprehensos.

129 Enumerantur plura Capitula Ecclesiarum Cathedralium habentia jus conferendi Beneficia privative ad Episcopum.

130 In Quæstione, de qua supra num. 115. proponitur Sententia, quod Cardinalis Episcopus possit vigore Indulti conferre Beneficia reservata ad privativam inferiorum Collatorum provisionem, seclusa reservatione, spectantia.

Et assignatur ratio ibid. & n. 132. 134.

Explicantur DD. qui contrarium sentire videntur numer. 145. & refertur Resolutio Congregationis Particularis de anno 1664. n. 147.

Quæ Sententia eo magis locum sibi vindicat, si favore Cardinalis Episcopi concurrat observantia. n. 146.

131 Jurisdictio Episcopalis non potest a Collatoribus inferioribus præscribi privative ab Episcopo, tamquam ab ipso avulsa.

Limita, si essent exempti cum Territorio separato.

133 Devolutio in casu negligentiæ Capituli habentis privativam Beneficiorum collationem fit ad Episcopum tamquam immediatum Superiorem. & n. 139.

135 Capitulo impedito per Regulas reservatorias in exercitio conferendi, istud consolidatum remanet cum jure habituali residente penes Episcopum.

136 Cardinales Collatores extraordinarii non possunt vigore Indulti conferre jure devoluto Beneficia ad privativam collationem Capituli spectantia.

140 Indulta Cardinalium ita interpretari debent, ut Ordinariis Collatoribus in eorum juribus non præjudicent.

141 Hinc Conclusio, de qua supra num. 123. quod Indulta Cardinalium non capiant Beneficia, in quorum possessione conferendi alter reperitur, procedit, quando agitur de præjudicando Collatoribus inferioribus, secus de præjudicio Papæ concedentis.

142 Regula Clementis VII. qua declarabatur, Indulta Cardinalium non comprehendere Beneficia spectantia ad provisionem inferiorum Collatorum erat odiosa, fuit moderata a Paulo III. & nunc in totum sublata.

144 Indulta Cardinalium, etsi in littera non comprehendant Beneficia electiva in præjudicium eligere debentium, illa tamen capiunt in præjudicium Papæ.

148 Cardinales, qui Ecclesias dimiserunt cum Indulto conferendi in octo Mensibus Apostolicis, conferre non possunt Beneficia ad privativam collationem Capitulorum spectantia, & vigore Regulæ reservata.

150 Provisi a Cardinalibus de Beneficiis reservatis vigore Regulæ, reportare non tenentur novam Provisionem a Sede Apostolica.

151 Contrarium est verius, quando Beneficiorum fructus, etiam oneribus non detractis, summam 24. ducator. auri excedunt. & n. 152. & 153.

154 Regula excipit Collatores jus habentes providendi Beneficia vigore Concordatorum, quæ cum S. Sede inita fuerunt.

155 Requiritur tamen, quod Concordata sint acceptata, & observata, idque probari debet ab eo, qui suam super iisdem Concordatis fundat intentionem.

156 Et sufficit acceptatio tacita, quæ ex ipsa subsequuta observantia eruitur.

157 Concordata excipiuntur a Regula in iis solum casibus, in quibus per eam præjudicium infertur Ordinariis, secus quoad Beneficia collationis Pontificiæ.

158 Concordata Germanica, & Gallica fuerunt acceptata, & vigent in praxi.

159 De origine, & progressu Concordatorum Germaniæ. Remissive.

160 Quæ Reservationes in Concordatis præfatis fuerint modificatæ, & quæ præservata?

161 Alternativa Mensium per dicta Concordata Ordinariis Germaniæ concessa, amplior est ea, quæ indulgetur Episcopis in secunda parte Regulæ IX.

162 De differentia inter utramque Alternativam, Concordatorum nempe, & Regulæ. Remissive.

163 Papa concurrere potest cum Ordinariis Germaniæ in collatione Beneficiorum vacantium in sex Mensibus, per Concordata eisdem assignatis.

164 Et an id explere possit Cardinalis Legatus a Latere?

165 Papa potest derogare Concordatis, sed absque justa, & rationabili causa eis derogare non consuevit. & n. 166.

167 Concordatis Germaniæ quoad Ecclesias sub eis contentas per viam comprehensionis, non censetur derogatum per quascumque generales, & amplissimas clausulas in Constitutionibus Pontificiis adjectas; secus quoad Ecclesias contentas

tentas per viam extensionis. & n. 132. 233. & 264.

168 *Concordata Germania comprehendunt Beneficia electiva.*

169 *Necnon Beneficia de Jurepatronatus Ecclesiastico ad instar Regula IX.*

170 *Limita, si in limine erectionis Fundator Reservationes excluserit.*

171 *In fundatione Beneficii expleta de bonis laicalibus, sufficiunt pro exclusione Reservationum leves conjectura, expressa vero derogatio iisdem reservationibus requiritur, ubi agitur de fundatione ex Bonis Ecclesiasticis.*

172 *Amplia, etiam si hujusmodi secundi generis Beneficia erecta fuerint ante Concordata.*

173 *Reservationes Concordatorum non censentur exclusa ex verbis Indulti Apostolici, quod Collatio Beneficii, prima vice excepta, spectet ad Capitulum.*

174 *Amplia, sive hujusmodi Indultum concessum fuerit ante, sive post Concordata.* & n. 175.

176 *Observantia non suffragatur adversus reservationes contentas in Concordatis munitis Decreto irritanti, nisi ostendatur collationes Ordinariorum fuisse a S. Sede approbatas.*

177 *Nec probata remanet ex documentis extractis a privato Archivio Capituli; maxime si Ordinariorum collationes non ostendantur effectum sortita, & concurrat aliquis actus in contrarium.*

178 *Privilegia exclusiva reservationis non tolluntur per Concordata, sed tolluntur per Regulam IX.*

179 *Contrarium, quia Regula Cancellaria non habent locum in Germania.*

Et assignatur etiam altera ratio n. 181.

180 *Enumerantur plurima differentia, qua militant inter Concordata Germania, & Regulam IX.*

182 *Pontifex tenetur intra tres menses conferre Beneficia vacantia in sex mensibus sibi assignatis in Concordatis, alias collatio redit ad Ordinarium.*

183 *Dies vacationis non computatur in dicto termino trium Mensium.*

184 *Minusque computatur tempus vel legitimi Papa impedimenti ob infirmitatem, aliamque Causam, vel Sedis Apostolica vacantis. Et redditur ratio* n. 185.

186 *Terminus unius Mensis prascriptus in* Cap. Statutum, de Præbend. in 6. *ad conferendum Beneficia vacantia in Curia, non currit Sede Apostolica vacante.*

187 *Provisio Apostolica dicitur expleta intra trimestre, quamvis gratia non sit signata, & datata, dummodo aliunde constet de perfecta voluntate Papa.*

188 *Hac voluntas probatur ex Testimonio Datarii asserentis collationem fuisse a Pontifice expletam.*

189 *Item evincitur ex Lista, seu Cathalogo Provisionum juxta solitum morem in Dataria publicari solitum.*

190 *Provisio a Papa expleta intra trimestre non redditur nulla, ex quo dicto tempore durante non fuerit in partibus insinuata.*

191 *Idque ex Constitutione prasertim Gregorii XIII. qua in tota Germania est recepta.*

192 *Constitutio prafata licet mandet Testimonium Provisionis Apostolica deberi intra trimestre in partibus notificari, id tamen non disponit sub pœna nullitatis Gratia,* & n. 193.

194 *Pontifex, lapso etiam trimestri, potest jure praventionis conferre Beneficia Germania.*

Et assignatur ratio. Ibidem.

195 *Concordata Germania locum habent in omnibus Ecclesiis Germanica Nationis.*

196 *Et adversus ea non suffragatur exceptio acceptationis, non usus, prascriptionis, vel contraria Consuetudinis.*

197 *Contrarium, quod requiratur acceptatio, & de ratione.* n. 199. & 226.

198 *Concordata non fuerunt acceptata in Diœcesibus* Bambergensi, & Herbipolensi.

200 *In Diœcesi* Leodiensi *servari cœperunt anno* 1518. *ex Mandato Imperatoris Maximiliani, & postea ex altero Mandato Caroli V.*

201 *Hujusmodi Mandata non amplectuntur eam partem Diœcesis Leodien. qua Romano Imperio non subest.*

202 *Sed in tota Diœcesi* Leodien. *Concordata servari, mandavit Julius III.*

203 *In Civitate, & Diœcesi* Cameracen. *vigent etiam Concordata ex Mandatis Caroli V. & Imperatoris Ferdinandi.* & n. 204.

205 *Et Dataria de Canonicatibus Ecclesiarum ejusdem Civitatis, & Diœcesis non aliter disponit, quam vigore Concordatorum Germania.*

206 *Sede* Cameracensi *vacante, Canonicatus, & Dignitates non subjacent reservationi Regula II. per Concordata exclusa.*

207 Cameracensis *Diœcesis extenditur per Germaniam, Galliam, & Hannoniam; Et Archiepiscopus in prima servat Concordata Germania, in secunda Concordata Gallia, & in tertia Regulas Cancellaria.*

208 *Ecclesia* Cameracen. *licet subjecta Concordatis, libere antiquitus providebatur a S. Sede; modo spectat ad nominationem Regis Christianissimi.*

209 *Concordata non servantur* in Belgio *licet veniat appellatione Germania inferioris.*

210 *Excipiuntur* Trajectum ad Mosam, *& Ecclesia* Nivellensis, & Thenensis.

211 *Referuntur rationes, ob quas in* Trajecto ad Mosam *locum habere debent Provisiones Apostolica, non obstante quod in potestatem Provinciarum fœderatarum devenerit. Et quid actum fuerit in hac controversia de annis* 1634. & 1672. & n. 218.

212 *Res, qua ab Hostibus capiuntur, non aliter jure Belli fiunt capientis, quam si earum dominium penes Hostes sit, secus si in dominio aliorum, qui nec Hostes sunt, nec Hostium subditi.*

213 *Hostiles prasumuntur res, qua in Hostico reperiuntur.*

214 *Sed hac prasumtio admittit probationes in contrarium.*

215 *Et probato, quod aliorum, quam Hostium sint, manent eorum, quorum sunt in dominio, nec jure Belli capientibus acquiruntur.*

216 *In dominio esse dicuntur non solum res corporales, sed etiam incorporales, Jura nempe, & Actiones &c. qua rei appellatione continentur.*

217 *Capitulationes, & Conventiones Pacis stricti juris sunt, & quod in eis, verbis expressum non fuit, omissum censetur.*

219 *Sedes Apostolica disponere hodie solet de Canonicatibus Collegiatarum Oppidi* Trajecti.

220 *Diœcesis* Warmien. *non comprehenditur sub Concordatis Germania; & Cathedralis Ecclesia*

clesia providetur ad supplicationem Regis Poloniæ. n. 221.

222 Ecclesia Bisuntina libere prius a Sede Apostolica providebatur, modo ex Indultis Pontificum providetur ad nominationem Regis Christianissimi.

223 Non subjacet quoad Beneficia inferiora Concordatis Germaniæ.

224 Et illius Episcopi sæpe Alternativam vigore Regulæ IX. acceptarunt.

225 Civitas Bisuntina sita est in Gallia Celtica extra limites Germaniæ.

226 Ut Civitas aliqua sub Concordatis comprehendatur, non sufficit, quod sit Romano Imperio subjecta, sed requiritur, quod adscripta fuerit inter illas, cum quibus inita fuerunt.

227 Civitas Bisuntina subest Concordatis circa Alternativam Mensium quoad ea tantummodo Beneficia, quæ sunt de collatione Capituli.

228 Ecclesiæ Meten. Virdunen. & Tullen. in Lotharingia, subjacent Concordatis Germaniæ per viam extensionis, non comprehensionis. & num. 230. Lotharingia tamen ipsa sub dictis Concordatis non comprehenditur. & numer. 229.

231 Ordinarii Collatores dictarum Ecclesiarum conferre non possunt Beneficia in sex Mensibus vacantia. & n. 236.

233 Concordata Germaniæ quoad dictas Ecclesias non habent vim contractus, sed Privilegii, seu Indulti.

234 Proindeque censetur ei derogatum per amplissimas clausulas derogatorias contentas in Regula IX. & n. 167. 236. & 264.

237 Clausula quorum tenores &c. in derogatione Indultorum, & Privilegiorum, adjecta fuit Regulæ tempore Gregorii XV.

238 De antiquis Indultis, quibus Universitas Studiorum Lovanii fruebatur, nominandi ad Beneficia existentia in Civitate, Diœcesi, & Patria Leodiensi.

239 Et an dictæ nominationes locum haberent in sex Mensibus per Concordata Germaniæ assignatis Collatoribus Ordinariis?

240 Vigentibus supradictis Indultis, cognitio controversiarum, quæ super validitate nominationum oriebantur, non ad Universitatis Conservatores, sed ad Tribunalia Urbis spectabat.

241 Abrogatis antiquis Indultis, Paulus V. Decano Universitatis facultatem concessit conferendi Dignitates, Canonicatus, & Beneficia Civitatis, & Diœcesis Leodien. vacantia in Mensibus Januarii, & Novembris, anno dispari currente, & in Mense Novembris tantum, currente anno pari.

242 In prædictis Beneficiis, & vacationibus tantum gaudet Universitas favore Concordatorum Germaniæ.

243 Enumerantur Beneficia, quæ in dicto Indulto Paulino excipiuntur.

244 Indultum præfatum non impedit Coadjutorias; Proinde non potest Decanus conferre, decedente Coadjutio in Mensibus Universitatis. & n. 246.

245 Affectio, quæ resultat ex appositione manus Papæ, etiamsi provisio sit nulla, est clausa in corpore Juris.

247 De variis excessibus commissis a Lovaniensibus in abusu Indulti Paulini, quod fuit ob id suspensum a Clemente IX.

Et postea, abusibus sublatis, reintegratum a Clemente X. n. 248. & 249.

250 In Litteris Coadjutoriarum, quæ hodie expediuntur super Canonicatibus, & Dignitatibus Ecclesiarum Civitatis, & Diœcesis Leodien. derogari solet Indultis Lovaniensium, & Concordatis Germaniæ.

251 Vicariæ perpetuæ non comprehenduntur sub Indulto Lovaniensium.

252 Et unitæ Monasteriis Curam Animarum habentibus, conferuntur ad nominationem Abbatis, vel Monachorum.

253 Quemadmodum illæ, quæ sunt unitæ Collegiatis Urbis conferuntur ad Capitulorum nominationem.

254 Vicarius perpetuus in Parochialibus unitis deputatur ad nominationem eorum, quibus facta est unio.

255 Nec Regula IX. nec Concordata derogant hisce nominationibus.

256 Indultum Lovaniense non comprehendit Beneficia, quæ sunt infra duas Marchas, nec Beneficia servitoria, & affecta Cantoribus.

257 Exceptio firmat Regulam in contrarium, sed eam non ampliat.

258 Indultum Lovaniense comprehendit Beneficia de Jurepatronatus Ecclesiastico.

259 Jus nominandi ad Vicarias competit de jure communi, & non est Juspatronatus Ecclesiasticum.

260 Indultum Paulinum Lovaniensibus concessum, non est revocatum per amplissimas clausulas derogatorias Regulæ IX. & n. 263.

261 Indultum præfatum non emanavit ex mera Gratia, sed pro bono pacis, & sapit naturam pacti, & Concordiæ cum Sede Apostolica.

Et etiamsi importaret merum Privilegium, adhuc ei derogatum non esset per Regulam IX. num. 262.

265 Contrarium, quod Indultum Paulinum non habeat vim pacti & Concordiæ inter S. Sedem, & Lovanienses. & n. 269.

266 Indultum præfatum subrogatum fuit loco aliorum Indultorum, quibus prius gaudebat Universitas, quæque merum, & nudum Privilegium præseferebant.

267 Immutatio Privilegii a Sede Apostolica expleta ad sedanda jurgia inter Ecclesiasticos, non præsefert pactum, & Concordiam cum eadem S. Sede.

268 Ad hunc effectum requiritur, quod controversæ sint directe cum ipsa S. Sede, quæ postea ex causa publicæ Pacis, & quietis concordet.

271 Indultum Lovaniense, quamvis non habeat vim pacti, & Concordiæ, adhuc non censetur revocatum per Regulam IX.

Et redditur ratio. ibid.

272 Congregatio Consistorialis admittit Indulta eligendi in quibuscumque Mensibus, plerisque Capitulis Germaniæ concessa, non obstante censura Regularum IX. & XV.

273 An Indultum Lovaniense comprehendat Beneficia Ecclesiarum exemptarum existentium in Diœcesi, & Patria Leodiensi?

274 Concordata Galliæ successerunt loco Pragmaticæ Sanctionis, quæ abrogata remansit.

275 Sunt late interpretanda, quia favorabilia, & magis, quam Indulta Cardinalium.

276 Et in quibus differant a concordatis Germanicis? Remissive.

277 Regula

277 *Regula Mensium locum non habet in Regno Franciæ, Delphinatu, aliisque Provinciis, quæ anno* 1516. *erant de Regis Dominio.*

278 *Hujusmodi Provinciæ vocantur* Patria reducta, *& quare?*

279 *Locum tamen habet Regula in Provinciis post dictum annum acquisitis, & sic* in Brittania.

280 *Provincia* Provinciæ, *etsi de Regis dominio ante annum* 1516. *subest Regula, & non Concordatis, in quibus de ea nulla fit mentio.*

281 Brittania, *& Provincia* Provinciæ *vocantur* Patria obedientiæ, *& quare?*

282 *Concordatis Galliæ non subsunt Provinciæ a Rege Christianissimo acquisitæ in Germania, & Belgia, nec ea pars Comitatus Burgundiæ, quæ ejus dominio subest.*

283 *Regiones* de la Bresse, Bugey, Valromay, *&* Gex, *ab Henrico IV. acquisitæ in compensationem Marchionatus Salutiarum Sabaudiæ Duci cessi, sub Concordatis Galliæ comprehenduntur.*

284 *Contrarium, quod subjacent Regulæ Mensium, & rejicitur* Thomassinus.

285 *Beneficia sita extra Regnum Franciæ, sed dependentia, seu subjecta Regni Beneficiis, Concordatis Franciæ subjacent.* & n. 287.

286 *Contrarium, quod provisio Beneficiorum extra Regnum existentium, & ad collationem Ordinariorum Franciæ spectantium, regulari debeat juxta leges vigentes in locis eorumdem Beneficiorum.*

Beneficia existentia extra Imperium, quamvis spectent ad Collationem Ordinariorum in Imperio residentium, Primariis Precibus Imperialibus non subjacent. ibid.

288 *Concordata Galliæ comprehendunt etiam Beneficia litigiosa.*

289 *Dispositio* Cap. 1. & 2. Ut lit. penden. *non habet locum in Gallia.*

290 *De Concordatis Poloniæ: quid in eis dispanatur, & an sint in usu.* & n. 291.

291 *Dataria Concordata hujusmodi numquam admisit, nec approbavit.*

CUm Regula nostra sit restricta ad Beneficia
quocumque modo vacatura *extra Romanam*
1 *Curiam*; hinc Beneficia, quæ vacant *in Curia*,
sunt ab hujusmodi reservatione excepta, *Rot. dec.*
1182. *n.* 5. *coram Coccin.* Quod duplici modo in-
telligi potest: primo, quando agitur de Beneficiis
cæteris, quæ per obitum ultimi possessoris, sive
naturalem, sive civilem vacent in *Curia*; illa enim
2 quocumque mense vacant, spectant ad privativam
collationem Summi Pontificis; ac etiam, quia cum
3 ista reservatio ratione mensis sit subsidiaria, non
intrat, ubi alia fortior viget, *Tondut. Quæst. Benefic. part.* 2. *cap.* 3. §. 8. *n.* 3. *Barbos. de Episcop.*
allegat. 57. *n.* 194. *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1.
n. 540. *Rot. decis.* 156. *n.* 1. *part.* 2. *Recent.* ubi e-
tiam, si Reservatio non esset ex capite vacationis
apud Sedem, sed ratione familiaritatis Cardinalis,
4 quæ fortior est reservatione Regulæ IX. An vero
excipiantur etiam alia Beneficia reservata, quæ
5 largo modo vacare dicuntur *in Curia*, examinat
Gonzal. ad Regul. 8. *gloss.* 13. *a n.* 66. *usque ad finem*, *Garc. ubi supra*, ubi eumdem impugnat.

Secundo modo intelligi potest, quando agitur
de Beneficiis Urbis, & in Urbe existentibus: Et
tali casu si collatio spectat ad Summum Pontifi-
6 cem, non intrat reservatio mensis, sive quia di-
cuntur vacare *in Curia*, sive quia in illis nulla cadit
reservatio, cum pertineant ad collationem Summi
Pontificis jure proprio, & ordinario, non obstan-
te Regula VIII. Cancellariæ, quia illa est impro- 7
pria reservatio, & facta ad majorem cauthelam,
ut ibi diximus, & ad effectum Regulæ IX. tra-
dunt *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 3. *de Præben. sub*
n. 354. *in fine*, *Gonzal. ad hanc Regul. gloss.* 13. *in*
princip. & n. 63. *Kochier. ibidem gloss.* 6. *n.* 1. *&*
seqq. Barbos. allegat. 57. *n.* . Idque procedit etiam
quando dicta Beneficia spectant ad collationem 8
Cardinalium Titularium, quia Regula hæc IX.
non comprehendit Cardinales, etiamsi sint inferio-
res Collatores, ut dicemus infra n. 43. & advertit *Gonzal. dict. gloss.* 13. *n.* 63. *vers. nec dicatur*
cum seqq.

Difficultas solum versatur super iis Beneficiis in-
ferioribus, quæ pertinent ad collationem non Pon-
tificis, neque Cardinalium, sed Capitulorum, ut
sunt *Beneficiatus* spectantes in certis Hebdomadis
ad collationem Capitulorum Basilicarum S. Petri,
S. Joannis Lateranen. & Sanctæ Mariæ Majoris;
an scilicet si contingat Beneficiatum decedere ex- 9
tra Urbem in Hebdomada Capituli, & in uno ex
octo mensibus per Regulam reservatis, collatio
spectet ad idem Capitulum, sive potius ad sum-
mum Pontificem ratione Regulæ IX. Contigit
hic casus sub Alexandro VII. occasione vacationis
Beneficiatus Basilicæ Vaticanæ sequutæ de Mense
Aprilis 1663. per obitum *Flaminii Maximi* de-
functi in transitu Fovei nuncupati *del Mignone*,
positi inter *Civitatem Vetulam*, & *Cornetanam*.
Cumque vacatio præfata incidisset in Turno Ca-
pituli, & è contra Mensis esset reservatus, quæ-
situm fuit ad quem spectaret collatio. Et inter ce-
tera duæ ad nostrum propositum erant difficultа-
tes; prima, an Beneficia Urbis caderent sub re-
servatione Regulæ IX. Et secunda, an posset dici
obiisse extra Romanam Curiam, dum obierat infra
duas Dietas.

Et quoad primam dicebatur, Beneficium re-
mansisse reservationi Regulæ obnoxium, non ob-
stante, quod ageretur de Beneficio sito in Urbe,
nam sicuti Beneficia Urbis subjecta sunt reserva- 10
tionibus aliarum Regularum loquentium per ver-
ba minus ampla, quam loquatur Regula IX. nem-
pe reservationibus ratione Protonotariatus, fami-
liaritatis &c. ut docet praxis, etiam quoad Bene-
ficia inferiora trium Urbis Basilicarum, juxta quam
sæpe Pontifices contulerunt earumdem Basilicarum
Beneficiatus, & Clericatus in Turno Capituli va-
cantes, quotiescumque alicui ex dictis reservatio-
nibus subjecti essent: Ita & multo magis eadem
Urbis Beneficia obnoxia dici debent reservationi
Regulæ Mensium, cui adjecta leguntur verba am- 11
pliora, nempe *ubicumque existentia*, quæ compre-
hendunt Beneficia in quocumque loco sita, & in
quibuscumque Ecclesiis, etiam speciali nota dignis,
& sic etiam Patriarchalibus; & in Basilica S. Pe-
tri Urbis, *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 10. *num.* 1. *&*
seqq. Rot. decis. 63. *n.* 2. *&* 3. *cor. Dunozo*, & di-
ximus in præcedenti §.

Non obstat, quod dum Regula reservat Benefi-
cia *extra Romanam Curiam quocumque modo va-*
catura, excludat per consequens ea Beneficia, quæ
sunt in *Curia*, *Gonzal. dict. gloss.* 13. *n.* 15. 63. *&*
65. Etenim locus destinatus ad inducendam vaca-
tionem est quid diversum a loco Beneficii; & ad 12
effectum reservationis non attenditur locus Bene-
ficii, sed locus vacationis, ut patet de contrahen-
te Matrimonium, de Resignante &c. & tradit
Gonzal. d. Gloss. 13. *num.* 43. *& seqq.* ubi alia con-
gerit

gerit exempla, *& n.* 26. ubi quod vacat Benefi-
cium ubi persona moritur. *Barbos. de potest. Epis-
cop. allegat.* 57. *n.* 24. Et ita servat etiam Dataria,
quæ reservationem semper desumit a loco vacatio-
nis, non autem a loco Beneficii.
Verba enim illa *extra Romanam Curiam vaca-*
13 *tura* non sunt posita ad designandam qualitatem,
& situationem Beneficiorum; jam enim supra de
hoc Regula mentionem fecerat per illa verba -- *om-
nia Beneficia qualitercumque qualificata, & ubi-
cumque existentia* -- sed posita sunt ad indicandum
modum vacationis, qui vacationis modus longe
distat a situatione, & qualitate Beneficii, cum
compatibile sit, ut Beneficium situm in uno loco,
vacet per obitum, privationem, aut ceteris modis
in alio loco; Justa autem ratione modus vacandi
per Regulam fuit limitatus ad *extra Curiam*, quia
14 dum adest vacatio *in Curia*, insurgit reservatio
fortior aliis, ut advertit *Gonzal. dict. gloss.* 13. *n.*
53. *& seqq. & numer.* 66. 75. *&* 79. *Rot. decis.*
1328. *num.* 5. *&* 24. *cor. Pena* cum aliis supra lau-
datis.
Nec quidquam obstat *Gonzal.* loco in objecto
cit. quem sicuti sunt *Barbos. Kochier*, *Castropal.
& alii*; Quia loquuntur de Beneficiis Urbis spe-
15 ctantibus ad collationem Papæ, quorum respectu,
nec ista Regula IX. nec quæcumque alia reserva-
tio locum sibi vindicat, ut mox diximus; sed quan-
do agitur de Beneficiis inferioribus, ipsemet *Gon-
zal. n.* 13. *&* 20. admittit, obnoxia illa esse reser-
vationibus Apostolicis.
Minus relevat, quod sub Regula VIII. ubi re-
16 servantur Beneficia Urbis, non sint comprehensi
Beneficiatus, & Clericatus Basilicarum, ut supra
in Commentar. in eandem Regulam dictum est, er-
go sicuti non sunt comprehensi sub illa, ita neque
sub hac Regula IX. Etenim a non comprehensio-
ne Beneficii sub una reservatione, inferri non po-
test ad non comprehensionem sub alia magis ge-
neraliter, & indistincte loquente, prout est illa
Regulæ IX. quæ continet clausulas ceteris Regulis
ampliores ibi -- *Qualitercumque qualificata, & u-
bicumque existentia.* Potissimum quia in Regula
17 VIII. non reservantur proprie Beneficia, sed im-
proprie, & tantum pro cautela, ut *ibidem* dixi-
mus. Excluduntur vero Clericatus, & Beneficia
inferiora ad salvanda Privilegia, & Indulta, qui-
bus gaudent Cardinales Archipresbyteri, & Capi-
tula, non vero ad excludendas omnes reservatio-
nes ab iis Beneficiis. Alias si contrarium argu-
mentum subsisteret, hujusmodi Beneficia inferiora
non essent comprehensa sub reservationibus ex ca-
pite familiaritatis, Protonotariatus &c. quod ut
diximus, non subsistit.
Quoad secundam inspectionem, ex parte Ca-
nonici Turnarii dicebatur, quod Regula IX. uti
restricta ad vacationes *extra Curiam* non applicatur
18 casui, in quo Beneficiatus decedat intra duas
Dietas, nam ex dispositione *Cap. Præsenti* 34. *de
Præben. in* 6. Romana Curia fuit extensa ad duas
19 dietas; & qui existit infra duas dietas, censetur
existere *in Curia*, & ibi præsens esse, ad tradita
per *Lotter. de Re Benefic. libr.* 2. *quæst.* 35. *n.* 17.
& seqq. ubi subdit, quod dispositio dicti *Cap.
Præsenti* non procedit per fictionem, vel extensio-
nem; sed per declarationem Juris antiqui, *Carol.
Ant. de Luca in addit. ad Ventrigl. part.* 2. *adnot.*
2. §. 1. *n.* 12.
Sed cum jam supra in *Comment.* in Regul. VIII.
a *num.* 148. & pluribus sequentibus fuerit abunde
demonstratum, Curiam Romanam dici propria
20 locum, ubi est Papa cum sua Curia: & reproba-
to *Lotterio*, pluribus rationibus ostensum, dispo-
sitionem laudati *Cap. Præsenti* procedere per mo- 21
dum fictum, & inductivum novi Juris, non au-
tem per declarationem Juris antiqui, quodque illa
ficta extensio non egrediatur casum reservationis
ex vacatione *apud Sedem*, de qua in *Cap.* 2. *de
Præben. in* 6. quia dispositio ficta non extenditur
de casu ad casum, ut innuit idem Textus in *Cap.
Præsenti*, ibi -- *in præmissis* --; Hinc sequitur,
quod attenta veritate, & non fictione, Curia Pa-
pæ ad effectum etiam Regulæ IX. intelligenda sit 22
de eo loco, ubi adest Papa, quodque per conse-
quens Beneficia, quæ vacant per obitum extra Ci-
vitatem Romanam, esse debeant sub eadem Re-
gula comprehensa.
Accedentibus præcipue duabus ponderationibus,
prima, quod extensio fictitia in dicto *Cap. Præ-
senti* emanavit ad favorem Pontificis conferentis 23
ex reservatione vacationis in *Curia*, non autem ad
favorem aliarum Personarum, *Gomes. super Regul.
de Familiar. quæst.* 17. *n.* 3. unde eo minus se pro-
tendere valet ad coarctandam aliam reservationem
ratione Mensium contra eumdem Pontificem;
quæ enim in alicujus favorem sunt inducta, non
expedit, ut in illius præjudicium retorqueantur,
Cap. Quod ob gratiam 61. *de Regul. Jur. in* 6. *leg.
Nulla juris ratio* 24. *ff. de Legib. Leg. quod favore
C. eod. tit.* Et altera deducitur ex observantia Da-
tariæ, quæ perpetuo contulit, & confert Benefi- 24
cia ratione Mensis reservata in Episcopatibus exi-
stentibus intra Urbis Districtum, puta *Sutrin. &
Nepesin. Civitatis Castellan. Tyburtin. &c.* iidem-
que Episcopi Districtus Urbis pro libito acceptare
solent Gratiam Alternativæ; Et in Provisionibus
Apostolicis, quæ de Beneficiis præfatis vigore Re-
gulæ explentur, explicite ponitur Clausula -- *Ex-
tra Romanam Curiam vacantia &c.* & sic eam ac-
cipiendo in sensu proprio, & vero.
Atque ex recensitis rationibus deputata occa-
sione supradictæ controversiæ Congregatione par-
ticulari quatuor insignium Prælatorum, nempe 25
Taya Rotæ Auditoris, *Fagnani*, *Bulgarini*, *&
Baranzoni*, resolutum fuit, Regulam Mensium
reservatoriam Beneficiorum *ubicunque existentium,
& extra Romanam Curiam* vacantium, habere lo-
cum etiam in Beneficiis Urbis spectantibus ad col-
lationem inferiorum, quamvis Beneficiati obierint
intra duas Dietas, vel intra Districtum, quemad-
modum servatur quoad Beneficia vacantia in Epi-
scopatibus Districtualibus. Et successive de Mense
Aprilis sequentis *anni* 1664. laudatus Pontifex A-
lexander VII. Beneficiatum contulit *Georgio Ane-
træ*, approbando *Motu proprio* supradictam Con-
gregationis particularis Resolutionem cum *Decreto
irritanti*, & clausula *sublata*. De qua Resolutio-
ne, & Pontificia approbatione meminit etiam *Ca-
rol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. part.* 2. *adnot.* 2.
§. 1. *n.* 12. Cujus Motus proprii verba in necessa-
riis hic transcribere operæ pretium duximus, cum
sit veluti Decretalis Epistola, decidens punctum,
& materiam valde singularem non solum in præ-
fato, sed etiam in aliis contingentibus causis, cum
Papa respondendo, & definiendo casum particu- 26
larem, Canonem condat, ex relatis per *Maneiam
de Decimis cap.* 9. *quæst.* 2. *n.* 29.

URBIS.

URBIS.

27 „ Motu proprio &c. Cum ſicut accepimus perpetuum ſimplex Beneficium Eccleſiaſticum Beneficiatus nuncupatum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe cujus collatio & omnimoda diſpoſitio dum pro tempore vacat ad dilectos filios Capitulum & Canonicos dictæ Baſilicæ in eorum Turno Hebdomadario inter ipſos & Cardinalem Archipresbyterum ejuſdem Baſilicæ alternatim ſtabilito ceſſantibus reſervationibus & affectionibus Apoſtolicis ſpectare dignoſcitur per obitum quondam Flaminii de Maximis illius dum viveret ultimi poſſeſſoris extra Romanam Curiam & in Territorio Cornetano ſive alio adjacenti & forſan infra duas dietas a Romana Curia ſive intra Urbis noſtræ diſtrictum de Menſe Aprilis anni Domini 1663. ipſo Capitulo in Turno conferendi exiſtente defuncti aut alias certo alio modo vacaverit & vacet ad præſens & propterea Nobis & Sedi Apoſtolicæ in vim Regulæ reſervatoriæ octo Menſium Apoſtolicorum reſervatum exiſtat. Nos dilecto filio *Gregoris* Anetra Presbytero Policaſtren. Diœceſis ſpecialem gratiam facere volentes motu ſimili &c. dictum Beneficiatum cujus & illi forſan annexorum fructus &c. viginti quatuor computatis vero incertis & diſtributionibus quotidianis trecentorum ducatorum &c. non excedunt ſive præmiſſo ſive &c. eidem Georgio conferimus & de illo etiam providemus non obſtantibus Conſtitutionibus &c.

„ Fiat Motu proprio F.

„ Et cum abſolutione &c. & cum declaratione etiam ex Voto Congregationis quatuor Prælatorum ſpecialiter a Nobis deputatorum ad diſcutienda jura Datariæ atque Capituli & Canonicorum præfatorum informantium quod Regula Menſium reſervans Beneficia qualitercunque qualificata & ubicunque exiſtentia extra Romanam Curiam vacantia locum habet etiam in Beneficiis Urbis ad collationem inferiorum Collatorum ſpectantibus etiam quod Beneficiatus obierit in Urbis diſtrictu vel intra duas Dietas ſicuti etiam illa practicatur in Epiſcopatibus diſtrictualibus. Sicque & non aliter per quoſcunque Judices &c. judicari &c. irritum &c. decernens itaut ſuper declaratione & Decreto præfatis Litteræ Apoſtolicæ in favorem præfati Georgii ſimul cum dicta Proviſione vel ſeparatim per Breve noſtrum ſeu officium minoris gratiæ expediri poſſint &c.

Fiat F.

„ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Pridie Nonas Aprilis Anno IX.

Id quod poſtmodum ſervatum fuit in altero pa-
28 riter Beneficiatu S. Petri, qui vacaverat *extra Romanam Curiam* in Civitate Fani de *Menſe Auguſti anno* 1671. per obitum *Theodori Rinalducci* Capitulo in Turno exiſtente, quem Clemens X. ſub datum apud *S. M. Majorem* 12. *Kalendas Septembris Pontificatus anno Secundo*, contulit *Venantio Benigno* familiari ſuo, & data fuit reſervatio Regulæ IX. Sed fortiter reſumpta fuit ejuſdem articuli diſputatio ſub ſan. mem. Clemente XI. occaſione, quod dictus *Georgius Anetra* a ſan. mem. Alexandro VII. de Beneficiatu vacante per obitum *Flaminii Maximi* proviſus in Provincia *Baſilicata* de Menſe *Auguſti* 1700. diem clauſerat extremum, & Capitulum, in cujus Hebdomada obitus contigerat, Beneficiatum vacantem *Petro Franciſco Buſſi* contulerat, ſed contendentibus Datariæ Miniſtris, quod illius collatio in vim Regulæ IX. ad Pontificem ſpectaret, deputata fuit particularis Congregatio, cui interfuerunt cl. mem. Cardinalis *Sacripantes Prodatarius*, & RR. PP. *Caſſarellus*, *Paraccianus*, *Origus*, & *Corradinus Subdatarius*, qui de menſe Aprilis *anni* 1701. unanimiter reſponderunt — *Collationem ſpectare ad Datariam.*
Et ſucceſſive collatus fuit Beneficiatus *Julio Ca-* 29
ſari Bernardino, ſub Datum Romæ *apud S. Petrum quarto Nonas Maii Pontificatus anno Primo.* Et in Motu proprio deſuper edito amplior facta fuit declaratio, qua Pontifex non ſolum confirmavit, & innovavit ſupradictam Alexandri VII. declarationem, ſed voluit eam habere locum in perpetuis futuris vacationibus Beneficiorum Urbis ad collationem Inferiorum Collatorum ſpectantium. Tenor autem Motus proprii ſan. mem. Clementis XI. eſt qui ſequitur.

CLEMENS PAPA XI.

„ *Motu proprio &c.* Alias ſicut accepimus perpetuo ſimplici perſonalem tamen reſidentiam requirente Beneficio Eccleſiaſtico Beneficiatu nuncupato in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe cujus collationem, proviſionem & omnimodam diſpoſitionem dum pro tempore vacat ad dilectos filios Capitulum & Canonicos dictæ Baſilicæ alternatim cum illius Archipresbytero per hebdomadam ſeu per Turnum ceſſantibus Reſervationibus & Affectionibus Apoſtolicis ſpectare & pertinere dignoſcitur tunc per obitum quondam Flaminii de Maximis illius dum viveret ultimi poſſeſſoris extra Romanam Curiam & in Territorio Cornetano ſive alio ei adjacenti & intra duas dietas a dicta Curia diſtante ſive intra Urbis noſtræ Diſtrictum ſituato de menſe Aprilis anni Domini 1663. ipſo Capitulo in Turno conferendi tunc exiſtente defuncti vacante illud ſi vacans & felic. record. Alexandri Papæ VII. Prædeceſſoris noſtri Sediſque Apoſtolicæ diſpoſitioni in vim ſuæ & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulæ reſervatoriæ octo Menſium Apoſtolicorum reſervatum idem Alexander Prædeceſſor prævia tamen ejus declaratione etiam ex Voto Congregationis quatuor Romanæ Curiæ Prælatorum doctrina & integritate pollentium ad diſcutienda Jura Datariæ Apoſtolicæ atque Capituli & Canonicorum præfatorum informantium per dictum Alexandrum Prædeceſſorem ſpecialiter tunc deputatæ facta in qua ſtatuit & mandavit memoratam Regulam Menſium præfatorum reſervatoriam & Beneficia qualitercumque qualificata & ubicumque exiſtentia extra Romanam Curiam præfatam vacantia reſervantem etiam in Beneficiis dictæ Urbis ad collationem tamen inferiorum Collatorum ſpectantibus & præſertim in dicto Beneficio ſicut præfertur vacante non obſtante quod præfatus Flaminius in dictæ Urbis Diſtrictu vel intra duas dietas obierat extendi & in illis locum habere irritanti Decreto & Clauſula ſublata deſuper appoſitis quondam Georgio Anetra tunc in humanis agenti Motu proprio &c. contulit & de illo etiam providit prout in Litteris Apoſtolicis deſuper ſub datum videlicet Romæ apud Sanctam Mariam Majorem pridie nonas Aprilis Pontificatus dicti Alexandri Prædeceſſoris anno IX. ſeu &c. expeditis plenius continetur. Cum autem ſicut etiam accepimus Beneficium præfatum per obitum dicti Georgii qui extra dictam Curiam & in loco etiam

„ extra duas dietas a præfata Urbe remoto de mense „ Augusti proxime præterito vel alio Mense Sedi „ Apostolicæ reservato Capitulo quoque dictæ Ba- „ filicæ in Turno conferendi existente diem claufe- „ rit extremum vacaverit & vacet ad præsens om- „ nimodaque illius dispositio juxta regulam Men- „ sium Apostolicorum reservatoriam per rec.ol. „ mem. Innocentium Papam XII. similiter Præ „ decessorem nostrum editam & suo tempore du- „ raturam etiam ex præfata dicti Alexandri Præ- „ decessoris declaratione, quas etiam Nos ex „ unanimi Voto Congregationis particularis ad „ hunc præcisum effectum per Nos deputatæ ci- „ tatis Capitulo dictæ Basilicæ & ab eo proviso „ etiam informante motu simili & ex certa scientia „ deque Apostolicæ Potestatis plenitudine appro- „ bamus, confirmamus & innovamus, ac tam in „ præsenti ad hujus nostri Motus proprii validissi- „ mum & plenissimum effectum *quam in futuris* „ *dictæ Urbis Beneficiorum* ad collationem infe- „ riorum Collatorum spectantium extra præfatam „ Curiam vacationibus perpetuis futuris tempori- „ bus locum habere volumus & declaramus No- „ bis & Sedi Apostolicæ etiam ex eo quod Nos „ Divina favente Clementia ad Summi Apostola- „ tus apicem assumti per undecimam nostram, & „ Cancellariæ præfatæ Regulam declaravimus om- „ nia Beneficia Ecclesiastica per Prædecessores no- „ stros Romanos Pontifices reservata & tempore „ obitus eorumdem Prædecessorum vacantia re- „ mansisse & remanere affecta reservata existant. „ Cumque Capitulum dictæ Basilicæ Beneficium „ præfatum sic ut præfertur ultimo loco vacans cui- „ dam Petro Francisco Bussi asserto Clerico nulli- „ ter & de facto contulit. Nos dilecto filio Julio „ Cæsari Bernardino Presbytero Tudertino seu „ alterius Civitatis vel Diœcesis specialem gratiam „ facere volentes ac præfatæ collationis per dictum „ Capitulum ut præfertur factæ tenorem ac datam „ pro expressis habentes Motu simili &c. omnes & „ quascumque lites & causas inter præfatum Pe- „ trum Franciscum & Capitulum dictæ Basilicæ „ occasione præfatæ collationis una & dictum Ju- „ lium Cæsarem ex altera partibus super Beneficio „ sic ut præfertur vacante prædicto motas seu mo- „ vendas ad Nos avocamus easque penitus & om- „ nino extinguimus & annullamus ac P tro Fran- „ cisco & Capitulo præfatis vel quibusvis aliis in „ dicto Beneficio sic ut præfertur vacante vel ad „ illud ex vacatione ultimodicta Jus habere præ- „ tendentibus perpetuum silentium imponimus pos- „ sessionemque dicti Beneficii sic ut præfertur va- „ cantis illiusque bonorum & fructuum dictæ col- „ lationis per Capitulum ut præfertur factæ prætextu „ tam per dictum Petrum Franciscum quam per „ quoscumque alios forsan captam cassamus & an- „ nullamus illamque neque in judicio neque ex- „ tra illud eidem Petro Francisco minusque Ca- „ pitulo dictæ Basilicæ suffragari posse decernimus „ ac Beneficium præfatum sic ut præfertur vacans „ cujus &c. fructus 24. computatis vero distribu- „ tionibus quotidianis & aliis incertis 300. ducat. „ &c. super quibus Pensio annua antiqua 80. scu- „ torum monetæ &c. sive præmisso &c. eidem „ Julio Cæsari conferimus & de illo etiam pro- „ videmus dictumque Julium Cæsarem in omni „ Jure & ad omnia Jura quæ eidem Georgio ante „ illius obitum & illius tempore in Beneficio præ- „ fato vel ad illud competebant & competere po- „ terant etsi adhuc viveret competerent & compe- „ tere possent etiam quoad possessionem in qua di- „ ctus Georgius tempore ejus obitus reperiebatur „ & quatenus ea reperiretur & non alias &c. ac „ alias quomodolibet in omnibus & per omnia A- „ postolica Auctoritate Motu simili gratias substi- „ tuimus & subrogamus dictaque Jura ei concedi- „ mus & assignamus ipsumque Julium Cæsarem ad „ Jura hujusmodi illorumque prosecutionem & de- „ fensionem in eisdem statu & terminis in quibus „ dictus Georgius reperiebatur & ad quæ dictus „ Georgius si adhuc viveret posset & deberet ad- „ mitti in omnibus & per omnia authoritate no- „ stra præfata admittimus admittendumque fore & „ esse irritumque &c. etiam decernimus & insu- „ per eidem Julio Cæsari facultatem, potestatem & „ auctoritatem capiendi veram realem & actualem „ possessionem dicti Beneficii absque alio Judicis „ Decreto & Citatione atque etiam absque eo quod „ objici possit vitium spolii seu attentatorum Motu „ pari concedimus & impartimur. Sicque & non „ alias per quoscumque Judices &c. quavis aucto- „ ritate fungentes etiam Causarum Palatii nostri „ Auditores ac S. R. E. Cardinales &c. sub lata „ &c. judicari & definiri debere irritumque &c. „ decernimus non obstan. collatione per Capitu- „ lum dictæ Basilicæ ut præfertur facta & posses- „ sione favore dicti Petri Francisci & forsan alio- „ rum ut præfertur subsequuta ac nostræ & Can- „ cellariæ præfatæ Regulæ præsertim de non tol- „ len. Jure quæsito ac qualibet inhibitione cujus- „ cumque Judicis contra præfatum Julium Cæ- „ sarem seu alios quoscumque forsan emanata seu „ emananda ac Constitutionibus & Ordinationi- „ bus Apostolicis ac dictæ Basilicæ &c. Privile- „ giis quoque Indultis & Litteris Apostolicis ei- „ dem Basilicæ illiusque Cardinali Archipresby- „ tero &c. quibus omnibus &c. Motu simili de- „ rogamus &c.

Fiat Motu proprio I. F.

„ Datum Romæ apud S. Petrum Quarto No- „ nas Maii Anno Primo.

„ SUMMARIUM. Vacante alias de anno 1663. „ Beneficiato Basilicæ S. Petri de Urbe collationis „ Capituli alternatim cum illius Card. Archipres- „ bytero per obitum Flaminii de Maximis extra „ Romanam Curiam in Urbis Districtu vel intra „ duas Dietas in uno ex Mensibus reservatis defun- „ cti Capitulo tunc in Turno conferendi existente „ Alexander Papa VII. (ex Voto etiam Congre- „ gationis quatuor Romanæ Curiæ Prælatorum ad „ discutienda Jura Datariæ Apostolicæ & dicti Ca- „ pituli informantis tunc specialiter deputatæ) de- „ claravit Regulam reservatoriam Mensium de Be- „ neficiis qualitercumque qualificatis ubicumque „ existentibus locum habere etiam in Beneficiis Ur- „ bis collationis inferiorum Collatorum extra di- „ ctam Curiam tamen & etiam in Districtu vacan- „ tibus & propterea dictum Beneficiatum Motu „ proprio contulit Georgio Anetræ dicto vero Ge- „ orgio nuper extra dictam Curiam & ultra duas „ Dietas de Augusto seu alio Mense reservato eo- „ dem Capitulo in Turno pariter conferendi exi- „ stente defuncto dictoque Beneficiato iterum va- „ cante & Sedi Apostolicæ tam per Regulam Re- „ servatoriam dictorum Mensium Innocentii XII. „ quam per XI. Sanctitatis Vestræ reservationis Be- „ neficiorum reservatorum per Prædecessores & tem- „ pore eorum obitus vacantium declaratoriam reser- „ vato & per Capitulum nulliter collato eadem S. V. „ ad validissimum infrascriptæ Collationis effectum „ *& pro aliis futuris vacationibus in perpetuum* „ approbans & innovans dicti Alexandri VII. de- „ clarationem Motu proprio & ex unanimi Voto „ Congregationis particularis ad hunc præcisum „ effectum

„ effectum deputatæ citatis Capitulo dictæ Basi-
„ licæ & ab eo proviso etiam infurmanie conferr
„ Beneficiatum præfatum 24. cum distributionibus
„ 300. duc. gravatum pensione 80. scutorum mo-
„ netæ Julio Cæsari Bernardino Presbytero cum
„ obstantiis Beneficialibus, derogatione Statuto-
„ rum Urbis contra Forenses subrogationibus in
„ Juribus dicti Georgii revocatione possessionis
„ captæ per Provisum a Capitulo avocatione &
„ extinctione litis, & cum facultate accipiendi Pos-
„ sessionem absque Decreto Judicis & absque vi-
„ tio Spolii & attentatorum cum clausula sublata
„ & cum Regulæ de Jure quæsito non tollendo
„ & aliis derogationibus necessariis & opportu-
„ nis & Decreto dimittendi Canonicatum Colle-
„ giatæ S. Mariæ in Cosmedin per eum obtentum
„ seu illius vacationis eo ipso -- G. Perobitum.

Sed præter Beneficia vacantia in Curia exci-
30 piuntur secundo loco in Regula Beneficia per Resignationem vacantia. Quolibet enim Mense fieri possunt Beneficiorum dimissiones in manibus Or-
31 dinariorum, & quolibet Mense possunt ipsi de Beneficiis sic dimissis disponere, servata tamen forma Constitutionis XXXVIII. S. Pii V. *Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 14. n. 31. Tandut. quæstion. Beneficial. part. 2. cap. 3. §. 8. numer. 4. Castrapal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. disputat. 2. punct. 22. §. 3. n. 7. Kochier. ad Regul. IX. gloss. 7. n. 2. & seqq. Pignatell. tom. 9. consultat. 77. n. 58.* ubi refert resolutionem Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, *Ventrigl. in Prax. Benefic. tom. 2. adnot. 2. §. 2. n. 74. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 1. n. 49. Capon. controvers. 71. numer. 5. Branden. ad Concord. German. quæst. 12. numer. 13. & seqq.* ubi quod locum id sibi vindicat etiam in Germania, *Nicolarts ad eadem Concordat. tit. 1. dub. 9. §. 9.* Quomodo autem hæc
32 exceptio intelligatur, an de Resignatione simplici, vel etiam conditionali, & an de expressa tantum, vel etiam tacita, examinant *Gonzal. ad hanc Regul. gloss. 14. per tot. Kochier. ibidem gloss. 7. Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. n. 512 & seqq. Castrapal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. dip. 2. punct. 22. §. 3. n. 5. Ventrigl. ubi supra n. 74. & seqq.*

Et quamvis *Rota in Burgen. seu Civitatis S. Sepulchri Canonicatus 4. Decembris 1705. §. Quamobrem, & §. Fundamentis, cor. bo. mem. Ansalda* asserere videatur, Beneficium in manibus Ordinarii dimissum spectare ad illius collationem, quando in Mense ordinario est dimissum, ad Papam vero, quando dimissio expleta fuit in Mense
33 Apostolico; Attamen iste non fuit sensus *Rota*, dum in laudata Decisione referuntur solum motiva Partium contendentium hinc inde exposita, & *Gonzalez gloss. 14. n. 23.* inibi allegatus, dum ait, quod Episcopus conferre possit Beneficium dimissum, si alias reservatum non sit, intelligitur si non sit reservatum reservatione personali, aut reali, non vero ea, quæ resultat ratione Mensium; nam hæc reservatio Resignationis casum non amplectitur, ut in Regula habetur.

Ex his pariter insubsistens detegitur opinio, quam post *Gabrielem* sequutus est *Paris. de Resignat. lib. 7. quæst. 12. n. 28.* quod si contingat in Mense reservato dimitti Beneficium in manibus Ordinarii, illius collatio spectat ad Cardinalem habentem Indultum conferendi reservata, non ad ipsum Ordinarium. Nam cum in hoc casu Bene-
34 ficium, ut diximus, non sit reservatum, sicuti illius collatio non pertinet ad Papam, ita nec ad Cardinalem ex ejus delegatione conferentem, spectare poterit.

Quamvis autem exceptio Regulæ loquatur de resignatione, conveniunt tamen DD. quod locum
sibi vindicet etiam in Permutatione, itaut quoli- 35
bet Mense possint per Ordinarium Beneficiorum permutationes admitti, *Gonzal. ad hanc Regul. dict. gloss. 14. n. 32. & seqq. Kochier ibidem gloss. 7. n. 6. & 7. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 543. Castropal. dict. punct. 22. §. 3. n. 6. & 7. Several. apud Palm. Jun. allegat. 300. sub n. 10. & 12. Nicolarts ad Concord. German. dict. dub. 9. §. 9. Kochier de Permut. Benefic. cap. 3.* ubi ait, id procedere etiam in terminis Concordatorum Germaniæ, *Pignatell. tom. 9. consult. 77. n. 38.* ubi refert resolutionem *Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium.* Nec hodie dubitari potest, quin Beneficiorum permutationes expleri valeant coram Ordinariis; nam licet S. Pius V. in sua *Constitut. XLII.* hanc ipsis facultatem suspenderit, suspensionem tamen præfatam sustulit in Constitutione LVIII. & præscribendo formam circa Resignationes, mandavit etiam quod Ordinarii possint recipere eas permutationes, quæ Canonicis Sanctionibus, & Constitutionibus Apostolicis sunt præmissæ, ut rejecto *Mandas. & Paris.* firmant communiter DD. & signanter *Ugolin. de Episcop. cap. 50. §. 19. n. 2. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 4. n. 62. & seqq. Gonzalez dict. gloss. 14. n. 6. Cherubin. ad Const. LVIII. S. Pii V. Castropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. punct. 3. §. 1. n. 5. Piton. discept. Eccles. 29. n. 4. Passerin. de stat. homin. tom. 1. quæst. 185. art. 4. n. 98. Kochier. de Permutat. Benefic. cap. 2. n. 5. Capon. Controvers. 71. n. 1. Ricc. decis. 195. n. 5.* cum aliis allegatis per *Several. dicta Allegat. 300. apud Palm. Nep.* & resolvit Sacra Congregatio Concilii in *Mechlinien. Permutationis* proposita 2. *Augusti* 1681. & 19. *Septembris* 1682. sed resoluta 13. *Martii* 1683. ad primum. In cujus themate quamvis ageretur de Ecclesia, in qua cautum erat, *quod ejusdem Canonicatus conferrentur ad nominationem Archie-* 36
piscopi, & Graduatorum, nec illorum vacatione per Resignationem etiam ex causa permutationis pro tempore occurrente per Romanum Pontificem, aut Sedem eamdem de illis provideri, aut alias quomodolibet disponi posset, sed formam electionis præmissæ omni tempore servari, nullaque ratione infringi debere &c. adhuc non obstante necessitate Electionis, exclusas non esse Permutationes coram Ordinario probat *Ansald. in addit. ad decis. 35. §. final.*

Præterea idem *Severolus* in dicta *Allegat.* 300. penes *Palm.* consultus tamquam Canonista a *Sacra Congregatione Concilii* latissime probat posse coram Ordinariis fieri permutationes etiam inter Con-
sanguineos, cum Constitutio Piana loquatur in eo 37
puncto de *Resignationibus*, non autem de *Permutationibus*, de quibus discretive semper loquuta est, referens in fine ita decisum per eamdem Sacram Congregationem in dicta *Mechlinien.* quæ resolutio est impressa penes *Piton. discept. Eccles. 29. tom. 1. pag. 459.* Et hanc opinionem egregie etiam tuetur *Ansald. in Addit. ad decis. 35. per tot. Rot. in Colonien. Canonicatus 9. Decembris 1707. §. Fundata, cor. eodem.*

Tertio. Excipit hæc Regula Beneficia spectan-
tia ad collationem, præsentationem, electionem, 38
& quamvis aliam dispositionem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, *Spada consil. 21. numer. 1. lib. 2. Rot. decis. 99. cor. Gregor. & decis. 570. numer. 15. cor. Coccin.* cum aliis *in decis. 472. §. fin. part. 19. tom. 2. Recent.* Proindeque possunt Cardinales, in quibuscumque Mensibus conferre

39 Beneficia, quæ non sint duplici coæquali reservatione affecta, *Gonzal. ad hanc Regul. gloss. 24. n. 1. & seqq. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 34. & 624. Rot. decis. 444. n. 9. & seqq. part 5. tom. 2. & decis. 530. n. 15. cor. Coccino, in Toletana Præstimonii super Negotio princip. 30. Aprilis 1703. §. Cum enim, cor. Muto.*

Plurimæ autem in terminis hujus exceptionis cadunt inspectiones; Et primo quæritur, de qui-
40 bus Cardinalibus illa intelligatur, & regula sit, quod intelligitur de Cardinalibus ordinariis Collatoribus, *Spad. consil. 50. n. 1. lib. 2. Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 24. n. 32. Adden. ad Gregor. decis. 99. n. 4.* Unde sub ea non comprehenditur Car-
41 dinalis Legatus, nec alius, qui habeat Indultum extraordinarium conferendi in aliena Diœcesi *Gonzal. dict. gloss. 24. n. 32. & seqq. Spad. dict. cons. 50. n. 8. & 9.* & in eadem Causa, *Rot. decis. 870. cor. Coccin. repetit. decis. 635. part. 3. Recent. & decis. 20. de Præbend. cor. Crescentio.* Et hac ra-
42 tione, nec comprehenditur Cardinalis, qui cessit Ecclesiæ, & Indultum obtinuit illius Beneficia conferendi, quia talis Cardinalis dicitur extraordinarius Collator, ut declarando *decis. 164. lib. 3. cor. Puteo* firmat *Spad. dict. consil. 50. sub n. 9.* & videtur admittere, *Coccin. decis. 870. numer. 19.* & conferunt, quæ diximus *in Commentar. in Regulam II. §. 3. vers. Nono dubitatur.*

Sed licet exceptio Regulæ locum habeat in Cardinalibus ordinariis Collatoribus tantum, restrin-
43 genda tamen non venit ad Cardinales Episcopos, sed comprehendit etiam Abates, seu Titulares, quibus ratione Abatiarum, vel aliarum Ecclesiarum inferiorum competit ordinaria Beneficiorum collatio, ut in terminis Cardinalis *Abatis Farfen.* pluribus rationibus probat *Spad. dict. cons. 50. per tot. lib. 2.* & in eadem Causa *Rot. decis. 635. n. 5. & seqq. part. 3. Recent.* repetita *cor. Coccin. decis. 870. & cor. Bichio decis. 234. n. 20. & seqq.* ubi de Archipresbytero Basilicæ Sancti Joannis Lateranen. *& cor. Seraphin. decis. 980. n. 6. & 7. Adden. ad Gregor. decis. 99. n. 4.*

Atque ex hac ratione, quod Regula excipit Beneficia spectantia ad collationem Cardinalium ratione Ecclesiarum Episcopalium, sive Abatialium, Dignitatumque, quas possident, decisum, & ser-
44 vatum fuit non posse Cardinales *Protectores* gaudere exceptione hujus Regulæ, & conferre Beneficia vacantia in Mensibus reservatis. Contigit hic casus anno 1704. in Abatia Sanctissimæ Trinitatis *Militen.* unita Collegio Græco Urbis. Cum enim Vicarius Abatialis, qui eligi solet ex Presbyteris inclytæ Societatis Jesu, Parochiales a dicta Abatia dependentes, & in Mensibus reservatis vacantes, conferre soleret, innixus Prædecessorum assertæ possessioni, quasi non conferret jure proprio, sed uti Vicarius Cardinalis Protectoris; clar. memor. Cardinalis *Sacripantes* tunc temporis ProDatarius declaravit Parochiales illas cadere sub Regula Mensium, non autem sub exceptione, quæ locum sibi non vindicat favore Cardinalis Protectoris. Sicque *Dominicus de la Sirica* a Vicario Abatiali de una ex dictis Parochialibus, quæ in Mense reservato vacaverat, provisus, illius collationem a Dataria reportavit vigore Regulæ IX. facta in Litteris Apostolicis mentione nullitatis Provisionis a Vicario prius obtentæ.

Secundo quæritur, quid operetur hujusmodi exceptio respectu Cardinalium; antiqua opinio Ro-
45 tæ, & DD. erat, quod illa removebat obstaculum Reservationis, & reducebat rem ad jus commune, perinde ac si Regula prædicta non emanasset, nec umquam fuisset in rerum natura Reservatio ratione Mensis, adeout Cardinales dicerentur conferre jure communi, & Ordinario, *Gonzal. ad hanc Regul. gloss. 24. n. 89. Spada cons. 26. n. 1. & seqq. cons. 27. n. 2. & consil. 28. lib. 3. & cons. 50. n. 2. lib. 2. Adden. ad Gregor. decis. 99. n. 4. Card. de Luc. de Benefic. discurs. 1. n. 36. & 37. & in Summ. num. 32.* alter *de Luc. ad Ventrigl. tom. 2. adnot. 2. §. 1. n 10. Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 29. n. 53. Rot. decis. 483. n. 7. coram Dunoz. Jun. & decis. 635. n. 3. part. 3. & decis. 444. n. 9. part. 5. & decis. 329. n. 12. part. 9. & decis. 472. §. fin. part. 19. tom. 2. Recent.* ubi sive conferent vigore Indulti, sive non, cum sint expresse excepti in Regula, super quo etiam *Spad. dict. consil. 50.* & eadem *Rota dict. decis. 635. n. 3:*

Sed hodie post superventam Constitutionem Urbani VIII. *in ordine la LIX.* de qua infra, & mu-
tata forma Indultorum; *Rota* ab hac opinione re- 46
cessit. In Indultis enim antiquis impertiebatur facultas conferendi generaliter, vel specialiter Beneficia reservata, facta earumdem Reservationum enumeratione, inter quas tamen nulla legebatur mentio de Beneficiis reservatis ratione Mensium Apostolicorum. At in modernis Indultis, inter alias Reservationum species, exprimitur etiam illa, quæ insurgit vigore Mensium præfatorum, ut advertit *Lotter. de Re Benefic. libr. 2. quæst. 21. n. 115.* Atque hinc inolevit opinio, quod Cardinales Beneficia in Mensibus reservatis vacantia nedum jure ordinario, sed etiam delegato conferunt, vigore nempe Indulti de hujusmodi Reservatione literaliter loquentis, quod non solum removet obstaculum Reservationum, sed eorumdem Cardinalium ordinarias facultates auget *Card. de Luc. de Benefic. disc. 1. n. 37. Amayden. de styl. Dataria lib. 1. capitul. 29. n. 53.* alter *de Luc. ad Ventrigl. tomo 2. annot. 2. §. 1. n. 10. Rota decis. 585. part. 5. & decis. 298. numer. 17. decis. 329. n. 12. part. 9. Recent. decis. 197. numer. 15. coram Otthobon. & 234. cor. Duran. decis. 483. numer. 7. & 8. cor. Dunoz. Junior. & in Mediolanen. Optionis 3. Julii 1684. §. Etenim, coram Ursino,* ubi quod contraria procedunt, vel quando Cardinalis non habet Indultum, vel attenta formula antiqua. Et me scribente *in Corduben. Beneficiorum 18. Februarii 1704. §. Pro non comprehensione, cor. bon. mem. Molines* inter impress. *decis. 883.* confirmata 12. *Decembris ejusdem anni §. Sese enim, cor. Omaña.*

Et Beneficia præfata remanent adhuc reservata
ratione Mensis. Nec repugnare videtur, quod Car- 47
dinales sint literaliter a Regula excepti, & nihilominus Beneficia ad illorum provisionem pertinentia sint obnoxia reservationi ejusdem Regulæ; sive
quia exceptio ista in hac Regula non fuit adjecta 48
ad excludendam reservationem a Beneficiis vacantibus in Mensibus Apostolicis, sed ad præservanda Indulta longe ante primam ejusdem Regulæ editionem concessa, quæ alias per amplissimas derogationes in Regula adjectas fuissent revocata, ut ait *Amayden. de Stylo Dataria lib. 1. cap. 18. quæst. 20. n. 3. pag. 366. & cap. 29. sub n. 53.* Sive quia ex-
ceptio præfata intelligenda est de Cardinalibus, qui 49
habito respectu ad tempus primæ editionis ejusdem Regulæ, non habebant alia Indulta, nisi removentia Expectativas, aliasque Gratias præventivas, quas Pontifices tunc concedebant in octo Mensibus, non autem de Cardinalibus habentibus moderna Indulta, quæ non removent reservationem, sed important positivam facultatem conferendi eadem Beneficia, tamquam reservata vigore Mensium

Aposto-

Apostolicorum, dum Papa litteraliter supponit reservationem subsistere, & ea supposita, dat facultatem Cardinali Indultario, ut possit conferre reservata, perinde ac si reservata non essent, *Lotter de re Benefic. lib. 2. quæst. 21. numer. 116. & seqq. Rot. decis. 298. n. 18. decis. 329. numer. 12. & seqq. part. 9. decis. 10. n. 12. part. 8. Recent.*

Accedit, quod nostra Regula duas habet partes, quarum prima respicit ipsamet Beneficia vacantia in octo Mensibus, quorum dispositionem Papa sibi retinet. Secunda respicit Personas Collatorum, & Collatricum, & in ista excipiuntur Cardinales. Exceprio igitur Cardinalium tamquam non respi-
50 ciens Beneficia, non inpedit eorum reservationem, sed bene removet effectum ejusdem reservationis, consistentem in remotione facultatis conferendi quoad eorum Collatores, præservando Cardinales, qui proinde non tantum jure ordinario, sed etiam privilegiativo conferunt. Et hæc est ratio, ob quam Urbanus VIII. in sua *Constitutione LIX.* declaravit exceptionem Cardinalium a Regula IX. non suffragari Capitulis habentibus simultaneam cum ipso Cardinali Episcopo, quia nempe stantibus mo-
51 dernis Indultis, Cardinales conferunt etiam jure delegato, & cum supposito reservationis, cui Papa vult illa subjacere, ut declarat *Lotter. de re Benefic. dict. quæst. 21. n. 122.* cum aliis supra laudatis.

Comprobatur, quia provisi a Cardinalibus In-
52 dultariis de Beneficiis, quæ vacant in Mensibus Apostolicis tenentur reportare a Sede Apostolica novam provisionem, & solvere Annatam, ut dicemus infra *n. 151. & seqq.* quod ostendit collationem non esse ordinariam, pro qua non expeditur nova provisio, nec Cardinalem conferre vigore exceptionis Regulæ, *Amayd. de Styl. Datar. dict. cap. 29. n. 53. in fine, & n. 55. vers. Per prædicta.*

Tertio quæritur, an hujusmodi exceptio suffragetur Capitulis, aliisque inferioribus Collatoribus habentibus simultaneam, sive consortium in jure conferendi cum Cardinali; & stante antiqua opinione, quod Indultum, & exceptio posita in Regula IX. cessare facerent reservationem, decisum
53 fuit, quod etiam Capitulis, aliisque Collatoribus inferioribus salva remaneret collatio, tamquam ex amoto reservationis obstaculo, & re ad jus commune redacta, ut resolvit *Rota in illis Cremonen. & Ferrarien.* eadem die propositis, & impressis in *Recentioribus Decis. 530. 531. & 588. par. 4. tom. 3. & dec. 544. part. 5. Spad. cons. 28. lib. 3.*

Sed cum hujusmodi opinio præjudicium inferret Cardinalibus, & Datariæ, hinc Urbanus VIII.
54 novam edidit Constitutionem inter ejus impressas *la LIX. Tom. 4.* de qua fit etiam mentio in præsenti Regula in fine, ubi declaratur, quod exceptio posita in Regula, & Indultum concedi solitum Cardinalibus, emanarunt intuitu Cardinalatus, quodque proinde de Beneficiis vigore Regulæ reservatis libere disponere possint, absque eo, quod Capitula, aut Canonici frui, aut jus aliquod prætendere valeant ratione hujusmodi Privilegii solis Cardinalibus concessi, *Lotter. libro 2. quæst. 21. n. 106. Card. de Luc. de Benefic. disc. 1. numer. 36. Barbos. Vot. decis. 99. n. 4. lib. 3. Amayd. de Styl. Datar. dict. cap. 29. n. 52. usque ad finem*, ubi profitetur se auctorem hujus partis Regulæ, *Rota decis. 233. n. 9. cor. Duran. decis. 234. n. 14. cor. Bich. & in Recent. dec. 585. numer. 46. & seqq. part. 5. dec. 10. part. 8. decis. 298. & decis. 329. part. 9. & in dicta Mediolanen. aptionis §. Etenim. cor. Ursino.*

Idque procedit, etiamsi Cardinalis ordinarius
55 Collator Indultum non habeat; Quia licet Constitutio *Urbana* videatur se restringere ad Indulta, ibi -- *Dummodo alias sub Indultis eis concessis comprehendantur* -- Attamen illa solum declarat, quod Papa non vult concedere privativam facultatem Cardinalibus, nisi quoad ea Beneficia, quæ alias caderent sub Indultis, non autem se restringit ad collationem quæ spectat ex Indultis, cum Constitutio loquatur tam de Indultis, quam de exceptione hujus Regulæ, ut referendo dictam Constitutionem *Urbani* firmavit *Rot. decis. 585. n. 48. & seqq. part. 5. Recent. & decis. 234. sub n. 14. coram Bichio, Barbos. dict. Vot. 99. n. 5. & seqq. lib. 3.* & aperte innuit nostra Regula in *Vers. Declaramus &c.* ubi sermo est non solum de Indulto, sed etiam de ejusdem Regulæ exceptione.

Intelligitur tamen Regula de illa simultanea inter Cardinalem Episcopum, & Capitulum, quæ tribuit unicuique medietatem juris conferendi, secus vero, quando agitur de Beneficiis in quorum 56
collatione Cardinalis Episcopus unam tantum habet vocem, sicuti unus ex Canonicis, quia Indultum elargitur Cardinali, uti Episcopo, non uti Canonico unam tantum vocem habenti, ut distinguunt *Gonzal. ad Regul. 8. Gloss. 24. n. 71. Granuec. in addit. ad Simonet. de Reservat. quæst. 71. n. 7. Mabedan. decis. 1. de Privileg.* Unde cum hujusmodi Beneficia non comprehendantur sub Indulto, neque etiam comprehenduntur sub Constitutione *Urbani* expresse id disponente; ibi -- *Dummodo alias sub Indultis eis concessis comprehendantur.*

Quodque laudata Constitutio loquatur de prædicta simultanea *pro dimidia*, patet ex verbis illis, ibi -- *Capitula, & Canonici cum prædictis Cardinalibus &c.* -- & ibi -- *Etiam cum alio, vel aliis &c.* -- & ibi -- *cum eisdem Cardinalibus &c.* -- Talis enim
dictio *Cum* de sui natura est conjunctiva, & copu- 57
lativa plurium, & per consequens simultaneam plurium importat, ut præcise loquendo de prædicta Constitutione, *Rot. dec. 585. n. 40. 46. & 51. part. 5. Recent. & dec. 232. n. 8. & seqq. cor. Durano.*

Neque verba illa *conjunctim*, vel *devisim* apposita in Constitutione *Urbana* destruunt simultaneam pro *dimidia*, sed solum indicant duos modos, eamdem simultaneam ad praxim deducendi; de Jure namque communi Episcopus, & Capitulum, uti
duo corpora distincta, possunt divisim conferre, 58
sed ex fundatione, Statuto, vel Consuetudine induci potest, ut conjunctim conferant, unde nullatenus ea verba extendere possunt facultatem Cardinalis Indultarii ad ea Beneficia, super quibus habet unicam tantum vocem ad instar unius ex Capitulo, sed tali casu succedente vacatione in Mense reservato, collatio spectat ad summum Pontificem. Et ita
in contingentia facti decisum fuit *anno 1664. ab* 59
A. C. Areosto in Urbinaten. Beneficii. Cum enim Capitulum Lateranense contulisset *Abati Antaldo* Beneficium, quod in Mense reservato vacaverat, prætendebatur evitari dispositio Regulæ IX. ratione Indulti, quo fruebatur Cardinalis Archipresbyter, itaut quando non potuisset conferre Capitulum, totum jus remanebat penes præfatum Cardinalem Archipresbyterum, qui conferre poterat solus ex Constitutione *Urbani*: sed responsum fuit, quod eo casu Cardinalis considerabatur tamquam unus de Canonicis, unde cessante simultanea, cessabat Indultum, & per consequens extranea erat Constitutio *Urbani*. Adsunt super hoc puncto quinque Informationes *Arminds Riccii* favore Datariæ.

Rursus notabiliter declarat Regulam, & Constitutionem *Urbani*, ut scilicet illæ procedant ubi
Capitulum peteret simultaneam collationem in vim 60
participationis Indulti Cardinalis, aut ex sola assistentia Juris communis, secus vero quando Jus simul-

ſimultaneæ ei competat vigore Statuti in fundatione Eccleſiæ editi, & a Sede Apoſtolica confirmati, vel ſpatio centum, & ultra annorum obſervati, aut in contradictorio Judicio canonizati, juxta declarationem ejuſdem *Urbani VIII.* in Cauſa *Hiſpalen.* & ex Brevi deſuper edito, quod per extenſum refert *Amayden. de Stylo Datar. cap. 29. quaſt. 34. ſub n. 11. & ſeqq.* ubi contra illud exclamat tamquam emanatum in odium Cardinalis *Borgia*, qui Urbano VIII. inviſus erat; aſſerens ſub *n.* 14. quod Breve præſatum reddidit fere inutilem Regulam, dum præſervat Capitulis ſimultaneam competentem ex Privilegio in limine fundationis, vel ex præſcriptione, vel ex conventione inter Præſules, & Capitulum, remanente tantummodo diſpoſitione Regulæ, quando competit ſimultanea de Jure communi, quæ numquam datur.

Sed pace *Amaydeni* Breve præfatum non vide-
61 tur tantam continere exorbitantiam, quantam ipſe exagerat; ſolum enim declarat Regulam non habere locum, ubi competit ſimultanea vigore Statuti fundamentalis Eccleſiæ, & fortius quando tale Statutum eſt confirmatum a Sede Apoſtolica, & per centum annos obſervatum, & in contradictorio canonizatum, unde ſemper præſupponitur Statutum in limine fundationis, *Rota deciſ. 585. n. 51. part. 5. Recent. & in Hiſpalen. Diviſionis ſimultaneæ 11. Februarii 1697. §. Simultaneat, & ſeqq. cor. Muto*, & clarius *cor. Bichio dec. 241. n. 7.* ubi quod Breve loquitur de Statuto edito in limine fundationis Eccleſiæ, unde locum ſibi non vindicat in ſimultanea competente ex Privilegio, cui facilius derogatur, quam Statutis in limine fundationis
62 editis. Hinc videmus, quod licet Concilium Tridentinum *cap. 4. Seſſ. 6. & cap. 6. Seſſ. 25. de Reformat.* tollat exemtiones etiam ab immemorabili tempore Capitulis competentes, præſervat tamen illas, quæ competunt ex Statuto fundamentali, ſive condito in limine fundationis Eccleſiæ.

An autem Cardinalis poſſit non uti hoc Privilegio, & communicare Capitulo jus conferendi, vi-
63 detur affirmative reſpondendum, quia cum Conſtitutio *Urbani*, & Regul. IX. emanaverint ad favorem Cardinalium, intelligi debent illis volentibus, non autem invitis, ut poſt *Rot. dec. 244 n. 21. part. 5. Recent.* dixit *Bichius dec. 241. n. 13. & ſeqq.* ubi tamen nihil poſitive firmatur, ſed dictum, quod quidquid ſit, de poteſtate communicandi, ex admiſſione Canonicorum ad conferendum, nihil aliud deduci poteſt, quam quod exinde illi conſtituti fuerint in ſimultanea quaſi poſſeſſione conferendi in præjudicium Cardinalis, ſed non acquiſiviſſe jus conferendi alioquin competens ſoli Cardinali, *& n. 15. verſ. nam quidquid, cum ſeqq.*

Demum advertendum, quod ſicut in exceptione hujus Regulæ comprehenduntur etiam Cardinales non Epiſcopi, ſed inferiores Collatores, ut ſupra diximus, ita declaratio poſtea ſuperventa militare quoque debet favore eorumdem Cardinalium infe-
64 riorum Collatorum, qui ſi cum Capitulis, vel aliis ſimultaneam habeant, poterunt libere, iis excluſis, conferre Beneficia in Menſibus reſervatis vacantia. Quamvis *Armindus Riccius* in ſupra allegatis *Informationibus* late probet, quod ſub dicta
65 Conſtitutione *Urbana* non comprehendatur Cardinalis Archipresbyter S. Joannis in Laterano, ex quo illa loquitur de Cardinalibus Epiſcopis, & Ordinariis Collatoribus ibi — *Accepta, quod Cardinales, & Canonicos Cathedralium Eccleſiarum, quibus illi ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præſunt &c.* & ibi -- *cum prædictis Cardinalibus locorum Ordinariis conjunctim, vel diviſim habentes &c.* & ibi — *ipſorum Cardinalium Præſulum jus, & Indultum conferendi &c.* Archipresbyter autem dictæ Baſilicæ non eſt Ordinarius proprie, & vere, ſed tantummodo improprie, & quaſi extraordinarius *Rot. deciſ. 156. ſub n. 5. part. 3. Recent.* & de Cardinali Archipresbytero S. Petri, dixit eadem *Rot. in Romana Beneficiatus S. Petri 28. Aprilis 1595. §. Maxime, cor. Gypſio.*

Quarto ex eadem ratione, quod exceptio Regu-
læ ſuffragatur tantum Cardinalibus, ſequitur quod 66
in Menſibus reſervatis Capitulares, & Canonici optare non poſſint, cum eorum reſpectu duret reſervatio, *Rot. deciſ. 10. per tot. part. 8. Recent. & in dicta Medialanen. 3. Julii 1684. §. Etenim, cor. Urſino.*

Quinto, quamvis *Rot. in Spoletana Juriſpatronatus 26. Junii 1619. cor. Sacrato* firmaverit, Patronum Eccleſiaſticum poſſe præſentare in omnibus Menſibus, ubi inſtitutio pertinet ad Cardinalem, ea ratione, quod nulla tali caſu adſit reſerva-
tio Menſium; hodie tamen inſpecta præſata *Conſti-* 67
tutione LIX. Urbani VIII. Patronus Eccleſiaſticus præſentare non poteſt ad Beneficium in Menſe Apoſtolico vacans, ex quo adhuc remanet Reſervationi obnoxium, ſed illius collatio, uti de reſervato, ſpectat ad Cardinalem Indultarium, ut fuit late reſolutum in *deciſ. 298. & 329. part. 9. Recent. Card. de Luc. de Benefic. diſc. 1. ſub. n. 37.*

Sexto, quæro; An Cardinalis translatus de una
ad aliam Eccleſiam poſſit in Eccleſia dimiſſa uti In- 68
dulto conferendi Beneficia in octo Menſibus Apoſtolicis, Cardinalibus concedi ſolito in dimiſſione Eccleſiarum, & nihilominus conferre Beneficia reſervata ratione Menſium in ſecunda, cui actu præſit tamquam Ordinarius Collator exceptus, & non
comprehenſus ſub hac Regula IX.? Pro negativa 69
reſolutione urget Conſtitutio LX. *Urbani VIII.* in qua prohibetur Cardinalibus uti poſſe pluribus Indultis in duabus Eccleſiis, & demandatur, quod unico tantum frui poſſit, vel quoad Beneficia Eccleſiæ cui actu præſunt, vel alterius cujus Regimini ultimo loco ceſſerunt, de qua *Urbani* Conſtitutione *Cardinalis de Luc. de Benefic. diſc. 2. n. 16. & ſeqq.*

Haud relevante, quod Cardinalis ſic translatus, Indulto in ſecunda Eccleſia non indigeat, quia ſine illo confert jure ordinario, & communi, tanquam ſi non emanaſſet Regula de Menſibus. Quia opinio hæc procedit de jure antiquo, ſed hodie ſtante mutatione Indultorum in quibus litteraliter conceditur facultas conferendi Beneficia vacantia
in Menſibus reſervatis, Cardinales conferunt jure 70
delegato, & Beneficia dicuntur adhuc reſervata, eademque reſervatione ſuppoſita, indulget eidem Papa conferendi facultatem, ut declarat *Rot. dec. 10. n. 12. part. 8. Rec.* cum aliis ſupra relatis *n.* 46. 47. 48. ubi etiam fuit animadverſum, non implicare, quod Cardinales ſint excepti in Regula, & nihilominus Beneficia comprehendantur ſub reſervatione Regulæ: ſtante præſertim Conſtitutione LIX. *Urbani VIII.* quæ non alia ratione declaravit exceptionem Cardinalium, non ſuffragari Capitulis ſimultaneam cum ipſis habentibus, niſi quia Cardinales conferunt jure delegato, & cum ſuppoſito Reſervationis adhuc præexiſtentis, ut pariter dictum eſt ſupra *n.* 54.

Non obſtat, quod tam Conſtitutio *Urbani*, quam *Rota* loquantur ad effectum excludendi ſimultaneam in Capitulis, non autem in ordine ad
ipſum Cardinalem conferentem. Quia attendenda 71
eſt ratio, ſuper qua fundantur, quæ eſt præexiſtentia reſervationis in octo Menſibus reſervatis, necnon proviſio de eiſdem facta vigore Indulti, non autem

autem jure Ordinario, quibus Papa motus, non processit per viam novæ Constitutionis, sed per viam declarationis, ut testatur *Amayd. dict. cap. 29. n. 53. & seqq.* quæ proinde Constitutio non restringitur ad casus præcisos declaratos, sed omnes alios, in quibus eadem viget ratio, complectitur.

At quando etiam Cardinalis conferret jure ordinario, & vigore exceptionis positæ in hac Regula, Beneficia vacantia in octo Mensibus reservatis, adhuc uti non posset Indulto quoad reservata in Ecclesia dimissa, & conferre vacantia in Mensibus Apostolicis, quoad Ecclesiam, cui actu præest, quia etiam exceptio hujus Regulæ conti-
72 net Indultum, licet generale, & tacitum. Circa quod animadvertendum, quod duplex privilegium competit Cardinalibus, illud nempe generale proveniens ab exceptione Reg. IX. quod respicit tantum Beneficia vacantia in Mensibus Apostolicis, aliud vero particulare, quod iisdem per Breve conceditur quoad omnia reservata, *Lotter. dict. quæst. 21. n. 122. Amayd. de styl. Datar. dict. cap. 29. n. 53.* ubi exceptionem a Regula appellat Indultum tacitum, *Rot. decis. 329. part. 9.* & in Constitutione LIX. *Urbani VIII.* appellatur Privilegium ibi -- *Et attendentes Privilegium, quod Cardinales in prædicta Regula præserventur &c.* Et quidem privilegium illud tacitum, quando esset simpliciter remotivum Reservationis, adhuc esset Privilegium, & Indultum; ut dixit *Rot. decis. 537. n. 7. & seqq. lib. 3. part. 3. Divers.* ubi distinguit
73 tria genera Indultorum, quorum alia tribuunt jus de novo, alia removent obstacula, alia mixta ex utroque; quinimo *Rot. coram Puteo dec. 93. n. 4. lib. 3.* asserit Indultum hujusmodi Reservationum remotivum in Cardinalibus, esse majus Privilegium, utpote reductivum potestatis conferendi ad terminos Juris communis.

His prænotatis, ex pluribus suaderi videtur, laudatam *Constitutionem LX. Urbani VIII.* prohi-
74 bere Cardinalibus usum Indulti specialis in una Ecclesia, & usum Indulti generalis in alia. Et primo quia Constitutio præfata loquitur per verba pluralia ibi -- *prætextu Indultorum Apostolicorum* -- ac etiam per dictiones universales ibi -- *prætextu cujusvis Indulti Apostolici* -- quæ omnia Privilegia, & Indulta Cardinalium comprehendunt *ad Text. in l. Cum quidquid ff. si certum petatur, gloss. in Clement. 1. verb. Quavis alias, de Re judic. cum aliis penes Barbos. d. 320. n. 1.*

Secundo, quia cum hujusmodi Indultum tacitum fuerit repetitum in Indulto expresso, in quo datur facultas conferendi Beneficia reservata, etiam ratione Mensium: sive dicamus illud transiisse in Indultum collativum, ejusque naturam assumsisse, sive etiam dicamus remansisse in propria natura simplicis Indulti remotivi obstantiarum, eo ipso quod per Constitutionem *Urbanam* prohibetur Cardinalis uti Indulto expresso pro utraque Ecclesia, ergo etiam & tacito, quod fuit in expresso repetitum, cum Indultum mixtum ex utroque, sit individuum, & integre comprehendatur sub eadem Constitutione.

Tertio, quia Pontificis Mens in Constitutione præfata edenda, alia non fuit quam prohibere Cardinalibus usum ejusdem Indulti quoad diversas Ecclesias, itaut non nisi in una Cardinalis frui debeat Privilegiis Cardinalitiæ Dignitati competentibus, in alia vero considerari tanquam quilibet Ordinarius Collator. Elusa autem remaneret hæc Pontificis voluntas, si Cardinalis posset uti Indulto tacito quoad unam Ecclesiam, & expresso quoad aliam, itaut in una conferret tamquam Ordinarius Beneficia vacantia in Mensibus Apostolicis, in alia vero Ecclesia de Beneficiis in iisdem Mensibus vacantibus uti Indultarius disponeret; hoc enim casu, tamquam Cardinalis, non autem uti quilibet Episcopus in utraque Ecclesia se haberet, contra finem, & Pontificis intentionem.

Quarto, quia Rota *cor. Puteo decis. 47. de Pri-
vilegiis* expresse firmat, Cardinalem habentem duas 75
Ecclesias, in altera earum, in qua non habet Indultum, conferre non posse nisi in quatuor Mensibus ordinariis.

Atque hinc non obstat, quod *Constitutio LX.* Urbani sit restricta ad Provisiones vigore Indulti explendas, qualis non est collatio Beneficiorum, quæ fit a Cardinalibus, quovis Mense vacent. Quia stante formula moderna, Indultorum, per quam Indultum remotivum reservationis, proveniens ab exceptione a Regula IX. fuit translatum in Indultum positivum conferendi Beneficia reservata ratione Mensium Apostolicorum, quævis provisio de Be-
neficiis vacantibus in Mensibus Apostolicis, fieri 76
dicitur jure Indulti, non autem jure ordinario, dum Privilegium exceptivum hodie transitum fecit in collativum.

Quinimo dato etiam, quod utrumque Indultum remaneret in suo esse primævo, attamen utriusque usus quoad duas Ecclesias, est prohibitus a laudata Constitutione *Urbana*, quæ non se restringit ad Provisiones faciendas jure Indulti, sed generaliter prohibet Cardinalibus, ne eorum Indultis uti valeant,
nisi pro una Ecclesia; longe enim inter se differunt 77
conferre vigore Indulti, & uti Indulto in provisione: siquidem Cardinalis conferendo in mensibus reservatis, utitur quidem Indulto tacito proveniente ab exceptione Regulæ, quidquid sit an dicatur conferre vigore Indulti. Atque habemus exemplum in Indul-
to testandi concesso Regulari, quod licet removeat 78
obstaculum a Professione causatum, & Regularis in testando naturali ejus facultate utatur, attamen negari nequit, quin Indulto utatur, dum testatur.

Hæc contra Cardinales de una ad aliam Ecclesiam translatos objici possunt. Verum illorum fa-
vore summopere urget, quod *Constitutio LX.* Ur- 79
bani VIII. non percutit punctum controversiæ. Illa enim prohibet Cardinalibus usum duorum Indultorum pro duabus Ecclesiis, mandans eos uti non posse Indulto in collatione Beneficiorum Ecclesiæ, cui actu præsunt, & alterius Ecclesiæ, cujus Regimini ultimo loco cesserint; unde locum sibi non vindicat in casu, quo Cardinalis uti velit Indulto tantum in Ecclesia, cui cessit, in Ecclesia vero, cui actu præsit, conferre velit Beneficia in octo Mensibus vacantia non vigore Indulti sibi concessi, sed uti Ordinarius Collator exceptus in Regula IX.
Cancellariæ, quæ quoad ipsum reputari debet, ac 80
si non emanasset, ex relatis per *Rot. in Neapolitana Beneficii 20. Martii 1677. §. final. cor. Bourlemont*, tum aliis supra relatis *n. 38.*

Non obstat, quod exceptio nostræ Regulæ sit quoddam tacitum Indultum concessum Cardinali-
bus. Quia cum hujusmodi Indultum nihil positivi 81
importet, sed sit simplex obstaculi remotio, *Rot. decis. 341. n. 5. coram Dunoz. Sen. & decis. 483. n. 6. cor. Dunoz. Jun. & dec. 197. n. 6. coram Ottobon.* hinc est, quod Indultum proprie dici non potest, cum illud superaddere aliquid debeat de novo, *Amayd. de styl. Datar. dict. cap. 29. ante n. 53.* Quinimmo sive exceptio a Regula dicatur Indultum tacitum, sive non, difficultas non consistit in nomine, sed solum in eo, an Cardinalis in Mensibus alias reservatis conferat jure Ordinario, nec ne? Nam si jure Ordinario confert, præfata Conclusio non intrat.

82 Quodque tali casu Ordinario jure conferant Car-
dinales, tradunt *Gonzal.* & alii supra allegati *n.*
45. Et licet *Rot. decis.* 483. *n.* 7. *coram Dunozet.*
& decis. 197. *n.* 16. *coram Otthobon.* firmaverit,
quod Indultarius non solum jure ordinario, sed
etiam delegato Beneficia sic reservata conferat, ta-
83 men nec excluditur jus Ordinarium, nec procedit
conclusio in præjudicium Cardinalium, sed ad eo-
rum favorem, nempe ad effectum excludendi si-
multaneam collationem, quam Capitulum haberet,
sic jure tantum ordinario conferret, *Amayd. de styl.*
Datar. lib. 1. *cap.* 29. *n.* 63. *vers.* *Ex quibus*, *&*
Vers. ut autem, *Card. de Luc. de Benefic. dis.* 31.
n. 12. *& seqq. Rot. decis.* 483. *n.* 9. *& decis.* 632.
n. 8. *coram Dunoz. & decis.* 197. *n.* 18. *coram Ot-*
thobon. Ipsorum enim respectu cessat quævis reser-
vatio, quæ tantum durat respectu Capitulorum,
Rot. decis. 10. *n.* 14. *part.* 8. *& decis.* 239. *n.* 14.
part. 9. *recent.*

Comprobatur, si Cardinalis Indultum non pe-
tat, sed uti velit Mensibus Ordinariis, prout po-
84 test Indultum non acceptare, juxta firmata per *Rot.*
decis. 407. *n.* 1. *coram Achil. de Grassis*, *& decis.*
585. *n.* 48. *& seqq. part.* 5. *Recent.* utique tali ca-
su conferret jure communi, & Ordinario in om-
nibus duodecim Mensibus, cum non sit in Regu-
la comprehensus. Patet ergo Cardinalem in Eccle-
sia, cui actu præest, conferre jure communi, &
Ordinario, nec Indulto in dictis Mensibus indi-
85 gere. Fortius quia Constitutio *Urbana*, sive Re-
gula IX. edita favore Cardinalium, intelligitur il-
lis volentibus, non autem invitis, *Rot. decis.* 241.
n. 15. *coram Bichio.*

Præterea ex lectura ejusdem Constitutionis *Ur-*
banæ apparet, ibi Pontificem loquutum fuisse de
86 Indultis, & Privilegiis particularibus, & extraor-
dinariis, non autem de Indulto generali, & tacito,
quo gaudent Cardinales vigore exceptionis a Re-
gula, ut ex sequentibus verbis ibi -- *Nonnulli ex*
Venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. Cardina-
libus sub prætextu Indultorum Apostolicarum eis pro
tempore concessorum, *Beneficia nedum unius*, *sed*
etiam plurium Ecclesiarum, *quarum regimini ces-*
serunt, *vel a quarum vinculo ad alias translati ab-*
soluti reperimur, *contemplatione*, *alias ad se spe-*
ctantia, *conferre perseverant &c.* Quæ verba in-
nuunt, Papam loqui de Indultis particularibus pro
tempore concedi solitis, immo de illis extraordina-
riis, quæ elargiri solent in cessione Ecclesiarum,
ad tradita per *Cardinal. de Luc. de Benefic. disc.* 2.
n. 17. non autem de collatione competente in Ec-
clesia, quam Cardinalis actu administrat, quia in
hujusmodi casu applicari non potest exercitium plu-
rium Indultorum pro tempore concessorum.

Accedit quod Constitutio prædicta est stricte in-
87 terpretanda, cum respectu materiæ, de qua agitur,
veniat ad correctionem juris communis, unde non
est amplianda ad casum, de quo præcise non lo-
quitur, *Calderin. cons.* 147. *in lit. pendent. vers. Per*
prædicta, *Tusch. litt. R. Conclus.* 31. *n.* 43. Attento
præcipue, quod agitur de Cardinalibus, qui etiam
88 portant pondus diei, & æstus; magnum autem esset
illorum præjudicium, si facta electione utendi In-
dulto pro Ecclesia dimissa, non possent conferre
auctoritate ordinaria Beneficia Episcopatus novi-
ter obtenti.

89 Atque ex his rationibus huic secundæ adhære-
rem sententiæ, quæ etiam in contingentia facti am-
plexa fuit: Cum enim alias orta esset controversia
inter Datariam, & Cardinalem *Sfortiam*, qui uti
Indultarius conferre prætendebat Beneficia Eccle-
siæ *Ariminen.* cui cesserat, & uti Ordinarius Col-
lator Beneficia Ecclesiæ *Tyburtinæ*, cui actu præ-
erat, vacantia in Mensibus reservatis, licet Causa
formiter decisa non fuerit, permissum nihilomi-
nus fuit dicto Cardinali, ut Beneficia *Tyburtinæ*
Diœcesis in mensibus reservatis vacantia tantum,
& non aliis reservationibus obnoxia, conferre pos-
set. Id ipsum postea servatum quoque fuit cum
Cardinali *Nerlio*, qui a Metropolitana *Florentina*
ad Ecclesiam *Assisien.* translatus fuerat.

Septima quæritur, an dimissa Ecclesia per Car-
dinalem cum Indulto sibi concesso *conferendi in* 90
omnibus Mensibus, possit nihilominus conferre in
omnibus duodecim Mensibus, vel potius Indul-
tum censeri debeat restrictum ad solos Menses re-
servatos? Accidit hic casus in Ecclesia *Vicentina*
dimissa a Cardinali *Bragadino* cum simili Indulto;
Cumque orta esset controversia inter ipsum, &
Episcopum successorem, contendentem Beneficio-
rum in Mensibus Ordinariis collationem, sub In-
dulto non fuisse comprehensam: de eorum senten-
tia requisiti duo præstantissimi elapsi sæculi Juris-
consulti, nempe *san. mem. Cardinalis Otthoboni*,
postea Summus Pontifex sub glorioso nomine *Ale-*
xandri VIII. & Advocatus *Hercules Roncanius*
pro cujus elogio sufficit, quod meruerit pluries a
Cardinali de Luca *insignis Advocatus* nuncupari,
præsertim *in disc.* 74. *de servit.* Ambo unanimi sen-
su existimarunt, Indultum censeri restrictum ad
Beneficia vacantia in octo Mensibus reservatis. Et
quia agitur de casu singulari, lubet eorum Vota
hic transcribere. Votum autem recol. mem. *Car-* 91
dinalis Otthoboni est qui sequitur.

» Verba Decreti Consistorialis cum *reservatio-* 92
» *ne* ad favorem D. Cardinalis renunciantis, *ju-*
» *ris conferendi in omnibus Mensibus*, juxta Indul-
» tum sibi concessum, intelligenda sunt de om-
» nibus reservatis Papæ ex Regula IX. de quibus
» loquitur Indultum, non autem de relictis in eo
» collationi ipsius Ordinarii, cum illa dictio *juxta*
» stet relative, & restrictive ad tenorem Indulti,
» adeout non sinat verba præcedentia *in omnibus*
» *Mensibus* excedere limites verbales illius, *Cap.*
» *Litteras* 9. *in princip. de Concess. Præben. Pere-*
» *grin. cons.* 3. *n.* 104. *vol.* 1. *Grat. cons.* 105. *n.* 2.
» Quare *Rota coram Penia dec.* 1707. *n.* 8. *vers.*
» *Nam dictio juxta*, dixit, quod relata ad facul-
» tatem datam, stat limitative, cujus quoque me-
» minerunt *Gratian. discept.* 114. *n.* 7. *& Barbos.*
» *dict.* 187. *n.* 15.

» Pertritumque est, dispositionem limitatam
» effectum limitatum producere, nec posse exten- 93
» di ultra ejus limites, *Ancaran. cons.* 328. *n.* 2.
» *Seraphin. dec.* 911. *n.* 2. cum similibus conge-
» stis a *Barbos. Axiom.* 83. *n.* 13. qua ratione *Dy-*
» *nus* respondit *cons.* 27. *in princip.* quod disposi-
» tio qualificata, vel concepta secundum certam
» formam, excludit omne, quod non est qualifi-
» catum, nec secundum illam formam.

» Nec ideo præcedens illa dictio *omnibus* tam-
» quam signum universale potest indistincte trahi
» ad omnes Menses, tam reservatos Papæ, quam
» dimissos ordinariæ collationi, cum sit limitate
» concepta de omnibus ad terminos Indulti lo-
» quentis de reservatis, per supradictam dictio-
» nem *juxta*, quæ tamquam ultimo loco probata 94
» firmat conclusionem, & determinationem totius
» orationis præcedentis ex Theorica *Baldi in Cap.*
» *Rodulphus* 35. *n.* 20. *vers. Quia verbum de*
» *Rescript.* qui pariter in *Cap.* 1. *n.* 1. *post med.*
» *vers. Intentn de Jurament. Column.* 2. dixit,
» argumentationem, quod a generali sermone nul-
» lus excipitur, habere locum dumtaxat, quando
» est

„ est eadem ratio, & conditio omnium particularium, alias secus; inferendo ex hoc, quod dictio *omnes* non includit exemtos, nec specialiter prohibitos, quod ex *Balda repetit Francisc. Nicolis. in repetit. Cap. Quoniam de Probat. part. 1. n.* 118. Præterea cum Menses reservati Papæ, & dimissi collationi ordinariæ sint diversæ speciei, intrat dictum notabile *Jasonis in leg. Imperium 3. n. 13. ff. de Jurisd. omn. Judic.* quod signum universale *omne* non prædicatur de pluribus differen-
95 tibus specie, sed tantum de pluribus differentibus numero, repetitum a *Cena in Memorab. verb. Jurisdictione vers. Quia universalis omnis.*

„ Quibus accedit ponderatio *Socin. Sen. cons. 260. n. 5. vers. Secundo infero cum seqq. volum. 2.* quod scilicet concessio facta renuncianti Episco-
96 patum, non facit, ut ex priori originali potestate, quam in illo habebat ante renunciationem, valeat exercere sibi concessa, sed novam concessionem inducendo in ejus Personam ex privilegio Sedis Apostolicæ, efficit solum, ut illa possit exercere auctoritate Apostolica, quamvis per renunciationis actum fuerit in totum privatus omni jurisdictione, & administratione, sicque propria potestate illa exercendi; quod etiam ponderavit *Rebuff. super Concordat. Rubric. de Mandat. Apostol. §. 1. verb. unum sub fine, vers. Quid si collationes*, inquiens, Resignantem, cui collationes fuerunt reservatæ, novo jure conferre, quia per renunciationem privatus fuit jure, & possessione: Nam hoc stante debet inspici solus tenor novæ concessionis, nulla prorsus habita relatione ad priorem statum penitus extinctum: Cumque iste sit limitatus ad formam Indulti, videndum profecto est, quo jure Indultarius conferat, ut inde certo firmetur, de quibus Mensibus fuerit intellectum.

„ Et sane quamvis olim secundum formulas an-
97 tiquas, Indulta nihil de novo concederent, sed tantum removerent obstacula, eisque remotis Indultarius conferret jure proprio, ex congestis per *Adden. ad Gregor. decis. 99. n. 5. & 6. & Rotam in Compostellana Parochialis* 17. *Junii* 1644. *cor. Cecchino §. Firmato.* Secus tamen dicendum est in Indultis modernis, quæ non tollunt obicem reservationum, sed illis suppositis in suo esse, verbis expressis augent facultatem Indultariis, nominatim illis impertiendo, quod vigore ipsius Indulti possint conferre Beneficia reservata Papæ; ideoque dicitur illa conferre auctoritate sibi delegata per Summum Pontificem, sicque reservatio inducta in favorem Papæ conservatur in Persona Indultarii, tamquam repræsentantis ipsum Papam, & peculiari illius jure, non suo proprio conferat, *Cassador. decis. 8. n. 8. de Praben. Garc. de Benefic. par. 5. cap. 1. n. 628. Lotter. de Re Benefic. libr. 2. quæst. 21. n. 117. 124. & 125.* latissime *Rota in Mediolanen. Canonicatus* 8. *Februarii* 1638. *cor. Rm̃o Dunozet. Decano*, ac in dicta *Compostellana Parochialis sub §. firmato, vers. Secus tamen est:* Unde liquet Indultum, a quo limitationem sumunt dicta verba *in omnibus Mensibus*, verificabile in sola collatione ex jure delegato Papæ, quæ fit in Mensibus Apostolicis, nullatenus comprehendere Menses Ordinarii, in ipsamet Regula reservatoria Mensium dimissos ejus liberæ collationi.

„ Amplius dicitur, quod etiam seclusa dicta limitatione *juxta Indultum sibi concessum*, esset
98 ex æquitate respondendum, verba *juris conferendi in omnibus Mensibus* esse intelligenda de solis Apostolicis, ne contra illam extendantur ad Menses Ordinarii, ut *Caputaquen.* refert decisum *decis. 216. n. 12. & 17. par. 2. cor. Augustino in Asloricen. Canonicatus, & Prabendæ* 18. *Martii anni* 1552. Numquam enim censetur Papam 99
sub verborum generalitate voluisse præjudicare Ordinario Collatori in Mensibus, dum specialiter de illis non meminit, *Rot. decis. 30. n. 2. de Praben. in antiq. Cassador. decis. 32. n. 3. super Regul. Achill. decis. 1. de Praben. Adden. ad Gregor. decis. 291. n. 7.*

Hactenus Votum *san. mem. Cardinalis Ottoboni*; sequitur Votum bon. m m. *Herculis Ronconii.*

„ Supponendum est, quod Indultum concessum
Cardinalibus in propriis Ecclesiis, dicitur ordi- 100
narium, & totaliter favorabile, quia removet tantum obstacula, & præservat eis ordinariam facultatem. Ast postquam Cardinales Ecclesiam renunciant, efficitur Indultum extraordinarium, & non præservat jurisdictionem ordinariam, quam in Renunciatarium transfert, sed dat facultatem conferendi, & ideo *Rota cor. Achill.*
decis. 1. n. 7. de Offic. Ordin. dicit, esse novam 101
Gratiam, *Germon. de Indult. Cardinal. §. Per quæ sublatis n. 95. ad med.*

„ Ex hoc supposito infertur, quod facultas conferendi Cardinalibus præservata in resignatione Episcopatus, intelligitur de Beneficiis vacantibus tantum in Mensibus reservatis, non autem in Mensibus ordinariis, quia Indulta extraordinaria de illis tantum Mensibus conceduntur, non autem ordinariis, licet concessa sint sine aliqua restrictione ad aliquot Menses, quia compre-
hendunt quidem omnes Menses Apostolicos, 102
quotquot sint, non autem Menses ordinarios,
ut dixit *Card. Seraphin. decis.* 160. ubi ex hoc 103
infert, posse Ordinarium acceptare Alternativam, & ex ea habere sex Menses, nec posse Indultarium contradicere. Sic etiam *Verall. decis. 216. n. 12. part.* 2. dicit, Indultum licet loquatur de omnibus Mensibus, tamen intelligi de Apostolicis, non de ordinariis.

„ Confirmatur hoc idem alia ratione, quia in
Mensibus ordinariis, Indultum nihil operatur; 104
in Mensibus autem Apostolicis tollit obstacula, ut dixit *Rota in Toletana Beneficii coram Orano penes Marches. part. 1. fol. 381. n.* 2. Ergo cum in actu renunciationis transferatur ordinaria potestas in Resignatarium, & reservetur Resignanti facultas conferendi vigore Indulti, consequens sequitur, ut non possit conferre, nisi in Mensibus reservatis, in quibus Indultum aliquid operatur, non autem in ordinariis, in quibus nihil operatur.

„ Urget fortius prædictum argumentum, si attendamus novam formam Indultorum, præser-
tim post Constitutionem *Urbanam LIX.* In eis 105
enim datur facultas conferendi in Mensibus Apostolicis, tamquam de reservatis ad exclusionem Capitulorum, & aliorum Collatorum, ut bene deducit *Lotter. lib. 2 quæst. 21. n. 115. & seqq.* Ergo Papa dum reservavit jus conferendi in Mensibus juxta Indultum, censetur concessisse Menses reservatos, non alios: Nam quando Pa-
pa simpliciter concedit, censetur concessisse jus 106
suum potius, quam jus tertii, *Bald. in leg. Quicumque n. 30. C. de Serv. fugit. v. Laur. in Tract. de Fisc. par. 31. Fontanell. dec. 267. numer. 2. Rota in Bononien. Juris macinandi* 1. *Februarii* 1638. *cor. Rm̃o Decano §. Nan obstat, quod dictus Pontifex.*

„ Et ideo *Paris. in Tract. de Resignat. lib. 7. quæst. 12. n. 24.* in terminis dicit, Indulta hujusmodi

„ imper-

„ impertiri consuevisse prn Mensibus spectantibus
„ ad Papam, namque in aliis Episcopi conferunt:
„ & ita practicari testatur.

„ Non obstant igitur verba Decreti Consisto-
„ rialis, cum retentione Juris conferendi *in om-*
107 „ *nibus Mensibus juxta Indultum*; quia intelligun-
„ tur de omnibus Mensibus Apostolicis, & ad
„ ipsum Papam spectantibus, non autem de Or-
„ dinariis, ut dicunt *Verall. & Seraphin. locis præ-*
108 „ *citatis*. Et illa verba *juxta Indultum* stant restri-
„ ctive, ac si non esset concessa facultas simplici-
„ citer, sed quatenus esset in Indulto, & ad ejus
„ terminos restricta, *Seraphin. decis.* 114. Itaut
„ verba generalia non possint considerari sine limi-
„ tatione adjecta, *Rot. decis.* 194. *n.* 94. & 95.
„ *part.* 5. *Recent.* Et hæc opinio vera, & æquis-
„ sima mihi videtur pro veritate &c. „ Hactenus
„ Votum bon. memor. Herculis Ronconii.

Quid autem fuerit resolutum, & quid observa-
tum in dicta Causa *Vicentina*, incompertum mihi
est. Certe opinio, quam laudati celebratissimi Vi-
109 ri secuti fuerunt in eorum Votis, verior videtur tum
ratione æquitatis, ne Episcopus Successor confe-
rendi facultate omnino privatus remaneat, tum ra-
tione praxis, de qua *Paris. de Resignat. libr.* 7.
quæst. 12. *numer.* 24. Tum ob auctoritatem *Rota*
in *decis.* 160. *coram Seraphino*, & *decis.* 216. *n.*
12. *part.* 2. *coram Verallo.*

Octava, quæritur, an dimissa Ecclesia per Car-
110 dinalem cum Indulto conferendi in octo mensibus
reservatis, si ad Ecclesiam dimissam promoveatur
alter Cardinalis, possit iste conferre in dictis octo
Mensibus, vel potius spectet collatiu ad priorem
Cardinalem? Et *Spad. conf.* 27. *libr.* 2. *per tot.*
firmat, Collationem spectare ad Cardinalem Epi-
scopum actu administrantem. Indultum enim est
restrictum ad Menses reservatos, sed in tali hypo-
111 thesi non adest amplius hæc reservatio, cum Car-
dinales ordinarii Collatores sint expresse in Regula
excepti, ergo in præfatis Beneficiis non habet locum
reservatin, & cum non sint reservata, non compre-
henduntur sub Indulto; & hoc ipsum comprobat
pluribus exemplis, & contrariis rationibus respondet.

Verum contrarium dicendum est, quia *Spada*
112 scripsit ante Constitutionem LIX. Urbani VIII.
quo tempore vera erat opinio, quod respectu Car-
dinalium cessabat reservatio Mensium. At hodie
post laudatam Constitutionem cum sit Indultorum
forma mutata, & duret adhuc eorum respectu re-
servatio præfata, ut supra dictum est. Hinc sequi-
tur, quod collatio Beneficiorum vacantium in octo
113 Mensibus reservatis spectare debet ad priorem Car-
dinalem, qui Ecclesiam dimisit, quique Indultum
obtinuit confereudi Beneficia dicto tempore va-
cantia, veluti reservationi obnoxia. Et cessat ho-
114 die omnia difficultas, quia in actu Promotionis
Cardinalis ad Ecclesiam dimissam ab altero Car-
dinali cum Indulto conferendi in Mensibus reser-
vatis, fieri solet in Cedula Consistoriali ejusdem
Indulti mentio, & præservatio; unde si Cardinalis
noviter provisus Ecclesiam acceptat cum hoc onere
favore Cardinalis dimittentis, non potest amplius
prætensionem collationis in octo Mensibus reser-
vatis ad sui commodum promovere.

Nono. Dictum est supra *n.* 54. & *seqq.* quod
Regula excipiendo Cardinales non suffragatur Ca-
pitulis, aliisque inferioribus Collatoribus habenti-
bus simultaneam collationem cum ipsis Cardinali-
115 bus. Nunc celebris succedit Quæstio in casu, quo
totum jus conferendi spectet privative ad Capi-
tulum, vel alios inferiores Collatores absque ulla
simultanea, vel participatione Episcopi; an scilicet
Cardinalis Episcopus possit conferre Beneficia, quæ
ratione Mensis, aut alias, sint reservata, vel potius
collatio spectet ad Sedem Apostolicam?

Et pro exclusione Cardinalium urgent vreba In- 116
dulti, quæ tam in parte procemiali, quam dispo-
sitiva, ac etiam in fine super non obstantia reser-
vationum, facultatem impertiuntur conferendi Be-
neficia spectantia ad collationem Cardinalium, sive
liberam, sive communem cum alio, vel aliis &c. —
ibi -- *Tibi quoad vixeris, quæcumque Beneficia Ec-
clesiastica cum cura, & sine cura ad tuam etiam cum
alio, vel aliis collationem, provisionem, electionem
&c. seu quamvis aliam similem, vel dissimilem dis-
positionem quomodolibet pertinentia &c.* Ideoque
tamquam restricta ad collationem, sive liberam
ipsorum Cardinalium, sive communem cum alio,
non possunt comprehendere ea Beneficia, quo-
rum collatio non simultanee, sed privative spectat
ad Capitulum, & in quorum possessione confe-
rendi alter reperitur, *Rot. decis.* 3. *de Privileg. cor.
Cassador.* ubi in fine testatur, ita Rotam interpre-
tatam esse Indulta Cardinalium in una *Paduana*,
& aliis & *decis.* 8. *de Privileg. cor. Mohedan. de-
cis.* 200. *lib.* 1. *coram Puteo*, *decis.* 240. *n.* 7. *cor.
Caputaquen. decis.* 204. *per tot. cor. Pamphil. decis.*
783. *n.* 3. *part.* 3. *Divers. decis.* 65. *n.* 32. *part.* 11.
decis. 523. *numer.* 13. *part.* 19. *tom.* 2. *Recent.* Et
cum hac Rotæ Sententia, quod Indulta Cardina-
lium non extendantur ad Beneficia, quæ spectant
ad inferiores Collatores, conveniunt etiam *Adden.
ad Gregor. decis.* 99. *n.* 6. & *decis.* 291. *Germon.
de Indult. Cardinal.* §. *Regularia n.* 94. & *seqq.
Ferret. consil.* 17. ubi respondet pro validitate pro-
visionis Apostolicæ, & invaliditate provisionis Car-
dinalis *Carnelii* Indultarii, & Ordinarii *Brixien.*
eo quia collatio Canonicatuum in Illa Ecclesia spe-
ctat ad Capitulum privative quoad ipsum Ordi-
narium, & *consil.* 280. *n.* 8. ubi quod Indultum
Cardinalis *Pisani* non comprehendebat Canonica-
tus Ecclesiæ *Tarvisinæ*, qui sunt de collatione Ca-
pituli, & *consil.* 284. *numer.* 7. *Novar. in Summa
Bullar. Commentar.* 81. *num.* 4. *part.* 2. *Argel. de
Acquir. possess. quæst.* 20. *num.* 22. *Garc. de Benefic.
part.* 5. *cap.* 5. *n.* 5. *Lotter. de re Beneficiar. quæst.*
21. *n.* 144. *Massobr. in Prax. haben. Concurs. præ-
lud.* 26. *dub.* 10. *per tot. Mandell. Alba cons.* 274.
n. 3. & *seqq.*

Et ratio videtur esse, quia hujusmodi Indulta
non augent facultatem conferendi de jure com-
muni competentem Cardinalibus Collatoribus, ne- 117
que aliquid de novo tribuunt, sed tollunt dumtaxat
obstaculum Reservationum, & ad hoc ut ipsi li-
bere, & absque ullo impedimento possint conferre
ea Beneficia, quæ ad eorum collationem sive libe-
ram, sive simultaneam spectant, ut firmant mox
laudatæ auctoritates, cum aliis penes *Adden. ad
Pamphil. decis.* 204. *n.* 5. Et ideo operari non pos-
sunt, quod ipsi conferant ea Beneficia, quæ semo-
tis reservationibus minime conferre possent, cum
per Indultum Papa non censeatur velle cuiquam
præjudicare, *Rot. decis.* 530. *n.* 32. & 38. *part.* 4.
tom. 3. *Recent.*

Nec obstat, quod hæc Conclusio procedat atten-
ta formula antiqua Indultorum, secus autem illis, 118
quæ modo conceduntur, quæque non removent
simpliciter obstaculum Reservationum, sed aliquid
aliud tribuunt, itaut Cardinales Episcopi conferre
dicuntur nedum jure proprio, & ordinario, sed
etiam jure delegato Papæ concedentis. Etenim
animadvertendum est, quod Indulta moderna non 119
sunt in substantia Verborum diversa ab antiquis,
ut de Indulto concesso tempore *Sixti V.* con-

stat

ſtat apud *Germon. de Indult. Cardinal. in Procem.*
n. 6. quod eſſe uniforme cum aliis habetur ex ejuſ-
dem verbis relatis ante §. *Quoad vixeris*, & ſuper
alio magis antiquo conſuluit *Mandell. conſil.* 274.
n. 3. & eſt Deciſio *Putei* 190. *n.* 3. *& deciſ.* 444.
n. 34. *part.* 5. *Recent.* Ita ut concluſio ſuperius
firmata, quod Cardinalium Indulta nihil de novo
tribuant, procedat etiam in Indultis modernis,
juxta Deciſiones allegatas per *Gonzalez ad Regul.*
8. *gloſſ.* 24. *n.* 25. *Rot. dict. deciſ.* 444. *numer.* 5.
part. 5. *Recentior.* Major vero amplitudo conſi-
ſtit in hoc, quod antiquitus Cardinales poterant ſo-
lummodo exercere ea, quæ de juriſdictione Ordi-
naria competebant, ſcilicet inſtituere, & confir-
mare, ſalva tamen præſentatione, electione, ſeu
participatione Capitulis, & aliis competente, ſed
hodie ſtante Conſtitutione Urbani VIII. *la LIX.*
quæ in Menſibus reſervatis, Capitula, & alios,
habentia ſimultaneam excludit; & ſtantibus novis
illis verbis Indulti — *Etiam cum alio, vel aliis,*
ſimilem, vel diſſimilem diſpoſitionem &c. — Cardina-
lis libere diſponit etiam de illa parte juris, quæ per-
tinebat ad inferiores reſervationi Menſium alliga-
tos, & in his terminis loquitur *Rot. deciſ.* 80. *part.*
8. *& deciſ.* 297. *part.* 9. *Rec.* Unde ex dictis
prægnantibus verbis excluduntur quidem a colla-
tione Beneficiorum reſervatorum Capitula, & alii
habentes ſimultaneam, quæ quidem libere a Car-
dinalibus conferuntur; ſed ex hoc non ſequitur,
quod Indultum reſtrictum ad *tuam &c.* ampliari
debeat ad ea Beneficia, in quorum conferendi poſ-
ſeſſione alii reperiuntur, *Rot. cor. Othobon. dec.*
197. *& in Melevitana Commendæ* 29. *Aprilis* 1652.
§. *Præfatum, in fine cor. Veroſpio.* Idque etiam
voluit Urbanus VIII. in dicta *Conſtitut. LIX.* nam
ne Cardinales Indultarii occaſione illius declaratio-
nis prætendere poſſent extenſionem Indulti ad ea
121 Beneficia, quæ non ſunt de eorum diſpoſitione in-
tegra, vel communi cum aliis, addit in *dicta* §. 1.
in fine — Dummodo aliàs ſub Indultis eis conceſſis
comprehendantur.

Minus obſtat, quod penes Epiſcopum ſemper
122 remaneat jus habituale conferendi Beneficia, itaut
impedito Capitulo per Reſervationes ea conferre,
totum jus revertatur ad Epiſcopum, ſive per viam
conſolidationis actus, & exercitii cum jure habi-
tuali, ſive per viam devolutionis. Etenim quod
attinet ad primam objectionis partem reſpondetur,
quod ad effectum incluſionis, vel excluſionis Be-
neficiorum ab Indulto, non ſufficit facultas con-
ferendi habitu, & in potentia, ſed requiritur actu,
123 itaut ad hunc effectum attendatur ſola quaſi poſ-
ſeſſio, in qua tertius inferior Collator exiſtit, licet
proprietas ad alium ſpectet, *Calderin. conſil.* 23. *de*
Præbend. ubi quod Beneficia ad collationem Epi-
ſcopi pertinentia intelliguntur illa, in quorum poſ-
ſeſſione conferendi ipſa reperitur, non autem ea,
in quibus habet proprietatem, quodque Papa di-
cendo *pertinentia ad collationem*, videatur inſpice-
re actum exercitum conferendi, qui pertinet ad
poſſeſſionem, & non ad proprietatem; & conſonat
Deciſio Rotæ 41. *in antiquis, Germon. de Indult. Car-*
dinal. §. *Regularia, in fine, Ferrett. conſil.* 3. *n.* 4.
Garc. de Benefic. part. 5. *cap.* 5. *n.* 5. *Rot. deciſ.* 783.
n. 4. *part.* 3. cum aliis ſupra allegatis *n.* 86. ubi ex
communi traditione DD. fundatum fuit, quod In-
dulta non comprehendunt Beneficia, in quorum
poſſeſſione conferendi alter reperitur.

Et ex eadem ratione, Indultum non compre-
124 hendit Beneficia devoluta, *Rot. in Romana Bene-*
ficiatus S. Petri 28. *Aprilis* 1595. *coram Gypſio*
ibi — *Nec etiam vigore Indulti Illuſtriſſimi D. Car-*
dinalis collatio ſubſiſtetur, quia Indultum compre-
hendit ſolum ea Beneficia, in quorum poſſeſſione
præſentandi D. Cardinalis extitit, non enim capit
devoluta, ſed tantum removet obſtacula Reſerva-
tionum, quæ impediebant conferre, & ſic nihil no-
vi tribuit.

Præterea in facto talis devolutio non fit ad E-
piſcopum, ſive quia in Beneficiis reſervatis devo- 125
lutio fit ad Sedem Apoſtolicam, ut in his termi-
nis *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 632. *Caſſa-*
dor. deciſ. 8. *a n.* 4. *de Præbend.* Sive quia devo- 126
lutio ad Epiſcopum fit in collationibus, in quibus
ipſe intervenit tamquam Canonicus, & unus de
Capitulo, ſecus in illis, in quibus intervenit tam-
quam Prælatus, prout in ſimultanea, nam tunc de-
volutio fit ad Superiorem, juxta *Text. in Cap. Po-*
ſtulaſti 15. *de Conceſſ. Præbend. Lotter. de re Be-*
nefic. lib. 1. *quæſtion.* 15. *n.* 44. *& ſeqq. Rot. in Re-*
cent. deciſ. 195. *n.* 3. *part.* 4. Quæ circumſtantia
non variatur per conſuetudinem conferendi priva-
tive introductam favore Capituli, ſicuti non va-
riatur per Concordiam, qua ſtante non fit devolu-
tio ad illum, juxta laudatam Deciſionem in *Ro-*
mana Beneficiatus S. Petri cor. Gypſio, ubi id ſpe-
cialiter firmatur.

Nec etiam relevat, quod Indulta tamquam fa-
vorabilia, latam recipiunt interpretationem, & fa- 127
vorabilem Indultariis contra Papam concedentem.
Etenim cum Indulta eam in ventre habeant reſtri-
ctivam conferendi Beneficia ad *tuam, etiam cum*
alio, vel aliis collationem pertinentia &c. compre-
hendere utique non poſſunt Beneficia, quæ perti-
nent ad ſolam collationem Capitulorum, & alio-
rum inferiorum Collatorum, nam id non eſſet late, 128
& favorabiliter Indulta interpretari, ſed ea trahere,
& extendere ultra ſuos terminos, & caſus, & ſuppo-
nere Gratiam, quæ conceſſa non fuit, quod ſane per
viam interpretationis facere non licet, *Rot. dec.* 632.
n. 20. *cor. Dunoz. Jun.*

Prout etiam non officit *Card. de Luc. diſc.* 8.
n. 22. *& ſeqq. de Benefic.* ubi ait, quod aliud ſit,
quando Capitulum, ſecluſis reſervationibus, jus
haberet conferendi in omnibus Menſibus privative
ad Epiſcopum, aliud vero, quando collatio eſſet
ſimultanea diviſa inter ipſos per Menſes; ſubdens
impoſſibile eſſe reperiri Capitula, ad quæ pertinere
valeat privativa collatio, ut in primo caſu; proin-
deque controverſiam reduci ad ſecundum, in quo
nihil prætendere poteſt Dataria, quæ nihil acquiſi-
vit ex Conſtitutione *Urbani VIII.* emanata tantum-
modo favore Cardinalium, & quod ſuſtulit Capi-
tulis, non Papæ, ſed Cardinalibus tribuit.

Etenim hujuſmodi diſcurſus ſupponit ſimulta-
neam excluſam in hac, de qua agitur controverſia,
quæ unice proponitur in terminis, quod totale jus
conferendi privative ad Capitula ſpectaret, ex-
cluſo in totum Cardinali. An autem hodie dentur
Capitula, quæ poſſint habere tale jus conferendi
privative ad Epiſcopum, non eſt præſentis indagi- 129
nis, & ceteroquin plura adeſſe non ambigitur, ut
de Capitulo *Novarien.* teſtatur *Rot. deciſ.* 121. *part.*
19. *Recentior.* De Capitulo *Patavino Mandoſ. &*
Ferrett. in eadem Deciſione allegati, & modernus
Clericatus per plures annos in eadem Eccleſia Præ-
poſitus *diſcord.* 1. De Capitulo *Brixien. Ferrett. con-*
ſil. 17. *n.* 3. De Capitulo *Tarviſino* idem *Ferrett.*
conſ. 280. De Capitulo *Taurinen. Germon. de In-*
dult. Cardinal. §. *Et Beneficia n.* 4. Et demum,
quoad ſciam, jure conferendi privative quoad Ar-
chiepiſcopum, potitur Capitulum *Beneventanum*,
Rot. in Beneventana Juris conferendi, ſeu Canoni-
catus 5. *Aprilis* 1680. *cor. Taya.*

At

At e contra pro **Cardinalibus Indultariis** pon-
130 derari potest, quod apud Ordinarios Collatores,
non ubstante quacumque immemorabili consuetu-
dine savore Capituli, & aliorum Inferiorum Col-
latorum, semper remanet infixum jus habituale
conferendi, itaut in Collatores inferiores transeant
exercitium, non jure proptio, sed nomine, & Vi-
caria potestate Episcopi, juxta doctrinam *Innocen-
tii in Cap. Cum satis, de Offic. Archidiaeon.* late
comprobatam *a Fagnan. in Cap. Eam te a n. 3. us-
que ad 9. de Ætat. & qualitat. Ordin.* Non enim
131 potest præscribi jurisdictio privative ab Episcopo,
tamquam ab ipso avulsa, *Card. in Clemenin. 1. in
sexta opposit. de Excessib. Prælat. Lotter. de re Be-
nefic. lib. 2. quæst. 12. numer. 12. Rot. decis. 514.
n. 2. part. 1. Diverf.* Quod confirmatur ex traditis
per *Abat. in Cap. Cum contingat numer. 16. de For.
compet.* ubi auctoritate *Archidiaconi, Jo. Andr.* &
aliorum firmat, quod ea, quæ pendent a pote-
state Clavium, non possunt a Subditis possideri ra-
tione privata, subdens *numer.* 18. quod ita demum
præscriptio dari possit ad favorem inferiorum Col-
latorum, quatenus intendant uti exercitio *ratione
Episcopi*, & facit *Gloss. in Cap. Eeelesia Vulterra-
na, de Elect.* Nisi essent exemti cum Territorio
132 separato, quo casu præscriberent pleno jutepri vative
ad Episcopum, quia in suo Territorio ipsi essent
Capita, & cessaret ratio *Acephalejetatis*, ut bene
distinguit *Cardinal. cons. 27. n. 3. & 4. & Card. de
Luc. de Benef. disc. 1. n. 11.*

Ex hac Theorica duo inferuntur. Primum, quod
Ordinarius non dicitur totaliter exclusus a colla-
tione saltem jure devoluto; Ubicumque enim col-
133 latio spectat privative ad Capitulum, & istud ne-
gligens fuerit in conferendo, tunc debet ad Epi-
scopum, tamquam immediatum Superiorem fieri
devolutio, juxta *Glossam* punctualem *in Cap. Ir-
refragabili, Verb. per Capitulum, versic. Ego dico,
de Offic. ordin. Barbos. de Episcop. part. 3. Allegat.
126. n. 71. Card. de Luc. de Benefic. disc. 1. nu-
mer. 6. 7. & 8. Rebuff. in Prax. tit. de Devolut. n.
24. vers. Sed si, Rot. decis. 186. n. 1. versic. Cum
134 devolutio part. 2. Recent.* Et consequenter sub ver-
bis illis Indulti -- *Seu quamvis aliam similem, vel
dissimilem dispositionem* -- inclusum remanet etiam
hoc jus conferendi, licet indirectum: Concurren-
tibus præsertim subsequentibus verbis -- *Et alias
quomodolibet pertinentia* -- quæ quodcumque jus,
& modum includunt, juxta *Gloss in Clemenin. 2.
§. Hac igitur, versic. Quomodolibet, de Sentent.
excommunicat.* cum concordantibus relatis per *Rot.
dec. 333. n. 3. part. 4. tom. 1. & decis. 444. nu-
mer. 19. & n. 48. & seqq part. 5. Recent.*

Alterum, quod translato per consuetudinem in
135 Capitulum solo exercitio, jus ipsum conferendi re-
manet penes Episcopum, adeout Capitulo per Re-
gulas reservatorias impedito, fiat consolidatio actus,
& totius potestatis apud ipsum, in quo residet ha-
bitus, juxta doctrinam *Abatis in dict. Cap. Cum
contingat numer. 19. de For. compet. Cardin. de Luc.
dict. discurs. 1. n. 9. Rot. decis. 455. n. 2. coram
eodem, & in decis. 366. numer. 17. part. 9. & de-
cis. 14. n. 1. part. 12. Recent.*

Nec quoad jus devolutionis obstat *Rotæ Decisio
in Romana Beneficiatus S. Petri cor. Gypsio*, qua
firmatur Indulta Cardinalium non comprehendere
136 Beneficia devoluta: Quia non loquitur de Cardi-
nali Indultario Episcopo, & Ordinario, cui rema-
net jure nativo infixa facultas conferendi, sed de
Cardinali Indultario extraordinario, nempe de Ar-
chipresbyteto Basilicæ Sancti Petri, cui tale jus
competit non jure nativo, uti competit Episcopo
una simul cum Capitulo, sed ex jure *dativo*, acci-
dentali, & ex Privilegio Nicolai III. ut bene con-
siderat *Card. de Luc. de Benefic. disc. 1. numer. 20.*
& latius diximus supra *in Commentar. in Regul.
VIII.*

Rursus momenti non est, quod devolutio in Be-
neficiis reservatis non fit ad Episcopum, sed ad
Sedem Apostolicam. Quia objectio non procedit 137
in Cardinalibus ordinariis Collatoribus habentibus
Indulta amplissima conferendi, etiam nomine Se-
dis Apostolicæ Beneficia reservata, nam eo casu
ad ipsos, in ejusdem Apostolicæ Sedis locum sub-
rogatos, fit devolutio.

Prout etiam non refragatur, quod in collatione
simultanea, devolutio non fit ad Episcopum, quan-
do ipse intervenit uti Prælatus. Quia tres casus
sunt distinguendi. Primus, quando collatio spe-
ctat ad solum Capitulum privative quoad Episco-
pum. Secundus, quando competit Capitulo inter-
veniente etiam Episcopo, uti Canonico. Tertius
est, quando spectat ad Episcopum tamquam Præ-
latum, & in qua collatione tanta est vox solius E-
piscopi, quanta est vox totius Capituli, ad *Tex-
tum in Capit. Postulastis, de Concession. Præbend.*
Et quidem in hoc ultimo casu, verum est, quod 138
devolutio non fit ad Episcopum, quia concurrit
etiam ejus negligentia, habita consideratione ad
propriam Personam, tamquam principale Instru-
mentum collationis, nam si negligeote Capituln,
ipse solus contulisset, ejus sola collatio suum ob-
tinuisset effectum, ut ratiocinatur *Card. Zabarell.
in dict. Cap. Postulastis sub numer. 11. & 12. Ho-
stiens. ibidem n. 2. vers. Ubi vero Episcopus, Abas
numer. 4. versic. Et hoc quando.* At in primis duo- 139
bus casibus nulla potest considerari Episcopi negli-
gentia, quæ ad hunc effectum sufficiat pro ejus
exclusione, & sic in utroque priori casu datur de-
volutio a Capitulo ad Episcopum, tamquam imme-
diatum Superiorem Capituli, ut de primo casu pri-
vativæ Collationis Capituli est *Gloss. in dict. Cap.
Irrefragabili*, cum aliis supra allegatis: & de se-
cundo casu, interventu nempe Episcopi tamquam
Canonici, *Hostiens. Zabarell. Abas, Ancaran. Fa-
gnan. & alii in dicto Cap. Postulastis, Rot. decis. 193.
numer. 2. part. 4. Recent.*

Quo vero ad jus habituale, quod remanet penes
Episcopum, haud obstat, quod non illud, sed exer-
citium juris conferendi attendi debeat, quodque
Indulta non capiant Beneficia, in quorum confe-
rendi possessione alter reperitur; Hujusmodi enim
conclusio, quæ originaliter deducitur ex *Decisione 3.
Cassadori, de Privileg.* intelligenda est juxta termi-
nos ejusdem Decisionis, ubi nulla alia assignatur
ratio, nisi quod Indulta ita interpretari debent, ut 140
non præjudicent aliis Collatoribus ordinariis, & si-
ne cujusque injuria, adeout accipienda sint, ne mul-
tum lædant tertium, sed latissime ceteroquin inter-
pretanda contra Papam concedentem, & sic cum
hac distinctione inibi proceditur in terminis Indulti
Episcopi Patavini, sequitur *Ferrett. consil. 284. n. 7.
tom. 2.* Hujusmodi autem ratione attenta, clare pa-
tet, conclusionem supradictam, quod Indulta non
capiant Beneficia illa, in quorum possessione con-
ferendi alter reperitur, solum procedere, ubi ab In-
dultariis prætenditur fieri collatio in præjudicium 141
alterius Collatoris inferioris, qui in conferendi
possessione existit, secus vero, quando prætendi-
tur, ut in præsenti, fieri collatio in præjudicium
Papæ concedentis; hoc enim casu, quando Indul-
tarius aliquo modo potest allegare Beneficium va-
cans ad suam pertinere collationem, etiam per
indirectum, improprie & in minimo, Indultum
semper

ſemper ipſi ſuffragatur, atque contra Concedentem late interpretandum venit.

Idque confirmatur. Cum enim tempore *Clementis VII.* Rota procederet cum hac diſtinctione in
una *Paduana*, & aliis, opus fuit, quod ille Pon-
142 tifex ederet Regulam modificatoriam Indultorum,
in qua voluit Indulta non comprehendere Beneficia ſpectantia ad proviſionem inferiorum Collatorum, ſecundum quam Regulam *Ferrett. conſ.* 17. *num.* 13. conſuluit, Indultum Cardinalis *Cornelii* Epiſcopi *Brixien.* non comprehendere Canonicatus dictæ Eccleſiæ ad collationem Capituli privative ſpectantes; Quæ Regula ceteroquin odioſa, quippe quæ reſtringebat Indulta Ordinariorum, cum in parte Cardinalium fuerit moderata a *Paulo III.* ut teſtatur *Rot. dec.* 12. *de Prabend. cor. Ma[…]edan. & dec.* 158. *lib.* 2. *& deciſ.* 140. *lib.* 1. *cor. Puteo*, & hodie ſit in totum ſublata, remanent Indulta in eadem dubietate, in qua erant ante Regulam *Clementis VII.* ut teſtatur idem *Ferrett. dict. conſil.* 17. *n.* 3. & proinde juxta prædictam *Caſſadori*
143 Deciſionem ſunt contra Concedentem late inter-
pretanda favore Ordinariæ juriſdictinnis, *Rot. coram Achill. deciſ.* 3. *ſuper Regul. modific. pag. mihi* 159. *& cor. Puteo deciſ.* 158. *n.* 3. *lib.* 2. *& deciſ.* 190. *n.* 2. *lib.* 3. ubi quod licet verba Indulti non
144 eſſent apta comprehendere Beneficia electiva, fir-
matur nihilominus, quod illa capiat in præjudicium Concedentis, non autem in præjudicium debentium eligere; conſonat *Ma[…]edan. deciſ.* 12. *n.* 2. *de Prabend. Adden. ad Gregor. deciſ.* 291. *n.* 7. *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Ac Beneficia n.* 33. *& ſeqq.* ubi *n.* 41. firmat, in Eccleſia *Taurinenſi*, in qua ad Capitulum ſpectat electio Canonicorum, Cardinalem Epiſcopum conferre vigore Indulti Canonicatus reſervatos.

Hinc non obſtant præcipuæ auctoritates in con-
145 trarium allegari ſolitæ; Nam *Calderin. conſ.* 23. *de*
Praben. loquitur quando concurrit habens poſſeſſionem conferendi, qui certe non excluditur ab habente nudam proprietatem.

Ferret. citat. conſ. 17. loquitur in terminis Regulæ *Clementis VII.* quæ, ut diximus, ſublata fuit. Et *Cardinalis de Luc. de Beneſic. diſc. primo n.* 18. ait, quod in caſu *Ferretti* concurrebat etiam triplex reſervatio, & quod Cardinalis agnoſcendo ſuum non jus, conſenſum præſtiterat, ut exequutioni demandaretur proviſio Apoſtolica; Et *in conſ.* 280. loquitur contra Cardinalem Indultarium in concurſu inferioris Collatoris, ut patet ex toto *Conſilio*, & præſertim *n.* 9. ubi reddit rationem, quod non eſt veriſimile, Papam voluiſſe præjudicare juri quæſito Capitulo Eccleſiæ *Taruiſinæ* ſuper jure conferendi ſibi competente in dicta Eccleſia, & clarius in ſubſequenti *conſ.* 284. ubi procedit cum diſtinctione, an agatur contra Concedentem, vel contra tertium.

Rot. deciſ. 783. *part.* 3. *Diverſ.* agit de Jure conferendi competente Indultario uti Canonico, ideoque merito reſponſum fuit, non agi de jure conſiderabili, quod ſolum Papa in Indultis intendit conſervare.

Pamphil. dec. 204. loquitur de *Leopoldo* Adminiſtratore *Eccleſiæ Argentinæ*, & ſic de Indultario extraordinario, & ulterius aderat alius Ordinarius: Prout etiam in iiſdem terminis loquitur *Rot. in Romana Beneficiatus S. Petri* 26. *Aprilis* 1595. *coram Gipſio*, nempe de Cardinali Archipresbytero conferente vigore Indulti.

Quæ omnia fortius urgerent ſi favore Cardina-
146 lis Indultarii concurreret obſervantia, quæ cum
eſſet interpretativa, & non præſcriptiva, etiam ex unico actu depromta ſufficeret. Haud relevante, quod in claris non admittitur obſervantia, quia ut dictum eſt cum *Ferretto conſ.* 17. *n.* 3. verba Indultorum erant adeo dubia, ut opus fuerit nova Pontificis Regula, quæ cum hodie ceſſaverit, remanent ſub antiqua dubietate, quam *Rota* ita interpretata eſt, ut tertium non lædant, ſed quod in præjudicium Concedentis latam, & favorabilem recipiant intelligentiam; unde Verba Indultorum non ſunt ita clara, ut obſervantiam excludere poſſint.

Atque ex his rationibus pro Cardinalibus Epiſcopis Indultariis inclinarem, pro quibus etiam ſcripſit *Cardinalis de Luc. diſc.* 1. *de Beneſic.* ubi ait, quod occaſione vacationis Canonicatus in Eccleſia *Patavina*, in qua collatio, ſecluſis reſervationibus Apoſtolicis, ex antiqua conſuetudine ſpectat ad
Capitulum, convocata ſub *Clemente IX. anno* 147
1669. Congregatione particulari Prælatorum, majorem eorum partem inclinaſſe favore Cardinalium Epiſcoporum Indulto gaudentium, & quod ex prudentialibus motivis non fuit publicata reſolutio; quod idem repetit *diſc.* 101. *de Beneſic. n.* 4. *& ſeq.* ubi ait ſine difficultate id procedere, quando non agitur de Canonicatibus, ſed de Parochialibus, in quarum collatione, cum intret participatio, & mixtura Ordinarii, facilius locum ſibi vindicat Indultum. Et ad eorumdem Indultariorum favorem adeſt plenum Votum *cl. mem. Cardinalis Carpinei* tunc Rotæ Auditoris, innixum rationibus ſupra deductis. Scripſit quoque in eadem cauſa favore cl. mem. *Cardinalis Barbadici Epiſcopi Patavini* modernus *Clericatus*, poſt hæc ſcripta a me viſus, ut ex ejus *Diſcord.* 1. ubi ſupponit reſolutionem emanaſſe favore Cardinalium Epiſcoporum Indultariorum, & Officiales Datariæ nihil amplius oppoſuiſſe, quodque laudatus Cardinalis *Barbadicus* Canonicatum vacantem, qui controverſiæ occaſionem dederat, vigore Indulti contulerit. Sed veritas eſt, quod Datariæ Officiales quæſtionem hanc pro deciſa, & totaliter reſoluta non habuerunt. Cum enim paucos poſt annos, nempe anno 1671. idem *Cardinalis Barbadicus* adhuc Epiſcopus *Patavinus*, tempore Clementis X. Canonicatum Cathedralis, qui in Menſe Apoſtolico vacaverat, contuliſſet *Joanni Baptiſta Griso*, iſteque novam Proviſionem a Dataria petiiſſet, eo quia Canonicatus excedebat annuum valorem ducatorum viginti quatuor, fuit ea in hunc modum conceſſa — *Paduan. de Februaria* 1673. — *Canonicatus Cathedralis de Octobri vacans Cardinali Barbadigo Præſule, & Indultario exiſtente, & Indulto Apoſtolico utente. Et cum de præſenti indeciſa reperiatur controverſia, utrum in ſimili vacatione Indulta præfata locus ſit &c. pro Joanne Baptiſta Griſo de conſenſu dicti Cardinalis, quatenus Canonicatus præfatus ſub Indulto comprehendatur, & quatenus dicti Canonicatus diſpoſitio ſub Indulto hujuſmodi non comprehendatur, libere &c.*

In eadem Congregatione particulari habitua quoque fuit ſermo de Cardinalibus Indultariis, qui
Eccleſias dimiſerunt cum ſolito Indulto providen- 148
di in octo Menſibus Apoſtolicis, an conferre poſſint Beneficia ad collationem Capituli ſpectantia, & in dictis Menſibus vacantia, ſuper quo major aderat difficultas, ſed inſpectio hæc particulari diſcuſſioni reſervata fuit; At contra eos ſummopere
urget, quod cum ſint Collatores extraordinarii, 149
ut dictum eſt ſupra *n.* 96. *&* 100. & latius in *Commentar. in Regul. II.* §. 3. nec penes eos amplius reſideat jus habituale conferendi, hinc ceſſare videntur rationes ſupra deductæ ad favorem Cardinalium,

qui actu præsunt Ecclesiis, & sunt Ordinarii Collatores.

Decimo quæritur, an Provisi a Cardinalibus de Beneficiis vacantibus in octo Mensibus reservatis, teneantur reportare novam Provisionem a Sede
150 Apostolica? Negat *Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 37. & seqq.* ea ratione, quod in dictis octo Mensibus Cardinales non conferunt vigore Indulti, sed tamquam excepti a Regula de Beneficiis disponunt auctoritate ordinaria eis de jure communi competente, *Tondut. in addit. ad secundam part. Quæst. Benefic. n. 82. impress. post secund. Volumen*, ubi distinguit, quod aut Cardinalis confert jure ordinario, & provisus non tenetur capere novam provisionem, aut confert vigore Indulti, & eam reportare obstringitur, allegans *decis. 530. n. 55. part. 4. tom. 3. Recent.* Et ita a Sacra Congregatione Concilii resolutum fuisse, de auditu a Cardinali *Paleotto* testatur *Germon. de Indult. Cardinal. §. Volumus autem n. 17.*

Contrarium firmavit *Amayd. de Styl. Dataria*
151 *cap. 29. n. 53. & seqq.* & latius *cap. 18. Quæst. 20. per tot. pag mihi 366.* ubi ait talem esse observantiam: Eo ipso enim, quod Cardinales acceptarunt Indultum conferendi Beneficia, etiam ratione Mensium reservata, in quo provisis injungitur onus reportandi a Sede Apostolica novam provisionem, non possunt amplius ab eo resilire, & conferre in vim exceptionis Regulæ, sine consensu tacito Papæ, cum videatur concessum ad instar Alternativæ, dum in eo Papa indulget Cardinali facultatem conferendi Beneficia reservata, & affecta cum conditione, quod semper ea conferat in vim Indulti, & provisus novam obtineat a Dataria provisionem: Et ceteroquin valde claudicaret contractus, si Cardinalis nollet tantum uti Indulto in ea parte, qua fit ei potestas conferendi Beneficia reservata ratione Mensium. Maxime quia nova provisio Cardinali Collatori in aliquo non præjudicat, cum respiciat solum interesse Provisi. Et conferunt ea, quæ diximus supra *n. 45. & seqq.* Ac ita servatum fuit an- 152
no 1707. Cum enim clar. mem. Cardinalis *Carpineus* Episcopus Sabinen. Parochialem, quæ de Mense Januarii in ea Diœcesi vacaverat, contulisset N. N. meum pro veritate exquisivit consilium, an provisus teneretur novam provisionem a Dataria reportare, & affirmative respondi, ostendendo, quod licet Cardinales sint in Regula excepti, & in *§. Volumus autem* sui Indulti, quod a sa. mem. Clemente X. obtinuerat, de reservatione Mensium expressa mentio facta non fuerit, attamen in superiori parte ejusdem Indulti concessa ei extiterat facultas conferendi, etiam in Mensibus reservatis; Ideoque acceptando Indultum ita qualificatum, sibi præjudicaverat, *Rota dec. 407. cor. Achill. de Graffis.*

Ceterum hodiè cessat omnis difficultas, nam in modernis Indultis usque ab *anno* 1681. regnante 153
san. mem. Innocentio XI. concessis, non solum DD. Cardinalibus datur facultas conferendi Beneficia reservata ratione Mensium, sed ulterius apponitur in fine speciale Decretum his verbis conceptum -- *Volumus autem, quod iis, quibus collata fuerint hujusmodi Beneficia generaliter reservata, aut in Mensibus Apostolicis nuncupatis, sive Sedi Apostolica reservatis vacantia, quorum fructus, etiam non detractis distributionibus quotidianis, nec pensionibus annuis desuper reservatis, nec Missarum, aliisque similibus oneribus, quibus Beneficia ipsa sint obnoxia, viginti quatuor ducatorum auri de Camera valorem annuum excedant, vigore præsentium per te, vel alium contuleris, ac etiam ii, quibus Beneficia Regularia commendaveris infra quatuor Menses &c. si citra, si vero ultra Montes &c. infra octo Menses &c. novas provisiones, seu Commendas super Beneficiis hujusmodi a S. Sede impetrare, ac Litteras Apostolicas desuper in totum expedire, ac jura eidem Cameræ debita persolvere teneantur, alioquin elapsis iisdem Mensibus provisi eorumdem Beneficiorum fructus interea suos non faciant &c.* (*a*)

Postremo

(*a*) Sed defuncto jam Auctore, & ad Pontificatus apicem evecto Sanctiss. D. N. BENEDICTO XIV. cum nonnulli adhuc in ea persisterent Sententia, quod provisi a DD. Cardinalibus de Beneficiis vacantibus in octo Mensibus Apostolicis, novam a Dataria capere provisionem non teneantur, prætextu exceptionis eorundem DD. Cardinalium a Regula IX. hinc prælaudatus Sanctissimus D. N. ad tollendum in posterum quemcumque prætextum, Motu proprio declaravit, provisos a DD. Cardinalibus Ordinariis Collatoribus de Beneficiis vacantibus in Mensibus reservatis, & valorem viginti quatuor ducatorum, etiam nullis deductis oneribus, excedentibus, semper teneri ad reportandam a Sede Apostolica novam Provisionem, sive Cardinales ipsi tamquam Ordinarii, vigore exceptionis Regulæ IX. sive tamquam Indultarii, Beneficia præfata contulerint. Ut ex sequenti tenore Motus proprii.

BENEDICTUS PP. XIV.

Motu proprio &c. „ Cum sicut accepimus, nonnulli S. R. E. Cardinales, qui Metropolitanas, Archiepiscopales, „ Episcopales, aut etiam Abatiales Ecclesias ex concessione, & dispensatione Apostolicis obtinent, quamvis Indulta „ conferendi Beneficia Ecclesiastica Sedi Apostolicæ affecta, & reservata, etiam ratione Mensium Apostolicorum „ nuncupatorum, acceptaverint, in quibus litteraliter injungitur, quod ab eisdem Cardinalibus pro tempore provisi te- „ neantur infra certum in iisdem Indultis præfixum tempus, novam Beneficiorum hujusmodi provisionem a Sede Apo- „ stolica præfata impetrare, & Jura Cameræ Apostolicæ, aliisque propterea debita, persolvere, nihilominus sub præ- „ textu exceptuationis eorumdem Cardinalium in Regula IX. Cancellariæ appositæ autumant, quod ubi vacatio con- „ tingit in octo Mensibus Apostolicis, provisi ab ipsis Cardinalibus novam hujusmodi provisionem capere non teneantur, „ quod plurium Doctorum Sententiæ repugnare comperitur. Nos cui tamquam Romano Pontifici spectat lites, & con- „ troversias declarationis oraculo terminare, prout negociorum qualitate, & temporum conditione inspectis, conspici- „ mus in Domino salubriter expedire. Motu simili &c. de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, statuimus, „ atque decernimus, quod deinceps pro tempore provisi a prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Ordinariis „ Collatoribus, sive Cardinales ipsi tanquam Ordinarii vigore exceptuationis prædictæ Regulæ, sive tamquam Indul- „ tarii Beneficia vacantia in Mensibus Apostolicis prædictis contulerint, semper, & quandocumque novam Provisio- „ nem eorumdem Beneficiorum a prædicta Sede Apostolica impetrare, ac Annatam, & Taxas Datariæ, Cancellariæ, „ & Cameræ nostrarum Apostolicarum, aliaque jura, & emolumenta Officialibus debita, persolvere omnino teneau- „ tur, dummodo tamen Beneficia sic vacantia, etiam nullis deductis illorum oneribus, valorem annuum XXIV. Du- „ catorum auri de Camera excedant. Decernentes etiam Motu pari &c. ut nemo deinceps ab eisdem Cardinalibus „ Ordinariis Collatoribus provisus de Beneficio, in aliquo ex Mensibus Apostolicis præfatis vacato, possit se quocum- „ que prætexto eximere ab Expeditione Litterarum Apostolicarum in forma novæ Apostolicæ provisionis, juxta for- „ mam in Indultis Cardinalibus concedi solitis præscriptam, alias elapso termino ibidem præfixo, possit idem Benefi- „ cium a Sede Apostolica prædicta impetrari, præsentes quoque, & desuper si videbitur expediendas Litteras nullo „ umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio &c. Sicque, & non alias per quoscumque Judices &c. Da- „ tum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Octavo Kalendas Februarii Anno Primo.

Poſtremo excipiuntur in hac Regula Collato-
154 res, qui jus habent Beneficia providendi vigore
Concordatorum, cum hujuſmodi Concordata ut-
pote vim pacti habentia, lædere Pontifices non in-
tendant, *Zypeus Reſponſ. Canon. lib. 1. de Reſer-
vat. reſponſ. 1. n. 10.* late *Gonzal. ad hanc Regul.
§. 25. Kochier. Gloſſ. 11. num. 10. & ſeqq. D. de
Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap. 12. num. 14.
& 18. Piring. in libr. 3. Decret. lib. 3. tit. 5.
num. 366. Matta de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 18. per
tot. Emus Petra ad Conſtit. Apoſtolic. tom. 5. pag.
13. n. 13.*

Sed licet in Regula excipiantur Concordata, ea
tamen non excipiuntur ſimpliciter, ſed cum dua-
bus conditionibus, nempe quod fuerint acceptata,
155 & obſervata per eos, qui illa acceptare, & obſer-
vare debuerant, ex pluribus rationibus, quas re-
fert *Sanctarell. reſolut. 19. per tot.* Unde qui ſuam
in Concordatis fundat intentionem, utrumque pro-
bare debet, nempe acceptationem, & obſervan-
tiam, *Van Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. part. 1. tit.
13. cap. 1. n. 13.* late *D. de Sanctis in Examin. Con-
ſiſtor. cap. 12. n. 6. & ſeqq. Kochier. dict. Gloſſ. 11.
n. 13. Zyp. dict. reſponſ. 1. n. 12.* ubi ſatis eſſe,
quod ſit dubium, an Concordata fuerint necne
acceptata, & obſervata, & *conſ. Canon. 3. num. 6.
lib. 3. Gonzal. Gloſſ. 26. n. 1. & ſeqq.* Et ſufficit ta-
156 cita acceptatio, quæ ex obſervantia ſubſequuta ut
plurimum arguitur, nam quod obſervari videmus,
ſolet eſſe actum inter partes, & conventum, ut ait
*Zyp. in Analyſ. Jur. Pontif. lib. 3. de Juſt. n. 11.
circa med.*

Inſuper Regula excipit Concordata, ſed in iis
157 caſibus, in quibus præjudicat Juri conferendi, quod
in iiſdem fuit per Papam Ordinariis conceſſum,
ſecus autem in aliis, & in Beneficiis, quæ non
ſunt de collatione eorumdem Ordinariorum, ſed
ipſius Pontificis; In his enim dicta Regula, quem-
admodum & aliæ Cancellariæ, locum habent, eo
prorſus modo, quo in Beneficiis cujuſcumque al-
terius Regionis, ut diximus in §. 1. hujus Regu-
læ *n. 12.*

Duo autem ſunt præcipua Concordata, de quo-
158 rum acceptatione, & obſervantia nulla adeſt du-
bietas, *Germanica* nempe, & *Gallica*. Concorda-
ta Germanica tempore *Eugenii IV.* inchoata, per-
fecta fuerunt ſub *Nicolao V.* ut ex illius *Conſtit. I.*
159 Eorum originem, & progreſſum hiſtorice narrant
*Nicolarts in Proœm. ad eadem Concordata §. 2.
& ſeqq. Eminentiſſ. Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom.
5. pag. 1. & ſeqq. D. de Sanctis in Examin. Con-
ſiſtor. cap. 12. num. 19. & ſeqq. Thomaſſin. de Be-
nefic. part. 2. libr. 1. cap. 4. & 46. & lib. 2. cap.
38. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. part. 1. tit.
13. cap. 2.*

Sed quod attinet ad reſervationes Beneficiorum,
160 fuerunt in Concordatis Germaniæ modificatæ Con-
ſtitutio *Joannis XXII.* quæ incipit *Execrabilis*, &
Conſtitutio *Benedicti XII.* quæ incipit *Ad regimen.*
Remanſerunt tamen intactæ quatuor potiſſimum
reſervationes, nempe *Localis*, quando nempe Be-
neficium vacat apud Sedem, *Realis*, quando a-
gitur de Dignitatibus poſt Pontificalem majori-
bus in Cathedralibus, & principalibus in Colle-
giatis. *Perſonalis*, qua reſervantur Beneficia ob-
tenta per Cardinales, & nonnullos Sedis Apo-
ſtolicæ Officiales, & Papæ Familiares, ibi ſpe-
cificatos, & demum *Temporalis*, quando nempe
vacant Beneficia in ſex Menſibus alternantibus, in-
cipiendo a *Januario* pro Sede Apoſtolica, & a *Fe-
bruario* pro Ordinariis. Quam Alternativam in di-
ctis Concordatis ſtatutam, lædere non intendit hæc
Regula, itaquod in Menſibus *Februarii*, *Aprilis*,
Junii, *Auguſti*, *Octobris*, & *Decembris* ordina-
rii Collatores Germaniæ libere diſponere poſſint,
reſervatione, aut quavis alia diſpoſitione non ob-
ſtantibus. Hæcque Alternativa per Concordata
conceſſa amplior eſt illa, quam in ſecunda parte 161
hæc Regula indulget, & ideo imprudenter fa-
ciunt ii Germaniæ Epiſcopi, qui uti poſſunt Al-
ternativa Concordatorum, & acceptant Alternati-
vam Regulæ minus efficacem, & pluribus cau-
thelis reſtrictam, *Nicolarts. ad Concordat. German.
tit. 3. dub. 1. §. 3. Zyp. in Anal. Jur. Pontific. lib.
3. de Inſtit. n. 11. & conſ. Canon. 6. n. 3. & 7. lib.
3.* ubi ponit differentiam inter Alternativam Con- 162
cordatorum, & Alternativam Regulæ, aliaſque
differentias enumerat *Kochier. ad hanc Regulam
Gloſſ. 11. n. 25. & ſeqq.*

Per hujuſmodi autem conceſſionem ſex Menſium
Ordinariis Germaniæ factam, Papa non ita ſibi-
metipſi ligavit manus, ut concurrere non valeat 163
cum Ordinariis in collatione Beneficiorum in præ-
dictis Menſibus vacantium. Concordata enim tol-
lunt Gratias præventivas, ſed non excludunt Pa-
pam, qui numquam alteri tantum indulget faculta-
tem, quin eam integram, & majorem ſibi, ſuiſ-
que Succeſſoribus præſervet, *ad text. in Cap. Du-
dum, & Cap. Quamvis il 2. de Præbend. Branden.
ad Concord. German. Quæſt. 6. n. 18. Nicolarts.
ad ead. Concordat. tit. 1. dub. 11. §. 3. Kochier. ad
hanc Regul. Gloſſ. 11. n. 5. & ſeqq. Eminentiſſ. Petr.
ad Conſtit. Apoſt. tom. 5. pag. 24. n. 36. & n. 40.*
examinat, an cum Ordinario Collatore concurrere 164
poſſit Legatus a Latere, & conferre Beneficia in
illius Menſibus vacantia, *Gonzal. ad Regul. 8.
Gloſſ. 25. n. 15. & ſeqq. Rubeus in adnot. ad deciſ.
2. ex n. 208. part. 3. Recent. Rot. in Virdunen. Ca-
nonicatus apud Garc. de Benefic. par. 4. cap. 1. n.
43. & 44. & deciſ. 531. cor. Coccin. & in Auguſta-
na Canonicatus deciſ. 813. n. 25. & deciſ. 922. n.
5. cor. Molines, confirmat. 19. Januarii 1705.
cor. Omaha.*

Quinimo poſſe Papam Concordatis derogare,
cum ex ipſius parte contineant meram Gratiam tra- 165
dunt *Kochier ad hanc Regul. Gloſſ. 11. n. 22. Bran-
den. ad Concordat. German. quæſt. 8. Simonet. de re-
ſervat. quæſt. 1. n. 5. & quæſt. 99. n. 23. & 26. Rot.
deciſ. 266. part. 3. & deciſ. 114. n. 2. & ſeqq. part.
6. Recent.* Verum ſine juſta, gravi, & rationabili
Cauſa, Concordatis derogari, nec conſuevit, nec 166
debet, *Santarell. reſolut. 18. n. 17. Gonzal. gloſſ.
28. n. 26. Pirbing. in jus Canon. lib. 3. tit. 5. n. 366.
Matta de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 18. n. 22. D. de Sanct.
in examin. Conſiſtor. cap. 18. n. 18.* Hinc Julius III.
in Brevi, de quo apud *Raynald. ad annum 1554.
n. 19.* hæc ait -- *Nos attendentes Concordata præfa-
ta vim pacti inter partes habere, & quæ ex pacto
conſtant abſque partium conſenſu abrogari non con-
ſueviſſe, neque debere &c.* Hinc per clauſulas ge- 167
nerales, etſi ampliſſimas in Pontificiis Conſtitu-
tionibus contentas, numquam cenſetur derogatum
Concordatis, quoad illas Eccleſias, quæ ſub illis
continentur per viam comprehenſionis, ut ſunt fe-
re omnes Eccleſiæ Nationis Germanicæ, cum qua
inita fuerunt, & quarum reſpectu Concordata ipſa
vim pacti, & conventionis habent, ad differen-
tiam illarum Eccleſiarum, quæ ſub Concordatis
continentur per viam extenſionis, de quibus infra
n. 132. 233. & 264.

Amplectitur hæc Concordatorum reſervatio ne-
dum Beneficia electiva, ut late firmavit *Rota de-* 168
*ciſ. 505. coram bon. mem. Lancetta, & in Mona-
ſterien. Decanatus 26. Aprilis 1709. §. Siquidem*,

confirmata 13. *Junii* 1710. *coram bon. mem. Caffa-*
rello, sed etiam Beneficia Jurispatronatus Eccle-
169 siastici, eo prorsus modo quo Beneficia præfata
comprehenduntur sub Regula IX. quæ pari passu
quoad reservationem Beneficiorum ambulat cum
Concordatis, ex quo tam in Regula, quam in
Concordatis reservantur Sedis Apostolicæ collatio-
ni *omnia & quacumque Beneficia* designatis Mensi-
bus vacantia, ut diximus *in §. praecedenti n.* 157.
& observat *Rota in Monasterien. Decanatus* 26. *A-*
prilis, *cor. Caffarello §. Siquidem.* Nisi forte in
170 limine erectionis exclusæ sint reservationes Aposto-
licæ, quæ sicuti hoc casu locum sibi non vindi-
cant in terminis Regulæ IX. ita nec in terminis
Concordatorum, cum eadem tamen distinctione,
de qua late in dicto §. *Praecedenti n.* 162. *& pluri-*
bus seqq. ubi distinximus inter fundationem ex-
171 pletam de Bonis laicalibus, & factam ex bonis
mere Ecclesiasticis, ut in primo casu leviores suf-
ficiant conjecturæ pro excludenda reservatione Con-
cordatorum, secus vero in secundo, in quo requi-
situr Indultum præseferens specialem mentionem,
& expressam derogationem Reservationibus, &
Concordatis, *Rot. decis.* 695. *n.* 10. *cor. Lancetta,*
& in dicta Monasterien. Decanatus 26. *Aprilis*
1709. §. *Qui tamen*, *&* 13. *Junii* 1710. *coram Caf-*
farello.

Et quia hujusmodi Indulta reservationum ex-
clusiva possunt esse vel ante, vel post Concorda-
ta, in utroque proinde casu speciales requiruntur
demonstrationes reservationum exclusivæ. Hinc
si in Indulto ante Concordata elargito caveatur,
quod collatio Beneficii de novo erecti, *prima vi-*
ce excepta, spectet ad Capitulum, non inde super-
venientibus Concordatis, illud ab alternativa Men-
sium exemtum esse debet, cum Concordata am-
172 plectantur quæcumque Beneficia tam ante, quam
post eorum editionem erecta, *Gonzal. ad Regul.*8.
gloss. 9. §. 5. *n.*44. *Nicolartz ad Concordat. German.*
tit. 1. *de Reservat. dub.* 4. §. 2. *in fine*, *Rot. in Mo-*
nasterien. Decanatus 26. *Aprilis* 1709. §. *Similem,*
coram Caffarella.

Et quamvis Indultum concedat jus conferendi,
173 *excepta prima vice*, quasi quod ea vice seclusa,
collatio semper, & quocumque tempore spectare
videatur ad Capitulum, *Rip. cons.* 9. *sub num.* 2. *&*
seqq. de Elect. Attamen cum ante Concordata, &
Regulam Mensium, quorum utrumque sub Nico-
lao V. originem habuit, in quocumque Mense ad
Ordinarios Collatores spectaret dispositio Benefi-
cii; Indultum illud nihil de novo concessit, sed
solum quod de jure pertinebat, declaravit, & ideo
non est Indultum, sed dispositio juris communis,
quo per Concordata sublato, facultas illa confe-
rendi de jure competens, sublata quoque reman-
sit, *Rot. in dicta Monasterien. Decanatus* 26. *A-*
prilis 1709. §. *Nec subsistit*, *coram Caffarella*, *&*
13. *Junii* 1710. §. *Similiter*, *coram eodem.* Et qua-
174 tenus etiam Indultum præfatum præseferret Privi-
legium, illud per Concordata sublatum remansit.
Cum enim pro bono pacis inita sint, per ea abro-
gata censentur præcedentia Privilegia, etiam si de
illis specialis mentio facta non sit, *Gonzal. ad Re-*
gul. 8. *gloss.* 9. §. 1. *num.* 40. *&* 51. *& gloss.* 36.
n. 32. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 89. *n.* 21.
Rot. coram Emerix dec. 1029. *n.* 11. ubi etiam si
ex causa onerosa fuissent concessa, *& in Monaste-*
rien. Decanatus 13. *Junii* 1710. §. *Nec hujusmodi,*
cor. Caffarello.

Ita pariter si agatur de Indulto concesso post
175 Concordata, cum eadem formula verborum, nem-
pe quod Beneficii de novo erecti collatio, seu præ-
sentatio *prima vice dumtaxat excepta*, *ad Præpo-*
situm perpetuo spectet &c. adhuc exclusæ censeri
non debent Concordatorum Reservationes, cum
interpretationem recipere posset cessantibus Reser-
vationibus Apostolicis, & dum vacatio contingit
in Mensibus Ordinariis Collatoribus assignatis, *Rot.*
decis. 595. §. *Nihilque*, *cor. Lancetta*, *& in Mona-*
sterien. Decanatus 13. *Junii* 1710. §. *Eoque*, *cor.*
Caffarello, *&* conferunt ea, quæ late adnotavimus
supra §. 2. *a n.* 173 *& seqq.*

Et in his terminis observantia conferendi, aut
præsentandi in quocumque Mense, suffragari non
potest vel Ordinario Collatori, vel Patrono Ec-
clesiastico, cum adversus reservationes contentas
in Concordatis, observantia, si quæ adsit, etsi 176
longæva, elisa remanet ex Decreto irritanti eisdem
Concordatis adjecto, & cujus vigore quilibet actus
in contrarium gestus censetur mala fide expletus,
nisi unico contextu doceatur, collationes ipsas Or-
dinariorum fuisse approbatas a Sede Apostolica,
juxta Constitutionem XLI. Clementis VII. & com-
muniter tradunt *Branden. ad Concordat. German.*
quæst. 4. *n.* 55. *Pitou. discept.* 150. *num.* 5. *D. de*
Sanctis in Examin. Consistor. cap. 12. *num.* 201.
Rot. decis. 572. *n.* 13. *coram Cerro*, *& in Mona-*
sterien. Decanatus 26. *Aprilis* 1709. §. *Non ob-*
stat, *cor. Caffarello & in Tridentina Archipresby-*
teratus 3. *Februarii* 1726. §. *Altera ratio*, *coram*
Reverendiss. Calcagnina, & diximus supra *in* §. 2.
hujus Regulæ *n.* 74. & *in Commentar. in Regul.* 1.
§. 7. *n.* 11.

Eoque minus opitulari poterit observantia, si
hæc probari contendatur Documentis extractis ex 177
privato Archivio Capituli; nam ubi vergit Reser-
vationum, & Jurium Datariæ præjudicium, per-
quirenda sunt prius illius Regestra, ut dixit *Rot.*
dec. 495. *n.* 17. *cor. Lancetta*, *& in Monasterien.*
Vicariæ 6. *Junii* 1707. §. *fin. cor. cl. me. Card.*
Scotti. Et ulterius nec dici posset probata observan-
tia, si non demonstrentur collationes expletæ, &
effectum sortitæ per vacationes Beneficiorum se-
quutas in Mensibus reservatis; Potissimum si ali-
quis actus contrarius concurrat tam respectu illius
Beneficii, super quo versatur controversia, quam
aliorum ab eodem Fonte provenientium, ut rela-
tis concordantibus prosequitur *Rot. dict. decis.*495.
§. *Cessat*, *coram Lancetta.*

Quatenus vero in eadem Decisione §. *Quinimo*
firmatur, quod si Indultum conferendi in quo-
cumque Mense non tollitur per Concordata, ad- 178
huc tolleretur per Regulam Cancellariæ, quæ re-
vocat omnia privilegia in limine erectionis conces-
sa, quod idem supponere videtur *Rot. in dicta Mo-*
nasterien. coram Caffarella §. *Siquidem*, *&* §. *Qui*
tamen: propositio hæc non caret difficultate, quia
Regulæ Cancellariæ non habent locum in Germa- 179
nia, ubi sola Concordata vigent, ut diximus *in*
Proœm. Regular. & alibi, & in terminis Regulæ
IX. *Engel. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præbend.*
§. 4. *sub n.* 51. §. *In hoc igitur*, *Nicolartz. ad Con-*
cordat. tit. 3. *dub.* 2. §. 21.

Et quidem plurimæ inter Concordata, & Re-
gulam IX. intercedunt differentiæ. *Primo*, Re- 180
gula IX. reservat octo Menses. Concordata sex.
Secundo, ex illa Beneficia remanent perpetuo re-
servata S. Sedi, ex Concordatis vero nisi intra tres
Menses a Papa provideantur, collatio redit ad
Ordinarium. *Tertio*, Regula est temporalis du-
rante vita Pontificis; & exadverso reservatio
Mensium in Concordatis est perpetua, nec per
mortem Pontificis expirat, ut late probatum
fuit in *Proœm. Regul. numer.* 93. *& seqq. Quarto*,
In

in Regula IX. expresse excipiuntur Concordata.

Multoque minus suffragari possent clausulæ derogatoriæ in Regula IX. contentæ, si ageretur de
181 vacatione Beneficii sequuta in Mense, qui vigore
Regulæ non esset reservatus, Mense nempe *Septembris*; Nam qua ratione uti quis poterit in Beneficiis Germaniæ derogatione Regulæ IX. si ejus vigore Mensis ille reservationi non subjacet, nisi quando Episcopus acceptavit ad ejus formam Alternativam, quæ alternativa longe diversa est ab Alternativa Concordatorum, ut supra animadvertimus.

182 Diximus qund Beneficia in suis sex Mensibus vacantia tenetur Pontifex intra trimestre conferre, alias collatio redit ad Ordinarios: At sciendum quod in præfato termino trium mensium, dies va-
183 cationis non computatur, sed ab eo excluditur, ut
ponderando tum verba Concordatorum, tum Constitutionem *Gregarii XIII.* eorumdem declaratoriam in illis varbis -- *Post lapsum trium Mensium ex die natæ vacationis*, firmavit *Rot. decis.* 813. *n.* 21. *coram Malines*, quam sequuntur *Eminentiss. Petra ad Constit. Apostol. tam.* 5. *pag.* 46. *in princip. D. de Sanctis in Exam. Consistar. cap.* 12. *n.* 133. *& seqq.*

Insuper terminus præfatus non debet continue computari, sed dimetiendus est utiliter, & prout de jure, itaut Papa legitime impedito, vel ob in-
184 firmitatem, vel aliam ob causam, aut Sede Apo-
stolica vacante, trimestre non currat, sed deduci debeat tempus legitimi Pontificis impedimenti, vel Sedis vacantis, juxta regulam, quod ubi occurrit
185 Collatori impedimentum aliquod, quominus jus
suum exercere valeat, eidem jus ipsum salvum remaneat, *Cap. Qnia diversitatem, de Concess. Prabend.* ibique communiter Canonistæ, quos congerunt *Fagnan. n.* 1. *& in Cap. Nulla* 33. *eod. tit. & Pirbing. ibidem n.* 30. & in nostris terminis firmant *de Sanctis in Examin. Consistor. cap.* 12. *num.* 138. *& seqq. Eminentiss. Petr. ad Constunt. Apastal. tam.* 5. *pag.* 47. *§. Et quamvis, Rot. in Augustana Canonicatus, cor. Moliner decis.* 813. *num.* 10. *& seqq. & decis.* 922. *n.* 6. *& seqq. &* 19. *Junii* 1705. *cor. bon. mem. Omaña.* Et in terminis Mensis vi-
186 gore *Cap. Statutum, de Præbend. in* 6. Papæ præ-
scripti ad conferendum Beneficia *in Curia* vacantia, quod Sede vacante non currat, & ob id Beneficia præfata conferri non possunt ab Ordinariis, est *Text. in Cap. Illa Ne Sede vacant. Gloss. in Cap. Statutum, verb. numerandum, de Prebend. in* 6. ibique communiter Canonistæ, *Monach. n.* 5. *Geminian. n.* 9. *Franch. n.* 14. *Ancar. n.* 1. *& gloss. in Cap. Si Apostalica, Verb. Nota in fine, Archidiacon. in Cap. Licet il* 2. *de Prabend. in* 6. *Rebuff. tit. de Reg. ad Prælatur. nominat. litt. N. circa fin. & litt. O. vers. Nec etiam.*

Sed ad effectum, ut collatio Papæ dici possit
187 expleta intra trimestre, necesse non est, quod in-
terveniat Signatura, & datatio Gratiæ, quippe quæ solum ad illius probationem inserviunt, sed exuberat, quod aliunde constet de Pontificis voluntate, ut Proviso Apostolico jus quæratur, cum in lingua Principis stet Gratia, & in Scriptura illius Testimonium, *Clementin. Dudum §. Nos etenim, de Sepult. Extravag. Etsi Dominici, de Pœnitent. & Remiss. Rebuff. in Concordat. in Rubr. de Mandat. Apostol. §.* 1. *Verb. Litteras, Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 25. *n.* 33. & formiter discusso articulo decisum fuit *in Hildesimen. Canonicatus* 20. *Januar.* 1717. *§. Nullius, & §. Hinc, cor. bon. memor. Cerro*, confirmata 14. *Martii* 1718. *cor. Reverendiss. Crispo* inter ejus impress. *decis.* 476.

in quarum Decisionum themate probatio Apostolicæ Provisionis intra trimestre eruta fuit ex Testimonio Cardinalis Prodatarii, qui per parvam epi- 188
stolam, vulgo *Biglietto*, certiorem reddiderat Principis Administrum de collatione Canonicatus expleta favore ejus, quem ipse Pontifici commendave-
rat. Quemadmodum Papam collationem intra tri- 189
mestre fecisse, probari ex *Lista*, seu *Catalogo* provisionum, qui in Aula Datariæ, juxta morem publicari solet, cum exinde resultet documentum univocum voluntatis Summi Pontificis conferendi effective Beneficium, firmavit eadem *Rot. in Monasterien. Beneficii* 4. *Decembris* 1722. *§. Hisce, cor. ba. me. Cerro.*

Expleta autem per Papam Beneficii provisione
intra trimestre, hæc non redditur nulla, ex quo 190
dicto tempore durante, insinuata non fuerit in partibus. Quamvis enim Ordinarii Germaniæ Collatores inhærentes verbis Concordatorum -- *Non apparuerit intra tres Menses a die notæ vacationis in loco Beneficii, quod alicui de illo Apostolica auctoritate provisum fuit* -- aliis contenderent, posse ipsos, elapsis tribus Mensibus, Beneficium Pontifici reservatum, & de quo Pontifex ipse, durante adhuc trimestri, de eo disposuit, illicn conferre, si de Provisione Apostolica in loco Beneficii intra idem statutum tempus non constet. Nihilominus contrarium usque de *anno* 1519. *die* 13. *Februarii* decisum fuit a *Rot. coram Fabio Accorambona*, cum absonum prorsus sit, quod post appositionem manus Papæ super certo Beneficio, audeat inferior de illo disponere, ad *Text. in Extravag. Romani Pontificis §. Romani quoque, de Præbendis*; Idque tamquam juri, & æquitati apprime consonum per
viam legis subinde sancivit san. mem. *Gregorius* 191
XIII. speciali edita Constitutione *impress. in Bullar. nov. tam.* 2. inter suas *XLI.* ubi attendens verba prædicta *in loco Beneficii* cum verbis *natæ vacationis*, quæ proxinus antecedunt, conjungi, & ad illam dumtaxat referri, & voluntatem Concedentis, sensumque Concessionis, & Concordatorum sic esse, ut dispositio Beneficii intra tres Menses a die notæ vacationis a Sede prædicta fieri, deque Gratia facta alicubi apparere debeat; hinc declaravit, *Concessionem Nicolai Papæ, & Litteras prædictas, (idest Concordata) locum amnino non habere, quad Ordinarii, aut alii Collatores prædicti post lapsum trium mensium ex die notæ vacationis in loca Beneficii disponere possint de ullis Beneficiis prædictis alias sub concessione, & Litteris prædictis comprehensis, extra Romanam Curiam in Mensibus prædictis quoquo modo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium Mensium per Romanum Pontificem, aut dictam Sedem qualiscumque Gratia, vel dispositia, aut concessio facta fuerit &c.* Quam Constitutionem receptam esse in tota Germania testantur *Jo. Honorius Van Axel. in Compend. Jur. Canon. tit. de Prebend. part.* 1. *n.* 8. *Carol. de Mean ad Consuetud. Leodien. part.* 3. *observ.* 278. *n.* 10. *Branden. ad Concordat. German. quæst.* 1. *num.* 8. *& seqq. & notabil.* 1. *Wames. cons.* 237. *n.* 6. *& seqq. de Prabend. n.* 9. Et ad illius tramites semper Rotam judicasse, patet ex Decisionibus relatis in *decis.* 916. *n.* 3. *cor. Lancetta, & in Treviren. Parochialis* 10. *Februarii* 1716. *§. Ipsaque, cor. bon. mem. Foscara, & in Hildesimen. Canonicatus* 20. *Januarii* 1717. *§. Nec demum, cor. bon. memor. Cerro; confirmata* 14. *Martii* 1718. *§. Parum officiente, cor. Reverendiss. Crispo, inter impress. decis.* 476.

Et quamvis laudatus Pontifex in præfata Con- 192
stitutione decreverit, ut ne *cuiquam licitum sit*

factam a Sede prædicta dispositionem hujusmodi in
longum obtegere, illi quibus deinceps Gratia hujus
modi concedantur, etiam Concessionum fidem, &
Testimonium intra tres Menses a die nota vacatio-
nis in loco Beneficii hujusmodi, vel dictis Collato-
ribus significare, vel in ipso Beneficii loco publica-
193 *re quoquo modo teneantur.* Nihilominus hoc non
disponitur sub pœna *nullitatis*, itaut Provisio San-
ctæ Sedis nulla, & irrita sit non sequuta notifica-
tione intra trimestre, sed solum talis terminus
designatus fuit ad excitandam diligentiam eorum,
qui a Papa provisionem reportarunt, ut ajunt *Ko-*
chier ad Regul. 9. gloss. 10. *num.* 4. *&* 5. *Nico-*
larts ad Concordat. German. tit. de Præservat. nu-
mer. 2. cum aliis relatis per *Rot. decis.* 916. *n.* 5.
cor. Lancetta, & in dicta *Hildesimen. cor. bon.*
mem. Cerra §. final. & coram Reverendiss. Crispa
§. Parum.

Ceterum lapso etiam trimestri, potest Pontifex
194 Germaniæ Beneficia conferre jure præventionis
concurrendo cum ordinario Collatore, itaut si istius
collatio sit posterior, præferenda sit anterior Papæ
provisio; Non enim, ut supra diximus, præsu-
mendum est Pontifices adeo omnimodam confe-
rendi facultatem post elapsum trimestre Ordinariis
Germaniæ indulsisse, ut abdicaverint a se pote-
statem conferendi effluxo dicto tempore, & re ad-
huc integra existente, *Wames. consil.* 237. *num.* 6.
& consil. 239. *n.* 2. *&* 3. ubi refert simile de Mense
præscripto in *Cap. Statutum, de Præbend. in* 6.
Kochier ad Regul. 8. *gloss.* 11. *n.* 5. *Nicolarts ad*
Concordat. German. tit. 1. *dub.* 11. *§.* 3. *pag.* 115.
Branden. ad eadem Concordat. notabil. 1. *num.* 1. *&*
seqq. Carol. de Mean ad consuetud. Leodiens. part.
3. *observ.* 278. *n.* 1. & *n.* 2. ait, quod Concordata
Germaniæ hac in parte trahere originem videntur
ex dicto *Cap. Statutum, Rot. in Augustana Cano-*
nicatus cor. Molines decis. 823. *n.* 24. *& decis.* 922.
n. 3. *&* 19. *Januarii* 1705. *§. Propereaque, cor.*
Omaña.

In omnibus igitur Ecclesiis Germanicæ Nationis
195 Concordata locum habent. Conclusa namque fue-
runt per Imperatorem, & Principes Germaniæ
nomine totius Nationis, adeoque pro sibi subjectis
contraxisse, eosque obligasse censendum est, etiam
absque acceptatione particularium, qui pro bono
Pacis, etsi inviti, & nolentes ad eorum accepta-
tionem cogi poterant, *Leonin. consil.* 50. *Nicolarts*
ad Concordat. German. tit. 3. *dub.* 1. *§.* 3. & fere
196 *per tot. & dub.* 2. *§.* 2. *& seqq.* ubi late probat ex-
ceptionem acceptationis, non usus, præscriptionis,
vel contrariæ consuetudinis adversus hæc Concor-
data minime opponi posse, *Branden. ad eadem*
Concordat. quæst. 3. *&* 4. *Pirbing. in Jus Canon.*
lib. 3. *tit.* 5. *n.* 363. *§. Notandum quinto.*
197 Sed contra hæc insurgit *Zipeus consult. Canon.*
lib. 3. *de Præbend.* ubi ait Concordata fuisse accep-
tata pro tota Natione, sed non per totam Natio-
nem, cum multi ea non acceptaverint, præsertim
198 *Bambergenses*, & *Herbipolenses*, ac etiam *Leodien-*
ses ante annum 1518. sequitur *Van Espen. in Jus*
Eccles. univers. part. 1. *tit.* 13. *cap.* 2. *n.* 3. Addit
199 ulterius idem *Zypeus*, quod in fine Concordatorum
acceptandi facultas reservatur iis, qui illis uti, &
gaudere voluerint, quod omnino frustraneum fuis-
set, si prima Imperatoris, & Principum Germa-
niæ acceptatio sufficeret, & latius *n.* 30. *& seqq.*
usque ad finem, ubi respondet adductis per *Leo-*
nin. & Branden.

In Civitate, & Diœcesi *Leodiensi* Concordata
200 servari ex mandato Imperatoris *Maximiliani*, qui
die 11. *Julii* 1518. eorum exactam observantiam
Episcopo, & aliis in Diœcesi inferioribus Collato-
ribus districte præcepit, tradunt *Nicolarts ad dict.*
Concordat. titul. 3. *dub.* 1. *§.* 4. *Zyp. in Anal. Jur.*
Pontif. tit. de Institut. lib. 3. *n.* 11. *& dicta Consult.*
3. *n.* 6. *Thomassin. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 46. *sub n.* 9.
Rota decis. 510. *n.* 7. *cor. Seraphin. & decis.* 116. *n.*
final. cor. Emerix, & decis. 777. *n.* 77. *cor. Molines.*
Et præfatum Imperatoris *Maximiliani* Mandatum
per extensum refertur in *Libello*, cui titulus -- *Pri-*
vilegia Nominat. Lovaniens. pag. mihi 75. impresso
Leodii *anno* 1665.

Sed quamvis Imperator *Maximilianus*, & po-
stea *Carolus V.* mandaverint observari Concordata 201
in Diœcesi Leodien. attamen hujusmodi Mandata
restricta esse ad eam partem Diœcesis, quæ Ger-
manico subest Imperio, non autem ad ea loca,
quæ, etsi de Diœcesi, subjecta tamen non sunt
temporali jurisdictioni Romani Imperii, tradit *Wa-*
mes. tom. 1. *consil.* 255. *sub n.* 10. *versic. Qua ite-*
rum, de Prabend. & consil. 259. *n.* 30. Hinc infert
præfatus Auctor, quod licet Episcopatus *Buscodu-*
censis olim fuerit de Diœcesi Leodiensi, non tamen
comprehendebatur sub Concordatis, quæ non sunt
concessa *Leodiensibus*, sed Imperio, & Nationi
Germanicæ, unde quæ pars Diœcesis Leodiensis
non subest Imperio, non ligatur Concordatis, ut
in *consil.* 255. *n.* 10.

Verum in tota Diœcesi Leodien. servari Concor-
data mandavit *Julius III.* ut ex ejus *Constitutione* 202
sub *Datum Romæ apud S. Petrum* 14. *Septembris*
1554. *Pontificatus anno IV.* quam refert *Raynald.*
tom. 21. *part.* 2. *ad annum* 1559. *num.* 19. *ex lib.* 8.
Brevium signat. n. 2287. *pag.* 257. *& Nicolarts*
ad Concordat. German. pag. mihi 183. *Eminentiss.*
Petr. ad Constitut. Apostolic. tom. 5. *pag.* 11. *n.* 8.
& fatetur ipsemet *Wames. consil.* 33. *sub n.* 13. *tom.* 1.

De *Cameracensi* Civitate, & Diœcesi, an vi-
geant in ea Concordata disputatum fuisse, ait *Zyp.*
dict. tit. de Institut. n. 11. sed ibidem locum habe-
re ex Mandato *Caroli V.* sub datum 9. *Martii* 203
1554. tradunt *Wames. consil.* 33. *sub num.* 13. *tom.*
1. *de Præbend. Leonin. consil.* 50. *Thomassin. tom.*
2. *lib.* 1. *cap.* 46. *n.* 9. *versic. Fertur*, idem *Zyp.*
consult. Canon. lib. 3. *consultat.* 3. *sub num.* 6. 19.
& 25. *& consultat.* 6. *n.* 8. *Nicolarts loco cit. E-*
minentiss. Petr. ad Constitut. Apostolic. tom. 5. *pag.*
10. *§. Concordata rursus, Rot. decis.* 1126. *num.* 8.
cor. Emerix. Quod *Caroli V.* Mandatum directum
Roberto Episcopo *Cameracen.* aliisque Collatoribus
in ea Diœcesi existentibus, refertur in supradicto
Libello, cui titulus -- *Privilegia Nominat. Lovan.*
pag. mihi 110. & *pag.* 114. refertur aliud simile
Edictum Imperatoris *Ferdinandi* de anno 1559. 204
ubi dicitur, quod Ditio *Cameracensis* est notorie
sub Romano Imperio constituta, & pro legitimo
Ordine Imperii habita; idemque etiam statuitur
in Litteris Regis Catholici sub *Datum* 15. *Septem-*
bris anno 1597. relatis in dicto *Libello pag. mihi*
114. Nec Dataria de Canonicatibus Civitatis, & 205
Diœcesis Cameracen. alio modo disponit, quam
vigore Concordatorum Germaniæ, ut ceteris o-
missis exemplis *anno* 1696. providit *Joannem Do-*
minicum Courtin de Canonicatu Collegiatæ S.
Gaugerici Diœcesis *Cameracen.* ex reservatione
vigore Concordatorum, ut ex Litteris Apostolicis
sub Datum decimo tertio Kalendas Decembris Pon-
tificatus san. mem. Innocentii XII. anno VI. Simi-
lemque provisionem per obitum de mense *Martii*
de alio Canonicatu ejusdem Collegiatæ, uti com-
prehenso sub Concordatis, explevit *anno* 1705.
sa. mem. Clemens XI. favore *Lucæ Amas* expe-
ditis Litteris Apostolicis *sub Datum* 17. *Kalendas*
Junii

Junii Pontificatus anno V. Et ex eadem reservatione Concordatorum, laudatus Pontifex *anno* 1710. contulit *Francisca Gaye* Canonicatum Ecclesiæ Majoris *Cameracen.* vacantem per obitum *Jacobi Torillan* de Mense *Novembris*, ut ex Litteris sub *Datum anno* 1710. *tertio Kalendas Januarii Pontificatus anno XI.* Simili modo Archidiaconatum Dignitatem post Pontificalem non majorem in eadem Ecclesia *Cameracen.* in mense Novembris vacantem, san. mem. *Benedictus XIII.* ex reservatione vigore Concordatorum, contulit *Joanni Hugoni de Maurgues de Saint Germain*, adjecta clausula, *Concordatis Germaniæ inibi vigentibus*, ut ex Litteris Apostolicis *apud S. Petrum* 1727. *quarta decimo Kalendas Februarii Pontificatus anno IV.* Et
206 ex hac ratione comprehensionis Civitatis, & Diœcesis Cameracen. sub Concordatis Germaniæ, si Sede Archiepiscopali vacante contingat vacatio Canonicatus obnoxius ille non erit Reservationi Regulæ II. Cumque super hoc aliqua suborta fuerit difficultas de anno 1719 perquisitis libris Datariæ, nulla reperta fuit Provisio Beneficiorum a Sede Apostolica in eadem Diœcesi expleta de tempore vacationis Sedis Archiepiscopalis.

At quia Diœcesis Cameracensis longe protenditur per *Germaniam*, *Galliam*, & *Hannoniam*,
207 hinc Archiepiscopum *Cameracensem* in Terris Imperii servare Concordata Germaniæ, in *Gallia* Concordata Galliæ, & in *Hannonia* Regulas Cancellariæ, tradunt *Zypens dict. consil. 6. n. 8. in fine*, *Wames consil. 255. n. 10. Eminentiss. Petr. ad Constit. Apostol. tom. 5. pag. 10. §. Concordata rursus*, & innuit *Rot. decis. 777. n. 77. cor. bo. me. Molines.*

Ceterum, etsi Civitas *Cameracen.* subjaceat Concordatis, hæc tamen quemadmodum usque a tem-
208 pore *Caroli V.* locum numquam habuerunt quoad electionem Archiepiscopi, quæ non a Capitulo, sed libere a Sede Apostolica explebatur, ut diximus in *Commentar. in Regul. II. §. 1.* Ita nec modo locum habent, dum redacta Civitate præfata in Regum Galliarum Dominium, sa. me. *Innocentius XII. anno 1695. Ludovico XIV.* indulsit facultatem nominandi Archiepiscopum, ut ibidem quoque adnotavimus, & tradit *Eminentiss. Petr. ad Constitut. Apostolic. tom. 5. pag. 10. §. Concordata.*

Belgium, etsi veniat appellatione Germaniæ in-
209 ferioris, ut probari ex pluribus primi nominis Geographis *Berta*, *Cloverio*, *Guicciardino*, & *Ferrario*, dixit *Rot. decis. 1126. n. 2. cor. Emerix*, in eo tamen locum non habere Concordata, tradit *Spad. consil. 134. n. 22. lib. 1.* Et late in terminis Provinciarum *Brabantiæ*, *Antuerpiæ*, & *Hannoniæ*, firmant *Van Espen in Jus Canon. univers. part. 1. tit. 13. cap. 2. n. 12. & seqq. Wames. tom. 1. consil. 255. n. 10. & seqq. de Præbend.* ubi de *Brabantia*, & Civitate *Buscoducensi*, & *consil. 259. n. 3.* ubi de Civitate *Namurcensi*, *Nicolarts ad Concordat. German. dub. 3. tit. 1. §. 2. Zyp. consult. Canon. 3. de Præbend. ac consult. 5 & 6. & in Anal. Jur. Pontif. novi lib. 3. de Instit.*

Excipiuntur tamen Ecclesia *Nivellensis* in Diœ-
210 cesi *Namurcen. Trajectum ad Mosam*, & Ecclesia *Thenensis*, in quibus vigere Concordata, tradunt *Nicolarts*, & *Zypens* locis mox laudatis. Et de Ecclesia *Nivellensi*, late idem *Zyp. consult. Canon. 5. n. 1. & seqq. Van Espen dict. cap. 2. num.* . *Wames. consil. 33. num. 13. lib. 1. Eminentiss. Petr. tom. 5. pag. 10. §. Concordata.* Et anno 1711. provisus fuit a Sancta Sede *Franciscus Wilmart* de Canonicatu Collegiatæ Ecclesiæ *Nivellensis*, uti reservato ex Concordatis Germaniæ, cum expressione adjecta in supplicatione — *Concordatis præfatis inibi adhuc vigentibus* — sub *datum quinto Kalendas Septembris Pontificatus san. memor. Clementis XI. anno XI.*

De *Trajecto ad Mosam* vulgo *Mastrich* post- 211
quam ad manus Provinciarum Fœderatarum devenit, valde fuit controversum anno 1634. an ibidem Provisiones Pontificiæ suum deberent, ut antea, sortiri effectum. Favore Pontificis plures Advocati, etiam Hæretici, bonæ Causæ rationibus devicti, consuluerunt. Agit hac de re P. A. *Carrafa Episcopus Tricaricen.* Nuncius Apostolicus ad *Tractum Rheni*, qui in eleganti Relatione suæ Apostolicæ Legationis impressa apud *Pompejum Ursayam in Miscellan. Sacr. & Prophan. Canon. & Civil. pag. 91.* refert, scripsisse *Joanni Vanderweecken* Viro Catholico, & nomine Principis Leodiensis apud *Batavos* residenti rationes omnes, quas juri Apostolicæ Sedis suffragari videbantur, ut eas ipse ad *Principem Arausia* coram *Hagæ* Comitiis referret, subditque, quod Princeps præfatus dictarum rationum pondus sentiendo, eidem *Joanni* suaserit, ut eas traderet discussioni sex Jurisconsultorum, qui partim essent Catholici, partim Sectarii, quodque in communibus calculis, & mira consentione Causam Romano Pontifici adjudicarunt, novisque rationibus, rationes ab ipso propositas, ac Jus Sedis Apostolicæ, non mediocriter confirmarunt.

Epitome autem rationum, ob quas Summo Pontifici competit jus conferendi in Mensibus Apostolicis Canonicatus Collegiatarum *Trajecti ad Mosam*, postquam in Provinciarum Fœderatarum potestatem devenit, a laudato Nuntio Apostolico ad Tractum Rheni exhibitum, hæc est.

„ Primo, quia in quarto *Articulo* Deditionis „ DD. Ordines pepigerunt publicum Religionis „ reformatæ exercitium in duobus Templis; Et „ in sexto *Articulo*, quidquid in ea Urbe, & Territorio erat Regis Hispaniarum; itaut juxta eumdem articulum nihil ultra adscribere valeant. „ Collationes autem Beneficiorum in Mensibus „ Apostolicis vacantium, numquam fuerunt Regis Catholici, sed Romano Pontifici jure communi, & Concordatorum competunt. Unde „ eidem reservatæ censeri debent, non secus ac si „ jurisdictionem aliquam sæcularem, vel Predium „ habuisset.

„ Secundo, quia *Articulo* tertio generaliter stabilitum est pro omnibus Personis Ecclesiasticis „ cujuscumque status &c. ut remaneant in omnibus Privilegiis, Libertatibus, Præbendarum „ Collationibus, Officiis, Usibus, & Possessionibus &c. Sub universali autem nomine Personarum Ecclesiasticarum, venit procul dubio „ Summus Pontifex illarum Caput.

„ Quod si Ordines eum excludere debuissent, „ specialiter eum excipere debuissent, & Oppidanorum maxime intererat Jura Pontificia conservari; nam alioquin essent cogendi, ut aliquem „ sine Canonica Institutione admitterent, & Resignationibus ad favorem, & Pensionum reservationibus frustrarentur. Collatores etiam Ordinarii privarentur jure conferendi post trimestre „ competente vigore Concordatorum, in casu quo „ Pontifex conferre negligat.

„ Tertio, quia in quarto *Articulo* provisum circa reservationem publici exercitii Religionis „ Catholicæ Romanæ non solum intraneis, sed „ etiam forensibus Catholicis eo ituris; Et tamen „ in eo *Articulo*, quam alibi reservata fuit jurisdictio Episcopi Leodiensis, prout antea: Sed jura Pontificia juribus Ecclesiasticis Episcopi Leo-

„ diensis sunt inseparabiliter adnexa, & invicem
„ sese, tam per Concursum, quam per subordina-
„ tionem concomitantia; itaut vix fieri possit, ut
„ jura Episcopi integre consistant, si Pontifici sua
„ jura subtraherentur. Ejusdem Religionis liberum
„ exercitium, hoc ipsum secum trahit, ut Sum-
„ mus Pontifex pro Capite Supremo dictæ Reli-
„ gionis agnoscatur, ac suis juribus fruatur.

„ In id ipsum influit quarti *Articuli* continua-
„ tio cum tertio -- ibi -- *Suivant quoy* -- Ideoque
„ dum in quarto *Articulo* continetur, ut exerci-
„ tium Religionis Catholicæ Romanæ remaneat
„ Trajecti liberum, & publicum pro more supe-
„ riorum temporum citra ullum impedimentum,
„ id aperte significat cohærentiam Religionis Ca-
„ tholicæ Romanæ cum possessione, & conserva-
„ tione quorumcumque jurium, & collationum
„ Præbendarum per tertium *Articulum* universa-
„ lissime memoratum; neque enim foret verum,
„ quod juxta consuetudines conferendi Canonica-
„ tus, & Beneficia, exerceretur Catholica Reli-
„ gio Trajecti post deditionem, si DD. Ordines
„ attribuerent sibi ipsis Pontificis collationes.

„ Quarto, quia omnia jura ad alios, sive Prin-
„ cipes, sive privatos, & præcipue ad Neutrales
„ spectantia in ea Urbe, remanserunt in pristino
„ statu: ergo jus conferendi illæsum remansit Pon-
„ tifici, qui Neutralis habitus est in puncto ipso
„ Belli, ne pejoris conditionis sit, quam alii Prin-
„ cipes, vel quilibet privatus.

„ Nec objiciatur in aliis Urbibus Provinciarum
„ unitarum auctoritatem Pontificiam exclusam
„ fuisse.

„ Quia per *Articulum* septimum cavetur, ut
„ Ordines, & Episcopus Leodiensis Trajectum
„ conjunctim regant, uti Provinciam separatam ab
„ aliis, & uti hactenus Reges Hispaniæ, & Epi-
„ scopi gubernarunt; unde in puncto auctoritatis
„ Pontificiæ ab aliis Civitatibus distincta est.

„ Deinde in aliis Urbibus talia pacta inita non
„ sunt circa Religionem, prout Trajecti, cujus
„ respectu pacta inita per necessariam consequen-
„ tiam complectuntur auctoritatem Summi Ponti-
„ ficis, quia & ut Princeps sæcularis, & ut Prin-
„ ceps Ecclesiasticus potest considerari; unde po-
„ test censeri exclusus ab aliis Urbibus, in quibus
„ fuit vetitum exercitium Religionis Catholicæ,
„ cujus est Caput, sed non potest censeri exclusus
„ Trajecti, ubi mansit exercitium ejusdem Reli-
„ gionis, quia est illius Caput, & quia tamquam
„ Princeps Ecclesiasticus jus habet exercendi Ju-
„ risdictionem suam spiritualem, & conferendi in
„ Mensibus Apostolicis Beneficia.

„ Non est itaque habenda ratio aliarum Urbiū,
„ in quibus non remansit Jurisdictio Romani Pon-
„ tificis, quia nec in eis remansit Religio Catho-
„ lica, quam Romanus Pontifex veluti Caput,
„ Membra debet comitari.

„ Et sicuti Magdeburgi, Bremæ, Halberstadii,
„ Mindæ, Werdæ, Lubecæ, atque ubicumque de-
„ fuerunt Episcopi habentes communionem cum
„ Pontifice Romano, Pontificis Romani Jurisdi-
„ ctio, præsertim quoad collationem Canonica-
„ tuum in Mensibus Apostolicis permissa fuit; ita
„ multo æquius, ut id servatur Trajecti ad Mo-
„ sam, ubi cum exercitio Religionis Catholicæ
„ Romanæ manent Catholici, & manet in eos Leo-
„ diensis Episcopi Jurisdictio.

Hactenus Epitome rationum, quas celeberrimus
Episcopus *Tricaricensis* exposuit pro sarta tecta tu-
enda Pontificia Jurisdictione in conferendis Bene-
ficiis Civitatis Trajecti. Cumque Administer Epi-
scopi *Leodiensis* insinuationibus Principis *Arausiæ*
inhærendo, rationes prædictas examinandas tradi-
derit quinque Jurisconsultis Batavis, prodiit, no-
vis etiam ab ipsis ponderatis motivis, sequens Pon-
tificiæ auctoritati favorabile, & elegans Votum.

„ Viso casu præmisso, & examinatis rationibus
„ subjectis, salvo melius sentientium judicio, vi-
„ detur infrascriptis farctum tectum, atque adeo
„ integrum esse Pontifici jus conferendi Canoni-
„ catus, cujus dicto in casu mentio facta est, i-
„ deoque ratam, & validam esse ejusdem colla-
„ tionem rationibus non solum allegatis pro jure
„ Pontificis; sed etiam, quia, ut res aliqua jure
„ Belli fiat capientia, in primis requiritur, ut sit 212
„ Hostium: quæ enim res apud Hostes quidem
„ sunt, utpote in eorum Oppidis, vel Præsidiis,
„ aliorum tamen, qui nec Hostibus subsunt, nec
„ Hostes sunt, in Dominio existunt, jure militari,
„ nec occupari, nec acquiri possunt, ita ut Re-
„ gula Juris gentium, qua statuitur, ea quæ ca-
„ piuntur ab Hostibus fieri capientium, de iis bo-
„ nis, atque rebus tantum sit accipienda, quorum
„ jus, atque Dominium penes Hostes est; quæ e-
„ nim tales non sunt, ad alios omnibus modis per-
„ tinent: nam, ut jus Belli non spectat nisi ad eos,
„ cum quibus Bellum est, ita occupatio, & acqui-
„ sitio Jure Belli facta, vel facienda, non porrigi-
„ tur ad eos, cum quibus nullum intercedit Bellum.

„ Neque refert, quod hostiles habeantur, ac
„ censeantur res, quæ in Hostium, vel Navibus, 213
„ Præsidiis, Civitatibus, & ut generaliter dixe-
„ rim, quæ in *Hostico* inveniuntur; hoc enim non-
„ nisi præsumptive dicitur, ea proinde admittitur
„ probatio in contrarium, ubi probatione opus est. 214
„ Hoc autem casu nec præsumtioni, nec proba-
„ tioni locus; non præsumtioni, quia Jus hoc con-
„ ferendi Canonicatus postquam vacaverint Mense
„ Pontificio, numquam fuit, vel in Bonis, vel in
„ potestate Regis Hispaniæ: Non probationi,
„ quia notissimum hoc est, ac proinde allegasse suf-
„ ficit. Atque ita in Hollandia nostra jam olim an-
„ no CIƆIƆCXXXIII. frequenti Senatu judicatum
„ refert *D. Grotius Tract. de Jur. Bell. & Pac.*
„ *lib. 3. cap. 6. num. 6.* nempe res aliorum pe- 215
„ nes Hostes repertas, jure Belli capientibus non
„ acquiri, sed esse, & manere eorum, quorum
„ sunt in Dominio. Sunt autem in Dominio non 216
„ solum res corporales, sed etiam incorporales,
„ utpote Jura, Actiones, & si quæ sint similes;
„ unde rei appellatione, & Causas, & Jura tra-
„ ditur contineri in *l. Rei ff. de Verbor. significat.*
„ Quæ omnia majus momenti, atque ponderis ha-
„ benda hoc casu, quia certis Capitulationibus
„ deditum est Trajectum ad Mosam, quibus
„ nihil aliud sibi pepigerunt Illustrissimi, ac Præ-
„ potentes DD. Ordines generales, quam ea,
„ quæ fuerant antea Regis Hispaniarum: Tales
„ autem Capitulationes, sive Conventiones stri- 217
„ cti sunt juris; ea vero quæ adstringendæ sunt
„ obligationis, nisi palam verbis exprimantur,
„ omissa intelligenda sunt, *l. Quidquid ff. de Ver-*
„ *bor. obligat.*

„ Ita consulimus Nos infrascripti Hagæ Comi-
„ tum die 27. Januarii anno 1634. I. Vermeren --
„ W. de Groot -- L. Van Steyen -- Corn. Busch --
„ C. Van Rosendael.

Sed rationes hujusmodi haud mulcere value-
runt animos Batavorum, qui jam instructi a Mini-
stris sectæ Calvinianæ inhiantibus avide ad ea Sa-
cerdotia, inhibuerunt Capitulis Collegiatarum Ec-
clesiarum *S. Servantii*, & *Sancta Maria* præfati
Oppidi *Trajecti*, ne provisos Apostolicos ad posses-
sionem

ſionem admitterent; & ſimul reſcripto iniquiore
pronunciarunt, haud plus poteſtotis, out Juriſdi-
ctionis debere permitti Romano Pontifici in Oppi-
do *Trajectenſi*, quam ei permittatur in ceteris Ur-
bibus, Oppidis, & Municipiis Fæderotorum Pro-
vinciarum, in quibus videlicet nullo ei poteſtas per-
mittitur, vel Juriſdictio, ut refert laudatus *Epiſco-
pus Tricarieen.* in ſua Relatione *cap.* 41. *§. Deca-
nus tamen.* Hinc Sedea Apoſtolica ne irrito conotu
Catholicorum ſortunas, & fidei cauſam in diſcri-
men odduceret, abſtinuit per aliquod tempus o col-
latione Canonicatuum Collegiatarum ejuſdem Op-
218 pidi vocantium in Menſibus reſervatis. Sed cum
circa annum 1672. Apoſtolica Sedes pro ſuo jure
ſarto, tectoque ſervando duos Canonicatus in Col-
legiatis præfati Oppidi vocantes io Meoſibus Apo-
ſtolicis contuliſſet, earumdem Eccleſiarum Capi-
tula ſub die 15. Octobris 1672. ſequentem ſuppli-
cem Libellum cl. mem. Cardinoli *Carpineo* tuoc
temporis Prodatario exhibere curarunt.

„ *Eminentiſſ. e Reverendiſſ. Signore. Si eſpone*
„ *riverentemente all' E. V. per parte delli Capi-*
„ *toli di S. Servatio, e di S. Maria di Maſtricht*
„ *Leodien. Diœceſis, Città per via d'Armi dagl'*
„ *Olandeſi oceupata l'anno 1632. come d'allara in*
„ *quà nan vi è ſtata anmeſſa alcuna Proviſta A-*
„ *poſtalica, anzi dagl'Olandeſi gl' è ſtata fatta in-*
„ *ibizione che non ardiſchino d'accettare niun Pro-*
„ *viſta dalla S. Sede, o dall'Univerſità di Lova-*
„ *nio, non oſtanti de diligenze ſatte per via del Vi-*
„ *eario Apoſtolico d'allora, o altri Miniſtri della*
„ *Prapaganda Fede, e queſto ad iſtanza di Monſi-*
„ *gnor Pier Luiggi Veſcovo di Tricarico, e Nunzio*
„ *Apoſtalica in Colonia, nel Conſiglio privato d'O-*
„ *landa, ma furano rigettate ſaiſo preteſto, che*
„ *nelle Capitolazioni della reſa d'eſſa Città non foſſe*
„ *ſtata fatta alcuna menzione del nome de Ponte-*
„ *fice: Onde per evitare, che li Canonicati di det-*
„ *ti Capitali non veniſſero conferiti dagl'Olandeſi a*
„ *Perſane Ereticbe, eome fanno altrove, s'è dal*
„ *ſudetta tempo in qua talerato, che li Cattalici ac-*
„ *cettaſſero le Proviſioni degl'Olandeſi mediante lo*
„ *ſborſo d'una ſomma di denari, quale da loro*
„ *viene applicata a qualche opera pia, nè dagli*
„ *Pontefici paſſati ſono ſtate conceſſe Proviſioni con-*
„ *tro gli Proviſti così dagl'Olandeſi. Tuttociò non*
„ *oſtante sì preſente, ehe ultimamente ne ſano ſta-*
„ *ti proviſti due dalla Sede Apoſtolica di queſti*
„ *Canonicati: Pertanta ſi ſupplica umilmente l'E.*
„ *V. di mettero in conſiderazione à N. Signore,*
„ *ehe queſte Proviſioni poſſano partorire molti ru-*
„ *mari, & inconvenienti, e pregiudicare al culto*
„ *Divina di dette Chieſe, poiche le Perſone Catto-*
„ *liche in avvenire non ardiranno con la sborſa*
„ *del denaro domandare le Proviſiani dagl'Olan-*
„ *deſi, quali in queſta caſo conferiranno li Canoni-*
„ *cati à Perſone Ereticbe eon non poco ſcandala,*
„ *& altri pregiudizj della Fede Catolica, eſſendo*
„ *ehe le dette Chieſe vengana offiziate nella ſteſſa*
„ *maniera, ehe quelle di Roma; ò almeno ſi degni*
„ *l'E. V. ordinare, ehe venghino ritenute le Sup-*
„ *pliche ſin tanto che l'E. V. ſapra la verità dell'*
„ *eſpreſſa avrà preſa informazione neceſſaria da*
„ *Monſignor Nunzia Apoſtolico di Colonia, a di*
„ *Bruſelles, o altre Perſone prattiche di quei Paeſi;*
„ *che &c.*

Super expoſitis in hoc ſupplici libello datæ fue-
runt Literæ ad Internuncium Apoſtolicum *Colo-
niæ* ſub *datum* 15. *Octobris* 1672. & ſubinde a ſan.
mem. *Clemente X.* deputata fuit die 19. Januarii
1673. Congregatio particularis, cui interfuerunt
Cardinales *Otthobonus*, *Alterius*, *Roſpilioſus*, *Bor-
romæus*, & *Gaſpar de Carpineo*, necnon Prælati
Fagnanus, *de Vecchis*, *Sluſius*, *Bottinus*, *Pila-
ſtrus*, & *Auguſtinus Favoritus Secretarius*; ſuit-
que per manus tronſmiſſum ſolium his verbis con-
ceptum.

*Cum Trajectum ad Moſam quadraginta abhinc
annis venerit in poteſtatem Hollandorum, & ex eo
tempore Sedes Apoſtolica, ne irrito conatu Catho-
licorum ſortunas, & fidei Cauſam in diſcrimen ad-
duceret, abſtinuerit a collatione Canonicatuum eo
in Oppido vacantium in Menſibus reſervatis, de-
liberabitur, an præſentis temporis conditioni con-
ſentaneum ſit eos conferre. Tradetur per manus ſup-
plex libellus Capitulorum Trajectenſium, & parti-
cula Relationis olim edita ab Epiſcopo Tricaricen-
ſi ad Trajectum Rheni, & legentur poſtea Littera
hac de re ſcripta ab Internuncio Colonienſi.*

Quid fuerit o laudata Coogregatione particulo-
ri reſolutum, incompertum nobis eſt. Scimus 219
quod petentibus provideri de Canonicatibus in
Menſibus Apoſtolicis vacantibus in præfaris Colle-
giatis Eccleſiis Oppidi *Trajecti*, Sedes Apoſtoli-
ca Proviſiones indulget, prout de anno 1725. con-
tulit Canonicatum Collegiatæ Eccleſiæ *Sancti Ser-
vatii* vacontem per obitum *Jacobi de Requilo*, *qui
extra Romanam Curiam &c. a ſex Menſibus, &
ultra forſan in uno ex Menſibus in Concordatis Ger-
mania &c. Petro Andrea Munix*, ut ex ſupplica-
tione *apud S. Petrum* 1725. *Septima Kalendas
Martii anno ſecundo Pontificatus ſan. mem. Bene-
dicti XIII.*

Sed ad ſemitam, unde noo inutiliter digreſſi ſu-
mus, revertentes, de Diœceſi *Warmien.* dubita- 220
tum fuit, on ſit comprehenſa ſub Concordatis Ger-
moniæ quoad hanc Alternativam Menſium. Et in
Dataria fuerunt quandoque hæc Concordata ad-
miſſa, & in ſpecie anno 1678. Canonicatus Ec-
cleſiæ *Warmien.* per obitum *Ludwici Fantani* l'im-
petratus fuit pro *Michaele Caſimiro Drobuſcki*, uti
vacans extra Romonam Curiam de Menſe *Septem-
bris Concordatis Germaniæ ibi vigentibus*, ſub *Da-
tum Nonis Decembris Pontificatus anno III. ſa. me.
Innocentii XI.* Fundabont Datariæ Officiales hanc
praxim in *dec.* 426. *cor. Millino.* Sed cum occa-
ſione proviſionis alterius Cononicatus in eodem Ec-
cleſia *Warmien.* appoſita fuiſſet in Supplicatione
Clauſula *Concordatis Germaniæ inibi vigentibus*,
oſtendi uni ex Reviſoribus Supplicationum Apo-
ſtolicarum hanc praxim tuenti, fuiſſe ſupradictam
Deciſionem revocatam *cor. eodem Millino*, ex quo
jura oon erant in forma probanti, ut ex *Deciſio-
nibus* 438. & 447. inter ejus impreſſas & *dec.* 1180.
cor. Penia, & advertit eodem *Rot. deciſ.* 14. *in fine
part.* 16. *Rec.* necnoo *Eminentiſſimus Petra ad Con-
ſtitut. Apoſtolic. tom.* 5. *pag.* 8. *n.* 7. *§. Eccleſiam*;
hinc deleto fuit o dicta Supplicatione clauſula *Con-
cordatis Germaniæ inibi vigentibus &c.* ut ex eo-
dem Supplicatione favore *Petri Kreger* ſub datum
*Octavo Kalendas Octobris anno tertio ſan. mem. In-
nocentii XII.* Eccleſio verò *Warmien.* providetur 221
od ſupplicationem Regis Poloniæ, ut diximus in
Comment. in *Regul. II. §.* 1. *n.* 61.

Ad Eccleſiam *Biſuntinam* quod attinet, mogna
olim fuit controverſio, on Concordatis Germaniæ
ſubeſſet, occaſione, qua Capitulum jus eligendi
Epiſcopum ſibi competere autumabat; & pluries
reſolutum a Sacro Congregatione Conſiſtoriali,
non eſſe illam ſub Concordatis comprehenſam, 222
ſed ſpectare ad liberam diſpoſitionem S. Sedis,
quæ ſubinde anno 1698. Regi Chriſtianiſſimo no-
minandi facultatem indulſit, ut diximus *dicto §.* 1.
num. 64. & 65. Sed nec comprehenſam eſſe ſub
Germa-

223 Germaniæ Concordatis quoad Beneficia inferiora,
late probavit cl. me. Cardioalis *Corradus* in Voto,
de quo dicto §. 1. *n.* 65. meminimus, ubi testatur,
224 sæpe Episcopos *Bisuntinos* Alternativam acceptasse
juxta secundam partem Regulæ, illamque per Se-
dem Apnstolicam concessam fuisse, pluresque Pro-
visiones Canonicatuum de Mense *Februarii* in di-
cta Ecclesia vacantium expletas fuisse ab eadem
Sancta Sede; quæ omnia Concordatis adversantur;
& eidem Voto inhærendo *Emus Petr. ad Constit.
Apostol. tom.* 5. *pag.* 11. *n.* 9.

Præterea Civitas *Bisuntina* non est intra limites
225 Germaniæ, sed posita est in *Gallia Celtica*; &
quamvis, antequam ad Regis Christianissimi Do-
minium deveniret, prætenderetur Romano Impe-
rio subjecta, seu potius commendata, nihilominus
hoc non sufficit ad effectum, ut dici posset sub
226 Concordatis comprehensa; Cum enim ista non
fuerint universaliter inita cum tota Natione Germa-
nica, sed cum Imperatore, & nonnullis Prælatis,
& Principibus Naiioois præfatæ, hinc probare o-
portet, quod de tempore dictorum Concordato-
rum, anno scilicet 1447. Ecclesia, & Civitas præ-
fata inter Prælatos, ac Principes illos Nationis
Germanicæ, cum quibus inita fuerunt, adscripta
esset, alias sequeretur, quod omnes Civitates Im-
perii sub Concordatis essent comprehensæ, quod noo
subsistit, dum videmus etiam in meditullio Germa-
niæ multas adesse Ecclesias, quæ dicta Concordata
non acceptarunt, ut post *Zyp. in Analys. Jur. Pon-
tific. lib.* 3. *tit. de Institut. sub n.* 11. observat Car-
dinalis *Corradus in dicto Voto* §. *Nec refert, & seqq.*

Sed quamvis Ecclesia *Bisuntina* non subjaceat in
omnibus Germaniæ Concordatis, illis tamen sob-
227 est circa Alternativam Mensium quoad Beneficia
tantum, quæ sunt Collationis Capituli dictæ Ec-
clesiæ, seclusis aliis, quæ ad aliorum collationem
in Civitate, & Diœcesi pertinent. Hinc Canoni-
catum dictæ Ecclesiæ per obitum *Ignatii Talbert*
de Mense *Martii* sequutum, san. mem. Benedi-
ctus XIII. contulit *Ferdinando Francisco Xaverio
de Masson.* facta in Litteris Apostolicis expressione--
*Concordatis præfatis in dicta Ecclesia tantummodo
quoad Beneficia, quæ sunt collationis Capituli dictæ
Ecclesiæ, seclusis aliis, quæ ad aliorum collatio-
nem, in Civitate, & Diœcesi Bisuntin. existunt,
inibi adhuc vigentibus &c.* ut ex iisdem Litteris sub
datum *Beneventi* 1729. *Quarto Nonas Maii Pon-
tificatus Anno Quinto.*

In nonnullis quoque Ecclesiis introducta fuerunt
Concordata Germaniæ per viam extensionis, non
228 comprehensionis, quales sunt Ecclesiæ *Meten. Vir-
dunen.* & *Tullen.* quæ licet existant in *Lotharingia*
Concordatis non subjecta *Thomassin. de Benefic.*
229 *part.* 2. *libr.* 2. *cap.* 40. *n.* 9. *Card. Ossat. Epistol.*
296. *Eminentissimus Petra ad Constitut. Apostolic.
tom.* 5. *pag.* 12. *n.* 10. *in fine*, cum aliis penes *Rot.
decis.* 777. *n.* 82. *coram Molines.* Nihilominus ad
230 illas extensa fuerunt Concordata perinde acsi essent
in Germania, ad Ecclesiam nempe *Meten.* per *Ni-
colaum V. anno* 1456. Ad Ecclesiam *Virdunen.*
per *Leonem X. anno* 1519. & ad *Tullen.* per *Pau-
lum III. anno* 1544. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.*
2. *quæst.* 28. *n.* 63. *& seqq. Frances. var. resolut.
cap.* 3. *n.* 21. *Eminentiss. Petra loco citato n.* 10.
Rota decis. 10. *cor. Martin. Andr. decis.* 43. *n.* 19.
cor. Dunoz. Jun. decis. 230. *n.* 3. *& seq. cor. Cava-
ler. dec.* 2245. *num.* 5. *&* 6. *cum seqq. & decis.*
2252. *num.* 3. *cor. Coccin. & in Virdunen. Electio-
nis Episcopatus* 15. *Novembris* 1593. *cor. Pam-
philio.*

An autem ordinarii Collatores possint in his
Ecclesiis conferre Beneficia in sex Mensibus vacan- 231
tia? Pro negativa urget, quod cum oon agatur
de Ecclesiis vere comprehensis sub Coocordatis,
quibus utpote vim pacti habeotibus per clausulas 232
quantumcumque prægnantes, & generales, oon
censetur Papam voluisse derogare; sed de Ecclesiis
sub Concordatis comprehensis extensive per viam
communicationis, & sic ficte; hinc quemadmo-
dum earum respectu cessat ratio contractus, & 233
subintrat jus Privilegii, seu Indulti, ita non requi-
ritur derogatio expressa, sed censetur hujusmodi
Privilegio, seu Indulto derogatum per amplissimas
clausulas derogatorias in hac Regula contentas, 234
Anton. Augustin. in Epitom. de Indult. n. 11. *vers.
Indultum Ecclesiæ Virdunen. Lotter. de Re Benefi-
ciar. lib.* 2. *quæst.* 28. *num.* 66. *& seqq. D. de San-
ctis in Examin. Consistor. cap.* 12. *n.* 192. *Eminen-
tissimus Petra ad Constitut. Apostol. tom.* 5. *pag.* 11.
n. 10. *& pag.* 12. *sub num.* 13. *circa fin. Rota decis.*
840. *n.* 2. *part.* 3. *Diversor. & decis.* 100. *n.* 5. *&*
6. *coram Martin. Andr. & dec.* 230. *n.* 3. *coram
Cavaler. & decis.* 43. *n.* 10. *coram Dunoz. Jun. &
dec.* 616. *num.* 46. *in fine, coram Molines & decis.*
247. *n.* 5. *& seqq. part.* 16. *Recent.*

Contrarium firmavit *Rot. decis.* 510. *n.* 5. *coram* 235
Seraphin. ubi quod nec Regula XV. revocatoria
facultatum conferendi Beneficia reservata, nec hæc
Regula Mensium tollit Indultum a *Leone X.* coo-
cessum Capitulo *Virdunen.* conferendi Beneficia in
sex alternis Mensibus Ordinariis Collatoribus in
Concordatis assignatis, & admittitur *in decis. Vir-
dunen. Canonicatus apud Garz. de Benefic. part.* 5.
cap. 1. *n.* 43. *&* 44. Et secundum hanc sententiam
obstare non videtur *Decisio coram Martin. Andr.*
quam sequuntur *Lotter.* aliique supra laudati, quia
loquitur in terminis *Constitutionis Pauli III.* reser-
vantis Beneficia Protonotariorum Apostolicorum
de numero non participantium, & derogando In-
dultis, & Privilegiis, ordinariis Collatoribus con-
cessis, cum clausula *quorum tenores &c.* proinde-
que cum Pontifex Indulta & Privilegia præfata
pro expressis habuit, utique sub eorum derogatio-
ne censeri etiam debet derogatum Indulto *Leonis*
Capitulo Virdunen. concesso, ut prosequitur *Rot.
dict. dec.* 510. *num.* 6. *cor. Seraphin.* & diximus *in
Comment. in Regul. I.* §. *IV. a n.* 36.

Sed quamvis *Rot. coram eodem Seraphin. decis.*
1306. articulum hunc uti difficilem decidere no-
luerit; nihilominus a priori sententia recedendum
non esse existimo, attentis amplissimis clausulis, 236
quibus hæc Regula munita reperitur, & per quas
derogatur omnibus Indultis, & Privilegiis, quo-
rum naturam ambigi non potest, sortitam fuisse
extensiooem Concordatorum a Pontificibus factam
ad dictas Ecclesias *Meten. Tullen. & Virdunen.*
quæ cum sint extra limites Germaniæ, Pontifices
veritatem mutare non potuerunt. Fortius vero
quia Regula derogando Indultis, & Privilegiis
quibuscumque habet a tempore Gregorii XV. clau- 237
sulam *quorum tenores &c.* quæ tempore *Seraphini*
non aderat, unde ad sensum *Rotæ cor. eod. dict.
dec.* 510. hodie per amplissimas clausulas deroga-
torias in Regula contentas censeri debet derogatum
alternativæ Mensium, qua vigore extensionis Con-
cordatorum, gaudent Collatores inferiores Eccle-
siarum *Meten. Tullen. & Virdunen.*

Lovaniensis Universitas gaudet etiam in certis 238
Mensibus, & Beneficiis, Cnncordatis Germaniæ.
Fuerat ei olim a *Sixto IV. Leone X. Adriano
VI. & Gregorio XIII.* tributa facultas nominandi
ad Beneficia quibuscumque Collegiis, Capitulis,
& Conventibus semel *singulis decem annis*, Præ-
latis

latis vero, & aliis *singularibus Personis bis, seu duabus distinctis vicibus Vita, Prælatura, & administratione earum durante* in quocumque Mense Apostolico, vel Ordinario; extensumque fuit hoc jus nominandi, ultra alia loca, ad Civitatem, Diœcesim, & Patriam Leodiensem cum deputatione Conservatorum. De his Indultis, quæ impressa sunt in Libro, cui Titulus -- *Privilegia Nominationum Leodiensium* Typis edito *Leodii anno* 1665. actum fuit *coram Seraph. decis.* 1444. super Dubio, an nominationes locum haberent in Ecclesiis, quæ tempore Indulti erant jam Cathedrales, & in iis, quæ fuerunt postea in Cathedralem erectæ.

Sed ab hujusmodi Indultorum ad Patriam Leodiensem extensione, plurimæ ortæ sunt contentiones. Et primo, an Nominationes locum haberent
239 in sex Mensibus per Concordata Germaniæ ordinariis Collatoribus assignatis. Pro Lovaniensibus scripsit *Wames. consf.*255.*tom.* 1. *sub tit. de Prabend.* ea præcipue ratione, quod in Indultis Lovaniensibus derogatum sit Concordatis. Declaravit tamen *Julius III.* quod Ordinarii Civitatis, & Diœcesis Leodiensis, quibuscumque nominationibus ab Universitate factis non obstantibus, de Beneficiis juxta Concordata in eorum Mensibus disponere possent, ut ex Litteris apud *Raynald. ad annum* 1554. *n.* 19. *& apud Nicolartf. ad Concord. tit.* 3. *dub* 1. §. 12. & meminit *Kochier. ad hanc Regul. gloss.* 11. *n.* 31. Sed nihilominus in Mensibus Ordinariis nominati, in dies per Consilia Regia in possessione manutenebantur, *Zypeus consult. Canon.* 3. §. *Unde de Prabend. lib.*3. Tandem *die* 27.*Septembris* 1615. inter Albertum Archiducem Austriæ, & Leodienses concordatum fuit, quod Ordinarii Collatores non gravarentur in Mensibus sibi per Concordata relictis.

Excitatæ fuerunt & aliæ difficultates in Beneficiis vacantibus in Mensibus reservatis. Nam cum ad ea nominaret Universitas, & exadverso Romæ impetrarentur sub motivo, quod nominationes erant invalidæ, uti factæ contra formam Privilegiorum. Quæstio oriebatur, an Causæ cognitio spe-
240 ctaret ad Conservatores, vel ad Auditorem Cameræ, ad Auditorem Rotæ, aliosque Judices Apostolicos in Litteris deputatos. Multiplices inde lites, quæ ut plurimum contra Nominatos decidebantur, unde multa, & magna scandala oriebantur, uti narratur in Indulto *Pauli V.* impresso in dicto Libro -- *Privilegia Nominationis Lovaniensium pag.* 53. §. *Cumque annis.*

Cum autem apud *Paulum V.* institisset Universitas pro confirmatione Privilegiorum, respondit Pontifex tollendos esse prius abusus, qui ab Universitate committebantur, ut scripsit anno 1615. *Eques Masius Alberti Archiducis* Romæ administer, cujus Epistola impressa est in Libro, qui inscribitur -- *De excessibus Lovaniensium Roma impresso anno* 1671. *pag. mihi* 67. Quamobrem, ut iis incommodis, & abusibus obviaretur, deputati fuerunt Cardinales *Millinus*, *Verallus*, & *Lancellottus*, nec non Datarius *Maraldus*, coram quibus idem *Masius*, & Canonicus *Robaulx* Deputatus Statutum Brabantiæ, & Universitatis, comparuerunt, & factis pluribus sessionibus pro dictorum Indultorum confirmatione, iteratis vicibus supplicarunt.

Audita igitur relatione præfatorum Cardinalium, & Datarii, Pontifex, intacto remanente ju-
241 re nominandi in Provinciis Belgicis, motu proprio, ex mera liberalitate, & certa scientia, ac de consensu Universitatis abrogavit jus nominandi in Civitate, Patria, & Diœcesi Leodiensi, & loco ejusdem juris, seu facultatis nominandi, concessit Decano, seu Vice-Decano Artium ejusdem Universitatis facultatem conferendi Canonicatus, Dignitates, & Beneficia, quæ inibi per obitum vacaverint, scilicet in Mense *Januarii*, & *Novembris* in anno 1617. & in Mense *Novembris* tantum anno 1618. & sic successive de anno in annum perpetuis futuris temporibus, itaut in anno impari conferat in duobus Mensibus, & in anno pari in uno tantum; Mensis autem *Novembris* semper est fixus, *Kochier. ad hanc Regul. Gloss.* 1 *num* 32. *Nicolarts ad Concordat. German. tit.* 1. *dub.*7. § 10. *Rota in Leodien. Parochialis, seu Vicariæ* 25. *Junii* 1706. *cor. Molines inter impress. dec.* 1037 *confirmata* 1. *Julii* 1707. *cor. Reverendiss. Aldrovando, in Leodien Beneficii* 25. *Februarii* 1707. *cor. Ansaldo, in Leodien. Canonicatus* 23. *Junii* 1710. *&* 19. *Januarii* 1714. *cor. Reverendissimo Crispo inter impress. dec.* 61. *& dec.* 265. & in altera *Leodien. Canonicatus* 1. *Julii* 1718. §. *Qua sane, cor.* 242
bon. mem. Cerro. Voluitque idem Pontifex, *ut in prædictis Beneficiis, & vacationibus tantum gaudeat Concordatis inter Sedem Apostolicam, & Nationem Germanicam antea initis, aliisque juribus, quibus gaudent ceteri Collatores ejusdem Patriæ obedientiæ*, ut sunt verba Indulti, & advertit *Rota in dicta Leodien. coram Reverendissimo Crispo, & cor. bon. mem. Cerro.*

Excepta tamen fuerunt Beneficia Consistorialia, seu in libris Cameræ Apostolicæ taxata. Item Di- 243
gnitas major post Pontificalem in Ecclesia Leodiensi, necnon Principalis Dignitas in qualibet ex Collegiatis, ac etiam excepta fuere *Beneficia apud Sedem vacantia, & alias reservatione, vel affectione in corpore Juris clausa, Sedis Apostolicæ dispositioni reservata*, ut latius in dicti *Pauli V.* Indulto.

Et ex hac ultima exceptione resolutum fuit, non posse vigore dicti Indulti impediri Coadjutorias 244
super Canonicatibus, nec posse ab Universitate collationes fieri, quando Coadjutus decederet in Mensibus Universitatis. Cum enim excipiantur in Indulto *Beneficia apud Sedem vacantia, & alias reservatione, vel affectione in corpore Juris clausa reservata &c.* non poterant comprehendi Beneficia, in quibus manus apponeret Pontifex, dando in iis Coadjutorem, cum affectio, quæ resultat ex appositione Manus Papæ sit clausa in corpore Juris, *Cap. Ut nostrum de Appellat.* etiamsi provisio 245
sit nulla, per *Extravag. ad Romani de Praben.* quæ pariter dicitur clausa in corpore Juris, *Wames. cons.* 224. *n.* 1. *Gonzal ad Regul.* 8. *Gloss.* 52. *n.*9. *Rebuff. in prax. tit. de Reservat. num.* 30. cum aliis adductis in dicto Libro, cui titulus -- *de Excessibus Lovaniensium* --, ubi etiam consideratur, quod dum in *Pauli V.* Indulto excipiuntur *vacantia apud Sedem, & alias reservatione, vel affectione in corpore Juris clausa &c.* Verba *apud Sedem* verificantur solum *in cap.* 2. 3. *&* 34. *de Praben. in* 6. reliqua vero verba *& alias affectione in corpore Juris clausa* verificari non possunt, nisi *in Cap. Ut nostrum*, & in *Extravag. ad Romani*, quæ declaratoria est, ut diximus *in Proœmio Regularum*?

Atque ita contra Lovanienses pluries resolutum fuit a *Rota*, ut in *Leodien. Canonicatus* 1. *Julii* 246
1652. *coram Cerro*, quæ inter impressas non reperitur, quam Decisionem sequuta est eadem *Rota* in alia *Leodien. Canonicatus* 15. *Decembris* 1653. §. *Neque, cor. Verospio, & decis.* 684. *per tot. cor. eodem Cerro, & decis.* 92. *num.* 11. *part.* 12. *decis.* 154. *part.* 16. ubi de affectione caussata ex quo Pontifex dederat Mandatum de providendo, &

deinde

deinde subrogationem cum nova provisione ex in-
tegro, & advertit *Eminentiss. Petra ad Constit. A-
postol. tom. 5. pag. 13. n. 14.*
Sed cum occasione harum Resolutionum pluri-
247 mi excessus ex parte Universitatis commissi fuis-
sent, itaut etiam cassaverit Declaratorias, Aggra-
vatorias, & Reaggravatorias a Rota relaxatas,
ut in *dec. 92. part. 12. Recent.* & Provisos Aposto-
licos, necnon Capitula S. Sedi obsequentia, Ar-
restis, Sequestris, aliisque molestiis vexaret, a-
liosque abusus committeret nominando ad Benefi-
cia ultra taxam, & vacantia Sedibus Episcopali-
bus vacantibus, necnon plura Beneficia incompa-
tibilia eidem Personæ conferendo, ipsique Con-
servatores sua abuterentur auctoritate; hinc *Cle-
mens IX.* prævio Voto Congregationis particula-
ris, cui interfuerunt *Cardinales Otthobonus, Rospi-
liosus, & Azzalinus*, necnon Prælati *Fagnanus, de
Vecchis, Albritius, & de Rubeis*, Litteras in for-
ma Brevis *die 13. Septembris* 1669. evulgavit, in
quibus præmittit, quod cum suaviores vias tentas-
set, suæ indignationis etiam timore suaviter sugge-
sto, attamen omnia incassum ceciderunt, & *licet
ex Sacrarum Canonum præscripto* Universitas Pri-
vilegia amittere debuisset, eo quod elargita sibi fa-
cultate fuerat abusa, attamen pœnitentiæ locum
relinquere volens, Indulta conferendi in certis
Mensibus a *Paulo V.* concessa eidem Universitati in
Diœcesi, & Patria Leodiensi, ad suum, & Sedis
Apostolicæ beneplacitum suspendit; Provisiones a
dicta Universitate faciendas dicto suspensionis tem-
pore, nullas declarans, & collationem eorum Be-
neficiorum sibi, & Sedi Apostolicæ reservando.
Proficua fuit plena hæc æquitatis Pontificia di-
spositio, cui paruit Universitas, a collatione Be-
neficiorum in dictis Mensibus vacantia abstinendo,
& ea qua decebat humilitate repræsentando *Cle-
menti X.* quod a quibusvis abusibus recedere, &
S. Sedi promte obsequi parata erat. Quapropter
248 negotio eidem Congregationi particulari remisso,
examinati fuerunt abusus omnes, qui Universita-
ti opponebantur tam in Collationibus, quam in
Nominationibus, & super quibus excessibus liber
impressus fuit *Romæ anno* 1671. Aptato igitur sin-
gulis punctis suo remedio: quoad Coadjutorias
statutum fuit, quod Conservatores nullo modo co-
gnoscere possint de Causis Beneficiorum, quibus
per Coadjutorias cum futura successione a Sede A-
postolica provideri contingat, tametsi vacaverint
per obitum in uno ex Mensibus Universitatis, nec
hujusmodi Provisos Apostolicos ad Judicium coram
se trahere, aut Mandata per Exequutores Aposto-
licos relaxata, impedire audeant: Et quoad Cano-
nicatum *Tongrensem*, super quo *Innocentius X.*
Coadjutorem constituerat, & quem per obitum
Coadjuti vacantem, Universitas cuidam *Petra Mar-
cellis* contulerat, ex quo dissidia, de quibus supra
dictum fuit, originem duxerunt, declaravit, Col-
lationem dicto *Petro* ab Universitate factam, &
omnia inde sequuta ab ipso initio, penitus, & om-
nino nulla, invalida, & de facto præsumta fuisse,
nullumque jus eidem *Petro* competiisse, & compe-
tere; quodque Capitulum *Tongrense* ab Universi-
tate diu vexatum, ad consequendam refectionem
damnorum agere posset, declaravit, Factisque suc-
cessive circa alia puncta controversa diversis deter-
minationibus, suspensio Privilegiorum a *Clemente*
249 *IX.* facta, revocata est ab ejus Successore *Clemente
X.* ut ex amplissimo Brevi *sub die decima Octobris*
1673. *Pontificatus anno Quarto, inter Constitutio-
nes ejusdem Clementis X. ea quæ est XLII.*
Et quod attinet ad Coadjutorias in Diœcesi *Leo-
dien.* amplissime derogatur hodie Indultis Lova- 250
niensibus, prout ex Concordatis Germaniæ, juxta
formulam, quam pluries servatam vidi, & præ-
sertim annis præteritis *in Leodien. Canonicatus S.
Nadelheia* pro *Guilelmo Ph.fervier* deputato Coad-
jutore *Gabrieli Colewaux*, ut ex supplicatione sub
datum *apud S. Mariam Majorem* 1716. *Quarto-
decimo Kalendas Julii Anno Sextodecimo Pontifica-
tus san. me. Clementis XI.*
Nulla in dicto Brevi Clementino capta fuit re-
solutio super puncto *Vicariarum*, & an ea vigore
Indultorum conferri possent in suis Mensibus ab
Universitate: Resolutum quidem fuerat ab eadem
Congregatione specialiter deputata *die 22. Septem-
bris* 1671. *Vicarias perpetuas in Indulto non com-* 251
prehendi; sed postmodum ad effectum dignoscen-
di quæ, & quot Vicariæ cadere possent sub Indul-
to, injunctum fuit Collatoribus Diœcesis, & Pa-
triæ Leodiensis, quod transmitterent documenta
circa qualitatem, & naturam Vicariarum, ut ex-
ponitur in *Leodien. Parochialis, seu Vicariæ* 25.
Junii 1606. *§. Constito, cor. Molines* inter impress.
dec. 1047. *tom.* 4. Quod factum puto, quia Uni-
versitas opponebat, quod Leodienses jam vellent
omnia fere Beneficia Curata, esse Vicarias, unde
potius super facto documenta voluit Congregatio,
quam Juris articulum iterum examinare: An au-
tem Capitulum petita documenta transmiserit, &
an Congregatio particularis quidquam resolverit,
ignotum est, ut in *dicta Leodien. §. finali.*
Juri conformis est prædicta resolutio Congrega-
tionis particularis, dum censuit non comprehendi
sub Indulto *Vicarias perpetuas*; Si enim agitur de
Vicariis perpetuis in Monasteriis curam Animarum 252
habentibus, hæ conferendæ sunt ad nominationem
Monachorum, *cap. 1. de Appell. Monach. Cap. de
Monachis de Præben.* & consonat Constitutio *S. Pii
V.* super Erectione XI. Vicariarum in Collegiatis
Urbis, quæ sunt ad nominationem Capitulorum. 253
In Parochialibus etiam unitis, Vicarius perpetuus 254
deputandus est ad nominationem eorum, quibus
facta est unio, *Cap. Extirpandæ §. Qui vero de
Præben.* Cum itaque nec Regula de Mensibus, 255
nec Concordata derogent hisce nominationibus,
nec derogatum censeri debet ex Indulto Lovanien-
sium; Papa enim dat jus suum, non vero lædit
jus tertii, quod in unaquaque dispositione censetur
præservatum, *Rota decis.* 1444. *n.* 8. *cor. Seraphin.*
Unde supra vidimus, quod Julius III. declaravit,
non posse fieri nominationes in Mensibus Leodien- 256
sium Ordinariorum. Pariter Indultum Lovaniense
non comprehendit Beneficia, quæ sunt infra duas
Marcas, nec Beneficia servitoria, & affecta *Can-
toribus*, cum semper jus tertii præservatum cen-
seatur: & quamvis exceptio aliorum Beneficiorum
facta in Privilegiis, firmet regulam in non excep- 257
tis, attamen exceptio firmat quidem regulam, sed
eam non ampliat, & sicuti eam non ampliat, ut
comprehendat Beneficia de Jurepatronatus, ita
nec eam ampliat, ut amplectatur Vicarias. Et ita
contra Lovanienses, *Nicolartf. ad Concordata Ger-
man. tit. 1. dub. 7. §. 10. pag.* 105. *Rota in Leodien.
Parochialis, seu Vicaria* 25. *Junii* 1706. *§. In prin-
cipio cor. Molines* inter impress. *decis.* 1047. *tom.* 4.
& 1. Julii 1707. *§. Præsertim, cor. Reverendissimo
Aldrovando*, & in *Leodien. Vicaria de Jemeppe,
coram Herrera inter impress. decis.* 73. *n.* 27. *& de-
cis.* 93. *n.* 1. *&* 2. *& dec.* 110. *n.* 1. & admittitur
in *Leodien. Beneficii* 25. *Februarii* 1705. *§. Quin
proinde, cor. Ansaldo.*
Et licet sub Indulto Lovaniensium compre-
hendatur Juspatronatus Ecclesiasticum, quem- 258
admodum

admodum comprehenditur sub Concordatis, &
Regula IX. quæ transfusæ fuerunt io Universi-
tatem, ut in dicta *Leodien. Beneficii §. At quan-
do, cor. Ansaldo.* Attamen jua nominandi ad VI-
259 carias, non est Juspatronatus Ecclesiasticum, cui
ceoseri possit derogatum, sed est jus nominandi
competens de Jure communi, *Nicolarts. dict. ti-
tul. 1. dub. 7. §. 9. vers. Quin illud.* Et verba ge-
neralia Privilegiorum, quæ Lovaniensibus con-
cessa fuerunt, semper ita interpretari, & restrin-
gi debent, ut non operentur in præjudicium ter-
tii, ut prosequitur *Nicolarts. dict. dub. 7. §. 11.*

Alia non ita pridem excitata est Quæstio, an
260 scilicet Indultum *Paulinum* cessaverit amplissimis
hujus Regulæ derogatoriis, adeout non possit am-
plius Universitas vigore suorum Indultorum con-
ferre in Mense *Novembris*, & respective *Janua-
rii.* In quo articulo prætermissis iis, quæ consi-
deravit *Spad. cons. 124. n. 5. lib. 3. Rota* resolvit
pro Lovaniensibus, nam cum in Regulis Cancella-
riæ excipiantur Concordata, inde etiam exceptum
censeri debet Indultum Universitatis, quæ gaudet
Concordatis inter Sedem Apostolicam, & Natio-
nem Germanicam initis, ur in *Leodien. Canonica-
tus 23. Junii 1710. §. Ad evertendam, coram Re-
verendissimo Crispo* inter impress. *decis.* 61. & latius
in altera *Leodien. Canonicatus 19. Januarii 1714.
cor. eadem* inter impress. *decis.* 235. ubi in §. *Verum*
firmatur, quod Indultum prædictum non emanavit
261 ex mera gratia, sed ad veram Concordiam reduci-
tur, utpote concessum pro bono Pacis, & ad se-
dandas lites, & controversias, quæ inter provisos
Apostolicos, & nominatos ab eadem Universitate
promovebantur, limitando ad duos tantum Men-
ses alternis annis, & ad Beneficia per obitum va-
cantia, facultatem, quam Universitas ex Privile-
gio *Sixti IV.* habebat in quocumque casu, & tem-
pore; & proinde cum pro bono pacis stabiliendæ
Paulinum Indultum prodiisset, semper vim pacti
assumit. Et in §. *Parum quoad hoc* perpenditur,
quod etiamsi Indultum Universitatis Pactum, &
Concordiam non saperet, sed esset merum Privi-
262 legium ad instar Concordatorum, adhuc eumdem
operaretur effectum, cum in exemplato transfun-
dantur omnia Privilegia, quæ in exemplo conti-
nentur, *D. de Sanctis in Examine Consistarial. cap.
12. sect. unic. n. 80. & seqq.*

Sed cum adversus dictam Decisionem *Leodien.
Canonicatus 19. Januarii 1714. coram Reverendiss.
Crispa* indulta fuisset Proviso Apostolica nova Au-
dientia, nulla ob suffragiorum scissuram capta fuit
resolutio in Propositionibus habitis *die 9. Aprilis,
& 15. Junii* ejusdem anni, rescriptumque, *iterum
proponatur*; itidemque in altera simili Causa *Leo-
dien. Canonicatus* tunc temporis in Rota pendente,
cor. bon. mem. Cerro prodiit responsum *Dilata, &
videant omnes, & proponatur in eadem Rota cum
alia, coram Crispa*, ut refert etiam Eminentissi-
mus *Petr. ad Constitut. Apostolic. tom. 5. pag. 13. n.
15.* Verum reproposita solum Causa, *coram bon.
mem. Cerro sub die 1. Julii* 1718. Proviso Aposto-
lico sua jura non deducente, sed informante tan-
tum Proviso ab Universitate, prodiit Rescriptum
Sententiam Rotalem esse confirmandam, iterumque
firmatum extitit, sub clausulis Derogatoriis Regu-
263 læ IX. non comprehendi præfatum Indultum Lo-
vaniense, utpote fortitum vim pacti, & Conven-
tionis.

Exemplaris sane est Articulus iste, & non levi-
264 bus difficultatibus obnoxius. Quandoquidem re-
cepta est distinctio, quod aut agitur de veris Con-
cordatis, & illis non censetur derogatum per
clausulas generales Regulæ, quæ in dispositiva
Concordata excipit; aut agitur de Concordatis
fictis, & per viam extensionis, nempe de Indulto
concesso cum Decreto, quod Indultarius gaudeat
in certis casibus Concordatis Germaniæ, & hoc
casu cum id fiat per modum fictionis, & Privile-
gii, cessat jus pacti, & subingreditur illud Privi-
legii, Clausulis derogatoriis in Regula contentis
subjecti, ut ex *Martin. Andr. Lotter.* & aliis late
diximus supra *n. 231. & seqq.* Adeoque cum Lo-
vanienses non sint comprehensi in Germania, quæ
Concordata acceptavit, sed illis gaudeant per viam
extensionis ipsis *a Paulo V.* indultæ, eorum Pri-
vilegium censeri debet abrogatum ex clausulis Re-
gulæ IX. ut etiam observat *Eminentiss. Petra ad
Constitut. Apostolic. dicto tom. 5. pag. 12. n. 13.*

Quod autem Indultum Paulinum ex se ipso
consideratum habeat vim Pacti, & Concordiæ in- 265
ter Sedem Apostolicam, & Lovanienses, subsiste-
re non videtur. Reassumendo siquidem Indulto-
rum Historiam: Ea, quæ concessa fuerunt *a Sixto
IV.* usque ad *Gregorium. XIII.* proculdubio erant
mera Privilegia; Petiit Universitas eorum confir-
mationem *a Paulo V.* sed is jussit, ut remedium
prius afferretur excessibus, qui ab Universitate in
nominationibus committebantur tam super compe-
tentia Judicis, cum detractarent judicium Audi-
toris Cameræ, Auditorii Rotæ, & aliorum Exe-
quutorum Apostolicorum, quam super validitate
nominationum ab ipsa factarum, quæ ut plurimum
declarabantur nullæ, & irritæ; Ad effectum occur-
rendi his abusibus factæ fuerunt plures Sessiones
coram Cardinalibus Deputatis, & ex eorum rela-
tione *Paulus V.* abrogavit jus nominandi, quod ex
Privilegiis Pontificum competebat Universitati in
Diœcesi Leodiensi, & loco ejusdem Juris, & fa-
cultatis nominandi concessit Jus conferendi Bene-
ficia cujuscumque valoris per obitum vacantia,
etiam Canonicatus Ecclesiæ Leodiensis in Mense
Novembris, & respective *Januarii, & Novembris.*

Itaque nihil aliud peregit *Paulus V.* quam quod 266
confirmando antiqua Privilegia jus nominandi,
quod in Diœcesi, & Patria Leodiensi prius Uni-
versitati competebat, immutaverit, & loco illius
subrogaverit jus conferendi in certis Mensibus. Si-
cut autem jus nominandi erat ex mera Gratia, ita
jus conferendi illius loco subrogatum ex gratia, &
Privilegio erit reputandum, *ad Text. in L. si cum
§. Qui injuriarum ff. si quis caut. leg. Titia §. Fi-
lia ff. de condit. & Demonstrat. cum concordantibus
relatis per Barbas. Axiomat. 213. n. 1.*

Et quamvis Indultum Paulinum emanaverit ad
Concordiam inter Personas Ecclesiasticas foven-
dam, pacemque nutriendam; attamen si Privile-
giatus suo, quo gaudet, abutitur Privilegio, per 267
quem abusum oriuntur scandala, jurgiaque inter
Ecclesiasticos, & Princeps ad ea removenda dat
novam methodum Privilegio, & immutat aliquam
illius partem, non inde deduci potest, quod hæc
immutatio sit pactum, & Concordia cum Principe
inita: Non enim dissidia directe erant cum Sede A-
postolica, prout olim fuit cum Germanis, & Gallis, 268
qui inhærentes *Basileensi* Conciliabulo, auctorita-
tem Sedis Apostolicæ directe feriebant, & cum qui-
bus ex causa publicæ Pacis postea Sedes ipsa, hinc
inde aliquid remittendo, concordavit; sed lis erat
super interpretatione antiquorum Privilegiorum in-
ter Personas particulares, & super Judicis compe-
tentia. Ex quo autem novam formam tradidit
Indulto *Paulus V.* ut litibus occurreret, hoc non
induxit pactum, & Concordatum cum Sede Apo-
stolica, quæ controversiis tunc vigentibus reme-

dium attulit, nec quicquam promisit, aut concordavit cum Universitate aliquid ab ea recipiendo, ut post *Nicolarts ad Concordat. & Remocamp. de Coadjutor. Piton. discept. Eccles. tom. 4. discept.* 129. *n.* 16. *&* 17. ubi quod Indulta concessa Universitatibus Studiorum non habent vim contractus, quia Universitates nil dederunt Ecclesiæ Romanæ; nec habent favorem publicum, quem habent Concordata. Factæ quidem fuerunt plurimæ Sessiones coram Cardinalibus Deputatis cum interventu Deputatorum Universitatis, qui etiam consensum præstiterunt abrogationi juris nominandi in Diœcesi, & Patria Leodiensi; sed cum ageretur de immutando Privilegio jam acceptato, de honestate, & ad majorem cauthelam adhibitus fuit illius consensus, ibi -- *ac etiam de Consensu* -- ne in exequutione hujus novæ formæ, difficultates novæ excitarentur.

Nec subsistit quod Papa limitaverit facultatem ejusdem Universitatis, quæ sibi in quocumque casu, & tempore vacationis, nominandi jus ex Privilegio *Sixti IV.* competere autumabat, *& Paulus V.* jus illud restrinxerit ad unum, & respective ad duos Menses, alternis annis, & ad Beneficia per obitum tantum vacantia. Siquidem ex antiquis Privilegiis competebat Universitati facultas nominandi *quolibet decennio semel*, si collatio spectabat ad Capitula, & Conventus, & *bis* durante vita cujuslibet Prælati, tam in Ditionibus Belgicis, quam in Diœcesi, & Patria Leodiensi; *Paulus* autem in suo statu relinquens Nominationes in Belgio, alias Nominationes, quæ ab Universitate explebantur ad Beneficia Leodiensia duabus vicibus durante vita cujuslibet Prælati, & respective semel quolibet decennio, immutavit in Collationes de Beneficiis vacantibus in duobus, & respective uno Mense cujuslibet anni, quod fuit pinguius Privilegium. Præsertim quia Universitas consequuta est prærogativam conferendi in Diœcesi Leodiensi, & quidem Beneficia cujuscumque valoris, cum tamen prius servare debe ret certam taxam, ut in *Decis.* 139. *coram Merlino.* Et demum assequuta est facultatem conferendi Canonicatus, & Beneficia Majoris Ecclesiæ Leodiensis, cum esset saltem dubium, an antiqua Indulta amplecterentur Cathedrales longe ante eorum concessionem erectas, in qua controversia Rota inclinavit contra Lovanienses, licet Articulus non fuerit formiter tunc decisus, ut in dicta *Decisione* 1444. *cor. Seraphin.* Sed sive *Paulus V.* limitaverit, sive ampliaverit præcedentem facultatem, semper tamen erit Privilegium magis, vel minus amplum, quam erant Privilegia antiqua.

269 Comprobatur idipsum ex clausulis, & verbis Paulini Indulti, quæ gratiam præseferunt, non pactum. In Procemio enim dicitur -- *Indulta pariter, & Privilegia per Prædecessores nostros Universitatibus præsertim Studiorum Generalium concessa, liberaliter confirmamus, ac etiam moderamus, & respective ampliamus &c.* & in §. *Cumque in fine* ibi -- *pro prædictorum Indultorum Apostolicorum confirmatione iteratis vicibus supplicarunt*, & in §. *Audita* ibi -- *Motu proprio ex nostraque mera liberalitate, & ex certa scientia &c. deque Apostolicæ potestatis plenitudine &c.* & in §. *Quo vero* ibi -- *Ampliaris Gratia favore prosequimur &c* & Pontifex utitur verbis -- *Decernimus, ordinamus, concedimus.* Itaut nihil in toto Indulto sit, quod sonet in pactum, *Rota decis.* 510 *n.* 4. *cor. Seraphin.* & in terminis Lovaniensium annadvertitur in dicto Libro *de Excessibus Lovaniensium &c. pag.* 150. *n.* 27. *pag.* 155. *n.* 68. *& pag.* 185. *n.* 184. *cum seqq. &* 187. *cum seqq. & pag.* 230. *n.* 20. 23. *&* 24.

Quodque Indultum Paulinum uti merum Privilegium fuerit consideratum, eruitur ex supradicto Brevi suspensionis *Clementis IX.* in quo semper mentio est de Privilegiis, & Indultis, addita ea ratione, quod ex Sacrorum Canonum præscripto Lovanienses Privilegia amittere debuissent, eo quod elargita sibi facultate fuerint abusi; & factum ipsum suspensionis id concludit, cum non sit in 270
potestate unius ex Contrahentibus, propter alterius part a abusum, contractum suspendere, *Rot. decis.* 5. *de Privileg. cor. Crescentio*, sed solum jus competit agendi ad observantiam, & declarari faciendi nulla, & irrita ea omnia, quæ contra formam Contractus gesta fuerint, *Rot. decis.* 1213. *n.* 15. *coram Emerix.* Et in altero Brevi reintegrationis Indulti Paulini factæ a *Clemente X.* semper mentio fit de Privilegiis, Indultis, & Gratiis, quorum nominum iterata per plures, & plures vices repetitio facta fuit, ut verisimile est, ad præcavendum, ne uti Concordia, & Contractus amplius allegarentur.

In hac igitur Controversia, quamvis verius mihi videatur, Indultum Paulinum non habere vim Pacti, & Concordiæ; adhuc censerem per hanc 271
Regulam IX. illi non esse derogatum, nedum quia agitur de jure nominandi, & conferendi *perpetuis futuris temporibus* concesso in gratiam Universitatis studii Generalis celeberrimæ, cui accessit nedum supplicatio, sed etiam consensus Principis Regionis, unde verisimile est, quod intentio Pontificum fuerit non revocandi per suas Regulas hæc Indulta perpetua. Sic experientia compertum habemus, 272
Sacram Congregationem Consistorialem admittere Indulta concessa plerisque Capitulis Germaniæ eligendi ad certa Beneficia, in quibuscumque Mensibus vacent, licet in rigore dici possent nedum ex clausulis derogatoriis Regulæ IX. sed etiam ex censura Regulæ XV. revocata. Verum fortius ex Sedis Apostolicæ stylo, & perpetua observantia, quæ a *Sixto IV.* ad hæc nostra tempora semper præsupposuit hæc Privilegia vigere. Conquesti sunt Pontifices de Lovaniensium abusibus, illis remedia afferre optarunt, & revera attulerunt, sed nunquam per Regulas, quas unusquisque eorum vulgavit, revocata fuisse judicarunt. Contentiones semper viguerunt inter Lovanienses, & Leodienses. Jam declaraverat *Julius III.* Indulta non habere locum in Mensibus per Concordata Germaniæ Ordinariis locorum assignatis; si cessassent propter Regulas, etiam in Mensibus reservatis, jam evanuissent in auras Indulta pro Diœcesi Leodiensi: Ad quid igitur conqueri de Abusibus? Ad quid tot lites, tot jurgia? Post *Paulum V.* amplius concessa fuit confirmatio, & nihilominus in tot difficiis habitis in Rota super Coadjutoriis, semper fuit admissa Privilegiorum continuatio, & usus, ex allegatis in *Leodien. Beneficii* 25. *Januarii* 1705. §. *Quia promde, cor. bon. mem. Ansaldo, & in Leodien. Canonicatus cor. Reverendiss. Crispo decis.* 235. *in princip. &* §. *Minus.* Præterea *Clemens IX.* suspendit Lovaniensibus Privilegium, quia eo abutebantur, & *illud amittere meruisse*, ut ait in Brevi suspensionis; ergo non erat hactenus amissum, nec revocatum. Si enim per Regulas suas, suorumque Prædecessorum cessaverat, non erat locus suspensioni, quæ supponit adhuc præexistere Privilegium. In Pontificatu *Clementis X.* post factas varias ordinationes ad tollendos excessus, fuit sublata suspensio, & Privilegium eo ipso fuit, quasi Postliminio, restitutum; & tamen si abrogatum fuisset per Regulam IX. quæ a quolibet Pontifice innovatur, opus fuisset nova concessione. Et in pluribus Notis, quæ

quæ ea occasione exarata fuerunt a *Fagnano*, uno ex Prælatis deputatis, numquam de hoc animadverti dubitatum fuisse.

273 Ad Beneficia existentia in Ecclesiis exemtis hæc Lovaniensium Indulta non extenduntur. Ecclesia enim exemta, licet sit in Diœcesi, non est tamen de Diœcesi, sed habetur ac si esset extra Territorium, immunis, & exemta a quocumque Ordinario, & immediate subjecta Sedi Apostolicæ, *D. de Sanctis in Examin. Consistor. cap. 12. sect. unic. sub n.* 82. & loquendo de Ecclesia *Aquisgrani*, quod non comprehendatur sub Indultis Lovaniensium, *Rot. decis.* 191. *coram Merlino, confirmat. cor. Cerro decis.* 72. *&* 85. *& in Aquisgranen. Canonicatus* 18. *Martii* 1697. *cor. Muto.* Vidi alias attestationem exhibitam in Rota in Summario cujusdam *Causæ Leodien. Canonicatus cor. clar. mem. Card. Priolo anno* 1712. in qua narrabatur, quod deputata a san. mem. Innocentio XII. Congregatione particulari ad articulum hunc dirimendum, prodiit resolutio favore Provisorum ab Universitate Lovaniensi, itaut a dicto tempore pacifice in possessione Canonicatuum Ecclesiæ Aquisgranensis continuaverint: An in facto id subsistat, ignoro. At occasione Canonicatus Oppidi *Thorensis* resolutum fuit, licet exemta esset Abatissa una cum Canonistis, Ecclesiam ipsam, & Beneficia inibi existentia non esse exemta; quodque ad effectum, ut Privilegiorum Lovaniensium reduci possit ad usum, & exercitium exuberat, ut Beneficia sint in Diœcesi Leodiensi, quod non tollitur per solam exemtionem passivam, ut in *Leodien. Canonicatus* 23. *Junii* 1710. *§. Parimodo*, *&* 19. *Januarii* 1714. *§. Inutiliter, cor. Reverendissimo Crispo*, inter impress. *decis.* 61. *&* 235. Et in Ordinationibus a Visitatoribus factis tam in Oppido *Aquisgrani*, quam *Thorensi*, Privilegium locum habere supponitur, ut legitur in sæpecitato libro *de excessibus Lovaniensium pag.* 78. *&* 81.

Hæc quoad Concordata Germaniæ. Succedunt
274 nunc Concordata *Galliæ*, quæ inter *Leonem X.* & *Franciscum I.* anno 1516. conclusa fuerunt, & ut diximus in §. 1. Regulæ II. successerunt loco Pragmaticæ Sanctionis compilatæ ex nonnullis Decretis *Conciliabuli Basileensis*, quæ tandem per hæc Concordata revocata fuit, postquam per annos circiter 77. Sedem Apostolicam, & Franciæ Regnum turbaverat. Referuntur ea per extensum post *Nicolarts ad Concordat. German.* & per *Doujat. in Specimine Juris Gallic. tom.* 1. *pag.* 91. *& seqq.* &
275 esse tamquam favorabilia interpretanda, cum emanaverint pro publica Regni utilitate, firmat *Rot. decis.* 291. *n.* 3. *part.* 15. *Recentior.* ubi, quod sint favorabiliora Indultis Cardinalium, quod idem ge-
276 neraliter dixit *Samarell. resolut.* 18. *n.* 4. Differentias autem, quæ adesse noscuntur inter Concordata Germaniæ, & Galliæ, ponit *Zypeus Consultat. Canon. libr.* 3. *consultat.* 3.

In hujusmodi Concordatis Reservationes tam generales, quam speciales tolluntur; sed tamen ea-
277 rum loco reservatur Sedi Apostolicæ *Præventio.* Et sic in Gallia Regula nostra non habet locum; intelligendo tamen de Regno Franciæ, Delphinatu, aliisque Provinciis, quæ erant de Regis dominio
278 tempore Concordatorum, anno nempe 1516. & quæ vocantur *Patria reducta*, quia ibi taxæ ad medietatem, per quinquennium ob ingruentia Bella reduci cœperunt, & ea continet circiter quindecim Archiepiscopatus, & 73. Episcopatus, *Fagnan. in Cap. Præterea n.* 74. *&* 75. *Ne Prælati Vices &c.*

Aliæ vero Provinciæ, quæ post Concordata, Regno accesserunt, iisdem Concordatis non sub 279
sunt, sed Regulæ IX. quoad collationem inferiorum Beneficiorum. Sic *Brittania* non cadit sub Concordatis, *Feuret. de Abus. lib.* 2. *cap.* 7. *numer.* 13. *pag mihi* 297. Quia ea Coronæ accessit circa annum 1532. ut ait *Cardinalis Ossat, Epistol.* 293. Pariter *Provincia Provinciæ*, de qua 280
nulla fit mentio in Concordatis, cadit sub dispositione Regulæ IX. *Pinson. in Tract. des Regales cap.* 13. *numer.* 16. *& cap.* 14. *numer.* 2. Et ambæ dicuntur *Patria Obedientiæ*, quia in illis Taxa 281
non reducitur ad medietatem, continetque duos Archiepiscopatus, & circiter vinginti quatuor Episcopatus, *Doujat in Specim. Jur. Gallic. tom.* 3. *in præfat. cap.* 12. *tit. de Collat. in Brittania, & Prov. Prov. & tom.* 1. *part.* 2. *pag. mihi* 61. ubi refert Edictum *Henrici II.* de tuendis Romanæ Ecclesiæ juribus in dictis Provinciis, quo Edicto cavetur -- *In primis, quod in dicto Ducatu, & Provincia Reservationes Mensium Apostolicorum, & omnes aliæ tam generales vigore Regularum, quam speciales, & ceteræ Constitutiones Cancellariæ recipiantur. Secundo, quod Provisiones Apostolicæ de Beneficiis in dictis Mensibus vacantibus admittantur &c. Declarantes, quod vigore Concordatorum nihil fiat in Ducatu Brittaniæ, aut Provincia Provinciæ, cum in Concordatis non comprehendantur, etiam si Ducatus dictus unitus fuerit Regiæ Coronæ* -- Meminit etiam de hoc Henrici II. Edicto *Thomassin. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 46. *sub n.* 3. *Van Espen. in Jus Ecclef. universal. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 23. *cap.* 4. *numer.* 20. *Pinson. dict. cap.* 14. *sub numer.* 3. *pag.* 455. *& seqq.* ubi illud refert per extensum Gallico Idiomate exaratum, & *pag.* 457. refert alias ejusdem Regis Litteras circa observantiam Regularum Cancellariæ in *Brittania, & Provincia Provinciæ*, dictæque declarationes leguntur itidem apud *Raynald. ad annum* 1555. *n* 41. Et diximus *in Proœm. Regular. n.* 54. *& seqq.*

His addi possunt Provinciæ de novo acquisitæ
in Germania, in quibus non Gallica, sed Germa- 282
nica Concordata servantur. Nec non pars *Belgii*, & Comitatus *Burgundiæ*, in quibus dispositio nostræ Regulæ locum habet, cum certum sit, non esse Ditiones præfatas sub Gallicis Concordatis comprehensas.

Rursus in illis Regionibus nuncupatis de la *Bref* 283
se, *Bugey*, *Valromay*, & *Gex*, quas anno 1601. Rex *Henricus IV.* acquisivit in compensationem Marchionatus Salutiarum cessi Duci Sabaudiæ, Regulam Mensium locum non habere, pronunciatum est in Parlamento *Burgundiæ* teste *Feuret, in Tractat. de l'Abus. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 13. *vers. la Question. pag.* 298. juxta impressionem Lugdunensem anni 1667. *Thomassin. de Benef. part.* 2. *lib.* 1 *cap.* 46. *n.* 7. *Tondut. Quæst. Beneficial. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 128. *n.* 6. ubi in fine ait -- *utrum bene, vel male fiat, meum non est judicare* -- Idque duplici ratione; Primo, quia Marchionatus Salutiarum non subjacebat legi, & Regulæ Mensium, ergo nec etiam subjacere debent dictæ Regiones illius loco subrogatæ. Secundo, quia cum sint additæ Imperio Gallico, subduntur legibus ejusdem Regni; præcipue quia variis *Arrestis* judicatum est, prætensam Regaliam Indultariorum, Graduatorum, & cetera Regni Galliæ jura, fuisse ad easdem Regiones extensa, & ampliata, ut subdit idem *Thomassin. loco mox laudato.*

Sed eædemmet rationes, quæ evincunt *Brittaniam*, & *Provinciam Provinciæ*, item loca in *Belgio*, & in *Burgundia* de novo acquisita, subesse Re-

284 gulæ Mensium, suadent etiam has Regiones de la *Bresse*, & *Bugey &c.* non esse regulandas jure Concordatorum, sed ut prius Cancellariæ Regulis subjectas esse: Non enim ex quo Regno acquisitæ sunt, fiunt de Regno; frustra enim laborassent Reges Franciæ pro impetrandis a Sancta Sede novis Indultis, etiam pro Beneficiis minoribus, si satis fuisset Imperii propagatio, ut diximus in Comment. in *Regul. II. §. 1.* nec distinctio, quam facit *Thomassinus* inter Beneficia majora, & minora ullam habet subsistentiam, par enim respectu omnium viget ratio; nam sicut Episcopatus locorum recenter acquisitorum, non erant de Regno, ita nec Beneficia minora, ut in *Burgundia*, & in *Belgio* praxis docet. Nec quæ dicuntur de subrogatione dictarum Regionum in locum Marchionatus Salutiarum, qui Cancellariæ Regulis non suberat, Nos removet ab hac Sententia, nullibi enim constat de hac exemtione, & ceteroquin nec Marchionatus præfatus dici poterat comprehensus sub Concordatis, & Legibus Regni Franciæ, utpote longe postea acquisitus, & in illis non nominatus.

Fuit etiam in terminis hujusmodi Concordatorum Franciæ revocatum in dubium, an Episco-
285 pi, aliique Collatores in Regno existentes, & gaudentes Concordatis, possint eorumdem vigore conferre Beneficia extra Regnum sita, dependentia tamen, seu subjecta Beneficiis Regni. Et affirmative respondet *Feurrt. de Abus. lib. 2. cap. 7. n. 13. vers. Il s'est presenté pag.* 299. ubi loquitur de Beneficiis sitis in Comitatu *Burgundiæ*, & spectantibus ad collationem Ordinarii Galli, *Tondut. part. 3. quæst. 169. n. 14.* ubi quod attenditur id, quod favorabilius est Ordinario Collatori, & in *addit. ad dict. quæstion. 169. impress. post Indicem sui Tract. de Pensionibus*, *Thomassin. tom. 2. libr. 1. cap. 46. n. 7.* ubi hæc ait -- *Addit Feuretus Beneficia in Comitatu Burgundia sita, & quocumque extra Franciam loca, conferri debere juxta Leges Francia, & juxta Concordata, si Collatores, quibus parent, Galli sint; Ratio est, quod Concordata Collatoribus Gallicanis concessa sint, ut Gentis universæ Privilegia. Ita hæc Beneficia quamvis extra Gallias sita, non subesse Mensibus Alternantibus Papæ, sicut & Beneficia in Galliis sita, quorum Collatores ex Comitatu Burgundiæ oriundi sunt, legibus Regni peculiaribus non subsunt, sive ad Menses Graduatorum, sive ad Indultarios. Citat Feuretus Canonistas, qui ita sentiunt, quique confirmant, ita Rotam judicare.*

Sed in hoc Articulo Rota variavit in *Vasionen. Vicaria, seu Prioratus*; Nam sub die 4. *Maii* 1665. *cor. Albergata*, resolvit affirmative favore Collatorum ordinariorum. Postmodum die
286 21. *Junii ejusdem anni cor. eodem* recessit a Decisis, sequendo Sententiam *Romani cons. 361. & cons. 376.* & aliorum existimantium, quod attendatur locus Beneficii, inter quos late *Zypeus consult. Canon. lib. 3. consult. 6. per tot.* ubi refert exemplum Archiepiscopi *Cameracensis*, cujus ampla Diœcesis comprehendit loca *Germaniæ*, *Galliæ*, & *Hannoniæ*, & in primis servat Concordata *Germanica*, in secundis *Gallica*, & in tertiis *Regulas Cancellariæ*, ut etiam diximus supra *numer. 207. Barbos. in Jur. Eccles. univers. lib. 1. cap. 5. numer. 37.* aliique penes *Passerin. in cap. 1. n. 16. de Offic. legat. in 6.* Et confert exemplum Primariarum Precum Imperatoribus electis, a Sede Apostolica elargiri solitarum, quibus non subjacent Beneficia extra Germanicum Imperium existentia, quamvis spectent ad Collationem Ordinariorum in Imperio degentium, ut dicemus in *Commentar. in Regul. XXVI. n. 119.*

Sed proposita in Rota tertia vice Causa de *anno*
1668. fuit confirmata prima Decisio favore Ordi- 287
nariorum, legiturque hæc ultima impressa inter Recentiores *part. 15. decis. 291.* ubi inter cetera argumenta affertur illud depromtum ab exceptione posita in hac Regula -- ibi -- *Non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliarum sub Concordatis comprehensorum* -- quæ non sunt directa in Regna, aut loca, sed ad ipsas Personas Collatorum, ut in laudata *decis. n. 15. & seqq.* Quæ autem inter has duas contrarias opiniones verior sit, firmare non audeo, cum ipsemet *Card. de Luc. discurs. 27. de Beneficiis*, reassumendo utriusque partis fundamenta, suum noluerit proferre judicium, illud reservando, quando similis articuli discussio iterum incidisset. Sæpe tamen mihi narrabat clar. mem. Cardinalis *Panciaticus*, quod recolendæ mem. *Cardinalis Otthobonus*, postea *Alexander VIII.* semper murmuravit de hac postrema Rotæ resolutione.

Rursus quæsitum fuit, an Concordata Galliæ
locum habeant in Beneficiis litigiosis? Et affirma- 288
tive resolutum extitit in dicta *Decisione 291. part. 15. Recent.* post *Rebuff.* & *Tondut.* ibique dicitur non obstare dispositionem *Text. in cap. 1. & 2.*
ut lit. pendent. cum illa ob contrariam consuetu- 289
dinem locum amplius non habeat in Gallia, & admittit *Cardinal. de Luc. de Benefic. disc. 27.*

Præter hæc duo *Germanica*, & *Gallica* Concordata, *Nicolarts* in sua praxi post Concordata Germaniæ, inserit quamdam Constitutionem *Clementis VII.* super Concordatis *Poloniæ* alias initis
sub *Leone X.* & ab ipso *Clemente VII.* confirma- 290
tis, & ampliatis, sub *Datum 1525. Kalendis Decembris anno VII.* in quibus, Ordinariis Poloniæ Collatoribus indulgetur facultas conferendi Beneficia, etiam ex quavis causa reservata, quæ vacare contigerit in mensibus *Februarii*, *Aprilis*, *Junii*, *Augusti*, *Octobris*, *& Decembris*. Meminit de his Concordatis *Thomassin. de Benefic. part. 2. lib. 1. cap. 45. n. 4. in fine*, his paucis verbis -- *Sua quoque Poloniæ fuerunt Concordata* -- *Matta de Caus. Consistorial. sect. 17. n. 14. pag. 82. Rot. decis. 974. n. 12. & seqq. cor. Coccino*, *& in Cracovien. Archidiaconatus 19. Aprilis 1697. §. Prout, in fine cor. Molines* inter impress. *decis.*

Fuit aliquando in dubium revocatus hujusmo- 291
di Concordatorum usus, quamvis ille admitti videatur in *dict. decis. 974. n. 12. cor. Coccino*; Dicebatur enim, quod Concordata præfata non sunt libera, & perpetua, sed pendere videntur ab Alternativa Poloniæ Episcopis concedenda. Siquidem in Constitutione *Clementis VII. n. 1. & 2.* narratur, diversas Alternativas concessas fuisse diversis Ordinariis Poloniæ a *Leone X.* & sic supponitur non fuisse concessas omnibus Ordinariis Poloniæ, & inde dici possit Concordatum permanens, & toti Regno commune existere. Subinde dicitur, Ordinarios de Beneficiis, dummodo dispositioni Apostolicæ generaliter reservata, & affecta non existant, libere in Mensibus Alternatis disponere posse, ac si reservationes, & Expectativæ nullatenus emanassent: unde censetur tale Privilegium solum emanasse ad effectum tollendi Expectativas, quas voluit Pontifex in dictis Mensibus locum habere non posse. Insuper *n. 4.* declaratur, Beneficia Regni Poloniæ *in Februarii*, *Aprilis*, *Junii*, *Augusti*, *Octobris*, *ac Decembris* Mensibus per *Literas Alternativas*, *aut quævis alia Privilegia*, *& Indulta Apostolica concessa*, *& concedenda* sub Coadjutoriis, Regressibus &c. minime comprehendi,

sed

ſed Ordinarios Collatores, his non obſtantibus, libere conferre poſſe Beneficia in dictis Menſibus vacantia. Quæ ſane Alternativæ conceſſæ, & concedendæ relationem habent ad ſecundam partem Regulæ IX. nec figuram Indulti perpetui facere videntur, ſicuti Concordata Germaniæ, quæ nil amplius expectant concedendum, ſed eorum vigore Ordinarii Alternativa gaudent; & licet *n.* 5. fiat repetitio de ſex Menſibus *perpetuis futuris temporibus* Ordinariis Collatoribus Poloniæ conceſſis, attamen id declarandum venit ex dictis in præcedentibus *numeris*, in quibus fit mentio de Alternativa *conceſſa*, *& concedenda*; itaut verba illa *perpetuis futuris temporibus*, intelligenda ſint in caſu, quo Alternativa per Summos Pontifices concedatur, cum referantur ad Verbum *concedenda*.

Verum hujuſmodi ratiocinatio ſubſiſtere minime videtur. Dictum enim Indultum Clementinum ita in §. 5. diſponit -- *Ac quod dicti ſex menſes Februarius, Aprilis, Julius, Auguſtus, October, & December perpetuis futuris temporibus Ordinariis Collatoribus Regni hujuſmodi conceſſi, & reliqui ſex Menſes dictæ Sedi, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici reſervati exiſtant, & eſſe cenſeantur* -- Quæ verba ſunt de per ſe diſpoſitiva, nec referri poſſunt ad Alternativas conceſſas, & concedendas, de quibus licet mentio fiat in Conſtitutione *Leonis X.* tamen *Clemens VII.* Succeſſor non ſolum voluit confirmare, ſed etiam ampliare *Leonis* conceſſionem. Immo ex eodem Indulto *n.* 4. ſumitur argumentum, quod ibi ſermo non ſit de Alternativis concedi ſolitis Ordinariis vigore Regulæ IX. cum detur facultas Ordinariis Collatoribus diſponendi in Menſibus Alternatis, etiam de Beneficiis reſervatis ex quacumque cauſa, non obſtantibus Coadjutoriis, & regreſſibus, quæ ſane facultas nullo modo vigore Alternativæ, per Regulam indultæ competere poſſet.

Ex alio tamen fundamento videtur, quod hujuſmodi Concordata ſuffragari non valeant Ordinariis Poloniæ, quia nempe clare in Regula diſponitur, quod Concordata debent eſſe *acceptata*, *& obſervata*, ut etiam ſupra diximus. De hujuſmodi autem Concordatorum *acceptatione*, *& obſervantia* non conſtat, immo præciſe obſervantia excluditur ex ſtylo Datariæ, quæ Concordata prædicta numquam admiſit, & approbavit, & ſignanter evenit in caſu *Canonicatus Poſnanien.* per obitum *Joannis Poniatkuski* extra Romanam Curiam de *anno* 1670. vacantis, de quo a Sede proviſus fuit *Georgius Caſimirus Woff.* Cum enim in ſupplicatione appoſita fuiſſet clauſula -- *Concordatis Poloniæ ibidem vigentibus* -- re examinata in Congregatione Datariæ, demandata ſuit ejuſdem clauſulæ deletio, & illius loco appoſita altera -- *De Menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato* -- ut ex dicta Supplicatione ſub *Datum Idibus Februarii* 1671. *anno Primo Pontificatus ſan. mem. Clementis X.* Id ipſum ſervatum fuit anno 1692. occaſione proviſionis Canonicatus *Uladislavien.* nam deleta a Supplicatione clauſula *Concordatis Poloniæ &c.* adjecta fuit illa, *de Menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato.* Quod ſucceſſivis temporibus fuiſſe pluries obſervatum, retulerunt mihi DD. Reviſores Datariæ.

Vidi tamen, quod in Litteris Apoſtolicis proviſionis Parochialis Eccleſiæ *Villæ de Grojeck Cracovien. Diœceſis* favore *Alberti Ciolkovvic* ſub *Datum apud Sanctam Mariam Majorem pridie Nonas Julii* 1713. *Pontificatus ſan. memor. Clementis XI.* data fuit hæc reſervatio -- *Dudum ſiquidem fel. record. Clemens Papa VII. Prædeceſſor noſter omnia Beneficia Eccleſiaſtica cum Cura, & ſine cura, ex tunc uſque ad voluntatis ſuæ Beneplacitum in Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris, & Novembris Menſibus extra &c. alias, quam per Reſignationem vacatura ſua, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervavit, Decernens &c. Cum itaque poſtmodum Parochialis Eccleſia Villæ de Grojeck Cracovien. Diœceſis &c. quam quondam Stanislaus &c. qui præfato Beneplacito adhuc durante, in uno ex dictis Menſibus diem clauſit extremum, vacaverit, & vacet ad præſens, nulluſque de illa præter Nos hac vice &c. Nos tibi &c. conferimus, & de illa etiam providemus &c.* Sed expreſſionem hanc per Officialium incuriam irrepſiſſe, non ambigitur, cum, ut diximus, conſtans fuerit Datariæ ſtylus, Alternativam Poloniæ Ordinariis in Conſtitutione Clementis VII. aſſignatam, palam, & expreſſe rejicere.

Conqueſti tamen ſunt ſemper, & omnem moverunt lapidem Ordinarii præfati pro obtinenda ejuſdem Alternativæ approbatione, & major rumor invaluit circa annum 1716. occaſione Proviſionis Apoſtolicæ cujuſdam Dignitatis *Uladislavien.* expletæ vigore Reſervationis Regulæ IX. Cum in Litteris Apoſtolicis juxta ſtylum Proviſionum ultra Montes adjecta fuiſſet ſolita reſervatio octo Menſium Apoſtolicorum, videlicet *Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Auguſti, Octobris, & Novembris*, cum expreſſione, quod Dignitas illa vacaſſet in uno ex dictis Menſibus; Nihilominus quia vacatio revera contigerat in menſe *Martii*, qui juxta Conſtitutionem *Clementis VII.* erat Sedi Apoſtolicæ reſervatus, & econtra juxta Regulam IX. Cancellariæ erat Menſis Ordinarius, qua ratione, ſecluſa Conſtitutione præfata, ejuſdem Dignitatis collatio ad Ordinarium ſpectabat. Hinc inſtante Proviſo Apoſtolico pro correctione Litterarum, & hac occaſione renovatis antiquis Polonorum prætenſionibus ſuper Clementinæ Conſtitutionis obſervantia, adinventa fuit a Cancellariæ Officialibus certa formula, qua mediante exiſtimarunt obſecundari poſſe impoſitum Ordinariorum Poloniæ votis, & Sedem Apoſtolicam a Concordatorum approbatione eximere, hoc videlicet modo, quod in Litteris Apoſtolicarum Proviſionum de Beneficiis illius Regni, quæ in Alternantibus Menſibus *Januarii*, *Martii*, *Maii &c.* vacare contigerint, nulla fieret eorumdem Menſium ſpecifica mentio, ſed indefinita, & generalis narrativa -- *Dudum ſiquidem omnes Canonicatus, & Præbendas, ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica ex tunc uſque ad beneplacitum noſtrum in Menſibus Nobis, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis extra Romanam Curiam alias, quam per Reſignationem vacatura &c. reſervavimus &c. Cum itaque poſtmodum Canonicatus &c. per obitum dicti N. N. qui præfato Beneplacito adhuc durante &c. in* UNO *ex dictis Menſibus Nobis, & Sedi Apoſtolica reſervatis &c.* Et ad novæ hujus formulæ tramites correctæ fuerunt Litteræ Apoſtolicæ Proviſionis ſupradictæ Dignitatis *Uladislavien.* quemadmodum a dicto tempore in Proviſionibus omnibus Beneficiorum Poloniæ, ratione Menſium reſervatorum, ſervari conſuevit, ut aliis omiſſis exemplis, ſervatum fuit in proviſione Canonicatus Cathedralis *Leopolien.* favore *Georgii de Migliorucis*, ſub *Datum apud Sanctam Mariam Majorem* 1719. *tertio Idus Maii Pontificatus ſa. me. Clementis XI. anno XIX.* Et in proviſione *Cancellariatus* Dignitatis non majoris in Eccleſia *Poſnanien.* favore *Joannis Jonauski* ſub *Datum apud Sanctam Mariam Majorem* 1719. *quarto Nonas Januarii Pontificatus ſan. memor. Clementis XI. anno XX.* Et poſtremo in proviſione Canonicatus *Luceorien.*

favore *Stanislai Jomaszcuscki*, sub *Datum apud S. Petrum* 1728. *quarto Idus Novembris Pontificatus san. memor. Benedicti XIII. anno V.* Cæterum per novam hanc *formulam* Concordata Poloniæ plusquam tacite approbantur, & per illam infringitur expresse dispositio Regulæ IX qua cavetur, quod *dispositive* de Mense, in quo Beneficium vacaverit, mentio fieri debeat.

§. IV.

Quamdiu Mensium reservatio duret.

ARGUMENTUM.

Reservatio ratione Mensium (excepta Brittania, in qua est perpetua), durat vivente Papa, eoque defuncto, nedum Episcopi, sed inferiores etiam Collatores, jus universale conferendi habentes privative quoad ipsos Episcopos, in omnibus Mensibus Beneficia conferre possunt, eorumque collationes sustinentur, quamvis tempore collationis expletæ in Mense alias reservato, adhuc eis non innotesceret Sedis Apostolicæ vacatio. Examinatur Quæstio, an Sede Apostolica vacante collatio Beneficiorum, alias vigore Mensium reservatorum, spectet ad Episcopum, seu potius ad Cardinalem, qui Ecclesiam dimisit cum Indulto conferedi Beneficia in octo Mensibus Apostolicis? Nuncii Apostolici facultatem habentes conferendi Beneficia vigore Regulæ reservata, & non excedentia annuum valorem ducatorum viginti quatuor de Camera, non possunt, Sede Apostolica vacante, Beneficia præfata conferre.

SUMMARIUM.

1 *Reservatio Mensium durat usque ad Beneplacitum Papæ, quod ejus morte extinguitur.*

2 *Sede Apostolica vacante, omnes Menses sunt Ordinarii.*

3 *De differentia inter reservationem temporalem ratione Mensis, & alias reservationes reales, & personales.*

4 *In* Brittania *reservatio Mensium non cessat per obitum Pontificis. Et assignatur ratio.*

5 *Nec in Germania, defuncto Papa, expirant reservationes vigore Mensium, qui Sedi Apostolicæ in Concordatis assignati fuerunt.*

6 *Possunt Ordinarii Sede Apostolica vacante in omnibus Mensibus Beneficia conferre, etiam si dictæ Sedis vacationem ignoraverint.*

7 *Amplia, ut Beneficia dicto tempore vacantia, conferri possint etiam a Capitulis, aliisque Collatoribus inferioribus, privative quoad Episcopos.*

8 *Intellige, quando penes Capitulum residet integrum jus conferendi in omnibus Mensibus privative quoad Episcopum, secus si jus illius sit restrictum ad certos Menses tantum.*

9 *Capitulum simultaneam habens divisam cum Episcopo, potest, eo excluso, conferre Beneficia Sede Apostolica vacante vacantia in Mense alias Sede plena reservato.*

10 *Capitulo de jure communi non competit facultas conferendi Beneficia, præsertim extra Cathedralem existentia, privative quoad Episcopum.*

11 *Potest tamen hujusmodi facultas ei competere vigore Privilegii, aut Consuetudinis.*

12 *Consuetudo ad hunc effectum debet esse immemorabilis.*

13 *Et probari debet completa ante editionem Regulæ promulgatæ anno* 1447 & n. 15.

14 *Enumerantur plura Capitula, quæ adsunt in Italia, habentia totalem conferendi facultatem privative quoad Episcopos.*

16 *Ex quasi possessione Capituli conferendi Beneficia in quatuor Mensibus Ordinariis, non resultat probatio, quod penes ipsum resideat jus universale conferendi.*

17 *Requiritur ad hunc effectum, quod Beneficia contulerit in aliis octo Mensibus tempore Sedis Apostolicæ vacantis.*

18 *Cardinali, qui Ecclesiam dimisit cum Indulto conferendi Beneficia in octo Mensibus reservatis, potest, Apostolica Sede vacante, in Episcopi exclusionem conferre Beneficia vacantia in Mensibus alias Sede plena reservatis.*
Assignantur rationes. ibidem.

19 *Contrarium, quod collatio Beneficiorum dicto tempore vacantium spectet ad Episcopum.* & numer. 22. 34. & 44.
Dummodo Beneficia præfata non sint obnoxia aliis reservationibus personalibus, vel realibus. n. 23.

20 *Indultum, quo gaudet Cardinalis conferendi Beneficia Ecclesiæ dimissæ, est odiosum, & extraordinarium.*

21 *Etiam si relationem habeat ad antiquum Indultum omnibus Cardinalibus concedi solitum.*

24 *Nuncii Apostolici facultatem habentes conferendi Beneficia non excedentia valorem annuum viginti quatuor ducatorum auri de Camera, possunt ea conferre etiam Apostolica Sede vacante.*
Contrarium n. 33. & 40.

25 *Legatorum a Latere potestas non expirat per obitum Pontificis.*

26 *Facultas Nunciorum quoad collationem Beneficiorum est Ordinaria, nec morte Pontificis expirat.*
Contrarium n. 42.

27 *Possunt Nuncii Apostolici facultatibus Legatorum a Latere gaudentes, Sede Papali plena concurrere cum Ordinariis in collatione Beneficiorum valorem ducatorum* 24. *non excedentium.* & n. 41.
Contrarium n. 32. & 42.

28 *Facultas conferendi Beneficia Nunciis Apostolicis concedi solita, quomodo sit concepta, & in quibus terminis procedat?* & n. 35.

29 *Instantanea correctio in Rescriptis, Litterisque Apostolicis, omnino vitanda.*

30 *Legatorum Apostolicorum variæ species, alii a latere, & Cardinales, alii cum facultatibus Legati a Latere, sed non Cardinales, alii ratione Dignitatis in suis Provinciis.*

31 *Cardinales Legati a Latere possunt jure Ordinario conferre Beneficia in suis Provinciis vacantia,*

cantia, & cum Ordinariis Collatoribus in eorum Mensibus concurrere.

33 *Nuncii Apostolici vigore suarum facultatum conferre non possunt, nisi Beneficia reservata vigore Mensium, quæ annuum valorem ducatorum 24. non excedunt.* & n. 39.

Et ex collatione expleta a Nuncio univocum depromitur argumentum, quod Beneficium vacaverit in Mense Apostolico. n. 39.

35 *Reprobatur* Pasqualig. *existimans Nunciorum facultatem comprehendere Beneficia tam reservata, quam non reservata.*

Redditur ratio. n. 36.

37 *Exceptio debet esse de Regula.*

38 *Casus exceptus a dispositione generali declarat eam, non de alia loqui, quam de materia exceptionis.*

1 RESERVATIO Mensium durat usque ad beneplacitum Papæ, ut in Regula habetur, ibi -- *usque ad voluntatis nostra beneplacitum* -- unde fit, quod dutat, durante tantum Vita Pontificis, quia tantum durante ejus Vita, stare potest Beneplacitum, *Cap. Si gratiose, & ibi Gloss.*
1. *de Reservat. in 6. Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloss.* 12. *numer.* 1. *& seqq. Garc. de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *numer.* 643. *Castropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disput.* 2. *punct.* 22. §. 3. *numer.* 1. *pag. mibi*
2 296. Et consequenter, Sede Apostolica vacante, omnes Menses spectant ad Ordinarios, qui redeuntes ad jus commune, & cessante impedimento Regulæ, possunt libere conferre Beneficia, quæ alias ratione Mensium essent reservata, *Ventrigl. in Praxi tom.* 2. *annot.* 2. §. 2. *n.* 72. cum aliis penes *Rot. decis.* 121. *numer.* 8. *& seqq. part.* 19. *Recent, & in Legionen. Beneficii* 18. *Februarii* 1701. §. *Nec subsistit, cor. dell'Olmo*, & late diximus *in Proœm. Regularem*, ubi actum est de differentia,
3 quæ viget inter hujusmodi reservationem temporalem ratione Mensis, & alias reservationes reales, personales &c.

In Brittania tamen non cessat hæc reservatio
4 per obitum Pontificis, quia inibi partitio Mensium inter Papam, & Ordinarios originem habuit non tam ex Regula IX. quam ex antiquo *Compacto* inter eos, & *Martinum V.* inito, ut diximus in *Proœm. Regular. n.* 106. & in hanc Regulam in principio *n.* 5. Proindeque Beneficia, Sede Papali vacante, in dicta Provincia vacantia in Mensibus alias Apostolicis, futuri Pontificis collationi reservantur, ut ex pluribus *Arrestis* supremarum Curiarum Regni, & præsertim ex illo Parlamenti Parisiensis 12. *Martii* 1624. confirmato per Magnum Consilium post longam Causæ discussionem *die* 16. *Octobris* 1634. & ex aliis Parlamenti *Brittaniæ* publicatis *diebus* 10. *Maji* 1679. 29. *Martii* 1703. 9. *Maii* 1724. & 4. *Februarii* 1727. tradunt *DD. Galli*, & præsertim *Le Vaillant in Annot. ad Luet ad Regul. de Infirm. n.* 86. *Cappin. de Sacr. Polit. lib.* 1. *pag.* 99. *Du Perray in Tract. de Jur. honorific. pag.* 53. ibi -- *In Brittania si Papa e vivis decederet, jus conferendi devolveretur ad ipsius Successorem* -- Auctor novi Tractatus de Materia Benefic. editi anno 1721. Parisiis, ibi -- *judicatum est, obitum Papæ non tribuere jus Ordinariis in Brittania, sed omnimode spectare provisionem, seu collationem ad ipsius Successorem.* --

Quemadmodum nec in Germania per obitum
5 Pontificis cessare reservationem quoad Beneficia vacantia in sex Mensibus, Sedi Apostolicæ assignatis per Concordata, late ostendimus in *Comment. in Proœm. Regular. a n.* 93.

Possunt igitur Ordinarii, Sede Apostolica vacante, Beneficia in omnibus Mensibus conferre,
idque ampliatur etiamsi ignoraverint Pontificis obi- 6
tum, nam si revera tempore collationis, Apostolica Sedes vacabat, erit valida provisio, non obstante regula de verisimili notitia, *Gonzal. ad Regul.* 8. §. 5. *Proœmial. n.* 95. *& seqq. Grattan. discept.* 18. *numer.* 51. & 52. *Tondut. Quæst. Benefic. part.* 3. §. 3. *n.* 47.

Ampliatur secundo, ut nedum Episcopi, sed
etiam alii inferiores Collatores possint libere con- 7
ferre Beneficia, quæ vacare contigerit Sede Apostolica vacante, etiam in Mensibus alias reservatis, quando totale jus conferendi spectat ad ipsos, etiam in exclusionem proprii Episcopi, juxta Votum, quod alias dedi in contingentia casu tenoris sequentis.

„ CAPITULUM Ecclesiæ N. reperitur in quasi possessione conferendi Beneficia vacantia in quatuor Mensibus non reservatis. Cum autem Sede Apostolica vacante contigisset vacatio Beneficii de Mense Februarii, qui alias Sede plena fuisset vigore Regulæ reservatus, orta est dubitatio, ad quem jus conferendi tale Beneficium pertineat, ad Episcopum, vel potius ad Capitulum.

„ Et resolutio pendere videtur ex eo, an penes
„ Capitulum adsit totale jus conferendi in omni- 8
„ bus Mensibus privative quoad Episcopum, vel illius jus sit restrictum ad certos, & particulares Menses tantum. Nam primo casu jus conferendi ad Capitulum spectabit, tamquam ad Collatorem ordinarium, privative quoad Episcopum, non obstante quod Beneficium vacasset in Mense Februarii, quoniam Sede Apostolica vacante omnes Menses sunt Ordinarii; Secus vero in secundo casu, in quo cum supponatur jus Capituli ad certos tantum Menses restrictum, in reliquis Ordinarius habebit fundatam intentionem, ut distinguendo firmat *Card. de Luc. disc.* 31. *a n.* 17. *& seqq. de Benefic.* & in terminis primi casus, *Rota decis.* 121. *per tot. part.* 19. *Recent, & in Beneventana Juris conferendi, seu Canonicatus* 5. *Aprilis* 1680. *cor. Taya.* Et in ter-
„ minis Capituli habentis simultaneam, quando est 9
„ in suo Turno, quod conferre possit, excluso Episcopo, Beneficia Sede Apostolica vacante vacantia in Mense alias Sede plena reservata, *Rota in Palentina Canonicatus* 6. *Februarii* 1696. §. *Cessat in præsenti, cor. dell'Olmo.*

„ Videndum igitur, an Capitulum habeat totale jus conferendi in omnibus Mensibus privative ad Episcopum; Cumque talis facultas illi
„ de jure communi non competat, præsertim quan- 10
„ do Beneficia sunt extra Cathedralem, licet competere possit ex Privilegio, seu ex præscriptione, ad *Text. in Cap. Nulla Ecclesiastica, de Concess. Præben. ibique Abb. n.* 5. *Fagnan. n.* 40. Hinc non constito de Privilegio, solum remanet
„ inspectio, an saltem ex præscriptione, seu con- 11
„ suetudine tale jus acquisiverit: quod dependet a qualitatibus probationum, quas exhibebit Capitulum.

„ Sed circa probationem hujusmodi Consuetu-
„ dinis, notandum, quod cum ea sit contra jus, 12
„ debet esse immemorabilis, ut post *Lotter.* advertit *Card. de Luc. de Benefic. dicta disc.* 31. *numer.* 12. & debet probari, quod fuerit com-
„ pleta ante annum 1447. nam cum de eo tem- 13
„ pore publicata fuerit per *Nicolaum V.* Regula reservatoria Mensium, per illius editionem interrupta fuit quæcumque præscriptio conferendi in omnibus Mensibus, & impeditum ne nova in-

in 6. Franc. Marcb. dec. 308. part. 2. Eſt anim
Sedis Apoſtolicæ magis, quam Perſonæ delega-
tio, itaut cum Sedes perduret, perdurare quoque
cenſetur ab eadem elargita poteſtas, quamdiu ſpe-
cialiter per ſucceſſorem revocata non probetur,
Glaſſ. in dict. cap. 2. verb. declaramus. Idipſum
latius firmat *Paſqualig. Quaſt. maral. Juridic.* 229.
26 eo innixus fundamento, quod facultas Nunciorum
eſt ordinaria, & non expirat morte Pontificis; un-
de licet Sede vacante omnes Menſes ſint Ordina-
tii, tamen id operari poteſt, quod Ordinarius con-
currere poſſit ſimul cum Nuncio, non autem il-
lum excludere, cum etiam Sede Apoſtolica ple-
27 na poſſint Nuocii in collatione Beneficiorum, quæ
ſummam viginti quatuor ducatorum non exce-
dunt, cum ipſis Ordinariis in quatuor eorum
Menſibua concurrere, & ſi illos in collatione præ-
venerint, collatio ſuſtinetur, juxta deciſiooem 8.
de Privileg. earam Creſcentia, quam ſequuntur
*Garc. de Benefic. part. 5. cap. 3. n. 132. Germon.
de Indult. Cardin. §. Ac irritum n. 43.* idem *Paſ-
qualig. quaſt. 2291. per tat.*

Nec obſtare autumat, quod Nuncii gaudeant
poteſtate conferendi Beneficia præfati redditus ex
præſuppoſito eorum reſervationis, ut legitur in
eorum facultatibus, ibi -- *Dummodo alias quam
ratione Menſium Apoſtolicorum reſervata non fue-
rint*, & ſic ceſſante reſervatione Menſium Sede
Apoſtolica vacante, ceſſat etiam conferendi facul-
28 tas. Reſpondet enim, quod Nunciis Apoſtolicis
indulgetur a Sede Apoſtolica facultas generalia con-
ferendi *quacumque Beneficia Eccleſiaſtica* abſque
diſtinctione inter reſervata, & non reſervata; poſt-
modum vero limitatur eis hujuſmodi facultaa, ut
conferre non poſſint reſervata niſi ratione Men-
ſium, ut legitur in Brevi expediti ſolito favore
Nunciorum Hiſpaniarum, relato a *Garc. de Bene-
fic. part. 5. cap. 1. n. 84.* unde infert, quod limi-
tatio ſolum reſtriogit generalem facultatem prius
conceſſam, complexivam Beneficiorum tam reſer-
vatorum, quam non reſervatorum, ad reſervata
tantummodo ratione menſium, excludendo Bene-
ficia quibuſcumque aliis reſervationibus obnoxia,
ſed non operatur excluſionem quoque ordinariæ
facultatis conferendi Beneficia non reſervata, alias
29 ſequeretur inſtantanea correctio, pro qua evitan-
da quæcumque capienda eſt benigna interpretatio
*ad Text. in leg. ſi quando de Inaſſic. Teſtam. leg.
præcipimus in fine C. de Appellat. Cap. cum expe-
diat, de elect. in 6. Calderin. conſ. 5. in fine de
Privileg. Rot. dec. 53. n. 5. coram Lancetta.*

Sed his non obſtantibus, contrarium dicendum
30 eſt. Præmiſſa eoim diſtinctione Legatorum, de-
promta ex *Cap. 1. de Offic. Legat. in 6.* Quod alii
ſunt Legati a Latere, ſic dicti, quia a Latere Sum-
mi Pontificis prodeunt, & hi hodie ſunt Cardi-
nales; Alii vero ſunt Legati, non a Latere, nec
Cardinalea, cum auctoritate tamen plerumque Le-
gati a Latere, & paſſim, vulgoque Nuncii Apoſto-
lici dicuntur. Et alii demum, qui ratione Dignita-
tis in ſuis Provinciis hujuſmodi Legationis officium
obtinent, *& Legati nati* dicuntur, quam Legato-
rum diſtinctionem præ ceteris reaſſumunt *German.
de Indult. Cardinal. §. Ac irritum n. 23. & in Pa-
ratit. in V. Libr. Decretal. tit. 30. Paſſerin. in dict.
cap. 1. & pluribus ſeqq. de Offic. Legat. in 6. Cabell.
Notit. Cardin. Privileg. 16. Garc. de Benefic. part. 5.
cap. 3. a n. 3. & ſeqq. Gambar. de Offic. Legat. lib.
3. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 28.*

Licet verum ſit, quod Cardinales Legati a La-
31 tere ratione ſui muneris, adeoque jure ordinario
conferre poſſint Beneficia in ſua Provincia vacan-
tia, ut decernitur *in dict. Cap. 1.* & concurrere
in eorum collatione cum quolibet Ordinario Col-
latore, itaut ſit locua præventioni, ut firmant *Bar-
boſ. de jur. Eccleſ. univerſ. cap. 5. n. 28. & 29.
Paſſerin. dict. cap. 1. n. 18. Gambar. de offic. Le-
gat. lib. 3. n. 7. Garc. de Benefic. dict. cap. 3. n. 40.
Rebuff. in Concordat. tit. de Collat. §. Si quis ve-
ro, verb. ad alium, Gonzal. ad hanc Regul. §. 2.
Proœm. num. 54. Rot. deciſ. 345. ſub n. 1. lib. 2.
coram Puteo, & deciſ. 2. numer. 1. de Offic. Deleg.
coram Mabedan.* Hujuſmodi tamen facultate ſe- 32
cundi, & tertii generis Legati jure Legationis
non potiuntur, niſi fuerit eis ſpecialiter a S. Sede
indulta, ut expreſſe ſancitur in *dict. Cap. 1.* -- ibi --
*Eccleſiæ Romani Legati quantumcumque plenam
Legationem obtineant, ſive a Nobis miſſi fuerint,
ſive ſuarum prætextu Eccleſiarum legationis ſibi vin-
dicent dignitatem: ex ipſius Legationis munere con-
ferendi Beneficia nullam habcant poteſtatem, niſi
hoc alicui ſpecialiter duxerimus indulgendum*; &
laudati *Textus* diſpoſitioni inhærendo, *Germon. de
Indult. Cardinal. §. Ac irritum numer. 25. & in
Paratitl. in lib. 5. Decret. tit. 30. in fin. Paſſerin.
in dict. cap. 1. numer. 5. Emiuentiſſ. Petra ad Con-
ſtit. Apoſtalic. tom. 5. pag. 26. n. 40. circa fin.*

Cum igitur Nunciis Apoſtolicia alia facultas
circa Beneficiorum collationem indulgeri non ſo- 33
leat per Pontifices, quam ea conferendi ratione
Menſium Apoſtolicorum reſervata, & annuum va-
lorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera,
etiam una cum incertis, non excedentia, ſequi-
tur exinde, quod ceſſante, dum vacat Apoſtoli-
ca Sedes, hujuſmodi reſervatione, ceſſare quoque
debeat Nunciorum facultas quoad collationem Be-
neficiorum, cum tempore præfato non adſit am-
plius ſubjectum, ſuper quo illa exerceri poſſit:
exemplo Cardinalia gaudentis Indulto conferendi 34
Beneficia in octo Menſibus Apoſtolicis vacantia in
Eccleſia dimiſſa. Non enim Indultum præfatum
ſuffragari ei poteſt, Apoſtolica Sede vacante, quo
tempore ceſſat reſervatio, & omnes Menſes effi-
ciuntur Ordinarii, ut diximus ſupra *n. 19. & ſeqq.*

Nec ſubſiſtit aſſertio *Paſqualig.* quod dum Nun-
ciis tribuitur facultas conferendi generaliter quæ- 35
cumque Beneficia, & ſic tam reſervata, quam
non reſervata, ejuſdem facultatis poſtea facta re-
ſtrictio ad reſervata ratione Menſium, excludit ſo-
lum Beneficia aliis reſervationibus obnoxia, non
autem Beneficia non reſervata. Verſatur ſiqui-
dem aſſertio hujuſmodi in falſo ſuppoſito, quod
Pontifex ſub facultate conferendi *quacumque* Be- 36
neficia certo comprehendere voluerit etiam non
reſervata, quod ſane non ſubſiſtit, dum verba illa
quæcumque Beneficia illico, & in eadem oratione
informantur a clauſula, *dummoda alias quam ratio-
ne Menſium Apoſtolicorum reſervata non ſint*, ut
legitur in dicto Brevi Nunciis Hiſpaniarum con-
cedi ſolito, relato per *Garciam*, quæ exceptio ma-
nifeſte oſtendit, Pontificem impertiri voluiſſe Nun-
ciis facultatem cooferendi *quacumque Beneficia* re-
ſervata, dummodo tamen reſervata ſint ratione
Menſium. Exceptio enim debet eſſe de Regula, *l.* 37
nam quod liquide §. final. ff. de pen. legat. & caſus
exceptus a diſpoſitione generali, declarat diſpoſi-
tionem loqui non de alia, quam de materia ex- 38
ceptionis *Geminian. conſ. 65. numer. 8. Blad. conſ.
401. n. 2. lib. 5.*

Et ita Nunciotum facultates perpetuo interpre-
tata eſt tum Rota, quæ millies cenſuit, eoſdem
conferre non poſſe, niſi tantummodo Beneficia 39
reſervata vigore Regulæ IX. qua ratione ex col-
lationibus expletis a Nunciis, univocum ſem-
per

per depromsit argumentum, absque ulteriori probatione, quod Beneficium vacaverit in Mense Apostolico, ut relatis concordantibus in *decis.* 90. *n.* 5. *part.* 17. *Rec. dec.* 1176. *cor. Emerix Junior. decis.* 577. *cor. clar. mem. Card. Caprara, in Burgen. Benef.* 16. *Maii* 1702. §. *Justificatio, cor. Muto, Oxomen. Beneficii* 5. *Julii* 1729. §. *Ultra vero, coram R. P. D. Calcagnino, & in Burgen. Beneficii* 9. *Decembris ejusdem anni* §. *Littera, cor. R. P. D. Crescentio*, tum praxis, & observan-
40 tia; numquam enim audivi, quod Nuncii Apostolici, quamvis facultatibus Legati a Latere muniti, earum vigore Beneficia in Mensibus Ordinariis vacantia contulerint: & merito, nam quemadmodum Papa non se ingerit in collatione Beneficiorum, quæ non sint reservata, sed eorum liberam dispositionem Ordinariis relinquit, ita inverisimile prorsus est, quod voluerit sub generalitate Verborum indulgere Nunciis facultatem conferendi Beneficia, etiam non reservata, in Ordinariorum præjudicium.

Atque ex his corruit ratio *Pasqualigi*, quod
41 Nuncii gaudeant facultate Ordinaria, quodque etiam vivente Papa, concurrere possint cum Ordinariis in collatione Beneficiorum, in eorum quatuor Mensibus vacantium, juxta *decisionem* 8. *de Privileg. coram Crescent.* Assertio enim ista est
42 contra *Text.* expressum *in dicto Cap.* 1. *de Offic. Legat. in* 6. quo decernitur Nuncios jure Legationis Beneficia conferre non posse; & *Decis. cor. Crescentio* non amplius hodie locum sibi vindicat, attenta facultate, quam Nunciis Sedes Apostolica impertitur, limitatam ad Beneficia solum reservata ratione Mensium; unde hoc jure hodie vivitur, quod Nuncii concurrere non possint cum Ordinariis in collatione Beneficiorum, quæ vacant in quatuor Mensibus eisdem assignatis, *Gonzal. ad Regul.* 8. §. 2. *Proœmial. n.* 55. *Eminentiss. Petr. ad Constitut. Apostolic. tom.* 5. *pag.* 26. *sub n.* 40. *Rot. dec.* 677. *n.* 2. §. *Absque eo, cor. clar. mem. Cardinal. Caprara.*

Prout etiam non subsistit fundamentum *Wamesii dict. cap.* 42. quod per obitum Pontificis non expirat Nunciorum potestas, quia illud etiam innititur supposito, quod Nuncii, vivente Pontifice, potestatem habeant Ordinariam conferendi Beneficia. Licet enim Nuncii, Sede Apostolica vacante, retineant adhuc habitu facultatem conferendi
43 Beneficia reservata ratione Mensium, itaut, novo electo Pontifice, dictæ facultatis renovatione non indigeant; illius tamen exercitium remanet dicto tempore suspensum ob defectum subjecti, super quo versari debeat, reservationis nempe vigore Regulæ IX. quæ amplius non viget. Eo prorsus modo quo, Sede Apostolica vacante, Indultum, quo gaudet Cardinalis, qui Ecclesiam dimisit, conferendi Be-
44 neficia in octo Mensibus Apostolicis, non expirat, nec a Successore Pontifice renovari debet: & nihilominus ea quæ dicto tempore vacare contigerit, conferre non potest, quia deficit Reservatio Mensium, quæ Indulti usum, & exercitium suspendit.

§. V.

Circa derogationem consuetudini optandi, & Indultis conferendi in Mensibus Apostolicis.

ARGUMENTUM.

DErogat Regula consuetudini, etiam immemorabili optandi in Mensibus Apostolicis pinguiores Præbendas; & late differitur, an Domus, Cameræ, aliaque membra temporalia ad Canonicatus, & Dignitates pertinentia, optari prohibeantur, sive eorumdem Beneficiorum provisio fiat a Papa vigore reservationis generalis, sive specialis, resignationis nempe, permutationis, Coadjutoriæ &c. & proponitur stylus Datariæ, & Cancellariæ circa derogationes Statutis, & Consuetudinibus optandi. Referuntur nonnulli casus, in quibus Regula optionem non tollit. Derogat insuper Regula Privilegiis, & Indultis Apostolicis quibuscumque clausulis derogatoriis, etiam futuris Regulis, munitis, etsi concessis in limine erectionis, & ad instantiam Imperatoris, Regum &c. quibuscumque Collegiis (exceptis Universitatibus Studiorum) & ordinariis Collatoribus disponendi de Beneficiis in Mensibus Apostolicis vacantibus, etiamsi Indultarii essent de Persona Pontificis benemeriti, eorumque favore concurreret observantia conferendi in dictis Mensibus. Et quid si Indultum fuerit concessum favore filiorum Patrimonialium alicujus Diœcesis? Indultum Episcopis Hispaniarum concessum conferendi in omnibus Mensibus Canonicatus Doctorales, & Magistrales Cathedralium, non cadit sub derogatione Regulæ, quemadmodum nec illud, quod concessum fuit ex causa onerosa. Examinatur, & quando in sæcularizatione Ecclesiæ an Cathedralis Regularis, indulgeri debeat Episcopo facultas conferendi Beneficia regularia sæcularizata, & vigore Regulæ, aut alias reservata.

SUMMARIUM.

1 *DErogat Regula consuetudini, etiam immemorabili, Privilegiis, & Indultis optandi in Mensibus reservatis pinguiores Præbendas.*

2 *Derogationem hanc consuetudini optandi primus Regula inseruit Sixtus V.*

3 *Amplia etiam si collatio spectet non ad Papam, sed ad Cardinalem Indultarium.*

4 *Præbendæ, Domus, Prædia, aliaque membra temporalia optari non possunt, si perpetuo, & inseparabiliter sint adnexa Canonicatui, secus si ab eo distincta, & separata sint.*

5 *Adnexio, utpote quid facti, debet ab allegante eam, probari.*

6 *Præbenda de sui natura præsumuntur spirituales, & super eis nil privata auctoritate pacisci potest; Domus vero, Prædia &c. quid laicale præsumuntur.*

7 *Præbendæ, Domus, Prædia, & id genus temporalia, tunc dicuntur Canonicatui insepa-*

rabili-

rabiliter adnexa, quando sunt affixa certo, & individuo Canonicatui, secus si juri Canonia in genere.

8 *Contrarium, quod cadant sub reservatione Regulæ, quando sunt adnexa Canoniæ in genere, licet separabilia ab hoc, vel illo Canonicatu.*

9 *Si in Ecclesia tot adsint Præbendæ, seu Domus Canonicales, aliaque Bona, quot sunt Canonicatus, præsumuntur illa spiritualia, & subjacent Reservationi Regulæ.*

10 *Quemadmodum si non correspondent numero Canonicatuum, dicuntur segregata, & independentia a jure Canonia, ac a reservatione immunia.*

11 *Ex coæqualitate Præbendarum, & Domorum cum Canonicatibus, oritur tantum simplex præsumtio earum adnexionis in genere.*

12 *Domus a Canonico defuncto possessa ratione Canonicatus, est ab illo inseparabilis, secus si possessa fuerit ratione antianitatis, & vigore optionis debitu antiquiori Canonico.* & n. 14.

13 *Ex hoc solum quod Domus fuerint possessa a defuncto Canonico, non eruitur, quod possessa fuerit jure Canoniæ.*

15 *Provisus ab Ordinario prætendens excludere optantem ratione adnexionis Domus Canonicatui, tenetur probare illius adnexionem specificam, & incorporationem certo Canonicatui.*

16 *Provisio Apostolica vigore Regulæ, sufficit pro excludenda Optione, quod membra temporalia sint adnexa Canonia in genere.*

17 *Regula IX. intelligi non potest de adnexione specifica, quæ cum Optionem excludat, superfluum fuisset ei derogare.*

18 *Reservationes generales contenta* in Extravag. Ad regimen, *& in aliis Regulis Cancellariæ, non impediunt optionem rerum temporalium, quando non concurrit specialis derogatio statuto, vel consuetudini optandi.*

19 *Reservatio specialis resultans ex concessione Coadjutoriæ, ad hoc ut mortuo Coadjuto impediat Optionem rerum temporalium, requiritur, quod ista sint specifice, & individualiter adnexa Canonicatui, vel quod optioni derogatum fuerit.*

20 *In resignationibus tamen, & permutationibus res hujusmodi, quamvis a Canonicatu, & Præbenda spirituali separatæ, adhuc optari possunt.*

Assignatur discriminis ratio inter Coadjutoriam, ac Resignationem seu permutationem. numer. 21.

22 *De stylo Datariæ, & Cancellariæ, in quibuscumque Provisionibus Apostolicis, numquam denegatur derogatio Statutis, & Consuetudinibus optandi.*

23 *In Provisionibus Apostolicis ex reservatione speciali, nempe Coadjutoriæ, Resignationis &c. derogari solet optioni cum restrictiva* -- non tamen quoad Domos, & Cameras Canonicales, sed quoad Præbendam spiritualem tantum.

Eodemque modo indulgeri consuevit derogatio in casu vacationis vigore Decreti de Dimittendo, numer. 24.

25 *In illis vero ratione Mensis, vel alia reservatione generali, derogatur in totum etiam quoad Cameras, & Domus Canonicales.*

26 *Referuntur exempla hujusmodi derogationum, & explicantur Rotæ Decisiones.*

27 *Deficiente expressa derogatione Optioni quoad Domos, aliaque membra temporalia, illius vices non supplet derogatio quibuscumque Statutis, & Consuetudinibus.*

Maxime quando agitur de Provisione Apostolica vigore reservationis specialis. n. 28.

29 *Supplet tamen vices expressæ derogationis Optioni Domus, collatio Canonicatus a Papa facta* una cum annexis, juribus, & pertinentiis suis.

Maxime si in superiori parte Litterarum Apostolicarum facta fuerit mentio de Domo, aliisque annexis n. 30.

31 *Sed ubi agitur de reservatione speciali, nempe Coadjutoria, ad effectum consequendi Domum vigore clausulæ* cum annexis &c. *requiritur annexio specifica, quæ facit unum individuum cum Canonicatu.*

Et respondetur contrariis n. 34.

32 *Nec sufficit, quod Domus fuerit possessa a Coadjuto.*

33 *Minusque, quod tot sint Domus, quot Canonicatus.*

35 *Idque locum sibi vindicat, etiamsi in parte dispositiva Litterarum Coadjutoriæ facta fuerit mentio de Domo, aliisque Juribus, & adnexis.*

36 *Regula non tollit jus optandi, competens ex lege in limine fundationis adjecta per fundatores laicos, & a Papa approbata.*

37 *Nec Optionem in subsequentibus vacationibus.*

38 *Limita in Præbenda Theologali, quæ numquam optari potest.*

39 *Item Regula non procedit, si Papa specialem indulgeat facultatem optandi, non obstante reservatione Mensium.*

40 *Sede hujusmodi facultas expirat per obitum Pontificis.*

41 *Indulta Apostolica conferendi Beneficia vigore Regulæ reservata, etsi munita effrenatissimis clausulis derogatoriarum derogatoriis, & in limine fundationis quibuscumque ordinariis Collatoribus concessa, sunt vigore Regulæ sublata.*

42 *Amplia, etiamsi elargita fuerint quibuscumque Collegiis, & ad instantiam Imperatoris, Regum &c.* & n. 44.

43 *Non tollit tamen Indulta concessa Universitatibus Studiorum.*

45 *Derogatio Regulæ afficit etiam Indulta impertita favore certi generis Personarum, veluti Consanguineorum, filiorum Patrimonialium &c. dummodo in limine fundationis concessa non fuerint.*

46 *Intellige quando Indultum est principaliter directum Collatori, cui injungitur consequutive collatio favore certi generis Personarum, secus si fuerit istis principaliter concessum jus passivum independenter ab activo.*

47 *Indultum a Clemente VIII. concessum filiis Patrimonialibus Diœcesis Calaguritanæ, quod Beneficia inibi existentia, eorum favore conferri debeant, non comprehenditur sub revocatione Regulæ.*

48 *Regula derogat etiam Indultis elargitis ex causa gratitudinis, & benemerentiæ cum Pontifice concedente.*

49 *Et quibuscumque aliis Indultis, non obstante quacumque longæva observantia ad favorem Indultariorum.*

50 *Amplia etiamsi continerent expressam derogationem ad futuras Regulas Cancellariæ, & clausulam, quod toties reviviscerent, quoties fuissent abrogata. Et referuntur exempla.*

51 *An*

51 *An in sæcularizatione Ecclesiæ Cathedralis Regularis concedenda sit Episcopo facultas conferendi Beneficia vigore Regulæ, vel alias reservata.*

Refertur resolutio Congregationis particularis in Causa Cephaluden. Sæcularizationis n. 54.

52 *In Beneficiis manualibus Regularibus, quæ sunt de Mensa, non datur vacatio, secus in iis quæ non sunt de Mensa.*

53 *Regula IX. non comprehendit Beneficia manualia Regularia, quæ non sunt de Mensa, & assignatur ratio.*

55 *Regula non derogat Indulto conferendi Canonicatus Doctorales, & Magistrales Cathedralium Hispaniæ in Mensibus reservatis vacantes.*

56 *Nec Indulto, quod emanavit per viam legis generalis, & ob publicum bonum.*

57 *Indulta concessa ex causa onerosa, non comprehenduntur sub derogatione Regulæ.*

UT Reservatio vigore Mensium in omni casu suum possit operari effectum, statuit postremo Summus Pontifex in hac Regula, quod adversus
1 illius dispositionem non habeant locum consuetudines, *etiam immemorabiles, optandi majores, & pinguiores Præbendas*, quæ verba primus Regulæ addidit Sixtus V. ut refert *Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. §. 10. n. 449. Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 33. n. 7. Rot. dec. 616. n. 8. coram Dunoz & in Mediolanen. Optionis 28. Novembris 1667. §. Ut cessaret, coram Carpineo, impress.* post *Remocamp. de Coadjutor. decis. 2.*

Regula itaque sit, quod optio locum sibi non
2 vindicat in vacationibus, quæ contingunt in mensibus reservatis, quacumque consuetudine, Privilegio, aut Indulto non obstante, *Gonzal. ad hanc Regul. gloss. 34. n. 1. & seqq. Pasqualig. Quæst. moral. juridic. 254. n. 2. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 450. Monet. de Option. cap. 3. quæst. 3. n. 12. & seqq. Pignatell. consult. 73. & 74. tom. 5. Clericat. discord. forens. 6. n. 2. & seqq. Rot. decis. 52. n. 1. coram Manzaned. decis. 704. n. 16. coram Coccin. decis. 585. coram cl. mem. Card. Caprara, cum aliis in Mediolanen. Optionis 3. Martii 1684. §. Neque, coram Ursino, Urgellen. Plebania 5. Decembris 1689. & 6. Martii 1690. coram Hervault. & in alia Urgellen. Plebania 7. Februarii 1727. §. Neque, coram Reverendissimo Cincio, & 23. Junii ejusdem anni §. Absque eo, coram eodem, & 16. Februarii 1728. §. Præterquamquod, coram Aldrovando.*

Idque procedit etiam si collatio facienda sit ab
3 Episcopo Cardinali Indultario, nam quemadmodum immemorabilis optandi consuetudo non suffragatur, ubi Sedes Apostolica immediate disponit de Beneficio in altero ex suis Mensibus vacante, ita nec attendi debet quando collatio expleri debet a Cardinali Indultario, qui maxime post Constitutionem LIX. san. mem. Urbani VIII. Beneficia in Mensibus Apostolicis vacantia, confert jure delegato, ac vice nomine Papæ, *Clericat. dis ord. 6. n. 4. Pignatell. consult. 73. n. 1. tom. 5. Adden. ad Pamphil. decis. 190. n. 10. vers. idemque*, late *Rot. decis. 10. fere per tot. part. 8. Recent.* Et decrevit Sac. Congregatio Concilii in Bergomen. de anno 1662. Propositis enim dubiis, Primo *An Canonicis licitum sit optare pinguiores Præbendas, quæ vacant in Mensibus Sedis Apostolicæ vigore Regulæ Cancellariæ VIII. hodie IX. reservatis, nullique aliis sint debita, nisi Canonicali dignitate insignitis?* Secundo. *An ad effectum optandi contra formam ejusdem Regulæ reservatoriæ allegari valeat aliqua consuetudo in præjudicium Sedis Apostolicæ, vel saltem Ordinarii Collatoris Cardinalis Indultarii?* Sac. Congregatio *die 7. Octobris* ejusdem anni, respondit. Ad I. *Negative*; Ad II. *Dilata.* Die vero 18. *Novembris* ad idem secundum Dubium, rescripsit itidem, *Negative.*

Sed quid dicendum de Præbendis, Domibus, Cameris, Prædiis, & aliis membris temporalibus, an ista quoque cadant sub reservatione, sicuti Canonicatus, vel Dignitas, itaut optari minime possint? Et in hac quæstione, quidquid post alios antiquiores dixerit *Spada cons. 43. lib. 3.* ubi fir-
mat, comprehendi sub reservatione, hodie receptis- 4
sima in foro invaluit distinctio, quod aut Præbendæ, Domus, & alia similia membra temporalia sunt perpetuo, & inseparabiliter annexa Canonicatui, quid individuum cum eo constituentia, & tunc non possunt optari, si Canonicatus vacatio contingat in Mense reservato, dum eorum optio necessario præseferret optionem, ac mutationem tituli Canonicalis. Aut non sunt annexa, sed distincta, & separata, & in isto casu sine optari possunt, *Passerin. in cap. Cum in tua, de Consuetud. in 6.* late *Piton. discept. 10. a n. 1. Castropal. Oper. Moral. tom. 2. tract. 13. disput. 2. punct. 22. §. 6. n. 7. & 8. Gonzal. dict. gloss. 34. n. 32. & seqq. Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 19. n. 22. & seqq. Tondut. Resol. beneficial. 110. n. 21. & seqq. tom. 1. Adden. ad Gregor. decis. 478. num. 6. Rot. decis. 52. n. 2. & 3. coram Manzaned. decis. 473. coram Emerix Jun. decis. 37. n. 2. & 3. coram Card. Falcon. tit. de Miscell. decis. 16. n. 9. & seqq. coram eodem, tit. de Benefic. in Bononien. Canonicatus, sive Optionis super bono jure 26. Junii 1690. §. Nec obstat, coram Ursino, & in Novarien. Præbendæ 15. Junii 1693. §. Justificatio, coram Manuel. & in Osnaburgen. Optionis 13. Januarii 1730. §. Fundamentum, coram R. P. D. Millmo, & in Salernitana Canonicatus 1. Martii 1734. §. Et sane, & §. Secunda, coram R. P. D. Crescentio.*

Qui vero hujusmodi annexionem allegat, eam
probare tenetur, cum sit quid facti, adeout dene- 5
ganda veniat Proviso Apostolico Immissio, nisi de ea docuerit plene, & concludenter, *ad Text. in cap. Quia sæpe vers. nisi Dignitati, de Præbend. in 6. Lotter. dict. quæst. 19. numer. 29. Tondut. dict. cap. 110. numer. 28. Adden. ad Gregor. decis. 478. numer. 6. Rot. decis. 540. numer. 1. & 2. coram Penia, decis. 40. n. 2. coram Rembold.* cum aliis *in Mediolanen. Optionis 18. Aprilis 1687. §. Neque pariter, coram Ursino, & in Salernitana Canonicatus 1. Martii 1734. §. Et sane, coram R. P. D. Crescentio.*

Juvat tamen advertere, quod maxima intercedit differentia inter Præbendas, & Domos Ca-
nonicales. Domus enim præsumuntur quid laica- 6
le, at econtra Præbendæ de sui natura præsumuntur spirituales, cum nascantur ex *Canonia* tanquam filiæ a Matre, *Cap. Dilecto, ante fin. de Præbend. Innocent. in cap. Majoribus, ante n. 4. eod. tit. Rot. decis. 81. n. 4. coram Manzaned. & in Mediolanen. Canonicatus 4. Julii 1636. §. Non obstat, coram Ghislerio.* Hinc alias proposito in Sac. Congregatione Concilii Dubio. *An suboriente lite inter provisum Apostolicum, & optantem, licite iidem agant, si privata auctoritate certam quamdam super redditibus controversæ Præbendæ Pensionem paciscantur ab eo consequendam, qui tacite suis juribus renunciat, quamque postinde Pensionem, Apostolico assensu non impetrato, pecunia extinguant.* Sac. Congregatio *in Bergomen. 7. Octobris 1662.* respondit *Negative*, ut apud *Clericat. de Benefic. discord. 6. in fine.*

Sed

Sed difficultas est, quando Præbendæ, Domus, Prædia, aliaque membra temporalia dicaotur perpetuo annexa Canonicatui, vel separabiliter. Et in his terminis variant DD. & *Rota* ipsa variavit, nec constans ejus opinio fuit, ut advertitur *in dict. dec.* 2. post *Remocamp, de Caadjutoriis*. Quando-
7 que enim censuit, requiri annexionem specificam certo, & individuo Canonicatui, adeout si illa sint solum affixa juri Canoniæ in genere, & separabilia ab uno, vel altero Canonicatu, dicantur temporaliter, non autem perpetuo annexa, quia vera, & propria aonexio est illa, quæ constituit unum individuum per incorporationem, itaut res quæ adnectitur, nec per momentum temporis avelli possit, & consequenter non cadant sub reservatione Regulæ, *Gonzal. ad hanc Regul. gloss. 34. n. 32. & seqq. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 19. n. 23. & seqq. Tandut. Resolut. Benefic. tom. 1. cap.* 110. *n.* 29. cum aliis plene congestis per *Rot. decis.* 743. §. *Qnia præter, coram Emerix, & in dicta Salernitana Canonicatus* 1. *Martii* 1734. §. *Quæ autem, coram R. P. D. Crescentio.*

Aliquando vero firmarunt, dici membra hujusmodi adnexa, & non comprehendi sub coosuetudine optandi, sed sub reservatione Regulæ, quan-
8 do sunt adnexa *Cananiæ* in geoere, licet sint separabilia ab hoc, vel illo Canonicatu, cum ad effectum temporalitatis requiratur, quod sint separabilia ab omni Caoonicatu in genere, itaut stare possint absque titulo *Canoniæ*, & conferri alteri, quam Canonico, *Pasqnalig. Quæst. moral.* 254. *num.* 3. *Pignatell. consult.* 74. *tom.* 5. *Card. de Luc. de Pens. disc.* 15. *n.* 3. *Piton. discept.* 10. *n.* 21. §. *Adde, Rot. decis.* 138. *n.* 4. & 5. *part.* 8. *Recent.* repetit. *apud Dunoz. decis.* 497. *n.* 4. & *decis.* 144. *n.* 5. *cor Peutinger. in Medialanen. Canonicatus* 4. *Julii* 1663. §. *Nan obstat, coram Ghislerio, in Mediolanen. Optionis* 3. *Julii* 1684. §. *Minusqua obstat, cor. Ursino.*

Rursus alia invaluit magis recepta distinctio,
9 quod si tot sunt Præbendæ, vel Domus, quot Canonicatus, itaut pernecesse titulo Canonicali semper inhæreant, cadente solum variatione inter ipsos Canonicos ratione circuli resultantis ab optione, & in hoc casu hujusmodi Præbendas, Domos &c. dici potius spirituales, quam temporales, & consequenter obnoxias reservationi juxta Theoricam *Abat. in Cap. Majoribns n. 4. de Præben.* quam sequuntur *Lotter. lib.* 2. *quæst.* 25. *num.* 55. & *seqq. Tondut. d. cap.* 110. *n.* 26. 27. 29. *Piton. discept.* 10. *n.* 21. *Barbos. de Canon. cap.* 12. *n.* 10. *vers. Alia est adnexio, Card. de Luc. de Pens. disc.* 15. *num.* 2. ubi de magis recepta opinione, & *disc.* 76. *num.* 6. & *seqq. Antonell. de Regimin. Eccles. lib.* 3. *cap. ult. n.* 10. *vers. Secus esset, Pasqualig. Quæst. moral.* 254. *n.* 5. & 9. *Adden. ad Gregor. decis.* 478. *in fine, Rot. decis.* 81. *n.* 5. *coram Manzaned.* & *decis.* 229. *n.* 29. & *seqq. coram Dunozz. Sen.* & *decis.* 144. & *dec.* 587. *n.* 7. *coram Peutinger. decis.* 497. *n.* 6. *coram Dunoz. Jun. in Mediolanen. Optionis* 3. *Julii* 1684. §. *final. coram Ursino,* & *in Novarien. Prabendæ* 15. *Julii* 1693. §. *Justificatio, coram Manuel.* Prout econtra, si dictæ
10 Domus, aliaque membra, non correspondeant numero Canonicatuum, & juniores Canonici sine illis remaneant, tunc dicantur segregata, & independentia a jure *Canoniæ*, *Card. de Luc. dict. disc.* 15. *de Pens. Rota in Bononien. Canonicatus, siva optionis* 26. *Junii* 1690. §. *Adeoque, coram Ursino.*

Sed aliquando *Rota* censuit, quod hæc coæqua-
11 litas Canonicatuum, & Domorum non operetur aliud, quam simplicem præsumtionem, ut in dicta *Mediolanen. Optionis coram Emerix decis.* 743. *n.* 17. Et conferunt tradita per *Adden. ad Gregor. decis.* 478. *n.* 6. *Rota decis.* 71. *n.* 5. *cor. Rembaldo,* & *decis.* 16. *n.* 11. *cor. cl. mem. Card. Falconerio tit. de Benef.* Unde alia orta est distinctio, quod scilicet, aut Canonicus defunctus pos-
sedit Domum, vel Præbendam ratione Cannnica 12
tus, & *Canoniæ*, & isto casu dicatur adnexa, juxta *dec.* 478. *n.* 3. *cor. Gregor.* aut non possedit ratione Canonicatus, sed ratione antianitatis, & vigore optionis debitæ antiquo Canonico, & tunc Domus reputatur separabilis, & magis de juribus antianitatis, quam Canonicatus, & Præbendæ, & ideo mortuo possessore, transit ad Canonicum magis antianum, non autem ad noviter provisum, ut late dictum fuit in *Mediolanen. Domns Canonicalis* 27. *Aprilis* 1657. §. *Ex deductis,* & §. *Qua responsiane, cor. Bevilacqua,* ubi quod non
sufficit simplex præsumtio; quod hæc Domus fue- 13
rit possessa a Defuncto, quia non infertur, quod defunctus possidebat jure *Canoniæ*, & uti Canonicus, & Præbendatus, cum potuerit possidere jure Optionis, vel alio titulo non inferente ad annexionem, *Rot. d. dec.* 743. *n.* 14. & 15. *cor. Emerix,* ubi quod stante hac Optione jure antianitatis,
excluditur præsumtio, quæ oritur ex coæqualitate 14
Præbendarum, & Canonicatuum, cum aliis in *Bononien. Canonicatuum sive Optionis* 26. *Junii* 1690. §. *Nec obstat cum seqq. cor. Ursino.*

Sed pro dilucidatione hujus materiæ, quæ satis involuta videtur, plures sunt distinguendi casus. Primus est, quando quæstio non versatur cum pro-
viso Apostolico, sed cum proviso ab Ordinario, 15
qui prætendat excludere Optantem ratione adnexionis Domus ad Canonicatum, & hoc casu vere requiritur adoexio specifica, & incorporatio certo Canonicatui, nec satis est separatio ab hoc, vel illo Canonicatu, quia hæc separatio bene se compatitur cum jure optandi, *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *Quæst.* 119. *n.* 22. *Tondut. dict. cap.* 110. *n.* 29.

Secundus casus est, quando agitur de Proviso
Apostolico vigore reservationis generalis resultan 16
tis ex *Regula IX.* & tunc ad effectum, ut optio excludatur, non est necesse, quod Prædium, Domus &c. sit adnexa certo Canonicatui in specie, sed satis est, quod sit adnexa *Canoniæ* in genere, quia tunc ob expressam derogationem Juri optandi in Regula contentam, locum non habet optio; & in his terminis procedunt Doctores supra laudati, ac etiam alii admittentes spiritualitatem, & adnexionem stante coæqualitate Præbendarum, seu
Domorum, & Canonicatuum. Neque enim Re- 17
gula intelligi potest de annexione specifica, quia cum in his terminis optio non intret, ut dictum est, superfluum fuisset ei derogare, *Passerin. in cap. fin. sub n.*82. *de Consuetud. in* 6. late *Pasqualig. dict. Quæst.* 254. ubi satis bene materiam declarat.

Tertius casus est, quando agitur de alia reser-
vatione generaliter deducta, vel ab *Extravag. ad* 18
Regimen, vel ab aliis Regulis Cancellariæ, & hoc casu, licet Tituli Canonicales optari non possint, ut diximus in *Commentar. in Regul. IV.* hujusmodi tamen res temporales optari possunt, quoties non concurrit specialis derogatio, *Rota decis.* 743. §. *final. cor. Emerix,* & admittitur in *Bononien. Canonicatus, siva Optionis* 26. *Junii* 1690. *cor. Ursino.*

Quartus casus est, quando agitur de reservatio-
ne speciali resultante ex appositione manus Papæ 19
in concessione Coadjutoriæ, & quæritur, an moriente Coadjuto, Domus, & aliæ res temporales

cadant sub reservatione ad favorem Coadjutoris? Et hoc casu, cum nulla adsit derogatio juri optandi, non sufficit adnexio generalis *Canoniæ*, quia ista se compatitur cum jure optandi, prout nec sufficit, quod tot sint Canonicatus, quot Præbendæ, quia id nil aliud præsefert, quam generalem adnexionem *Canoniæ*, sed necessaria est ad hunc effectum aut adnexio specifica, & individualis, aut specialis derogatio, ut magistraliter decisum fuit a Rota in *Mediolanen. Optionis cor. Emerix*, inter ejus impress. *dec.* 743. ubi *n.* 20. explicantur DD. contrarium sentientes, quam Decisionem sequuta est eadem *Rot. coram clar. mem. Card. Falconerio decis.* 37. *tit. de Miscellan.* & prius dictum fuit in *decis.* 116. *per tot. cor. Cavaler. & in Vicen. Optionis* 11. *Decembris* 1682. *§. Verum, cor. Matthæjo*, confirmata 14. *Maii* 1683. *cor. eodem.*

Quintus casus est, quando agitur de appositio-
20 ne Manus Papæ in Resignatione ad favorem, vel
in Permutatione, & hoc casu optari non possunt Membra separata a Canonicatu, & Præbenda, vel quia Papa non videtur admittere resignationem nisi ad favorem ejus, cui debet conferri Canonicatus vigore cessionis, alias resultaret commodum aliorum, quod non est nec de mente Papæ, nec Resignantis, *Rota decis.* 284. *part.* 2. *cor. Verallo, & dec.* 116. *n.* 3. *coram Cavaler. & decis.* 39 *n.* 5. *cor. Penia.* Vel quia in resignatione resignatur Canonicatus una cum Præbenda, & utrumque confertur; non vacat igitur Præbenda, Domus, vel Camera per resignationem, sed transfertur in Resignatarium, adversus quem optioni locus non est, *Fermosin. in Cap. Cum M. n.* 23. *& seqq. de Constit. Barbos. in Cap. final. n.* 20. *de Consuetud. in* 6. ibique *Passerin. n.* 84. *Monet. de Option. quæst.* 3. *n.* 37. *vers. Nisi membra ipsa, Gonzal. Gloss.* 34. *n.* 36. *Tondut. Quæst. benefic.* 110. *a n.* 8. *Cardinalis de Luc. de Pens. disc.* 15. *n.* 5. *& disc.* 76. *num.* 10. *Rota decis.* 240. *n.* 8. *& seqq. part.* 10. *Recent.*

Atque ideo magna est differentia inter Coadjutoriam, & Resignationem, seu Permutationem:
21 Quia per Coadjutoriam inducitur vacatio per obi-
tum, cum Coadjutus retineat Canonicatum vita durante, non sic autem in Resignatione, vel Permutatione, quæ vacationem non inducunt, nisi improprie, *Fermosin. in dict. Cap. Cum M. de Constit. n.* 31. *&* 32. *Tondut. dict. cap.* 110. *n.* 24. *Rot. decis.* 116. *n.* 3. *cor. Cavaler.*

Hæc in terminis Juris communis considerati possunt: Deveniendo ad stylum Datariæ, & Cancellariæ, sciendum est, quod ad evitandas hujusmo-
22 di controversias, in quacumque Apostolica Provi-
sione, si id petatur, derogatur Statutis, & Consuetudinibus optandi, etiam si in illis caveatur expresse, quod antiquiores Canonici Præbendas reservatas optare possint, de quo stylo *Tondut. dict. cap.* 110. *num.* 30. ubi quod numquam denegatur hujusmodi derogatio, & in *Mediolanen. Optionis* 28. *Novembris* 1667. *§. Ut cessaret, cor. Carpineo.* Et stante speciali Pontificis derogatione, impeditur optio hujusmodi rerum temporalium, *Geminian. cons.* 39. *n.* 5. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *Quæst.* 19. *n.* 25. *&* 26. *Tondut. dict. Quæst.* 110. *n.* 20. *part.* 2. late *Rota in Bononien. Canonicatus, sive Optionis* 26. *Junii* 1690. *cor. Ursino.*

Et stylus talis est, ut si agatur de Apostolica Provisione ex reservatione speciali, nempe Coadju-
23 toriæ, Resignationis &c. derogetur Statuto, &
Consuetudini cum restrictiva -- *Non tamen quoad Domos, & Cameras Canonicales, sed quoad Præbendam spiritualem tantum* -- Et idem in casu vacationis ex Decreto *de dimittendo* fuit servatum in
Spoletana 12. *Kalend. Julii anno secundo Pontifica-* 24
tus Alexandri VII. ubi in Supplicatione originali manu Officialis adnotatum reperitur: *non tamen*
Cameras, seu Domos Canonicales. Si vero agatur 25
de reservatione generali ratione Mensis, vel ex alia reservatione, & tunc confertur Canonicatus cum Mansionibus, & aliis pertinentiis, & derogatur expresse quoad Cameras, & Domos Canonicales, ut in themate laudatæ Decisionis *Bononien. Cano-*
nicatus coram bon. mem. Ursino, ubi agebatur de 26
Canonicatu, qui vacaverat per obitum bon. mem. *Albergati* Rotæ Decani; & fuit servatum in Canonicatu *Spoletana* collato *Francisco Brancaleono* sub datum *Pridie Idus Septembris* 1697. *Pontificatus san. mem. Innocentii XII. anno VII.* re prius examinata in Congregatione Datariæ, in qua licet Canonici se opposuerint derogationi quoad Mansiones, & Bona; nihilominus quia justificatus fuerat hujusmodi stylus in casu reservationis ratione Mensis, res pertransiit absque difficultate pro proviso Apostolico: Et in his terminis Ecclesiæ Spoletanæ est *decis.* 144. *in fine cor. Peutinger.* ubi fuit denegata dilatio ad effectum probandi Consuetudinem optandi Cameras, ex quo in Provisione Apostolica expresse derogabatur tali Consuetudini.

Atque in his terminis intelligenda venit *Rota in Mediolanen. Optionis* 28. *Novembris* 1667. *cor. Carpineo* post *Remocamp. de Coadjut. dec.* 2. quatenus dicit a temporibus Alexandri VII. derogari quidem Statutis, sed excipi ab hac derogatione Domos Canonicales, ut scilicet procedat in Coadjutoriis, & Resignationibus, secus in vacationibus ratione generalis reservationis: tunc etiam derogatur in totum, ut dictum est, & apparet ex amplissimis clausulis appositis in Provisione Apostolica, super qua emanavit dicta Decisio *Bononien. cor. Ursino*; ibi enim san. mem. *Innocentius XI.* Canonicatum contulit una cum Vinea, Mansionibus, & aliis Pertinentiis, & Juribus, quæ dictus *Antonius* tamquam Canonicus, dum viveret, obtinebat, cum amplissima derogatione Statutis Ecclesiæ, in quibus cavetur, quod antiquiores Canonici Præbendam, Vineam, & Mansiones, aliasque pertinentias, specialiter, vel generaliter reservatas, optare possint; unde decisum fuit, constare de clara voluntate Pontificis derogandi dictis Statutis, & comprehendendi sub collatione etiam Domos, & Præbendas temporales, licet distinctas, & separatas a jure *Canoniæ*; prout etiam in aliis casibus fuit apposita expressa derogatio Statutis, & Consuetudinibus optandi Domos, ut in *dec.* 635. *coram Manzaned. & decis.* 37. *cor. clar. mem. Card. Falconer. tit. de Miscellan. & in dicta Mediolanen. Canonicatus* 4. *Julii* 1636. *coram Ghislerio*, & observat *Rota in Mediolanen. Optionis cor. Emerix, dec.* 743. *§. Neque contrarium, & §. Nec vis.*

Idque etiam fuit *anno* 1691. servatum in *alia Mediolanen. Domus Canonicalis*; Cum enim san. mem. Alexander VIII. Canonicatum Collegiatæ S. Nazarii, vacantem per obitum Familiaris Summi Pontificis, contulisset *Joanni Dominico Massa* cum speciali derogatione Statuto optandi Mansiones Canonicales, & hoc non obstante, Canonicus *Lantius*, uti antiquior, eas optasset, quæsitum fuit, an intraret necne Optio; & remissa communi consensu decisione Articuli cl. me. *Cardinali Caccia* tunc Rotæ Auditori, iste arbitratus est, non intrare Optionem, stante expressa derogatione in Litteris Apostolicis; nec obstare Decisionem in dicta *Causa Mediolanen. cor. Emerix*, sive quia ibi agebatur de Coadjutoria cum futura successione, in qua

militat

militat diversa ratio; sive quia non aderat expressa derogatio Statuto de optando *Stantias*, & *Domos* Canonicales. Minusque obstare posse dicebatur, quod Optio de tempore provisionis jam esset sequuta, & sic jam esset optanti jus quæsitum, ad tradita *per Monet. de Option. cap.* 8. *quæst.* 1. *n.* 3. *Rot. decis.* 459. *n.* 5. & 6. & *decis.* 495. *n.* 2. & 3. *cor. Pamphil.* Quia stante reservatione, & multo magis Pontificia derogatione Statuto optandi, optio non intrabat, & sic nullum jus quæsitum erat ex Optione jam facta, *Rot. decis.* 140. *n.* 8. *part.* 10. *Recent.*

Sed cum in reservatione speciali, aut illa quæ resultat aliunde quam ex Regula Mensium, constare debeat de voluntate Papæ disponendi de Domo, & aliis Membris temporalibus in præjudicium Optionis, adeout non sufficiat derogatio quibus-
27 cumque Consuetudinibus, seu Statutis, ut in *Mediolanen. coram Emerix decis.* 743. §. *Neque contrarium*, & §. *Sequenti*, ubi maxime, quando agitur de reservatione speciali. Immo debeat pro-
28 bari, quod Papæ innotuerit Domum, aliasque res temporales non esse annexas, neque a jure Canoniæ aliquam dependentiam habere, ex relatis in dicta *Bononien. Canonicatus sive Optionis* 26. *Junii* 1690. §. *Adeoque.* & §. *Sequenti*, *cor. Ursino.*

Hinc quæritur, an satis constet de hujusmodi voluntate Papæ, quando contulit Canonicatum *una cum annexis, juribus, & pertinentiis suis*? Et Ro-
29 ta censuit satis esse, quod Domus sit de pertinentiis Canonicatus ad effectum, ut locum sibi vindicet reservatio, ut in *decis.* 478. *n.* 3. *coram Gregorio*, *decis.* 704. *n.* 17. *coram Coccin. decis.* 229. *n.* 32. *coram Dunoz. Sen. decis.* 120. *n.* 1. *coram Manzaned. decis.* 144. *n.* 1. *coram Peutinger.* Præcipue si in parte superiori Literarum Apostolica-
30 rum facta fuerit mentio de Domo, Horto, & aliis annexis, nam si postea in parte inferiori fiat mentio *jurium, annexorum, & pertinentiarum præfatarum*, ex vi dictionis *præfatarum*, censuit etiam, factam esse mentionem Domus, *Rot. dec.* 635. *n.* 4. & 5. *coram Manzaned.* Et sufficit, quod ultimus possessor possederit Domum tanquam de pertinentiis Canonicatus, *Rot. decis.* 704. *n.* 17. *coram Coccin.*

Sed in terminis reservationis specialis, nempe Coadjutoriæ, contrarium fuit plene resolutum in *dicta decis.* 743. *coram Emerix*, ubi firmatur, quod
31 constare debeat, Domum esse de juribus, annexis, & pertinentiis Canonicatus, vel Præbendæ, secus quando illa fuit possessa ratione antianitatis in vim optionis, & sine mutatione Tituli; & in iisdem terminis, quod dicta verba cum *annexis juribus & pertinentiis &c.* non comprehendant Membra, quæ nullam adnexionem habent cum Canonicatu, *Tondut. Quæst. Beneficial. cap.* 110. *n.* 22. *Adden. ad Gregor. decis.* 478. *n.* 6. *Rot. decis.* 110. *num.* 2. *coram Cavaler.* & *in Mediolanen. Domus Canonicalis* 27. *Aprilis* 1655. §. *Nec adnexio*, *coram Bevilacqua.* Nec sufficit, vel sola possessio, quia il-
32 la non concludit pertinentiam, *Rot. decis.* 99. *n.* 5. *vers.* & *hinc cessat*, *cor. Martin. Andr. decis.* 667. *n.* 8. *coram Penia decis.* 40. *n. final. coram Rem-*
33 *bold.* vel quod tot sint Domus, quot Canonicatus, quia ad effectum consequendi Domum vigore clausulæ cum *annexis &c.* non attenditur hæc generalis annexio, tamquam nimis vaga, neque verisimiliter a Papa intellecta in præjudicium Optionis, sed requiritur annexio specifica, quæ faciat unum individuum per incorporationem, itaut nec per momentum dividi, vel separari possit, ut in dicta *decis.* 743. *cor. Emerix* §. *Neque pariter cum seqq.* ubi in §. *Nec vis*, declarantur in qui-
bus terminis procedant Auctoritates contrariæ, 34
nempe quod aliquæ loquantur de Præbendis, quibus in specie derogatur in Regula IX. aliæ vero, ubi concurrunt conjecturæ; nonnullæ quando constat Domos esse possessas per Canonicos jure *Canoniæ*, & tanquã Canonicos Præbendatos, non vero jure antianitatis; & aliæ demum, quando expresse derogatum fuit Statutis, & consuetudini optandi, ut in *decis.* 625. *cor. Manzaned.*

Nec obstat, quod dum in superiori parte Litte-
rarum facta fuit expressa mentio de Domo, Hor- 35
to, aliisque juribus, & annexis, eadem expressio censeatur repetita in parte inferiori, ubi exprimuntur *pertinentiæ præfatæ.* Etenim in parte dispositiva Coadjutoriæ duæ continentur, gratiæ, altera nempe ad favorem Coadjuti, & Ecclesiæ, & in hac datur facultas capiendi possessionem Cameræ, Domus, Horti &c. in altera vero, ubi agitur de futura successione, hujusmodi expressa facultas data non legitur; ex quo sequitur, quod illa verba *pertinentiis præfatis &c.* tanquam in parte executiva apposita, restringi debent ad limites partis dispositivæ præcedentis, & sic referri ad Canonicatum, & Præbendam, eorumque annexa jura, & pertinentias, non autem trahi ad Domum contentam in gratia Coadjutoriæ, favore Ecclesiæ, seu Coadjuti concessa, ut in dicta *Mediolanen. cor. Emerix decis.* 743. §. *Neque ad probandum*, & *seqq.*

Ceterum, etsi Regula tollat immemorabilem consuetudinem optandi pinguiores Præbendas, illius tamen dispositio non procedit, ubi tale jus com-
petat ea lege in limine fundationis adjecta per Fun- 36
datores laicos, & a legitimo Superiore approbata, ea ratione, quod sicuti si Fundatores præfati sibi reservassent juspatronatus, locum habere non possent Reservationes, quæ hujusmodi generis Beneficia non afficiunt, ita rationabile non videtur, ut derogetur legi optandi in fundationis limine ab eis adjectæ, *Card. de Luc. de Benefic. discurs.* 33. *n.* 4. & *sequentib.* ubi tamen limitat, si ageretur de Canonicatu litigioso, eo prorsus modo, quo, attenta lite, derogatur etiam juripatronatus laicali, ut dicemus in *Commentar. in Regul. XLII.*

Item per reservationem Regulæ non impeditur
nec tollitur optio in subsequentibus vacationibus, 37
ex plene collectis per *Rot. in Mediolanen. Optionis* 10. *Aprilis* 1682. §. *Haud subsistente*, & §. *seq.* & 17. *Junii* 1683. §. *Pari ratione*, *cor. Ursino.* Quod
tamen limita in casu, quo Papa mandaret erigi 38
Præbendam Theologalem cum annexis, & pertinentiis suis, nam cum semper duret eadem erectio Canonicatus cum suis pertinentiis, semper durare debet idem effectus optionis exclusivus. Maxime quia agitur de favore Ecclesiæ, & non de favore certæ Personæ particularis, *Rot. decis.* 120. *n.* 6. & 7. *coram Mazaned.*

Rursus locum sibi non vindicat censura Regu- 39
læ si Papa, non obstante reservatione per eam inducta, specialem indulgeat optandi facultatem. Ex gratia speciali, & ob tenuitatem reddituum, facultatem hanc elargitus fuit san. mem. Alexander VII. Canonicis Cathedralis *Messanæ*, ut ex Decreto, quod una cum supplici libello registratum reperitur inter *Notabilia Datariæ*, quæ asservantur penes D. Officialem nuncupatum *del Missis*, cujus Decreti tenor talis est -- *Sanctissimus Dominus Noster auditis Reverendissimo Domino Episcopo, & attenta tenuitate reddituum Præbendarum, ut Canonici diligentius incumbant servitio Ecclesiæ, ex Gratia speciali annuit ad Beneplacitum Sanctitatis Suæ, ac Sedis Apostolicæ, quod in futuris vacationibus*

Canonicatuum, & Præbendarum præfatæ Ecclesiæ Messana ex quavis causa, etiam ratione Mensis Sedi Apostolicæ reservatar. :a, fiant optiones a Canonicis, prout hactenus servatum fuit. Canonicatus vero, & Prabendæ, quæ per optantes tunc dimittentur, & vacantes remanebunt, provideantur per Datariam Apostolicam, fiantque necessariæ expeditiones Bullarum, non obstantibus Cancellariæ Apostolicæ Regulis in contrarium præmissorum editis. Hac die 18. *Junii* 1659. -- *I. Cardinalis Pro-Datarius.*

Verum ex subsequentibus aliorum Pontificum
40 Regulis quibuscumque Prædecessorum Indultis amplissime derogantibus, hæc facultas sublata remansit; quinimo veluti indulta ad *Beneplacitum* concedentis, per ipsius obitum expiravit, per ea, quæ diximus supra.

Nedum igitur Regula tollit Optiones, verum
41 omnia Privilegia, & Indulta Apostolica conferendi Beneficia illius vigore reservata, etiam si *in limine Erectionis* concessa fuerit quibuscumque Ordinariis Collatoribus, & munita reperiantur cum quibusvis clausulis derogatoriarum derogatoriis, & aliis Decretis &c. quorum tenores in eadem Regula, ad effectum revocationis, habentur pro expressis, cum Decreto irritanti. Proindeque contra Reservationem contentam in Regula præfata, tam prægnantibus clausulis munita, Privilegia, & Indulta Apostolica suffraganrur solum in Vita Pontificis Concedentis, non in præjudicium Successorum, ut communiter firmant *Gonzal. ad hanc Regul. gloss.* 33. *per tot. Lotter. lib.* 2. *quæst.* 39. *n.* 15. *Spada consil.* 47. *lib.* 2. *Caren. resolut.* 140. *per tot. Piton. discept.* 150. *n.* 8. *Rot. decis.* 153. *per tot. & ibi adden. decis.* 240. *num.* 2. *ibique adden. cor. Gregor. decis.* 166. *num.* 10. *cor. Priolo, decis.* 200. *fere per tot. part.* 9. *decis.* 143. *n.* 10. *part.* 16. *decis.* 205. *n.* 4. *part.* 19. *Recent. & in Urgellen. Archidiaconatus* 23. *Februar.* 1725. §. *Absque, cor. R. P. D. Corio, & in Juvenacen. Præpositura* 22. *Novembris* 1726. §. *Minime relevante, cor. bon. mem. Crispolto. Et in Urgellen. Plebaniæ* 7. *Februarii* 1727. §. *Neque ad effectum, cor. R. P. D. Cincio, &* 16. *Februarii* 1728. §. *Præsupposita, coram Reverendissimo Aldrovando.*

Amplia primo etiam in Indultis, & Privilegiis
42 Apostolicis concessis quibuscumque Capitulis, & Collegiis, ut in Regula decernitur. Et in terminis *Capituli Eugubini, Rot. decis.* 240. *coram Gregor.* & in eadem causa, *Spad. consil.* 47. *lib.* 2. & in terminis *Capituli Montis Alti, Rot. decis.* 578. *n.* 5. *part.* 1. *Recent.* Et in terminis *Capituli Lateranensis, Rot. decis.* 153. *cor. Gregor. & decis.* 192. *cor. Peutinger.* Et in terminis *Religionis Hierosolymitanæ, Rot. decis.* 578. *n.* 5. *part.* 1. *Recent.* quam sequuntur *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 39. *n.* 1. *Barbos. Vot. decis.* 43. *lib.* 2. *Caren. resolut.* 140. *n.* 1. Sed in Indultis concessis Universitatibus
43 studiorum generalium non habere locum derogationes Regulæ, firmat *Spad. consil.* 124. *n.* 5. *lib.* 3. ubi quod licet Regula faciat mentionem de Collegiis, tamen *Collegiorum* appellatione, ait, non comprehendi Universitates studiorum; subdens, quod est veritas, & se credere, quod ita servetur.

Secundo amplia, quamvis Indulta præfata con-
44 cessa fuerint ad instantiam Imperatorum, Regum, & quorumcumque Principum, *Spada consil.* 47. *n.* 6. *part.* 2. *Rot. dec.* 240. *n.* 4. & 5. *cor. Gregor. & decis.* 1182. *n.* 9. *cor. Penia*, ubi quod clausulæ Regulæ *cujuscumque Dignitatis, gradus, & ordinis &c.* comprehendant etiam Imperatores, & Reges, *& dec.* 343. *n.* 11. *part.* 13. *Recentior. & in Melevitana Beneficii* 31. *Januarii* 1653. §. *Non obstat, coram Albergato.*

Ampliatur tertio dispositio Regulæ, ut comprehendat Indultum elargitum filiis Patrimonialibus, nam adhuc censeretur ei derogatum, nisi concessum 45
esset in limine fundationis, cujus generis Indulta Papa solum attendit, non vero alia post supervenientia, ut diximus supra §. 11. & præ ceteris tradunt *Gonzal. ad Regul. gloss.* 34. §. 1. *a n.* 34. *usque ad n.* 70. ubi Quæstionem ad partes examinat, *Rot. decis.* 343. *n.* 12. *cum seqq. part.* 16. *& decis.* 665. *n.* 14. *& seqq. part.* 18. *Recent.* cum ibi allegatis; & de Indulto a Paulo III. concesso Ecclesiæ Tridentinæ, quod Canonicatus conferri debeant certo generi Personarum, *Rot. decis.* 183. *part.* 6. *Rec.*

Quod eo magis locum sibi vindicat, quando Indultum disponendi de Beneficiis vigore Regulæ 46
reservatis principaliter dirigitur Collatori, consequutive vero ei injungitur collatio favore certi generis Personarum, nam tunc revocato jure activo principali, revocatum quoque censetur jus passivum accessorium, & consequutivum. Quod si jus passivum concessum fuerit eligendis principaliter, & independenter a jure activo, eo casu procedere posset illorum Sententia, qui examinant, per Regulam revocari Indultum quoad hujusmodi qualitatem passivam, *Rot. dict. decis.* 343. *num.* 15. *part.* 16. ubi quod ita intelligi debeat *decis.* 1182. *cor. Penia*, quæ loquitur in terminis Beneficiorum Insulæ Melevitanæ, & sic distinguitur in *Melevitana Beneficii* 31. *Januarii* 1653. §. *Nec urget, coram Albergato, & in Urgellen. Plebaniæ* 6. *Martii* 1690. §. *Nec urgent, coram Hervault, & in altera Urgellen. Plebaniæ* 16. *Februarii* 1728. §. *Altera vero, coram Reverendissimo Aldrovando.*

Sed in terminis Indulti a Clemente VIII. concessi filiis Patrimonialibus Diœcesis Calaguritanæ, 47
quod Beneficia inibi existentia, non aliis, quam ipsorum favore conferri debeant, fuit olim in controversiam deductum, an censeatur revocatum per amplissimas clausulas derogatorias hujus Regulæ. Et quamvis *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 39. *a n.* 20. late pugnet pro revocatione; fatetur tamen, quod non obstantibus per eum allegatis, contrarium de facto servatur, & proinde non comprehendi dicta Beneficia sub revocatione Regulæ, quod etiam firmant *Gonzal. ad Reg.* 8. *gloss.* 9. §. 1. *n.* 72. & 74. *Garc. de Benef. cap.* 1. *n.* 562. *& seqq. Castropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 23. *disput.* 22. §. 1. *Caren. resolut.* 140. *sub n.* 3. *Rot. decis.* 219. *in fine, & decis.* 302. *n.* 13. *cor. Bichio, decis.* 657. *part.* 2. *Recent.*

Quarto ampliatur, etiam si Indultum concessum esset Personis gratis, dilectis, & de Pontifice con- 48
cedente benemeritis, quia benemerentia, & dilectio considerari non potest erga Pontificem Successorem, cui Antecessor haud valet legem imponere, & in terminis Indulti a Sixto V. Capitulo Patriæ suæ elargito, *Rot. dec.* 200. *n.* 13. *& seqq. part.* 9. *Recent.*

Ampliatur quinto, etiam stante longæva consuetudine, seu observantia disponendi de Beneficiis vigore Regulæ reservatis ad favorem inferioris Col- 49
latoris; tum quia hujusmodi consuetudini, etiam immemorabili, expresse derogatur in Regula. Tum quia renovatio Regulæ, quam facit unusquisque Pontifex in crastinum assumtionis ad Pontificatum, quamcumque intervertit Consuetudinem in contrarium, operaturque, ut Regula semper in sua

sua viridi maneat observantia, ex plene congestis per *Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 454. 557. & 678.* late *Piton. disceptat. 150. n. 6. Rot. de sf. 536. n. 10. & seqq. & decis. 553. n. 13. cor. clar. mem. Card. Caprara, & in Monasterien. Vicariæ 12. Martii 1706. §. Atque hinc, & 18. Maii 1707. §. final. cor. bon. mem. Omaña, & in Monasterien. Decanatus 11. Januarii 1723. §. Imo, cor. R.P.D. Calcagnino.*

Ampliatur sexto, etiamsi in Indulto adesset ex- 50 pressa derogatio ad futuras Regulas Cancellariæ edendas, quodque numquam sub revocationibus Apostolicis comprehenderetur, & toties reviviseceret, quoties fuisset abrogatum; ac etiam expresse loqueretur de Beneficiis vacantibus in Mensibus reservatis; quia nihilominus Clausulæ derogatoriæ contentæ in Regula IX. uti efficaciores, & magis prægnantes, adjectæ per viam legis generalis, & munitæ altera clausula, *quorum tenores &c.* tollunt, & prævalent cuicumque effrenatissimo Indulto particulari, *Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 36. n. 24. 29. & 30. Rot. decis. 666. n. 2. part. 1. & decis. 200. n. 17. part. 9. Recent. decis. 247. n. 6. & sequen. part. 16. decis. 626. n. 35. & sequen. coram Molines.*

Et fuit resolutum in Congregatione particulari Datariæ sub *die 19. Maii 1672.* contra Episcopum *Cathaniensem*, qui licet ex Bulla Sæcularizationis suæ Cathedralis Ecclesiæ a S. Pio V. expletæ anno 1568. prætenderet gaudere Indulto conferendi pleno jure Canonicatus, & Dignitates in Mensibus Apostolicis vacantes, propter amplissimas clausulas in eo contentas etiam adversus Regulas Cancellariæ, *quavis occasione, & pro tempore emanatas &c.* ac etiam vigore *consuetudinis immemorabilis*, quæ prætendebatur legitime præscripta; Attamen Indultum præfatum (quod per extensum refert Joannes Baptista *de Grossis in Notitia Ecclesiæ Cathanien. pag. mihi 53.*) per subsequentes Regulas remansisse revocatum, censuit præfata Congregatio. Perpendebatur enim, quod Indultum a Sixto V. elargitum Capitulo *Montisalti* Patriæ suæ, continebat ampliores clausulas, quam illud S. Pii ad favorem Episcopi *Cathanien.* & tamen *Rota dict. dec. 200. part. 9.* resolvit, Indultum illud fuisse revocatum. Stantibus præsertim quamplurimis provisionibus expletis a Dataria vigore Regulæ, & suum effectum sortitis. Et post dictam resolutionem, numquam successivis temporibus eadem Dataria denegavit Impetrationes contra Provisos ab Episcopis in Mensibus reservatis.

Sic etiam Indultum a Nicolao V. impertitum Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ *dell' Elemosina* ejusdem *Cathanien.* Diœcesis, in quo, inter alia, concedebatur eisdem facultas conferendi Dignitates, & Canonicatus dictæ Ecclesiæ *semper, & quandocumque vacaverint*, etsi amplissimis clausulis munitum, amplius non suffragari, resolutum fuit in Congregatione particulari, ut ex sequenti Decreto. *Die 3. Martii 1673. in Congregatione particulari habita coram Eminentissimo Pro-Datario, cui interfuerunt DD. Fagnanus, Brancaccius, de Vecchis, de Augustinis, Slusius, & Sub Datarius, resolutum fuit: Indultum Nicolai V. Oratoribus non suffragari quoad Dignitates, & Canonicatus Sedi Apostolicæ ratione Mensium, vel alias quomodolibet reservatorum. Insuper nisi provisi de prædictis Canonicatibus, & Dignitatibus a die data præsentis Decreti novas provisiones a Sede Apostolica non obtinuerint, Indultum prædictum remaneat suspensum eo ipso usque ad novam Sedis Apostolicæ ordinationem, & Dignitates, & Canonicatus, suspensione durante, ab Episcopo conferantur.*

Fuit etiam sub *Clemente X.* in dubium revocatum, an in sæcularizatione facienda de Regulari 51 Ecclesia *Cephaluden.* concedenda esset Episcopis facultas conferendi Canonicatus, & Dignitates in omnibus Mensibus, & quomodocumque reservatas, vel quoties Sedi Apostolicæ reservanda esset collatio in suis Mensibus, quando aliæ intrarent reservationes, ad formam Regularum Cancellariæ? Considerabatur enim, quod in statu Regularitatis Canonicatus nulli subjacebant reservationi, quia erant de *Mensa*; & sic sæcularizatio mutabat quidem statum Regularitatis, sed semper intacta remanebant jura tam activa, quam passiva; ideoque etiamsi Canonicatus præfati efficerentur perpetui, semper erunt de *Mensa*, subjecti proinde Episcopo, cui prius subjecti erant, immutata solum amovibilitate in perpetuitatem; unde æquum non videbatur, quod per sæcularizationem inferretur præjudicium eidem Episcopo; Præsertim cum in Beneficiis de *Mensa* nulla detur vacatio, neque eorum respectu locum sibi vindicent Regulæ Cancellariæ.

Atque in hoc animadvertebatur, quod Beneficia manualia Regularia sunt in duplici differentia, 52 quædam de *Mensa*, & quædam non; In iis, quæ sunt de *Mensa*, non datur vacatio, cum totum sit Abatis, *Gloss. in Clementin. unic. verb. de Mensa, de Supplen. neglig. Prælat. Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 5. §. 6. n. 62. & seqq.* Datur tamen vacatio in iis Beneficiis, quæ non sunt *de Mensa*, *Gloss. in dict. Clement. unic. versic. Revocari, Gonzal. dict. gloss. 5. §. 6. num. 14.* Et quamvis in hujusmodi 53 generis Beneficiis non habeat locum Regula IX. attamen non provenit ex eo, quod fiat præjudicium Mensæ, sed quia Papa non intendit mutare statum Beneficii, sed Manuali facere perpetuum, *Gonzal. dict. gloss. 5. §. 6. num. 9.* Unde si Papa reducit Ecclesiam ad statum sæcularem, & sic Beneficia manualia efficiat perpetua, locum sibi vindicare videtur Regula de Mensibus, quia Mensæ Episcopali nullum fit præjudicium.

Cum itaque in casu supradicto non ageretur simpliciter de Beneficiis Regularibus manualibus, sed de Beneficiis, quæ erant de *Mensa*, Collatio Canonicatuum reservanda erat Episcopo, qui ab immemorabili victualia subministrabat Canonicis, quibus deficientibus, Episcopus ipse fructus omnes percipiebat, & sic non aderat distinctio Mensæ; licet aliud dicendum esset, si Mensa Capitularis esset separata a Mensa Abatiali, ut forte contingit in Ecclesia *Cæsaraugustana*, & in aliis Cathedralibus Hispaniarum sæcularizatis, in quibus Papa confert Canonicatus in Mensibus Apostolicis vacantes.

In hac Causa deputata a *Clemente IX.* Congregatione particulari sex Prælatorum, nempe *Alterii, Nerli, Ugolini, de Vecchis, Fagnani, & de* 54 *Rubeis*, emanavit sequens Decretum. *Videtur expedire, ut fiat sæcularizatio. In erectione autem tam primæ Dignitatis, nempe Decanatus, quam Archidiaconatus, & Cantariæ, ac Præbendæ Theologalis, & octo Canonicatuum, quoad collationem serventur Regulæ Cancellariæ, si Sanctissimo placuerit; Inprimis tamen de omnibus fiat relatio Eminentissimo D. Cardinali Pro Datario, transmisso supplici libello.* Sed iterum sub *Clemente X.* deputata alia Congregatione particulari, cui interfuerunt *Ugolinus, de Vecchis, Brancacius, Carpineus Datarius, Fagnanus, Albericius, de Rubeis, & Sub Datarius*, discussoque dubio, *an essent illi Canonicatus de Mensa Episcopali*, ita negotium fuit terminatum. Primo, quod Decanatus, & Archidiaconatus, semper, & quomodocumque vacarent, ad dispositionem Sedis Apostolicæ spectarent.

rent. Contoratus, & Theologalis Regulis Cancelloriæ essent subjecti. Octo vero Canonicatus sub Reservationibus Apostolicis non comprehenderentur, præterquam in vacationibus apud Sedem, sed ad pro tempore existentem Ordinarium loci spectarent, providendi intra terminum a jure præfixum, sub pœna devolutionis, ut ex Bulla ejusdem *Clementis X.* sub *Datum apud Sanctam Mariam Majorem decimo Kalendas Octobris anno Secundo. Registrata lib. 3. Secret. Clementis X. pag.* 193.

Ceterum Regula, etsi amplissimis clausulis derogatoriis munita, non deroget Indulto providendi
55 Canonicatus Doctorales, & Magistrales Cathedralium Hispaniæ vacantes in Mensibus Sedi Apostolicæ, ut diximus supra, reservatis, & tradit etiam *Rot. decis.* 197. *n.* 7. *&* 8. *coram Ottbobono*, ubi reddit rationem, quod Indultum hujusmodi
56 emanavit per viam legis generalis, & propter bonum publicum, ideoque non revocatur per Regulas posteriores Cancellariæ; sequitur *Rot. in Compostellana Parochialis* 17. *Februarii* 1690. §. *Hinc sane, coram clar. memor. Cardinali Caccia*, ubi quod tali cetu Ordinarii conferunt propria auctoritate per remotionem obstaculi Reservationis; Præsertim quia Constitutio Gregorii XV. qua tribuitur in Regnis Hispaniarum facultas Ordinariis conferendi hujusmodi Canonicatus, se refert ad aliam præcedentem *Sixti IV.* in qua magis expresse dicitur, quod collatio Canonicatuum Magistralium, & Doctoralium fieri debeat auctoritate Ordinaria, nec sub Reservationibus Apostolicis comprehendatur.

Sic etiam nec deroget Indultis concessis ex causa onerosa, ut firmavit *Rot. in Melevitana Bene* 57
ficii 31. *Januarii* 1653. §. *Nec urget, coram Albergato*, ubi tamen distinguitur inter jus activum conferendi competens Ordinariis, & jus passivum spectans ad Personas in Indulto contemplatas, ut revocatio non intret quoad istos, secus quoad Collatores, ut diximus supra.

REGULÆ IX.

PARS SECUNDA.

IN hac secunda parte Regulæ agitur de Alternativa Mensium, quæ Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ex benignitate Sanctæ Sedis indulgetur. Et circa eam plures incidunt inspectiones. I. Quid sit Alternativa, ejus origo, ratio, & quibus concedatur. II. Quomodo acceptari soleat. III. Quo tempore acceptari debeat, ut magis sit Episcopis proficua. IV. Quæ Beneficia comprehendat. V. An suffragetur Episcopis non Residentibus; VI. demum, quomodo cesset.

§. I.

Quid sit Alternativa, ejus origo, Ratio, & quibus indulgeatur.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Explicatur quid sit Alternativa.*
2 *Non est proprie Gratia, sed contractus inter Papam, & Episcopum.*
3 *An sit eisdem Episcopis favorabilis?*
4 *Referuntur variæ DD. Sententiæ sirca Alternativæ originem.* & n. 5.
6 *Antiquitus Alternativa non concedebatur per viam Regulæ, sed per Indulta particularia nonnullis Episcopis.*
Sed Leo X. omnibus Episcopis eam acceptare volentibus, generaliter indulsit. n. 10.
7 *Reprobatur Rota* cor. Cavalerio *existimans, tempore Sixti IV. anno* 1471. *Alternativam non adhuc fuisse in usu.*
8 *Alternativam Episcopis omnibus concedendam esse existimarunt Patres Concilii Constantiæ de anno* 1418.
9 *Eamque Episcopis Germaniæ per viam initi pacti concessam fuisse anno* 1447. *a Nicolao V. in Concordatis.*
11 *Traditur ratio concessionis Alternativæ, ut nempe Episcopi alliciantur ad Residentiam.*
12 *De Residentia Episcoporum ad tramites Decretorum Concilii Tridentini.*
13 *Residentia, quæ requiritur ad effectum gaudendi Alternativa, est magis stricta, & præcisa, quam requisita per Concilium.*
14 *Alternativa olim indifferenter omnibus Collatoribus etiam inferioribus concedebatur, sed hodie non indulgetur, nisi Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis.*
15 *Episcopus uti Abas jus habens conferendi Beneficia Monasterii, non gaudet in eorum collatione Alternativa.*
16 *Limita si Abatia sit incorporata, & subjective unita Mensæ Episcopali.*
17 *Prælati inferiores cum Territorio separato, & Jurisdictione quasi Episcopali, an acceptare, & gaudere possint Alternativa?* & n. 18.

ALternativa est facultas data Episcopo providendi de Beneficiis Ecclesiasticis in sex Mensibus alternatim cum Summo Pontifice, itaut 1
Summus Pontifex habeat sex Menses Alternantes, nempe *Januarium*, *Majum*, *Julium*, *Septembrem*,

brem, & *Novembrem*; reliquos vero seu Menses alternatos *Februarium*, *Aprilem*, *Junium*, *Augustum*, *Octobrem*, & *Decembrem*, habeat Episcopus. Ex quo fit, quod Papa in Alternativa duos Menses sibi sumat ex illis Ordinarii, nempe *Martium*, & *Septembrem*, & econtra quatuor ex propriis concedat Ordinariis, nempe *Februarium*, *Aprilem*, *Augustum*, *Octobrem*, ut omnibus notum est; observatque *Van Espen. in Jus Ecclef. universal. tom. 1. part. 2. tit.23. cap.6. n.13. §. Per hanc*, quod dum Episcopis Alternativa Mensium in Beneficiorum collatione conceditur, nihil ipsis tam de novo dici debeat accedere, quam pars aliqua juris, quod ipsis titulo suæ Dignitatis competebat, & per reservationes Pontificias erat subtractum, rursus restitui.

2 Alternativa non est proprie Gratia, sed contractus inter Papam, & Episcopum, *Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 29. n. 3. & seqq. Ros. de Resident. Episcop. Cap. final. num. 18. Rot. decis. 494. n. 6. coram Bichio, & decis. 289. n. 7. part. 3. Recent.*
3 Et est favorabilis Episcopis, quia dimittunt duos Menses, & recipiunt quatuor, ut post *Gonzal.* tradit *Amayden. ubi supra.* Quamvis nonnullis visum sit, nullum favorem exinde resultare Episcopis, qui licet recipiant quatuor Menses, tamen dimittunt *Martium*, & *Septembrem*, in quibus ob majorem mortis frequentiam, quæ contigit ex humorum repugnantia, magis frequentes solent esse vacationes Beneficiorum, quam in reliquis anni temporibus, ut apud *Zypæum lib.3. consult. Canon. 3. sub. n. 33.*

4 Ad annum 1447. refert Alternativæ originem *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. cap.6. n. 8.* Sed confundit Regulam Mensium cum Alternativa; Illa enim ortum habuit dicto anno sub *Nicolao V.* ut diximus in prima parte *Regulæ.* Sed Alternativa, quæ erat Gratia diversa, & separatim daba-
5 tur, indulgeri cœpit sub *Paulo II.* circa annum 1470. ut refert *Gonzal. ad hanc Regulam §. 1. Proœmial. n. 56. & gloss. 31. n. 13.* post *Gomes. & Bursat. consil. 126. n. 101.* qui ulterius advertunt,
6 quod antiquitus non concedebatur per viam Regulæ, sed per Indulta particularia nonnullis Episcopis, & prævia supplicatione expediebantur Litteræ sub Plumbo, ut moris est in reliquis Gratiis, quæ per Datariam, & Cancellariam expediuntur, *Corrad. dict. lib. 3. cap.6. n. 7. versic. Descendendo, & versic. Hodie vero*, ubi quod hodie alia forma constituta est, *Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæst. 37. n. 12.*

Hinc merito idem *Lotter.* loco mox laudato
7 *n. 10.* cavendum esse ait a *decis. 196. cor. Cavalerio*, quatenus ibidem firmatur, tempore *Sixti IV.* ad Pontificatum assumti anno 1471. Alternativam non adhuc fuisse in usu, dum ut refert *Alphonsus Sot. Glossator antiquus ad Regul. X. Innocentii VIII.* tempore suo disputatum fuit, an per Regulam ejusdem *Sixti IV.* de Expectativis, censeretur revocata concessio Alternativæ facta Episcopo *Tirasonen.* similemque controversiam ortam fuisse de anno 1475. eodem *Sixto* adhuc in humanis degente occasione Alternativæ concessæ Episcopo *Legionen.* Et idem Sixtus IV. anno 1472. ut Francos alliceret ad consentiendum revocationi Pragmaticæ Sanctionis, in Concordato inito cum Ludovico XI. Franciæ Rege, collationem Beneficiorum in sex Mensibus Prælatis Gallicanis permisit, alios sex sibi reservando, ut in *Extravag. Ad universalem, de Treg. & Pace inter Communes*, quamvis Concordatum illud non fuerit a Gallis acceptatum, teste *Thomassin. part. 2. lib. 1. cap.49. n.7. & cap. 53. sub n.10. Spondan. ad annum 1472. n. 6. Guimier. in Gloss. ad Pragmat. Sanct.* relatus per *Van Espen. in Jus Ecclef. universal. part. 2. tit. 23. cap. 5. n. 2.*

Sed quamvis Alternativæ gratia indulgeri incœperit, ut diximus, sub *Paulo II.* de ea tamen Episcopis omnibus concedenda actum fuerat in Concilio Constantiensi die 8. Maii anno a Nativitate 8
Domini 1418. Censuerunt namque PP. .. *De quibuscumque Dignitatibus, Officiis, & Beneficiis, medietas sit in dispositione Collatorum, Patronorum, & Constituentium Ordinariorum, seu Provisorum, & alternatis vicibus unum cedat Apostolico, & aliud Collatori, Patrono, aut Provisori* .. ut legitur apud *Labbeum in Collect. Concil. tom. 16. pag. 732.* juxta impressionem Venetam anni 1731. Hinc paucos post annos, anno nempe 1421. *Martinus V.* & Episcopi Gallicani convenerunt de Alternativa Mensium, *Thomassin. tom. 2. lib. 1. cap. 49. sub n. 6. & cap. 53. n. 7. in fine*, prout antea cum Germanis in Concilio Constantiensi convenerat idem *Martinus*, ut post *Geminian.* tradit *Tusch. in Verb. Concordata Germaniæ n. 1.* Quæ tamen Alternativa vigore pacti concessa postea fuit Ordi- 9
nariis Germaniæ a *Nicolao V.* in Concordatis inter ipsum, & Sedem Apostolicam, ac Nationem Germanicam initis *anno* 1447.

Hanc igitur Alternativam nonnullis Episcopis per Indulta, ut diximus, prius concedi solitam, 10
quorum unum ab Innocentio VIII. concessum *Roderico de Avila* Episcopo *Placentin.* præ manibus habui occasione cujusdam Causæ *Placentinæ* propositæ in Signatura Justitiæ *die 20. Septembris* 1703. Leo X. anno 1514. omnibus Episcopis eam acceptare volentibus, generaliter indulsit, *Bursatt. cons. 126. n. 103. & sequen. Leuren. in For. Beneficial. tom 2. quæstion. 569. n. 1. Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæst. 37. n. 1. & seqq.* Dictæque Alternativæ concessionis rationem, eam communi- 11
ter DD. agnoscunt, ut Episcopi magis ad residentiam alliciantur, *Leuren. dict. quæst. 571. per tot. Gonzal. ad hanc Regul. gloss. 41. n. 1. & seqq.* præsertim *num. 10. Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæst. 42. n. 1. 35. & seqq & n. 42. & seqq. Garc. de Benefic. part. 5. cap. n. 182. Rot. decis. 113. n. 2. coram Herrera, decis. 87. n. 11. coram Penninger. decis. 70. n. 3. coram Gregorio, decis. 171. num. 5. coram Millino, & in Oveten. Canonicatus 14. Martii 1723. §. Hinc Summi Pontifices, cor. R. P. D. Ratto.*

Licet enim Sacrosancta Tridentina Synodus 12
Sess. 6. & 23. de Reformat. utrobique *Cap. 1.* renovando antiquorum Canonum Sanctiones, obstrinxerit Episcopos ad personalem residentiam in propriis Ecclesiis, a quibus abesse non possent, nisi ex legitimis causis a Romano Pontifice, vel Metropolitano, aut eo absente, a Suffraganeo antiquiori Episcopo residente approbandis, indulgendo solum modicam absentiam singulis annis, dummodo illa, sive continua, sive interrupta, nullo pacto duos, aut tres Menses ad summum excederet, & dummodo æqua ex causa id fiat, & absque ullo Gregis detrimento; Nihilominus Residentia, quam Summi Pontifices requirunt ad effe- 13
ctum, ut Episcopi frui valeant Alternativa, est magis stricta, & præcisa, neque per unius, vel alterius diei tempus intercepta, vera, & non ficta, aut Privilegiativa esse debet, *Van Espen, in Jus Ecclef. universal. tom. 1. part. 2. tit. 23. cap. 6. n. 8. Lotter. loco citat. a n. 31. usque ad 52.* & melius constabit ex infra dicendis.

Alternativa hæc, quamvis antiquitus omnibus

14 Collatoribus indifferenter concederetur, hodie tamen est restricta, & a temporibus *Sixti V.* non elargitur nisi Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ut clare legitur in Regula, quæ utitur dictione *dumtaxat*, referenda tum ad residentiam, tum ad dictos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos; unde hodie est principium in dubium non revocabile, quod Alternativa suffragatur dictis Personis *dumtaxat*, non vero Prælatis inferioribus, Capitulis, Archidiaconis, aut aliis Ordinariis Collatoribus, de jure, vel consuetudine habentibus jus conferendi Beneficia, *Gonzal. ad hanc Regul. gloss.* 42. *per tot. Kochier. ibidem gloss.* 15. *n.* 1. *Castropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disputat.* 2. *punct.* 23. *§.* 1. *n.* 1 *pag. mihi* 304. *Van Espen. dict. tit.* 23. *num.* 4. *Leuren. in For. Benefic. tom.* 2. *quæst.* 570. *n.* 1. *& seqq. Amayden. de Styl. Datar. cap.* 29. *n.* 5. *Garc. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 643. *Card. de Luc. de Benefic. discurs.* 93. *num.* 12. ubi reddit rationem, cum aliis in *Pampilonen. Beneficii* 12. *Aprilis* 1720. *Quin dictarum*, confirmat. 1. *Julii ejusdem anni §. Executioni, coram bon. memor. Herrera*, inter impress. *decis.* 113. *& decis.* 140.

Hinc si Episcopus uti Abas, & Possessor Monasterii Jus habeat conferendi Beneficia a Mona-
15 sterio dependentia, non potest in illorum collatione gaudere Alternativa, quia ea non confert uti Episcopus, sed tamquam Abas, & Collator inferior, *Massobr. in Prax. haben. Concurs. prælud.* 24. *dub.* 12. *Amayden. de Styl. Datar. cap.* 29. *n.* 23. *Castropal. loco citat. Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 13. *Van Espen. dict. tit.* 23. *cap.* 6. *num.* 4. *Card. de Luc. de Benefic. discurs.* 93. *num.* 12. cum aliis apud *Piton. discept.* 95. *num.* 12 *Rot. in Pampilonen. Beneficii* 1. *Aprilis* 1720. *§. Quin dictarum, & §. Nec præmissis, &* 1. *Julii ejusdem anni §. Executioni, cor. Herrera, &* 12. *Junii* 1724. *§. Si autem, cor. Reverendiss. Calcagnino.*

Quod tamen limitata in casu quo Abatia sit in-
16 corporata, & subjective unita Mensæ Episcopali; cum enim vigore talis Unionis Jura Abatiæ, & Abatum translata remaneant in Episcopatum, & Episcopum, jus conferendi de Abatiali efficitur Episcopale, & Episcopus non confert uti inferior Collator, & Abas, sed tanquam Episcopus, *Massobr. dict. dub.* 12. *n.* 6. *Piton. discept.* 95. *n.* 22. *Rot. in Cæsaraugustana Beneficii de Tausie*, penes *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 705. *&* 706. *& decis.* 201. *n.* 4. *part.* 15. *Recent.* & ex hac circumstantia subjectivæ Unionis Abatiæ Mensæ Episcopali, a prius decisis recedendo, in *Pampilonen. Beneficii* 6. *Decembris* 1720. *§. Alternativæ, cor. Herrera*, inter impress. *decis.* 148. *n* 4. *&* 5. confirmata 6. *Maii* 1726. *cor. bo. me. Crispolto.*

Sed an beneficio Alternativæ gaudere possint Prælati inferiores habentes Territorium separatum cum jurisdictione quasi Episcopali? Pro affirmati-
17 va urget, quod dicti Prælati æquiparantur Episcopis, *Abas in Clement. Diœcesanus, de Vit. & honestat. Cleric. Fagnan. in Cap. Accedentibus*, *n.* 29. *de Excessib. Prælat. Prosper. de Territor. separat. quæst.* 4. *num.* 4. Et eodem modo, quo Episcopi tenentur ad strictam, & præcisam residentiam; unde etiam eorum respectu applicabilis videtur ratio Regulæ.

18 In contrarium tamen stat veritas. Utcumque enim dicti Prælati inferiores gaudeant Territorio separato cum jurisdictione quasi Episcopali, & vera qualitate Nullius, non sunt tamen Episcopi, nec iis æquiparabiles, cum non habeant integritatem, & plenitudinem eorum omnium, quæ habent Episcopi in eorum Diœcesibus, dum carent potestate Ordinis; & proinde eis non applicantur verba Regulæ restrictæ *dumtaxat* ad *Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos*, ut firmant *Van Espen. in Jus Eccles. univers. part.* 2 *tit.* 23. *cap.* 6. *n.* 5. *Prosper. de Territor. seperat. quæst.* 27. *n.* 41. *&* 42. late *Piton. discept. Eccles.* 95. *a num.* 24. *& seqq. & n.* 39. *in fine*, testatur de praxi Sedis Apostolicæ non concedendi Alternativam hujusmodi Prælatis. Nec momenti est, quod Prælati quoque inferiores tenentur ad residentiam; quia Regulæ ratio non est allicere ad residentiam omnes, & quoscumque, qui ad illam adstringuntur de jure, sed *Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos dumtaxat*; alias enim simplices Parochi, quibus jus conferendi Beneficia, vel ex consuetudine, vel Privilegio Apostolico competere potest, ex motivo, quod obstricti sint Residentiæ, Alternativam prætendere possent.

§. II.

Quomodo acceptetur Alternativa.

ARGUMENTUM.

QUid requiratur pro acceptatione Alternativæ, & an acceptari possit ab Episcopis extra propriam Diœcesim existentibus? Alternativæ usus, ob non residentiam Episcopi de tempore acceptationis, suspensus non remanet quoad Pontificem, qui conferre potest Beneficia vacantia in Mensibus sibi vigore Alternativæ dimissis. Litteræ Patentes acceptationis Alternativæ, ubi præsentari, & recognosci debeant? & de formula earum recognitionis. An Episcopi uti valeant Alternativa ante scientiam illius recognitionis? Acceptari potest Alternativa nedum pro tota, sed etiam pro parte Diœcesis; quemadmodum pro una, vel altera ex duabus Diœcesibus æque principaliter unitis; sed acceptata pro una Diœcesi, non suffragatur pro alia. An Episcopus post transmissionem Litterarum acceptationis Alternativæ possit pœnitere; Et quomodo Alternativa probetur.

SUMMARIUM.

1 *Alternativa omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis conceditur; & quocumque Mense, die, & hora acceptari, & recognosci potest.*

2 *Pro acceptatione Alternativæ requiruntur Litteræ patentes subscriptæ ab Episcopo, & proprio illius Sigillo munitæ.*

3 *Potest tamen Datarius acceptationem Alternativæ admittere, dicta forma non servata.* & n. 5.

4 *Fuit aliquando admissa acceptatio Alternativæ cum Litteris Patentibus subscriptis a Vicario Generali.*

6 *Alter-*

6 *Alternativam acceptare tenetur Episcopus tempore, quo manet in Diœcesi.*
7 *Est tamen in arbitrio Datarii Litteras acceptationis admittere, etsi datas extra Diœcesim.*
8 *Alternativa incipit currere ab eo tempore, quo Litteræ præfatæ recognitæ, & admissæ sunt in Dataria.* & n. 14. & 15.
9 *Alternativa suspensa non remanet quoad Pontificem ex non residentia Episcopi de tempore acceptationis.*
10 *Proindeque potest Pontifex Beneficia conferre in Mensibus sibi dimissis per Episcopum vigore Alternativæ.*
11 *Explicantur DD. asserentes, non valere Litteras acceptationis Alternativæ ab Episcopo extra propriam Diœcesim signatas.*
12 *Litteræ Patentes acceptationis Alternativæ debent in Dataria præsentari, & per duos Testes recognosci.*
13 *Et debent registrari in libro ad id designato.*
15 *Sequuta vero tali registratione, Alternativa incipit currere sine alio consensu Papæ.*
16 *Traditur formula Litterarum recognitionis Datarii super Alternativa ab Episcopo acceptata.*
17 *Episcopus, qui Alternativam acceptavit, potest ea uti etiam ante scientiam recognitionis, & registrationis Litterarum acceptationis.*
18 *Alternativa acceptari potest nedum pro tota, sed etiam pro aliqua parte Diœcesis.*
19 *Episcopus duarum Cathedralium æque principaliter unitarum, si Alternativa pro utraque Diœcesi frui velit, debet expresse pro utraque illam acceptare, nec acceptata pro una, suffragatur pro alia Diœcesi.*
Et expressa hæc pro utraque Diœcesi acceptatio addita primo fuit Regulæ ab Alex. VII. n. 21.
20 *Antiquitus sat erat, quod Episcopus duarum Ecclesiarum æque principaliter unitarum, generaliter Alternativam acceptasset, ut pro utraque Diœcesi ei suffragaretur.*
22 *Non prohibetur Episcopus Alternativa uti pro ea solum Diœcesi, pro qua illam acceptavit.*
23 *Potest Episcopus etiam post transmissionem Litterarum acceptationis Alternativæ, pœnitere, & Alternativam non acceptare, re tamen integra.* & n. 25.
24 *Alternativa quomodo probetur.*

1 ALternativa omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis eam petentibus conceditur, ut ait *Amaydcn. de styl. Datar. cap. 29. ante num. 8. Card. de Luc. de Benef. disc. 93. in princip.* & quocumque Mense, die, & hora acceptetur, & recognoscitur, teste *Corrad. in Prax. Beneficial. lib. 3. cap. 6. n. 48. vers. Quoniam*; Praxim autem acceptandi Alternativam ipsomet Regula ponit, nempe quod illi, *qui Gratiam Alternativæ prædicta acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per patentes Litteras manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque Civitate, vel Diœcesi datas, declarare, & Litteras ipsas huc ad Datarium Sanctitatis Suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, ac in libro ad id deputato registratis, tunc demum, & non antea, uti incipiant Gratia supradicta*, & late tradunt, *Gonzal. gloss. 59. per tot. Van Espen. in Jus Eccles. univers. tom. 1. part. 2. art. 23. cap. 6. num. 17. Pax Jordan. lib. 10. tit. 1. n. 20. Murg. de Benefic. quæst. 3. num. 311. Castropal. Oper. moral. tom. 2. tractat. 13. disput. 2. punct. 23. §. 4. n. 1.*

Requiruntur igitur primo Litteræ patentes sub-
scriptæ ab ipsomet Episcopo, & proprio sigillo 2
munitæ, juxta ea, quæ late tradunt *Castropal.
dict. punct. 23. §. 4. n. 2. & seqq. Fragos. in Regim.
Reipubl. Christian. part. 2. lib. 9. disput. 2. §. 4.*
cum aliis infra allegandis: Earumque formulam
habes apud *Gonzal. gloss. 62. num. 33. Van Espen
dict. tit. 23. cap. 6. n. 18. Leuren. in for. Benefic.
tom. 2. quæst. 574. n. 3. Van Espen. in Jus Eccles.
univers. part. 2. tit. 23. cap. 6. n. 18. Pax Jordan.
tom. 2. lib. 10. tit. prim. n. 21. Murg. de Benef.
dict. quæst. 3. n. 312.*

Sed non est ita restricta Datarii auctoritas, ut
non possit admittere acceptationem Alternativæ, 3
non servata dicta forma; unde licet debeant Lit-
teræ esse *Patentes*, tamen si facta fuerit acceptatio
per publicum Instrumentum, illudque Datarius
præfatus admiserit, poterit Episcopus uti beneficio
Alternativæ, *Leuren. dict. Quæst. 574. n. 2. Garc.
de Benef. part. 5. cap. 1. n. 156. Corrad. in Prax.
Benefic. dict. lib. 3. cap. 6. n. 24.* Rursus licet de-
beant esse subscriptæ ab ipsomet Episcopo, tamen
fuit admissa Alternativæ acceptatio cum subscrip-
tione Vicarii Generalis nomine Episcopi Chiragra 4
impediti, *Corrad. dict. cap. 6. n. 26. Gonzal. Gloss.
63. n. 43. Leuren. dict. cap. 574. n. 3.* Et denum
licet debeant esse proprio Episcopi sigillo munitæ, 5
tamen si per Datarium fuerint admissæ, licet non
adesset sigillum, adhuc valebit acceptatio, *Corrad.
dicto lib. 3. cap. 6. n. 24.*

Item Episcopus acceptare cupiens Alternativam,
tempore hujusmodi acceptationis manere debet in
propria Diœcesi, alias acceptatio nihil prodest. 6
Cum enim Alternativa sit directa ad alliciendos
Episcopos ad residentiam, irrationabile prorsus est,
quod inchoare debeat a non residentia Episcopi,
*Gonzal. dicta Gloss. 62. n. 20. Corrad. in Prax. Be-
nefic. lib. 3. cap. 6. n. 16. & seqq. Castropal loc cit.
§. 4. n. 2. Leuren. dict. Quæst. 574. num. 5. Piton.
discept. 95. n. 4. Pasqualig. Quæst. moral. Jurid.
48. n. 7. Fragos. de Regim. Reipubl. Christian. part.
2. lib. 9. disput. 20. §. 4. n. 3. Vulp. Prax. for. Ec-
cles. cap. 48. n. 20. Ros. de Resident. Episcop. cap. fi-
nal. n. 24.*

Verum etsi Regula præscribat acceptationem
Alternativæ fieri debere ab Episcopo in Diœcesi
residente, nihilominus remanet adhuc in arbitrio
Datarii admittere Litteras acceptationis, licet da- 7
tas extra Civitatem, vel Diœcesim Episcopi eam
acceptare volentis, ut in casu, super quo consu-
luit *Mandos.* & *Consilium* præfatum sequendo, tra-
dunt *Gonzal. ad Regul. 8. Gloss. 43. num. 109. An-
tonell. de Tempor. legal. lib. 3. cap. 1. n. 25. Castro-
pal. Oper. moral. dict. §. 2. n. 4. Piton. discept. 95.
num. 21.* Et de stylo Dataria admittendi hujusmo-
di Litteras datas extra Civitatem, vel Diœcesim,
testatur *Rota in Oveten. Canonicatus 14. Maii
1623. §. Quandoquidem, coram R. P. D. Ratto*,
& in eadem Causa scribens *Piton. dict. discept. 95.
n. 5.*

Semel autem ac Dataria Apostolica recipit, &
admittit Litteras Patentes Episcopi, sive in Civi-
tate, vel Diœcesi, sive extra signatas super ac-
ceptatione Alternativæ, easque registrari facit in
Libro ad hoc destinato, contractus omnino perfi-
citur, & ab eo tempore statim inchoatur, & cur- 8
rit Alternativa Mensium, ut clare præscribitur in
Regula, *vers. Quibus ab eo receptis*, & tradunt
*Card. de Luc. de Benefic. disc. 93. num. 2. & seqq.
Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 481. & seqq.*

Corrad.

Corrad. in Prax. Benefic. libr. 3. cap. 6. n. 28. &
30. Gonzal. ad hanc Regul. Gloss. 65. n. 1. & seqq.
Antonell. de Regim. Eccles. lib. 3. cap. 1. num. 21.
Pax Jordan tom. 2. lib. 10. tit. 1. n. 20. Fragos. de
Regim. Reipubl. Christ. tom. 2. lib. 9. disput. 20. §. 4.
n. 2. cum aliis apud *Piton. dict. disput. 95. n. 8. &*
seqq. & prosequitur *Rot. in dict. Oveten. Canonica-*
tus §. Prout nec officere.
Ex his sequitur, quod Alternativæ usus in Men-
9 sibus *Martii*, & *Septembris* ejus vigore acquisitis,
suspensus non remanet quoad Pontificem ex non
residentia Episcopi de tempore acceptationis. Si-
quidem residentia per modum adimplementi injun-
cta Episcopis, non est adjecta ad suspendendum
contractum Alternativæ jam per Litterarum accep-
tationis recognitionem a Dataria admissæ, sed ad
ejus dumtaxat exequutionem, & usum postea
fruendum ex parte Episcopi in quatuor Mensibus
sibi a Papa concessis, quem usum habere non po-
test nisi resideat; proptereaque residentia Episcopi
solum requiritur ex parte ipsius, ut frui valeat
10 concesso usu Alternativæ, sed nullo modo requi-
ritur, aut est necessaria in ordine ad Papam, ut
conferre valeat in Mensibus sibi dimissis per Epi-
scopum vigore Alternativæ, & quorum respectu
Papa neque dependet, neque præjudicari valet a
culpa Episcopi non residentis, quando per accep-
tationem Alternativæ ad magis præcisam, & stri-
ctam residentiam ea, qua prius obstringebatur,
se obligavit, *Gonzal. ad Regul. 8. Gloss. 43. n. 111.*
Leuren. in For. Benefic. tom. 2. Quæst. 580. n. 4.
& late articulo discussa *Piton. dict. disceptat. 95.*
n. 9. & per tot. Rot. in Sulmonen. Abatiæ cor. Lan-
cellotto penes *Amayd. de Styl. Datar. libr. 1. cap.*
29. post n. 17. & decis. 464. n. 2. & 3. cor. Man-
zaned. decis. 53. n. 2. cor. Millino, & in Oveten.
Canonicatus 14. *Maii* 1723. *§. Quia contractum,*
coram R. P. D. Ratto.
Nec contrarium firmant Doctores supra citati
11 *n.* 6. Quandoquidem, ut bene advertit *Rota in di-*
cta Oveten. Canonicatus §. Nec contrarium, in hac
Alternativæ materia duo actus distincti considera-
ri debent. Primus est actus acceptationis, quam
facit Episcopus per suas Litteras Patentes. Secun-
dus vero est actus recognitionis, & admissionis
earumdem Litterarum, quam facit Papa per me-
dium sui Datarii. Doctores igitur, qui firmant,
non valere Litteras Patentes acceptationis Alter-
nativæ signatas extra propriam Civitatem, vel
Diœcesim, loquuntur tantum de primo actu ac-
ceptationis, respiciente Personam Episcopi, &
quam acceptationem, si velit, potest Datarius reji-
cere, tamquam contra formam Regulæ factam;
sed non applicantur casui, in quo intervenit uter-
que actus, tam acceptationis factæ per Episcopum,
quam admissionis, & recognitionis expletæ a Da-
tario, qui si recedendo a formula Regulæ, a qua,
ut diximus, de stylo excedi solet, admittit hujus-
modi Litteras, quamvis signatas extra Civitatem,
& Diœcesim, Gratia Alternativæ omnino valet,
suumque plenarium sortitur effectum, ut bene per-
pendunt *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. dict. cap. 6.*
n. 20. & 24. Garc. de Benefic. par. 5. cap. 1. n. 496.
Rot. in dict. Oveten. Canonicatus 14. *Maii* 1723. §.
Nec contrarium, cor. R. P. D. Ratto.
Ceterum Litteræ Patentes acceptationis Alter-
12 nativæ præsentari debent, & per duos Testes re-
cognosci in Dataria; de qua recognitione agunt
Gonzal. & alii supra laudati, *Leuren. in For. Be-*
neficial. tom. 2. Quæst. 574. num. 7. & 8. Castropal.
Oper. moral. dict. punct. 23. §. 4. sub n. 2. vers.
Datarius vero. Et ulterius registrari debent in li-
bro ad hunc effectum destinato, juxta novam ad- 13
ditionem Regulæ factam sub *Alexandro VII.* quam
Successores Pontifices in eorum Regulis semper
posuere; Quibus adimpletis, ex tunc, & eo mo-
mento, quo Litteræ præfatæ recognitæ, & regi- 14
stratæ fuerunt, incipit Alternativa suum sortiri ef-
fectum, ut dictum est supra *n.* 8. Etiam sine alio 15
consensu Papæ, cum ille adsit implicitus, resul-
tans ex ipsa descriptione in libris Datariæ, *Card.*
de Luc. de Benefic. disc. 93. n. 3. in fine, Amayden.
de Styl. Datar. dicta Quæst. 29. n. 5. Et de his
omnibus Datarius Litteras Testimoniales expedi-
re solet, quas licet impressas habeas apud *Corrad.*
Van Espen, & Amayden. locis mox laudatis: ni-
hilominus cum ob immutationes in Regula factas
formula sit variata, ideo operæ pretium existima-
mus eas exscribere per extensum, prout hodie ser-
vatur.

Nos Antonius Xaverius Titul. S. Stephani in
Monte Cœlio Presbyter Cardinalis Gentili nuncupa- 16
tus, S. D. N. Clementis Divina Providentia PP.
XII. Pro-Datarius. Notum facimus omnibus, &
singulis, ad quos spectat, qualiter die 1. Mensis
Martii Anno Domini 1732. pro parte Reverendissi-
mi in Christo Patris D. N. N. Episcopi N. præsen-
tatæ, receptæ, & recognitæ, ac in libro Alterna-
tivarum ad hoc specialiter deputato, registratæ
fuerunt Litteræ Acceptationis Gratiæ Alternativæ
Mensium Præsulibus apud Ecclesias, & Diœceses
suas vere, & personaliter residentibus, ab eodem
Smo D. N. ejus tantum tempore duraturæ, concessæ.
In quarum omnium, & singulorum fidem, & testi-
monium præsentes Litteras manu nostra propria
subscripsimus, sigillique, quo in talibus utimur,
impressione muniri, ac in eodem Libro registrari
fecimus. Datum Romæ die 3. Mensis Martii Anno
Domini 1732.

A. X. Cardinalis Pro-Datarius.

De Mandato Emi, & Rmi D. Cardinalis Pro-
Datarii, Augustinus Galaminus Præfectus Officio
Vacationum per obitum.

Cum igitur, ut diximus, ex puncto receptio-
nis, & registrationis Litterarum Patentium inci-
piat Alternativæ usus, hinc est, quod Episcopus
poterit ea uti, etiamsi scientiam non habuerit hu- 17
jusmodi recognitionis, & registrationis, ut com-
muniter firmant *Cardinalis de Luca de Benefic. disc.*
30. num. 7. Leuren. in For. Benefic. tom. 2. Quæst.
578. per tot. Piton. disceptat. 95. n. 3. Gonzal. ad
Regul. 8. Gloss. 65. n. 20. Garc. de Benef. part. 5.
cap. 1. n. 764. Castropal. Oper. moral. dict. punct.
23. n. 3. & seq. Corrad. in Prax. Benefic. cap. 6. n.
28. Fragos. de Regim. Reipub. Christian. part. 2.
libr. 9. disput. 20. §. 4. num. 30. Pax Jord. tom. 2.
lib. 10. tit. 1. n. 24. Antonell. de Tempor. legal.
lib. 3. cap. 1. n. 21. Milaz. Assert. 28. n. 4. & 7.
Rot. dec. 144. n. 9. part. 2. Recent.
Potest Alternativa acceptari nedum pro tota, sed
etiam pro aliqua parte Diœcesis, *Murg. de Be-* 18
nef. Quæst. 3. num. 319. Pax Jordan. dicto lib. 10.
tit. 1. n. 28. Rot. decis. 144. in principio part. 2.
Recent.
Episcopus vero duarum Ecclesiarum Cathedra-
lium æque principaliter unitarum, si pro utraque 19
Diœcesi Alternativa gaudere velit, pro utraque
illam acceptare debet *explicite*, nec acceptata pro
una Diœcesi, suffragatur pro Beneficiis alterius.
Licet enim alias in Rota resolutum fuerit, accep-
tationem

tationem Alternativæ ab Episcopo *Mariaaen.* & *Accien.* factam, & conceptam his verbis — *Maria-nen. Julias Episcopus acceptavit &c.* sufficere etiam pro Civitate, & Diœcesi *Accien.* ei æque principaliter unitæ, ex quo dum Episcopus simpliciter acceptationem fecit, præsumitur, quod generaliter, ac indefinite id egerit pro utraque Ecclesia, quæ pro unica quoad ipsum reputanda venit, ut apud *Rot. cor. Royas decis.* 373. & 423. & *cor. Bich. decis.* 494. *per tot.* & *in Recent. decis.* 108. & 221. *part.* 11. *Cardinalis de Luc. de Benef. disc.* 19. *per tot.* & *disc.* 93. *n.* 20. Hodie tamen aperte in Regula sancitur, *quod si idem Episcopus, pluribus Ecclesiis quomodocumque unitis, ex Apostolica concessione, & dispensatione quomodocumque præsit, teneatur hujusmodi Alternativæ Gratiam, quatenus ea potiri velit, utriusque Ecclesiæ nomine explicite*
21 *acceptare, alias sibi non suffragetur.* Quæ ab initio emanavit sub *Alexandro VII.* & forsan ei causam dederunt Resolutiones Rotales in dicta *Marianen.*

Clausula vero illa: *alias sibi non suffragetur*, quæ in Regula legitur, ita est intelligenda, ut non suffragetur pro ea Ecclesia, pro qua explicite non acceptavit, non autem, quod nullo modo
22 suffragari debeat, & neque pro una, neque pro altera Ecclesia; Si enim, ut mox diximus, potest Episcopus Alternativam acceptare pro parte, & non pro tota Diœcesi, multo magis id poterit pro una Diœcesi ex duabus unitis, *Gonzal. ad hanc Regal. Gloss.* 18. *num.* 22. *Cardin. de Luc. de Benef. disc.* 19. *num.* 5. & 6. *Prosper. de Territor. separat. Quæst.* 27. *n.* 10. *Leuren. in For. Benefic. tom.* 2. *Quæst.* 579.

Potest etiam Episcopus, postquam transmisit
23 Litteras Patentes acceptationis, pœnitere, nec Alternativam amplius acceptare, re tamen integra, si nempe Datarius Litteras præfatas adhuc non recognoverit. Necessaria tamen est intimatio pœnitentiæ vel Datario, vel illi, ad quem fuerunt transmissæ Litteræ: exemplo ejus, quod servatur in Renunciante, & postmodum re integra se pœnitente; alias daretur occasio committendi fraudes, cum Episcopi modo dicerent acceptasse, modo negarent, quasi Litteras revocaverint, ut post *Mandos.* & *Gonzal.* tradit *Gratian. discept.* 191. *n.* 24. & *seqq. Leuren. in For. Benefic. Quæst.* 580. *n.* 1. & *seqq.*

Sed quomodo hæc Alternativa probetur? Re-
24 spondeo, quod probatur vel ex Litteris testimonialibus Datarii, vel ex ipsomet Dataria Libro, in quo registrari solent Alternativæ, *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 19. *n.* 3. & *disc.* 93. *n.* 2. *Barbos. de Canon. disc.* 14. *n.* 23. *Rota decis.* 373. *n.* 3. *cor. Barat. decis.* 464. *n.* 2. *cor. Manzaned. decis.* 888. *n.* 2. *decis.* 108. *n.* 4. *part.* 15. *decis.* 199. *num.* 8. *part.* 15. *decis.* 76. *n.* 9. *part.* 19. *Recent.* An autem sufficiat probatio per Testes, consule *Garc. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 499. *Gonzal. Gloss.* 62. *n.* 28. *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Volumus autem num.* 27. & *seqq. Castropal dict. punct.* 23. §. 4. *num.* 8. *pag.* 310. *Rot. dec.* 888. *n.* 3. & *seqq. coram Buratto.*

§. III.

Alternativa, ut magis sit Episcopis proficua, quo Mense ab ipsis acceptari debeat?

ARGUMENTUM.

SEquuta acceptatione Alternativæ in altero ex Mensibus Apostolicis *Februarii*, *Aprilis*, *Augusti*, & *Octobris*, Mensis adhuc remanet Apostolicus, licet econtra, si acceptetur in Mense Ordinario jam incœpto puta *Martii*, & *Septembris*, Mensis fit Apostolicus, & assignatur diversitatis ratio. Late traditur Regula Mensium, in quibus fieri debeat ab Episcopis acceptatio Alternativæ, ut eis sit proficua, & damnum non afferat.

SUMMARIUM.

1 *Acceptatio Alternativæ facta per Episcopum in Mense Apostolico jam cœpto, non operatur, ut ille desinat esse Apostolicus.* & numer. 3.
Et reprobatur Gonzalez *existimans, quod fiat ordinarius a die acceptationis Alternativæ,* num. 2.
4 *Si vero acceptatio fiat in Mense ordinario jam cœpto, puta* Martii, *vel* Septembris, *fit Apostolicus.*
Assignatur diversitatis ratio. ibid.
5 *Mensis ad effectum Alternativæ incipit a media nocte ultimi diei Mensis antecedentis, & terminatur ad aliam mediam noctem ultimi diei Mensis sequentis.*
6 *Episcopis expedit Alternativam acceptare in Mense* Januarii, *vel* Julii, & n. 12.
7 *Non vero in Mense* Februarii, Martii, *aut* Septembris. & n. 8. & 14.
9 *In Mensibus* Aprilis, Maii, & Junii, *nec nocet, nec juvat Alternativam acceptare.* & n. 10. & 11.
13 *Alternativa acceptari non debet in Mense* Augusti; *& quare?* ibidem.
15 *In Mensibus* Octobris, Novembris, & Decembris, *nec juvat, nec officit acceptatio Alternativæ,* & n. 16. & 17.
18 *Alternativæ acceptatio, quæ proficua non est in Mense* Martii, *aut* Septembris, *utilis redditur, si fiat in fine eorumdem Mensium.*
19 *Illiusque acceptatio de tali tempore, non præsumitur facta in fraudem Datariæ.*
20 *Injuriam nemini facit, qui suo jure utitur.*
21 *Reprobatur* Garzias, *autumans Episcopum Alternativam acceptantem, non posse gaudere duobus Mensibus continuis.*
22 *Alternativa improvide acceptata in Mensibus* Februarii, Martii, Augusti, *aut* Septembris, *operatur, ut Pontifex conferat tribus Mensibus continuis.*

ANtequam ad Menses particulares descendamus, præmittendæ sunt nonnullæ generales regulæ, quæ rem hanc magis perspicuam reddere possunt. Prima sit, quod acceptatio Alter- 1
nativæ,

nativæ, si fiat in Mense Apostolico jam cœpto,
puta *Februarii*, *Aprilis*, *Augusti*, & *Octobris*,
mensis semper remanet Apostolicus, sicuti fuit a
2 principio: Quamvis enim *Gonzal. ad hanc Regul.
gloss. 65. a n. 10.* existimet, Mensem Apostoli-
cum veluti *Aprilis*, *Augusti &c.* a die acceptatio-
nis fieri Ordinarium, ex verbis Regulæ ibi -- *qui-
bus receptis & recognitis, tunc demum & non an-
tea, nisi incipiant Gratiæ supradictæ*, ex quibus
depromi videtur, quod Ordinarii ab ipsamet die
recognitionis factæ in Dataria incipere debeant gau-
dere Alternativa, ob vim illius Dictionis *tunc*, tem-
poris extremitatem denotantis; & eamdem opinio-
nem sequantur *Garc. de Beneficiis part. 5. cap. 1.
n. 698. Castropal. Oper. moral. tom. 2. tractat. 13.
disput. 13. punct. 23. §. 2. num. 7. Fragos. de Regi-
min. Reipubl. Christianæ part. 2. lib. 9. disput. 20.
§. 4. vers. Quare.*
Nihilominus magis communiter apud DD. &
3 Rotam invaluit sententia, quod sequuta Alternati-
væ acceptatione in Mense Apostolico jam incœp-
to, iste non desinit esse talis, sed Alternativa non
obstante, perseverat in statu impresso ab initio,
seu in ingressu usque ad finem. Cum enim in prin-
cipio Mensis Apostolici jus Papæ quæratur pro
collatione Beneficiorum omnium, quæ in dicto
Mense vacare contigerit, remanet proinde Mensis
ille semper reservatus, quemadmodum in jure ha-
bemus, quod Beneficium semel affectum, sem-
per remanet affectum. Accedit, quod in Gratia
Alternativæ Papa loquitur de Mense integrali, non
vero de singulis diebus; & cum ipsa Regula IX.
Cancellariæ Mensium reservatoria, ipsos Menses
per nomina propria designet, ex hac ipsa designa-
tione magis datur intelligere, quod etiam respectu
Alternativæ Mensis debet esse integralis, quia
discordiæ, & differentiæ, quæ alias oriri possent
ex computatione dierum, hoc modo tolluntur, ac
cessant, & jus Sedis Apostolicæ non remanet in
incerto; ut ex his rationibus hanc tuentur senten-
tiam *Massobr. in Prax. haben. Concurs. prælud. 23.
dub. 2. a n. 1. cum seqq. Lotter. lib. 2. quæst. 40.
n. 53. & sequen. Card. de Luc. de Benefic. disc. 18.
n. 5. & seqq. & disc. 93. n. 9. Barbos. de Canonic.
disc. 14. n. 20. & de Potest. Episcop. alleg. 53. a n.
37. & seqq. Milazo Assert. 24. n. 50. usque ad fin.
Tondut. part. 2. cap. 3. §. 8. n. 28. Corrad. in Prax.
Benefic. lib. 3. cap. 6. n. 29.* ubi ita pluries serva-
tum in praxi, *Rot. decis. 110. a n. 1. & seqq. &
num. 19. & 20. cor. Martin. Andr.* late *decis. 144.
part. 2. & decis. 49. n. 22. & seqq. & decis. 117.
n. 13. & 14. & decis. 199. a n. 8. part. 10. Rec. &
in Gallipolitana Canonicatus 9. Februarii 1693. §.
Non obstat, & per tot. coram Manuel. & in alia
Gallipolitana Beneficiorum 17. Maii 1694. §. Ve-
rum coram Priolo.*
Nec obstant suprodicta verba Regulæ; *quibus
receptis, & recognitis, tunc demum & non antea
&c.* Quia dictio *tunc* non refertur ad tempus, sed
ad casum, in quo facta fuerit recognitio in Data-
ria, & sic sensus eorumdem verborum est, quod
facta prædicta recognitione, incipiat Ordinarius
gaudere Alternativa, & non antea. Et licet illa
sequuta, debeat dari aliqua temporis extremitas,
a qua usus alternativæ initium sumat: hæc tamen
incipiet in principio primi Mensis Ordinarii ex di-
cta Gratia competentis, cum Regula loquatur de
Mensibus integralibus, non de diebus; ideoque
extremitas temporis debet regulari secundum sub-
jectam materiam, & data habilitate terminorum,
ut post *Lotter. dict. quæst. 40. num. 65. & Rot. dec.
144. a n. 7. part. 2. & decis. 49. num. 35. part. 10.
Recent.* prosequitur *Rot. in dicta Gallipolitana Ca-
nonicatus, coram Manuel. §. Placuit.*
Econverso autem si fiat Alternativæ acceptatio 4
in Mense Ordinarii jam cœpto, veluti *Martii*, &
Septembris, Mensis præfatus a die acceptationis fit
Apostolicus, & sic inter Papam, & Episcopum
claudicat contractus. Discriminis vero ratio est,
quia acceptatio Alternativæ est actus voluntarius,
qui dependet ab arbitrio, & facultate Episcopi;
unde sibi imputare debet, si tempore congruo Al-
ternativam non acceptavit. *Card. de Luc. de Bene-
fic. disc. 18. n. 5. & 6. & disc. 93. n. 10. Mandos.
cons. 18. num. 8. Ros. de Resident. Episcop. cap. ult.
n. 41. Barbos. de Canon. cap. 14. num. 20. Milazo
Assert. 24. n. 51. & seqq. Tondut. dict. §. 8. n. 28.
Corrad. lib. 3. cap. 6. n. 30. Rot. decis. 349. n. 1.
part. 3. decis. 49. dec. 117. & decis. 299. part. 10.
Rec.* repetit, *apud Peutinger. dec. 278. & 269. &
decis. 703. n. 1. coram Coccin. & in dicta Gallipoli-
tana Beneficiorum 17. Maii §. Neque in præsenti,
coram Priolo.* Et hæc est magis recepta opinio,
quidquid in contrarium firmare videantur *Lotter.
de re Benefic. lib. 2. quæst. 40. n. 69. vers. Quemad-
modum, cum seqq. & Amayd. de styl. Datar. cap.
29. n. 13.*
Rursus prænotandum est, quod Mensis, etiam 5
ad effectum Alternativæ, incipit a media nocte ul-
tima Mensis præcedentis, & terminatur ad aliam
mediam noctem ultimam Mensis sequentis, &
consideratur unum quid integrale, *Lotter. dict.
quæst. 40. n. 54.* late *Rot. decis. 144. n. 2. & seqq.
part. 2. Recent. & in dicta Gallipolitana Canonica-
tus §. Et jure, coram Manuel.*
His præmissis; consulo Episcopos, ut in Mensi-
bus Apostolicis alternantibus curent expedire Al-
ternativam, non vero in Alternatis. Unde opti-
mum erit eam expediri in Mense *Januarii*, qui est 6
Pontificius, & alternans: lucrabitur enim tali mo-
do Episcopus subsequentem Mensem *Februarii*,
qui absque Alternativa esset Pontificius.
In Mense *Februarii*, non bene acceptatur Al-
ternativa, quia cum talis Mensis intret Apostoli- 7
cus, semper, ut diximus, durat Apostolicus. At
econverso Episcopus amittet subsequentem Mensem
Martii, qui stante Alternativa fit Apostolicus,
*Amayd. de styl. Datar. lib. 1. cap. 29. n. 3. Gonzal.
ad hanc Regul. gloss. 43. n. 106. & gloss. 54. n. 3.
Rot. decis. 108. n. 2. part. 11. Recent.* cum aliis *in
Oveten. Canonicatus 14. Maii 1723. §. Pertinen-
tia vero, coram R. P. D. Ratto.*
In Mense *Martii* pariter fieri non debet accep- 8
tatio Alternativæ; cum enim Mensis præfatus sit
Ordinarius, & proprius Episcopi, per Alternati-
vam fiet Apostolicus a die acceptationis, cum in-
ter Papam, & Episcopum claudicet contractus,
ut supra dictum est; & tali casu Summus Pontifex
conferret in tribus Mensibus continuatis, *Gonza-
lez gloss. 65. n. 9.*
In Mense *Aprilis* nec nocet, nec juvat Alter- 9
nativam acceptare; ille namque mensis durat Apo-
stolicus sicuti intravit. Idem dicendum in Mense
Maii, qui est fixus pro Papa, & in Mense *Junii*, 10
qui est fixus pro Ordinario; unde sive acceptetur 11
Alternativa, sive non, mensis *Maii* erit semper
Pontificius, & Mensis *Junii* Ordinarius.
Eædem Regulæ proportionabiliter applicatæ mi-
litant in sex mensibus subsequentibus; nam ut di-
ctum est de Mense *Januarii*, ita optimum erit
consilium sumere Alternativam in Mense *Julii*,
qui est Pontificius, & alternans, nam Ordi- 12
narius lucrabitur subsequentem Mensem *Augu-
sti*.

In

13 In *Augusto* numquam accepteтur Alteruativa,
quia nihilominus ille remanet Apostolicus, *Corrad.*
in prax. Benefic. d. lib. 3. cap. 60. n. 49. Rot. decis.
144. *part. 2. recent.* in cujus casu die 18. Augusti
fuerat recognita acceptatio io Dataria, & die 19.
vacavit Canonicatus. Econtra vero Episcopus a-
mittit Mensem *Septembris*, qui est ordinarius, &
vigore Alternativæ fit Apostolicus, *Milaz. Assert.*
24. *num.* 1. *& seqq. Rot.* post *Posth. de Manus. dec.*
279. *n.* 3. *&* 4.

14 In Mense *Septembris* improvide fiet Alternativæ
acceptatio, sicuti dictum est de Mense *Martii.* Ille
enim est in totum Ordinarius, & si acceptetur Al-
ternativa, a die acceptationis desinit esse Ordina-
rius, & fit Pontificius, & sic Episcopus erit in
damno.

15 In Mense *Octobris* nec ullum affert præjudicium,
nec quidquam juvat Alternativæ acceptatio; Ille
enim semper durat Apostolicus, sicuti intravit a
principio, ut late *Rot. in Gallipolitana Canonica-*
tus 9. *Februarii* 1693. *coram Manuel*, in cujus
themate Episcopus sub *die* 16. *Octobris* acceptatio-
nis Alternativæ recognitionem obtinuit, & *die* 17.
Canonicatus vacavit, fuitque resolutum, collatio-
nem spectare ad Pontificem. Idem dicendum est
16 de Mense *Novembris*, qui semper est fixus pro
Papa, & de Mense *Decembris*, qui semper est fi-
17 xus pro Ordinario; unde in dictis Mensibus nec
juvat, oec nocet Alternativæ acceptatio.

Sed quamvis supra dictum sit, Alternativam non
esse acceptandam in Mense *Martii*, aut *Septem-*
bris, qui de sui natura sunt Ordinarii, & per Al-
ternativam amittuntur, ex quo fiunt Apostolici:
nihilominus si acceptetur Alternativa in fine dicto-
18 rum Mensium, nempe die 28. aut 29. Episcopus
gaudebit eis tanquam propriis quasi in totum, &
nihilominus vigora Alternativæ gaudebit *Aprilis*,
& respective *Octobri*, *Ganzal. ad Regul.* 8. *gloss.*
65. *n.* 9. *vers. Infertur*, *Garc. de Benefic. part.* 5.
19 *cap.* 1. *n.* 364. Nec id erit in fraudem Datariæ, quia
20 nulli facit injuriam, qui suo jure utitur, *leg. Inju-*
riam §. 1. *ff. de Injur. leg. Qui injuriarum §. Is qui*
ff. de Jur. leg. Proculus ff. de Damn. infect.

Nec obstat *Garc. loco citat. n.* 609. quem refert
Pitou. discept. 95. *n.* 21. *vers. Imo*, asserens, E-
21 piscopum gaudere non posse duobus Mensibus con-
tinuis; Quia cum Alternativa respectu Episcopi fit
actus voluntarius, in Summo Pontifice vero ne-
cessarius, dum quolibet die, & hora tenetur Al-
ternativam concedere, sicuti etiam de praxi testa-
tur *Corrad. dict. cap.* 6. *num.* 48. *vers. Quoniam*,
hinc sequitur, ut quemadmodum si acceptetur Al-
ternativa in Mense *Februarii*, & *Martis*, aut *Au-*
gusti, & *Septembris* Summus Pontifex conferret
in tribus Mensibus continuis, eo quia sibi imputa-
re debet Episcopus, si alio congruo tempore Al-
ternativam non acceptavit; ita æquum est, ut pos-
sit ipse duobus Mensibus continuis conferre, quan-
do prudenter velit acceptare alternativam in fine
Martii, aut *Septembris.*

Concludimus igitur: Alternativam acceptandam
esse in Mense *Januarii*, *& Julii*; in fine *Martii*,
aut *Septembris*, quia in his mensibus est Episcopis
proficua. Minime tamen acceptandam esse de *Fe-*
bruario, *Martio*, *Augusto*, *& Septembri*, quia
Episcopi exinde magnum recipiunt præjudicium;
In reliquis vero mensibus, neque juvare, neque
officere.

§. IV.

Quæ Beneficia sub Alternativa comprehendantur.

ARGUMENTUM.

Beneficia omnia, alias Sedi Apostolicæ non reservata, neque affecta, ad liberam Episcoporum collationem spectantia, cadunt sub Alternativa, & quid si Beneficia sita sint extra Diœcesim, vel sint obnoxia nptionibus? Cessat Alternativa stante simultanea collatione inter Episcopum, & Capitulum; & an diviso jure conferendi per Turnum intret Alternativa quoad Beneficia vacantia in Turno Episcopi. Non potest Episcopus vigore Alternativæ conferre Beneficia in sex Mensibus alternatis vacantia, quando adest Cardinalis Indultum habens conferendi eadem Beneficia in octo Mensibus reservatis. Stante simultanea inter Episcopum, & Capitulum, non potest una pars, alteram invitam ad divisionem provocare. Negligente Episcopo in Mensibus alternatis Beneficia conferre, eorum collatio spectat ad Pontificem, nec devolvitur ad inferiores Collatores.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia omnia ad Episcoporum collationem spectantia cadunt sub Alternativa, etiamsi extra Diœcesim sita sint.*

2 *Intellige dummodo spectent ad collationem Episcopi, uti Episcopi, non uti inferioris Collatoris.*

3 *Et non sint affecta, vel reservata.*

4 *Quodque pertineant ad liberam dumtaxat ipsorum Ordinariorum collationem.*

5 *Quod dicatur Beneficium liberæ collationis ad effectum, ut sub Alternativa comprehendatur?*

6 *Et ad hunc finem magis attenditur quasi possessio, quam proprietas.* & n. 7.

8 *Beneficium ut non dicatur liberæ collationis requiritur, quod consensus, nominatio, aut alterius consilium, interveniant in ipsa collatione.*

9 *Collatio Episcopi ad effectum Alternativæ dicitur libera, quamvis Beneficium conferri debeat certo generi Personarum.* & n. 16.

10 *Liberæ quoque collationis dicuntur Parochiales, quamvis digniori in Concursu approbato conferri debeant. Et assignatur ratio* n. 11.

12 *Beneficium, quod ex Ecclesia statuta conferri debet sub testimonio duorum, vel trium, dicitur liberæ collationis.*

13 *Et quoque liberæ collationis Beneficium, quod conferri debet Optanti.*

Contrarium, & assignatur ratio. num. 14. 15. & 18.

17 *Alternativa afficit Beneficia, quorum præsentatio, & electio soli Episcopo, collatio vero ipsi cum alio inferiori competat.*

19 *Contrarium in terminis Canonicatus Pœnitentiarii, cujus electio ad Episcopum spectat.*

20 *Alternativa non habet locum in Beneficiis, quæ sunt de simultanea collatione Episcopi, & Capituli, vel alterius inferioris Collatoris. Idque a temporibus Sixti V.* n. 21.
Et sive sint Canonicatus in Cathedralibus, sive Beneficia inferiora. n. 22. & 23.

22 *Episcopus de jure communi simultaneam habet collationem cum Capitulo, quoad Canonicatus Cathedralis.*

23 *Beneficia inferiora in dubio instituta præsumuntur ex bonis communibus Ecclesiæ.*

24 *De pluribus modis quibus contingere potest divisio simultanea per Turnum inter Episcopum, & Capitulum.*

25 *Alternativa non gaudet Capitulum pro Beneficiis in ejus Turno vacantibus.*

26 *Minusque Episcopus pro illis, quæ vacant in suo Turno, quando divisio est facta per Hebdomadas, aut dies, quia Regula loquitur de Mensibus.*

27 *Facta divisione exercitii Juris conferendi per vices, seu Choros, aut annos, Episcopus in suo Turno gaudet Alternativa.*

28 *De distinctione plurium casuum pro regulanda collatione inter Papam, Episcopum, & Capitulum.* Remissive.

29 *Episcopus, ut in suo Turno frui valeat Alternativa, requiritur quod sit divisa inter ipsum, & Capitulum proprietas juris conferendi.*

30 *Diviso solo exercitio juris conferendi, collatio ab uno in suo Turno facta, reputatur ac si ab utroque facta fuisset.*

31 *Episcopus non gaudet in suo Turno Alternativa, quando Concordia super divisione simultanea inter ipsum, & Capitulum inita, non est a Sede Apostolica confirmata, aut sit confirmata cum clausula* salvis Apostolicis Reservationibus.

32 *Facta divisione simultaneæ per Menses, si Episcopo contingat* Martius, *&* September, *gaudebit in iis Alternativa, secus si* Junius, *&* December.

33 *Episcopus Ecclesia dimissa a Cardinali cum Indulto conferendi in octo Mensibus reservatis, uti non potest Alternativa in sex Mensibus Alternatis,* Et redduntur rationes n. 34.

35 *Papa concedendo Alternativam, largitur de suo, & non intendit aliis præjudicium inferre.*

36 *Cardinales sicuti non comprehenduntur in prima, ita nec in secunda parte Regulæ de Alternativa loquente.*

37 *Episcopo Alternativam acceptante, Menses alternati sunt immunes a reservatione Regula IX.* & n. 47.
Contrarium, quod Alternativa non tollat reservationem Mensium Episcopo assignatorum. n. 40. & 48.

38 *Papa concedendo Cardinali, qui Ecclesiam dimisit, Indultum conferendi in octo Mensibus reservatis, non ligat sibi manus pro concessione Alternativæ.*

39 *Indultum hujusmodi dicitur extraordinarium, & non ita favorabile sicut Ordinarium.*

41 *Jus tamen ex tali Indulto Cardinali quæsitum, non censetur sublatum absque expressa derogatione Regulæ de jure* quæsito non tollendo.

42 *Stante simultanea, non potest Episcopus cogere alteram partem invitam ad illius divisionem.*

43 *Maxime si dicta simultanea per statuta fundamentalia Ecclesiæ introducta fuerit, & per sæcula observata.*

44 *In re communi potior est conditio possidentis.*

45 *Jus præsentandi pluribus competens, non potest inter Patronos dividi, altero eorum contradicente.*

46 *Episcopo negligente conferre Beneficia in Mensibus alternatis vacantia, devolutio non fit immediate ad Papam, sed ad Capitulum, Archiepiscopum &c.* Et redditur ratio numer. 47.

48 *Contrarium est verius, quod collatio spectat ad Papam, quia Alternativa non tollit reservationem Mensium.*

49 *Menses alternati pro Episcopo, improprie dicuntur, quod efficiantur ordinarii per Alternativam.*

50 *De stylo Cancellariæ, nolente, vel impedito Episcopo conferre in Mense alternato, dantur Litteræ Apostolicæ provisionis Beneficii tanquam de reservato vigore primæ partis Regulæ.*

COmprehenduntur sub Alternativa omnia Beneficia ad Ordinarii collationem spectantia,
de quibus supra in prima parte *Regulæ §. II.* di- 1
ctum est; etiamsi Beneficia præfata sint extra Diœcesim, *Amayd. de Styl. Datar. cap. 29. num. 43. Piton. discept. 95. n. 22. Filliuc. tom. 3. tract. 41. de Benefic. cap. 3. n. 83. Gonzal. ad hanc Regul. Gloss. 10. num. 4. Fragos. de Regimin. Reipub. Christian. tom. 2. pag. mihi 734. n. 13. in fine*, ubi quod ita respondit *Robusterius* Rotæ Auditor, *Rot. apud Garc. de Benef. par. 5. cap. 1. n. 705. & 706. & decis. 291. n. 8. & 9. part. 15. Rec. & dec. 373. n. 7. cor. Roxas, & in Pampilonen. Beneficii 6. Decembris 1720. §. Alternativa, cor. bon. mem. Herrera*, confirmata *6. Maii 1726. §. Posita, cor. bon. mem. Crispolta.* Dummodo tamen Beneficia extra
Diœcesim existentia spectent ad collationem Epi- 2
scopi, uti Episcopi; nam si ad ipsum pertineat collatio tamquam ad Abatem ratione Monasterii, a quo Beneficia dependent, & quod ipse in aliena Diœcesi possidet, tunc respectu dictorum Beneficiorum non intrat Alternativa, nisi Monasterium ipsum sit incorporatum Mensæ Episcopali, ut diximus supra *§. 1. n. 15. & 16*

Duo tamen requiruntur ad effectum, ut Bene-
ficia comprehendantur sub Alternativa; Primum, 3
quod non sint alias affecta, vel reservata, ut disponitur in Regula, ibi -- *dummodo alias dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint* --
Alterum, quod sint liberæ collationis, ut a tem- 4
pore *Sixti V.* in eadem Regula habetur, ibi -- *ad liberam ipsorum dumtaxat &c.* -- & tradunt *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. cap. 6. n. 15 Gonzal. ad Reg. 8. Gloss. 45. n. 24. Van Espen in Jus Eccles. univers. tom. 1. par. 2. tit. 23. cap. 6. n. 21. & 22. Card. de Luc. de Benef. disc. 93 n. 5. Spad. cons. 70. n. 1. Barbos. Vot. decis. 96. num. 5. & seqq. libr. 3. Rota decis. 31. num. 7. part. 10. & dec. 30. n. 11. part. 15.* ubi quod decisio *Putei 462. lib. 2.* loquitur in terminis antiquæ Alternativæ, quæ non erat ita restricta, sicuti moderna, *& decis. 33. n. 5. coram*

Herrera

Herrera, & in Barchinonen. Parochialis, seu Vi-
caria Castrifidelium 22. Martii 1697. §. Quin suf-
fragetur, coram dell' Olmo, & in Legionen. Bene-
ficii 18. Februarii 1701. §. Neque, cor. eodem,
& in Urgellen. Canonicatus 28. Aprilis 1704. §.
Parum enim, cor. Kaunitz.

Beneficium autem liberæ collationis ad hunc
5 effectum dicitur illud, quod excludit factum, seu
concursum alterius; etenim ubi requiritur electio,
præsentatio, nominatio, consensus, consilium,
interventus, aut quocumque alio modo dispositio
alterius, Beneficium non dicitur liberæ collatio-
nis, & consequenter sub Alternativa non com-
prehenditur, *Gonzal. Gloss. 45. n. 10. Leuren. in*
For. Benefic. tom. 2. Quæst. 581. n. 3. Garc. de Be-
nef. part. 5. cap. 1. num. 475. Fragos. de Regimin.
Reipubl. Christian. tom. 2. pag. mihi 834. num. 20.
Castropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput, 2.
punct. 23. §. 3. n. 1. Van Espen. dict. tit. 23. cap. 6.
n. 21. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. Quæst. 1. n. 8.
Rota decis. 619. n. 9. & dec. 729. n. 4. cor. Cerro,
& decis. 971. n. 5. cor. Emerix, & decis. 1035. n. 8.
cor. eodem, & in dicta Urgellen. Canonicatus cor.
Kaunitz §. Parum enim.

Et in his non tam proprietas, quam possessio
6 spectanda est; si enim quis sit in quasi possessione
præsentandi, consulendi, consentiendi &c. aliam-
ve faciendi actionem ad Beneficii provisionem re-
quisitam, tametsi quoad proprietatem legitimo ju-
re careat, hoc sufficit, ut Beneficium liberæ col-
lationis non dicatur. In jure enim conferendi pos-
sessio potius, quam proprietas attenditur, *Gonzal.*
Gloss. 45. §. 2. per tot. Garc. part. 5. cap. 1. n. 478.
Castropal. dict. disput. 1. punct. 23. §. 3. n. 10. Rot.
decis. 30. n. 13. par. 13. Recent. Prout econtra si
7 Episcopus reperiatur in quasi possessione conferen-
di absque Capituli, aut alterius interventu, con-
sensu, consilio &c. hoc sufficit ad effectum, ut in-
tret Alternativa, *Fragos. de Regimin. Reipub. Chri-*
stiana tom. 2. lib. 9. disput. 20. §. 4. n. 24.

Locum tamen sibi vindicat principalis Conclu-
sio, quando factum positivum consensus, nomina-
tionis, aut alterius consilium, intervenire debet
8 in ipsa collatione, alias non cessat Alternativa,
Rota decis. 619. num. 10. & seqq. cor. Cerro. Hinc
quando Ordinarius conferre tenetur Beneficium
uni ex Canonicis, aut digniori, aut certo generi
Personarum, filiis nempe Patrimonialibus &c. tunc
ad effectum Alternativæ, collatio Episcopi adhuc
dicitur libera, cum limitatum, & restrictum tan-
9 tum sit jus conferendi passivum, non autem acti-
vum, quod penes ipsum Episcopum semper re-
manet liberum, *Card. de Luca de Benef. disc. 93.*
num. 5. Leuren. in For. Benef. tom. 2. Quæst. 581.
n. 2. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 436. Rot.
decis. 619. a n. 10. & decis. 729. n. 6. & seqq. cor.
Cerro, decis. 278. & decis. 296. cor. Peutinger. &
decis. 600. n. 5. part. 2. Recent.

Idem procedit in Parochialibus, quæ licet de-
10 beantur digniori approbato in Concursu, tamen
adhuc dicuntur ad hunc effectum liberæ collatio-
nis, *Gonzal. & Garc. ubi supra, Lotter. de Re Be-*
nef. lib. 2. Quæst. 40. in fine, ubi reddit rationem,
11 quod approbatio Personæ, cui debet conferri Paro-
chialis, est actus distinctus, & non participat cum
ipso actu collationis, *Rota decis. 619. n. 16. coram*
Cerro, & decis. 600. n. 9. part. 2. Recent.

Est itidem ad effectum Alternativæ Beneficium
liberæ collationis, si ex Statuto Ecclesiæ, aut alias,
12 teneatur Episcopus illud conferre sub testimonio
duorum, vel trium, nam hoc testimonium non
habet vim consilii, aut consensus, qui possit videri
præservatus in Regula; ii enim sunt potius Testes
bonæ, vel malæ collationis, quam ejusdem colla-
tionis participes, *Lotter. dicta Quæst. 40. n. 122.*
Rota dicta decis. 600. n. 6. part. 2. Recent.

Quid autem in terminis Optionis, an dicatur
Beneficium liberæ collationis, quando debetur Op-
tanti? *Rot. cor. Cerro decis. 619.* affirmative re- 13
spondit, exemplo Beneficii debiti uni ex Canoni-
cis, aut certo generi Personatum; Sed post quar-
tam Causæ propositionem recessum fuit a Decisis, 14
tum propter verba Regulæ, ibi -- *ad alterum cum*
ejus dispositionem, vel electionem -- quæ sunt syno-
nima cum Optione, & dixit postea eadem *Rota*
decis. 585. num. 6. cor. cl. mem. Card. Caprara; 15
Tum quia in casu Optionis nullam habet Episco-
pus arbitrii latitudinem, ex quo etiam nolens, &
invitus tenetur de necessitate conferre Optanti, &
sic per Indultum optandi, Episcopi manus sunt li-
gatæ, ut non possit libere, & cui velit conferre;
quod secus est, quando debetur Beneficium certo 16
generi Personatum, quia tunc arbitrium est absolu-
tum, quia non solum Episcopus eligit certum de
incertis, verum quia potest eligere unum potius,
quam alium de illo genere, ut late ratiocinatur
Rot. dec. 729. cor. eod. Cerro, ubi quod cum hac di-
stinctione conciliantur Auctoritates omnes, quæ
videntur hinc inde contrariæ; Et quod stante Op-
tione, Alternativa locum non habeat, firmant etiam
Card. de Luc. de Benefic. disc. 93. num. 6. Rot. dec. 17
773. cor. Manzaned. & decis. 585. per tot. cor. clar.
mem. Caprara, & in Urgellen. Canonicatus 28. A-
prilis 1704. §. Parum, cor. Kaunitz, & in alia Ur-
gellen Canonicatus Pœnitentiarii 16. Martii 1705.
§. Quandoquidem, coram Omaña.

Habebit etiam locum Alternativa, si electio,
vel præsentatio soli Episcopo competat, collatio 18
vero spectet ad ipsum cum alio inferiori; Ex tali
namque concurrentia non impeditur Alternativa,
quia prima Beneficii provisio, quæ attenditur, li-
bera est, alia vero ex illa necessario sequitur. *Garc.*
de Benef. part. 5. cap. 1. n. 733. Castropal. Oper.
moral. dicta disput. 2. punct. 23. §. 3. n. 1. in fine,
Fragos. de Regimin. Reipub. Christian. part. 2. lib.
9. disput. 20. §. 4. num. 26. & 27. Licet in ter-
minis Canonicatus Pœnitentiarii vacati de mense
Augusti, cujus electio ad Episcopum spectabat, 19
contrarium firmaverit *Rota in Abulen.* apud *Garc.*
loco mox citat.

Econtra vero locus non erit Alternativæ stante
simultanea inter Episcopum, & Capitulum, sive 20
alium inferiorem Collatorem, *a text. in Cap. Cum*
illis 16. §. Si vero, de Præbend. in 6. Lotter. de
Re Benef. lib. 2. Quæst. 40. n. 120. Amayden. de
Styl. Datariæ cap. 22. num. 41. Fragos. de Regimin.
Reipubl. Christian. part. 2. lib. 9. disput. 20. §. 4.
n. 17. Barbos. Vot. decis. 96. n. 4. & seqq. lib. 3.
ubi, quod prius suffragabatur etiam Capitulis, sed 21
a tempore *Sixti V.* non amplius eis opitulatur,
Van Espen. in Jus Eccles. univers. tom. 1. par. 2.
tit. 23. cap. 6. n. 21. §. Alternativæ, Rot. dec. 635.
num. 3. & seqq. part. 18. Recent. cum aliis *decis.*
33. n. 6. cor. bon. mem. Herrera. Idque procedit
nedum quoad Canonicatus Cathedralis, in qui- 22
bus de jure communi Episcopus simultaneam ha-
bet collationem cum Capitulo, ex plene relatis
per *Fagnan. in Cap. Cum Ecclesia Vulterana, a*
num. 2. & seqq. de Elect. Cardin. de Luc. de Benefic.
disc. 1. n. 24. & 25. Lotter. de Re Benefic. lib. 2.
Quæst. 21. num. 8. Rot. decis. 3. num. 7. & decis.
33. num. 8. & seqq. cor. bon. mem. Herrera, & in
Palentina Canonicatus 6. Februarii 1696. §. Quia
collatio, cor. dell' Olmo. Sed etiam respectu Benefi- 23

ciorum inferiorum, quæ in dubio instituta præsu-
muntur de Bonis communibus Ecclesiæ, ut anti-
quioribus relatii, *Ganzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 45. *a*
num. 42. *Lotter. dict. quæst.* 21. *n.* 21. *Spada cons.*
71. *n.* 8. *usque ad finem lib.* 2. ubi, quod contra-
ria opinio *Abatis* non est recepta, immo quod ne-
que ipse *Abas* in ea pedes figit. Et in eadem
Causa, in qua scripsit *Spada*, *Rot. decis.* 683.
part. 3. confirmat *decis.* 100. *n.* 3. *part* 4. *Recent.*
& cor. Pamphil. decis. 652. *n.* 3. *coram Bich. decis.*
467. *n.* 3. cum aliis *in Tirasonen. Partianis* 23. *Ju-*
nii 1702. §. *Ast quamvis*, & §. *Urgentius*, *car.*
bon. mem. Ansaldo.

Quid autem dicendum, si per Turnum divisa
fuerit simultanea inter Episcopum, & Capitulum?
24 Et quidem cum hujusmodi divisio pluribus modis
contingere possit, nempe per *Vices*, per *Latera*,
per *annos*, per *Hebdomadas*, & per *Dies*: Illud
in primis certum est, quod si Beneficii vacatio con-
25 tingat in Turno Capituli, ei oon suffragetur Al-
ternativa, cum, ut supra diximus, hæc non com-
petat inferioribus Collatoribus. Quemadmodum
nec suffragari valet Episcopo, in cujus Turno se-
quitur Beneficii vacatio, quando simultaneæ divi-
26 sio expleta fuit per *Hebdomadas*, aut *Dies*, quia
Regula loquitur de *Mensibus*, non de *Diebus*,
aut *Hebdomadis*.

Percutit igitur inspectio duplicem casum; Pri-
mus est, quando agitur de divisione simultaneæ fa-
cta per vicea, seu Choros, & annos; & hoc ca-
27 su Episcopus in suo Turno gaudet Alternativa,
quia solus, & jure, seu nomine proprio confert,
absque mixtura alterius, *Gonzal. ad hanc Regul.*
Gloss. 45. §. 1. *n.* 13. *& seqq.* ubi ponit distinctio-
28 nem casuum, juxta quos regulari debet collatio
inter Papam, Episcopum, & Capitulum, *Garc.*
de Benef. part. 5. *cap.* 1. *n.* 708. *& seqq. Castra-*
pal. dict. punct. 23. §. 3. *num.* 3. *& seqq. Adden.*
ad Gregor. decis. 95. *n.* 7. *Rota decis.* 359. *num.* 1.
part. 4. *divers. & decis.* 1296. *n.* 8. *cor. Seraphin.*
& in Salamantina Portionis 6. *Maii* 1603. *car.*
Justo.

Verum ad effectum, ut hoc casu Episcopus
frui valeat Alternativa, non sufficit, quod inter
ipsum, & Capitulum divisum fuerit solum exerci-
29 tium simultaneæ, sed necesse est, quod divisio
percutiat substantiam, & proprietatem Juris con-
ferendi, juxta receptiorem sententiam, quam, re-
probato nominatim *Gonzalez*, firmant *Barbos. Vot.*
decis. 95. *num.* 10. *& seqq. Castropal. Oper. moral.*
d.tt. disput. 2. *punct.* 23. §. 2. *n.* 3. *Garc. de Bene-*
fic. part. 5. *cap.* 1. *n.* 708. *Piton. de Controv. Pa-*
tron. allegat. 100. *n.* 17. *Rota cor. Cavaler. decis.*
97. *n.* 3. *&* 4. *decis.* 635. *n.* 7. *& seqq. part.* 18.
Recent. & in dicta Salamantina cor. Justo §. *Et*
dum dicebatur, *& decis.* 33. *n.* 11. *cor. Herrera.*
Et supponit *Adden. ad Gregor. decis.* 95. *num.* 6.
Quando enim divisum fuit solum exercitium Juris
30 conferendi pro majori commoditate Consociorum,
eo casu collatio ab uno in suo Turno expleta, re-
putatur, acsi ab utroque facta fuisset, idem *Gon-*
zal. Gloss. 45. §. 1. *num.* 66. 69. *ac* 71. *cum seqq.*
Lotter. de Re Benefic. lib. 2. *Quæst.* 21. *n.* 29. *&* 30.
Rot. decis. 980. *n.* 11. *cor. Seraphin. & decis.* 241.
n. 12. *coram Bich. & decis.* 33. *n.* 13. *cor. Herre-*
ra, *& decis.* 836. *n.* 20. *coram Molines*, *& in*
Vicen. Canonicatus 3. *Februarii* 1702. §. *Justitia*
coram clar. mem. Card. Scotta. Ex quibus autem
censeatur divisa proprietas, & substantia Juris
conferendi, vel nudum potius exercitium, late
examinavimus in *Commentar. in Regul.* 2. §. 3. *a n.*
166. *& pluribus seqq.*

Quemadmodum nec favore Episcopi locus erit
Alternativæ in provisione Beneficiorum simulta-
neæ collationis cum Capitulo, quæ in suo Turno
vacaverint, quando Concordia super illius divi-
sione inita, aut non fuit per Sedem Apostolicam 31
confirmata, quæ Apostolica confirmatio necessa-
ria est, quando divisio percutit substantiam juris
conferendi, *Barbos. Vot. dec.* 95. *n.* 18 *Gonzal. ad*
Regul. 5. *gloss.* 45. §. 1. *n.* 58. *&* 71. *Piton. de Con-*
trov. Patron. allegat. 100. *n.* 6. *Rot. in Tirasonen.*
Portionis 7. *Maii* 1703. §. *Minusque*, *coram Mo-*
lines, *inter impress. dec.* 836. Aut confirmata fuit
cum clausula *salvis Apostolicis reservationibus*, ut
quidquid in contrarium dixerit *Garcias*, magis
communiter firmant *Spad. cons.* 8. *per tot. Tondut.*
Quæst. Benefic. part. 2. *cap.* 3. §. 8. *n.* 34. *Gonzal.*
dict. §. 1. *n.* 71. *Barbos. Vot. decis.* 95. *n.* 16. ubi
quod *Garcias* in additione mutavit sententiam,
Adden. ad Gregor. decis. 95. *in fine*, *Rot. decis.* 100.
n. 8. *part.* 4. *tom.* 2. *Recent. dec.* 314. *n* 15. *coram*
Gregor. decis. 805. *n.* 9. *coram Burat. dec.* 33. *n.* 19.
coram Herrera, *& in Salamantina Portionis* 16.
Maii 1603. §. *final. cor. Justo.*

Alter casus est, quando divisio simultaneæ col-
lationis inter Episcopum & Capitulum est facta 32
per Menses, & tunc si Episcopo contingant *Mar-*
tius, & *September*, habet locum Alternativa, se-
cus si *Junius*, & *December*, quia alias Capitulum
amitteret jus conferendi Beneficia in dictis Mensi-
bus vacantia, *Gonzal. ubi supra num.* 38. *Garz. de*
Benefic. part. 5. *cap.* 1. *num.* 711. *Castrapal. Oper.*
moral. tom. 2. *tract.* 13. *disput.* 2. *punct.* 23. §. 3. *n.* 5.

Sed quæro, an Episcopus possessor Ecclesiæ in
qua Cardinalis Indulto gaudeat conferendi Bene-
ficia in octo Mensibus reservatis, possit vigore
Alternativæ conferre Beneficia in sex mensibus al-
ternatis vacantia? *Cardinalis de Luc. disc.* 126.
per tot. de Benef. Negative respondit pro veritate
consultus, ea præ ceteris ratione, quod Alternati 33
va comprehendit solum Beneficia liberæ collatio-
nis, non autem Beneficia, in quibus adest mixtu-
ra alterius Collatoris, adeoque cum respectu Bene-
ficiorum in octo Mensibus Apostolicis vacantium
adsit alter Collator, Cardinalis nempe Indultarius,
sequitur exinde, quod Beneficia præfata cadere
non possunt sub Alternativa. Ulterius ad effe-
ctum gaudendi Alternativa, verificari debet li- 34
bertas conferendi tam in Episcopo, quam in Pa-
pa, quia Papa concedendo Alternativam, largitur
de suo, non autem præjudicat aliis, *Amayden. de* 35
styl. Datar. cap. 29. *n.* 47. *vers. Ex quibus liquet.*
Proindeque cum inter Episcopum, & Indultarium
adsit divisio per Menses, atque non verificetur u-
trumque extremum inter Papam, & Episcopum,
ut eorum quilibet habeat liberam collationem, lo-
cum sibi vindicare non potest Alternativa, quæ
non datur nisi inter Papam, & Episcopum. Ac- 36
cedente etiam, quod in prima parte Regulæ non
comprehenduntur Cardinales, ergo nec in secun-
da, quæ est accessoria, & Alternativa, aliud non
operatur, quam removere obstaculum, quod so-
lum viget, quoad Papam.

Et licet contrarium firmet *Spad. cons.* 27. *n.* 3.
ea ratione, quod Indultum Cardinalis est restri-
ctum ad Menses reservatos, & in Mensibus alter-
natis cessat reservatio; unde acceptante Episcopo 37
Alternativam, & sic cessante reservatione in illis
Mensibus, quos ejus vigore acquirit, cessat etiam
Indultum; Non attento præjudicio quod inde re-
sultat Cardinali, nam illud est secundarium, & oc-
casionaliter insurgit, nam quando Papa tale Indul-
tum elargitus fuit, non ita sibi ligavit manus, 38
ut

ut non posset concedere Episcopo Alternativam;
39 Præcipue quia agitur de Indulto extraordinario,
quod non solet esse ita favorabile, quemadmodum
est Indultum Ordinarium omnibus Cardinalibus
concedi solitum; ut alibi dictum est.

Nihilominus recedendum non est a sententia
40 *Card. de Luca.* Ratio enim per *Spadam* perpensa,
quod in Mensibus Alternatis cesset reservatio,
quæ est fundamentum Indulti, non subsistit, nam
Mensium reservatio non tollitur per Alternativam
Episcopis concessam, & ab ipsis acceptatam, sed
per eam solum aperitur aditus, ut in mensibus A-
postolicis, quos acquirunt, conferre valeant Be-
neficia, licet reservata, *Lotter. de re Beneficiar.
lib. 2. quæst. 40. n. 66. Massobr. in Prax. haben.
Concurs. Prælud. 7. dub. 21. n. 107. & seqq. Ven-
trigl. in prax. tom. 2. annot. 3. §. 3. n. 13. Rot. de-
cis. 8. de Præbend. coram Cassador. & late decis.
110. a n. 3. & seqq. coram Martin. Andr.* repetit.
apud Amayd. de Styl. Datar. cap. 29. sub n. 25.
Et ulterius cum per Indultum Cardinali conces-
sum, quæsitum ei fuerit jus conferendi Beneficia
41 in octo Mensibus Apostolicis vacantia, jus præ-
fatum auferri non potest, absque expressa dero-
gatione Regulæ *de jure quæsito non tollendo*, cum
non agatur de præjudicio occasionali, & secunda-
rio, dum principaliter tolluntur Menses eidem Car-
dinali assignati.

Item quæro, an stante simultanea Beneficiorum
collatione inter Episcopum, & Capitulum, possit
Episcopus ad illius divisionem provocare, & co-
42 gere Capitulum, licet invitum, ad dividendum?
Quæstio fuit acerrime in *Rota* examinata *in Hispa-
len. Divisionis Simultaneæ* 11. *Februarii* 1697. *co-
ram Muto, & 4. Junii* 1700. *coram Priolo*; fuit-
que *Negative* conclusum, tum ex particularibus
facti circumstantiis, quod ibi agebatur de Simul-
43 tanea demandata in Statuto fundamentali Eccle-
siæ, cujus observantiam per quatuor Sæcula mem-
cusse servatam, Archiepiscopi pro tempore Jura-
mento promittere consueverunt; tum ex Regula
44 juris, quod in re communi potior est conditio pro-
hibentis, qua ratione receptum est, quod unius
45 ex Patronis contradictio satis sit ad excludendam
divisionem Juris præsentandi pluribus competentis
juxta auctoritates relatas in dicta *Hispalen. §. Hinc
resistente, cor. Muto* late postea reassumtas per *Pi-
ton. de Controv. Patron. allegat.* 9. Tum ex quia
nulla adest lex, aut auctoritas Doctorum, quæ in
hoc præcisis collationis casu cogat Collatores ad
dividendum; *Glossa* enim *in Can. Licet, verb. con-
venit* 16. *quæst* 3. non loquitur de Collatione, sed
de ordinatione Ecclesiæ, & jurisdictione quolibet
anno dividenda, ut in dicta *Hispalen.* in qua late
respondetur exemplis petitis a similibus, consuetu-
dini plurium Cathedralium, & præjudiciis, quæ
timebantur. Decisiones sunt Magistrales, exami-
nantes materiam alibi non discussam. Cumque an-
tequam Causa in *Rota* proponeretur *Agens* Archi-
episcopi meum exquisiverit sensum, ei libere insi-
nuavi difficultates, quas postmodum expertus est
in Causæ propositione.

Postremo quæro, an si Episcopus in Mensibus
Alternatis fuerit negligens in conferendo, devolu-
tio fiat ad Capitulum, vel ad alios inferiores a Pa-
pa, ad quos collatio de jure communi devolvitur,
seu potius provisio spectet ad Papam jure primæ-
46 vo? Quod fiat devolutio ad inferiores a Papa cen-
suit *Gonzal. gloss.* 24. *n.* 78. *& gloss.* 53. *a n.* 28. *&
signanter n.* 31. ea ratione, quod in Mensibus al-
47 ternatis cessat prorsus reservatio, & Episcopus con-
fert libere, & jure proprio per remotionem obsta-
culi, *Garz. de Benefic. part. 5. cap 1. num. 22. &
n. 778. & seqq. Monet. de Option. cap. 3. quæst. 3.
n. 84. & seqq.*

Contrarium firmat *Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst.*
24. *n.* 36. ubi monet, cavendum esse a *Gonzalez*
in hoc puncto, & merito, quia ut diximus *n.* 40.
Alternativa non tollit reservationem Mensium Epi- 48
scopis assignatorum, sed eis facultatem tribuit pro-
videndi Beneficia tanquam reservata; Et licet pas-
sim Menses alternatos pro Episcopo nuncupemus
Ordinarios, nihilominus id improprie dicitur, 49
quemadmodum *Testamentum proprie illud dicitur,
quod jure perfectum est, sed abusive Testamenta
quoque appellamus ea, quæ falsa sunt, vel irrita,
vel rupta*, ut inquit *Ulpian. in l. 2. §. 1. ff. quem-
adm. testam. aper.* Unde ex Cancellariæ stylo, si
Episcopus impediatur Beneficia conferre vigore 50
Alternativæ in Mense alias Apostolico, puta *Fe-
bruarii*, non dantur Litteræ Apostolicæ tanquam
de non reservato, sed de *reservato* vigore primæ
partis *Regulæ*: quod explere non posset, si per ac-
ceptationem Alternativæ, soluta esset reservatio
Mensium Apostolicorum: de quo stylo testantur
Lotter. ubi supra *num.* 69. *Massobr. in Prax. haben.
Concurs. Prælud. 7. dub. 21. n. 108. Rot. dec. 110.
n. 6. coram Martin. Andr.*

§. V.

Quæ, & qualis residentia requiratur, ut suffragetur Alternativa.

ARGUMENTUM.

ALternativa favet solum Episcopis quamdiu apud Ecclesias, & Diœceses suas vere, & personaliter resederint, unde non sufficit residentia ficta, quamvis ex causa justa, privilegiata, publica, & Sedis Apostolicæ servitium respiciente; & plura proponuntur exempla. Præsentia realis Episcopi in Diœcesi tempore vacationis Beneficii, maxime si affectata sit, non sufficit ad effectum gaudendi gratia Alternativæ, sed requiritur, quod permaneat animo non recedendi. Et quid si fuerit præsens in principio Mensis, & tempore vacationis, licet antea absfuerit, aut absens initio Mensis, & præsens tempore vacationis? Stante absentia a Diœcesi per annum, aut per plures Menses, Episcopus solum confert in Mensibus *Julii*, & *Decembris* fixe Ordinariis, & amittit collationem in Mensibus *Martii*, & *Septembris*, qui ex Ordinariis vigore Alternativæ efficiuntur Apostolici. Episcopo duarum Diœcesium æque principaliter unitarum, in una residenti, non suffragatur Alternativa pro Beneficiis alterius Diœcesis. Sed an in Diœcesi residere dicatur Episcopus, qui residet in loco exemto sito intra Diœcesim;

cesim; vel in Ecclesia propria extra Diœcesim sita? Et cui incumbat onus probandi residentiam, sive respective absentiam Episcopi.

SUMMARIUM.

1 *Residentia Episcopi ad effectum Alternativæ debet esse vera, & realis, nec sufficit ficta, quantumvis ex causa privilegiatissima.* & n. 2.

3 *Idque denotant dictiones* quandiu, vere, personaliter, dumtaxat, *quæ leguntur in Regula.*

4 *Necessitatem veræ, & personalis residentiæ, primus Regulæ adjecit* Sixtus V.

5 *Alternativa non gaudent Episcopi non residentes in tribus Mensibus Conciliaribus, aut absentes ex causa a Concilio approbata.*

6 *Neque Episcopi Inquisitores Tribunalis Sac. Inquisitionis ex causa dicti muneris a propriis Diœcesibus absentes.*

7 *Episcopi accedentes ad Concilium Provinciale, Alternativa non gaudent.*

8 *Prout nec occupati servitiis S. Sedis in munere Nunciaturæ.*

9 *Episcopus absens ex causa Reipublicæ proficua, non gaudet Alternativa.*

10 *Accedens ad Urbem Apostolorum Limina visitaturus, Alternativa gaudet per totum tempus, quo ex dicta causa a Diœcesi abest.*

11 *Contrarium verius, & assignatur ratio.*

12 *Episcopi in Urbe præsentes pro SS. Liminum visitatione, acceptare non possunt Alternativam.*

13 *Episcopus absens, Alternativa non gaudet, etiam si absit ad modicum tempus ex causa honesta, cito reversurus.* & n. 14.

15 *Ad effectum gaudendi Alternativa, ultra præsentiam realem de tempore vacationis Beneficii, requiritur continua residentia in Diœcesi cum animo permanendi*, & n. 18.

Contrarium, quod sufficiat præsentia etiam ad modicum tempus, & per modum transeuntis. & assignatur ratio n. 17.

16 *Residentia affectata de tempore imminentis vacationis non suffragatur pro Alternativa.*

19 *Episcopus, etsi paratus, sed injuste impeditus ingredi Diœcesim, Alternativa non gaudet.*

20 *Reprobantur DD. contrarium existimantes.*

21 *Episcopus in principio Mensis Alternati, ac alias Apostolici, & tempore vacationis Beneficii residens, gaudet Alternativa.*

22 *Amplia, etiamsi post factam collationem, mense adhuc non expirato, recesserit.*

23 *Episcopus præsens tantummodo tempore vacationis, etiamsi absens fuerit in principio Mensis, adhuc gaudet Alternativa.*

24 *Contrarium verius, quia Mensis intravit Apostolicus ob Episcopi absentiam, & semper durat talis.*

25 *Gaudet Alternativa Episcopus initio Mensis, & tempore vacationis præsens, licet ante vacationem per modicum tempus absuisset.* & n. 27.

Contrarium n. 26.

28 *Absentia Episcopi in Mensibus sive Ordinariis,* Junii *nempe, &* Decembris *non officit Alternativæ.*

Et explicatur in quibus terminis contraria opinio admitti possit n. 29.

30 *Episcopus absens in Mensibus* Martii *&* Septembris *Papæ assignatis vigore Alternativæ, Beneficia dictis Mensibus vacantia conferre non potest.* & n. 31.

32 *Alternativa pro duabus Ecclesiis æque principaliter unitis acceptata, non suffragatur Episcopo pro Beneficiis unius Diœcesis, quando residet in altera.*

33 *Episcopus residendo in una ex unitis Diœcesibus licet censeatur quoque in altera residere, hæc tamen residentia est ficta, & civilis, & non sufficit ad effectum Alternativa.*

34 *Pro Alternativa gaudenda sat est, quod Episcopus maneat in loco exempto sito intra Diœcesim.* Contrarium n. 35.

36 *Vel quod maneat in propria Ecclesia licet sita extra Diœcesim.*

37 *Onus probandi residentiam, vel respective absentiam Episcopi a Diœcesi cui incumbat?* Referuntur variæ DD. sententiæ.

38 *Sequuta vacatione Beneficii in altero ex octo Mensibus reservatis, probatio residentiæ spectat ad provisum ab Ordinario, sive sit Actor, sive Reus.*

FUndamentum, cui innititur Alternativa, est 1
residentia vera, & realis, adeout in tantum
Episcopi gaudeant Alternativa, in quantum apud
Ecclesias & Diœceses suas vere, & personaliter
resideant, & non residendo, ea nullatenus fruuntur, *Ros. de Resident. Episc. cap. ultim. n. 28. Eminentiss. Petra ad Constit. Apostolic. tom. 1. ad Constit. Honorii II. sect. 2. n. 55. Zacch. de Salar. quæst. 52. n. 5. & seqq. Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 40. n. 1. & seqq. Rot. dec. 70. n. 3. coram Gregor. dec. 163. num. 2. coram Cavaler. decis. 87. n. 11. coram Peutinger.* & alibi passim.

Hinc proinde ad effectum gaudendi Alternati-
va non sufficit residentia ficta, quantumvis ex 2
causa privilegiata, & privilegiatissima, cum verba Regulæ sint nimis clara, & præcisa ibi -- *Quamdiu apud Ecclesias suas vere, ac personaliter resederint dumtaxat*, quarum dictionum unaquæque
de per se requirit veram, realem, & personalem 3
residentiam cujuscumque fictitiæ residentiæ exclusivam, ut singillatim eas examinando, bene demonstrat *Zacch. de Salar. quæst. 53. a n. 7. & seqq. Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 80. a n. 10. Van Espen. in Jus Eccles. univers. part. 2. tit. 23. cap. 6. n. 8. & seqq.*

Hujusmodi autem necessitas vere, & personaliter residendi, adjecta fuit Regulæ temporibus
Sixti V. Antiquitus enim sufficiens erat residentia
ficta, & Alternativæ gratia fruebantur Episcopi, 4
qui ex justa, & rationabili causa a Diœcesi discedebant, *Kochier ad hanc Regul. gloss. 15. n. 3. Grattian. discept. forens. 166. num. 23. Leuren. in for. Benefic. tom. 2. quæst. 572. n. 1. Corrad. in prax. Benef. lib. 3. cap. 6. n. 42. Gonzal. ad hanc Regul. gloss. 43. a n. 1. & seqq.*

Hinc ex supradicta ratione, Alternativæ favore gaudere non possunt Episcopi non residentes in tribus mensibus ipsis a Concilio Tridentino *Ses-
sion. 23. cap. 1.* permissis, quia residentia, quam 5
præsens Regula requirit, est magis stricta, & præcisa, *Leuren. dict. quæst. 572. n. 3. Lotter. dict. quæst. 40. n. 24. & seqq. Gonzal. gloss. 43. num. 42. Card. de Luc. de Benefic. disc. 93. n. 15. Corrad. dict. cap. 6. num. 41. & 42. Emmentiss. Petra ad Constit. Apostolic. loco cit. n. 55. Squillant. de Privileg. Episcop. part. 3. cap. 3. n. 46. Van Espen.*

in

in Jus Ecclef. univ. dict. cap. 6. n. 9. Fragof. de Regim. Reipubl. Chrift. tom. 2. lib. 9. difput. 20. §. 4. n. 12 Kochier ubi fupra num. 5. Rot. decif. 92. n. 9. & 10. part. 7. Recent. Et in antiquo Codice Refolutionum Sacræ Congregationis Concilii, continente Refolutiones emanatas tempore Sixti V. hæc adnotata leguntur. *Cum Epifcopus Egnanien. dubitaffet, an Epifcopus abfens ex Caufa a Concilio approbata fruatur Alternativa, quam Sanctiffimus conceffit Perfonis refidentibus dumtaxat: Sacra Congregatio Concilii juxta præcipue Regulæ Pii V. prima Martii anno 6. cenfuit frui; referendum tamen ad Sanctiffimum, qui audita relatione Congregationis declaravit, fe intelligere, ut non fruatur Epifcopus Alternativa quando abeft ex caufa a Concilio approbata. Idque ad tollendas lites, quæ oriri poffent fuper hoc articulo, quæ caufa fit approbata nec ne.*

Prout etiam Epifcopi Inquifitores Tribunalis
6 Sacræ Inquifitionis, ex caufa proprii muneris a fuis Diœcefibus abfentes, Alternativa non gaudent. Hinc cum quidam Epifcopus in Hifpania abeffet a propria Diœcefi pro fervitio Sacræ Inquifitionis, degendo in Curia Regis Hifpaniarum, ubi Inquifitor Generalis cum fuo Tribunali refidere folet, & inftanter fupplicaffet fan. memor. *Clementi VIII.* quod ei concedere dignaretur Indultum fpeciale ad effectum gaudendi beneficio Alternativæ, quamvis ex dicta Caufa apud fuam Ecclefiam vel Diœcefim non refideret, nunquam obtinere potuit, ut referunt *Gonzal. ad Regul. 8. gloff. 43. n. 85. Eminentiff. Petr. ad Conftitut. Apoftolic. tom. 1. pag. 475. fub n. 55. Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæft. 572. n. 1. Zacch. de Salar. cap. 53. n. 10.*

Idem etiam dicendum de Epifcopis accedenti-
7 bus ad Concilium Provinciale, nam pro eo tempore, quo abfunt a Diœcefi, Alternativæ favore non gaudent, *Eminentiff. Petr. ad Conftitut. Apoftolic. dict. tom. 1. pag. 475. n. 55.* Ac de Epi-
8 fcopis, qui non refident occupati fervitiis Sedis Apoftolicæ in Nunciaturis, aut in aliis muneribus, *Zacch. de Salar. quæft. 53. n. 6. & feqq. Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 29. n. 39. Card. de Luc. de Benefic. difcurf. 39. n. 6.* Et generaliter quod
9 Alternativa non fuffragetur Epifcopis abfentibus ex caufa Reipublicæ proficua, *Corrad. dict. cap. 6. n. 43. Leuren. dict. quæft. 572 num. 6. Fragof. de Regim. Reipubl. Chrift. ubi fupra n. 6. Pafqualig. Quæft. Moral. juridic. 46. n. 8. Eminentiff. Petr. loco cit. n. 55.*

Sed an Epifcopus accedens ad Urbem vifitaturus Limina Apoftolorum frui poffit Alternativa per totum tempus, quo ex præfata caufa abeft a Diœcefi? Affirmat *Amayden. de Styl. Datar. cap.*
10 *29. n. 39.* ex quo hujufmodi abfentia eft neceffaria. Idemque cenfuit per *Text. in cap. Quia diverfitatem, in fine, de Conceff. Præbend. Efcanno in Propugn. Relig. Hierofolym. difc. 10. cap. 5. n. 5.*
11 Sed contrarium tenendum eft. Semper enim eft verum, quod Epifcopus accedens ad vifitanda Apoftolorum Limina, non eft vere, ac perfonaliter præfens in Diœcefi, prout a Regula requiritur, ad effectum, ut fuffragari poffit Alternativa. Unde refert *Corrad. in Prax. Benefic. cap. 6. n. 16.*
12 quod Epifcopi in Urbe præfentes pro Sacrorum Liminum vifitatione, non poffunt acceptare Alternativam, quæ non femel eis denegata fuit; unde multo magis non poffunt ea gaudere, cum ad effectum hujufmodi ufus requiratur vera refidentia, quæ per Regulam pro illius acceptatione non requiritur, ut diximus fupra *§. 2. num. 7.* Hinc *anno* 1710. Dataria approbare noluit collationem factam ab Epifcopo *Marianen.* vigore Alternativæ de Canonicatu, qui vacaverat, dum præfens erat in Urbe occafione Vifitationis Sac. Liminum, nec novam provifionem concedere voluit ejus Provifo, cui mandavit clar. me. Cardinalis *Sacripantes* Pro-Datarius, ut concurreret cum aliis; Cumque repertus fuiffet inter Concurrentes magis idoneus, fuit de Canonicatu præfato ex integro a S. Sede provifus. Nec obftat *Text. in Cap. Quia diverfitatem, de Conceff. Præbend.* quia in eo folum difponitur, quod tempus, quo Epifcopus ad Apoftolicam Sedem acceffit, aut apud illam permanfit, vel receffit ab illa, non computatur intra fex menfes ei ad conferendum a jure præfixos, quia toto dicto tempore fuit legitime impeditus. Hujufmodi autem impedimentum, & fi legale, non fuffragatur Epifcopo pro Alternativa gaudenda, ficuti eum non juvat quæcumque alia jufta, ac privilegiata caufa non refidendi, cum Regula requirat refidentiam *veram*, & *perfonalem*, & fub hac lege veræ, & realis refidentiæ, & non aliter Epifcopis Alternativæ gratiam indulgeat.

Ampliatur principalis Conclufio, etiam fi abfentia fit ad modicum tempus, & Epifcopus cito 13
reverfus fuerit, ut contingit in Epifcopo *Segobien.* qui obfequium præftandi gratia Regi Catholico cum acceffiffet ad Domum nuncupatam *dell' Efcorial*, quatuor tantum milliaribus diftantem a fua Diœcefi, & abfuiffet per 39. horas, refolutum fuit, Beneficium, quod dictæ abfentiæ tempore vacaverat, fpectaffe ad collationem Pontificis, cum Alternativa non fuffragetur Epifcopis de tempore vacationis Beneficii vere, & realiter non refidentibus, ut in *Segobien. Beneficii 26. Martii* 1604. *cor. Jufto.* quæ per extenfum refertur apud *Amayden. lib. 1. cap. 29. n. 28.* & firmant communiter *Gonzal. dict. gloff. 43. a n. 14. ufque ad 82. Van Efpen. in Jus Ecclef. univerf. part. 2 tit. 23. cap. 6. n. 10. & 11. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 466. Corrad. dict. lib. 3. cap. 6. n. 43. verfic. Et in propofito, Pafqualig. Quæft. moral. jurid. 46. per tot. & quæftion. 47. §. 5 Squillant. de Privileg. Epifcop. part. 3 cap. 3. n. 47. Fragof. de Regim. Reipubl. Chriftian. dict. §. 4. n. 3. Caftropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. difputat. 2. punct. 23. §. 2. n. 2. Rof. de Refid. Epifcop. cap. ult. n. 30.* Et quod abfentia ex caufa honefta, & ad modicum tem- 14
pus non fuffragetur, *Lotter. dict. quæftion. 40. numer. 94. & feqq. Kochier ad hanc Regulam gloff. 15. n. 3.*

Ampliatur fecundo, ut nedum requiratur præfentia vera, & realis de tempore vacationis Beneficii, fed etiam, quod Epifcopus continuo in Diœ 15
cefi refideat cum animo ibidem permanendi. Unde Inquifitor *Lufitanus*, qui continuo ratione fui muneris moram trahit in Civitate Ulixbonenfi, fi cafualiter, & ex accidenti reperiatur in fuo Epifcopatu tempore, quo vacat Beneficium, non poterit gaudere Alternativa, quia ea refidentia non erit omnimoda, & deliberata, fed accidentalis, & animo redeundi ad fuum Tribunal, *Rot. decif. 171. per tot. cor. Millino, & decif. 239. n. 1. cor. Gregor.* & in eadem Caufa, *Spad. conf. 69. lib. 2. Rof. de Refident. Epifcop. dict. cap. ultim. num. 32. Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 2. §. 2. n. 75. Lotter. de re Benefic. quæft. 40. num. 80. & feqq. Corrad. dict. cap. 6. num. 42. §. Proindeque, n. 49. verf. Ut autem, Amayden. de Styl.*
Datar. dict. cap. 29. n. 37. Fortius vero, ubi re- 16
fidentia effet affectata, quia Epifcopus folitus non refidere, videns imminentem Beneficii vacationem,

acce lat a l Diœcesim: tunc enim nulli dubium, quin Alternativa frui non debeat, *Card. de Luc. de Benefic. discurs. 93. num. 17. versic. Fortius*, *Eminentiss. Petra ad Constitut. Apostolic. tom. 1. pag. mihi 744. n. 55. Rot. decis. 70. num. 3. & 6 cor. Ludovis. & dec. 87. n. 14. & per tot. cor. Peutinger.*

Et quamvis *Gonzal. ad hanc Regul. gloss. 43. n.*
17 *173. & seqq.* duram existimet supradictam opinionem, & *Kochier dict. gloss. 15. n. 6. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 701. Fragos. de Regim. Reipubl. Christian. part. 2. lib. 9. disput. 20. §. 4. num. 29. Castropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 2. punct. 23. §. 2. n. 8.* firment, sufficere hanc præsentiam veram quidem, & realem, sed transeuntem, ex quo si brevissima absentia sufficiens est pro impediendo usu Alternativæ, cur non præsentia, etsi brevissima sufficiens erit pro ejusdem Alternativæ usu? Illa enim etsi brevis, vera,
18 & realis est. Nihilominus recedendum non est a priori Sententia, quam *Rota* amplexa fuit, nec usque adhuc ab ea recessit, teste *Amayden. loco mox laudato*, ubi reprobat *Gonzalez.*

Tertio ampliatur, etiamsi Episcopus paratus esset
19 ingredi Diœcesim, & toto conatu satageret auferre impedimenta injuste interposita, nam nec tali casu frui posset Alternativa, quia non esset vere, ac personaliter præsens tempore vacationis Beneficii, *Castropal. dict. punct. 23. §. 2. n. 3. Leuren. in For. Benefic. tom. 2. quæst. 572. n. 1. Garc. de Benefic. part 5. cap. 1. n. 469. Pasqualig. Quæstion. moral. Jurid. 47. per tot. Squillant. de Privi-*
20 *leg. Episcop. part. 3. cap. 3. in fine.* Quidquid in contrarium censeant *Gonzal. gloss. 43. n. 22. Massobr. in Prax. haben. Concurs. prælud. 23. num. 10. Amayden. de styl. Datar. dict. cap. 29. n. 39.* ubi hanc appellat absentiam necessariam; nam contra eos semper urget principium illud, quod Regula requirit veram, & corporalem præsentiam, quæ in suptadicto casu non adest nisi ficte.

Sed quia absentia potest pluribus modis contingere, nempe aut per aliquot dies alicujus Mensis, aut per plures Menses, seu annos; & rursus in principio, aut in fine Mensis, & in Mense, aut Apostolico, aut Ordinario, ideo plures casus in hac materia suot distinguendi, exemplo *Lotter. dict. Quæst. 40. a n. 80. Corrad. Barbos. Rosæ*, aliorumque *locis supra laudatis.*

Primus casus est, quando Episcopus in Diœce-
21 si reperitur nedum in principio Mensis alternati, & alias Apostolici, veluti *Februarii*, aut *Aprilis*, *Augusti*, vel *Octobris*, sed etiam de tempore vacationis Beneficii, animum tamen non habet residendi, quia ratione proprii alicujus muneris alibi morari tenetut, & in hoc casu, ut supra dictum est, Alternativa non gaudet.

Secundus casus est, quando Episcopus in principio Mensis vere residebat, ac etiam de tempore vacationis Beneficii, sed post factam collationem
22 recessit, itaut nullo modo dici posset, quod per totum Mensem integralem in Diœcesi moratus fuerit, & tunc absque difficultate valet collatio, cum facta sit tempore habili, licet casus postea eo venerit, a quo non potuit inchoari; ut firmant supra laudati DD. præsertim *Ros. de Resident. Episcop. Cap. ultim. n. 40. Squillant. de Privileg. Episcop. part. 3. cap. 3. n. 45.*

Tertius casus est, quando Episcopus fuit qui-
23 dem præsens tempore vacationis Beneficii, sed fuit absens initio Mensis *Februarii*, aut *Aprilis*, *Augusti*, vel *Octobris*, itaut a principio Mensis intraverit Apostolicus. Et in hoc puncto quamvis non desint, qui existiment, satis esse præsentiam de tempore vacationis Beneficii, etiamsi in principio Mensis fuerit absens Episcopus, ut præ ceteris *Spad. consil. 46. lib. 3. Gonzalez gloss. 43. quæst. 5. n. 1. Garc. de Benefic. dict. disput. 23. §. 2. num. 6. Fragos. de Regim. Reipubl. Christian. lib. 9. disput. 20. §. 9. num. 10. vers. Respondeo secundo tom. 2.*
Contraria tamen Sententia magis communiter in 24
valuit, & fuit a *Rota* recepta, ut scilicet si a principio Mensis intraverit Apostolicus, semper talis remaneat, nec per reditum Episcopi ad residentiam aufertur jus Papæ quæsitum, ut firmant *Lotter. dict. quæstion. 40. n. 87. Ros. de Resident. Episcop. Cap. final. num. 36. Corrad. in Prax. Benefic. dict. lib. 3. cap. 60. n. 49. Germon. de Indult. Cardinal. §. Volumus autem n. 21. & seqq. Barbos. de Canon. cap. 14. n. 25. & 26. Pasqualig. Quæst. moral. jurid. 50. per tot.* ubi respondet contrariis, materia ad partes plene discussa, *Card. de Luc. de Benefic. disc. 93. num. 18. Leuren. in For. Beneficial. quæst. 572. n. 6. Squillant. de Privileg. Episcop. dict. cap. 3. n. 43.* & late fuit resolutum per *Rot. decis. 110. coram Martin. Andr.* repetit penes *Amayden. de Stylo Datar. dict. cap. 29. n. 25.* & penes *Barbos. de Potestat. Episcop. part. 3. allegat. 53. num. 45. & in Rheginen. Canonicatus cor. Pirovano* penes eumdem *Amayden. n. 30. & 33. & decis. 87. n. 13. cor. Peutinger.*

Quartus casus est, quando in principio Mensis,
ac etiam tempore vacationis, Episcopus fuit præ- 25
sens, sed ante ipsam vacationem decesserit ad modicum tempus, adeout integre per Mensem Episcopus non resederit. Et in hoc articulo *Rot. in dict. Rhegien. Canonicatus 15. Aprilis 1630. & 13. Junii 1633.* post varias excitatas difficultates, tandem resolvit, collationem spectare ad Episcopum, quippe quia in hoc casu concurrunt rationes, ob quas in superiori casu dictum fuit non gaudere Alternativa; Mensis enim intravit Ordinarius, & Beneficium vacavit tempore, quo Episcopus erat præsens. Quæ Decisiones habentur impressæ per extensum penes *Amayden. dict. cap. 29. n. 30. & 33.*

Contrarium tamen firmant *Lotter.* qui scripsit
in eadem causa, in qua dictæ Decisiones emana- 26
runt, pro Provisо Apostolico, *dict. Quæstion. 40. a n. 90. Amayden.* pariter pro eodem Proviso Apostolico scribens *dict. cap. 29. n. 27. & seqq.* ubi fundamentis Decisionum respondere conatur, late *Felix Contilorus in sua allegat. impress. post Massobr. in Prax. habend. Concurs. prælud. 23. dub. 2. a n. 66. usque ad finem, Corrad. in Prax. Beneficiar. dict. cap. 6. n. 49. in fine, Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnotat. 2. §. 2. n 78. Barbos. de Canonic. cap. 14. n. 28. Ros. de Resident. Episcop. dict. cap. ultim. n. 39.*
Ego autem non recederem a priori Sententia per 27
Rotam amplexa, uti magis æqua, pro qua alias consului.

Quintus casus est, quando non agitur de Mense
per Alternativam concesso Episcopo, & alias A- 28
postolico, sed de Mense Ordinarii, & semper fixo, veluti si absens esset Episcopus de mense *Junii*, & *Decembris*, & hoc casu, quidquid dixerit *Lotter. dict. quæst. 40. n. 119. & quæst. 41. n. 38. & seqq. lib. 2. Gonzal. dict. gloss. 43. n. 121. Ros. de Resident. Episcop. dict. Cap. ultim. num. 34. & 35.* tenendum est, collationem spectare semper ad Episcopum, quia hi Menses non sunt reservati neque in prima, neque in secunda parte Regulæ, & conditio residentiæ non censetur apposita respectu illorum, sed aliorum quatuor, qui per Alternativam Episcopo de novo conceduntur, *Barbos. de Episcop. allegat. 53. num. 34. & 44. & de Canon. cap. 14.*

cap. 14. *num.* 29. *Corrad. in Prax. Benefic. cap.* 6.
num. 2. *& seqq.* ubi testatur de praxi Datariæ, &
Cancellariæ, *Card. de Luc. de Benefic. discurs.* 93.
n. 13. *Garc. de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 506. *in fine.*
ubi ita videri communi sensu in praxi receptum,
Fragos. de Regim. Reipubl. Christian tom. 2. *lib.* 9.
disput. 20. §. 4. *n.* 11. ubi in fine huic adhærent
Sententiæ, *Squillau. de Privileg. Episcop. part.* 3.
cap. 3. *n.* 42. Solumque admitti posset contraria
29 opinio, quando quis esset diligens in impetrando
a Sede Apostolica Beneficium vacans in mense
Junii, vel *Decembris*, Episcopo absente, etiamsi
ageretur de provisione facta in forma ordinaria,
& non constaret de voluntate Papæ præveniendi.
Cum enim expresse cautum non sit in jure, an isti
duo Menses per Episcopum non residentem amit-
tantur necne; hinc sequitur, quod eo ipso, quod
Papæ narratur sequutam esse vacationem in uno ex
dictis Mensibus, atque Papa concedit, unum de
duobus resultat, vel quod ita clare probetur ejus
voluntas præveniendi, vel quod ita declaret, Epi-
scopum istos quoque Menses, non residendo ami-
sisse, ut in facti contingentia consultus, respondit
Cardinalis de Luc. de Benefic. disc. 93. *n.* 14. ubi
tamen subdit, quod Provisio Apostolica negata
fuit, quia contra stylum.

Quando vero agitur de Mense *Martii*, & *Sep-
tembris*, tunc indistincte dicendum est, collatio-
30 nem spectare ad Summum Pontificem: cum enim
isti per Alternativam ex Ordinariis effecti fuerint
Apostolici, & Summo Pontifici reservati, sem-
per durant tales, sive Episcopus resideat, sive
non, ut reprobando *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.*
1. *n.* 691. communiter firmant *Corrad. in Prax.
Benefic. dict. cap.* 6. *num* 5. ubi affert formulam,
juxta quam Cancellaria Literas format in hac re-
servatione, *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 93. *n.*
13. *Castropal. Oper. moral. dict. disput* 2. *punct.* 23.
§. 2. *n.* 4. *&* 5. *Lotter. de re Benefic lib.* 2. *quæst.*
40. *n.* 117 *Barbos. de Canon. cap.* 14. *n* 31. *& de
Potestat. Episcop. Allegat.* 53. *n.* 36. *Antonell. de
tempor. legal. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 24. *Squillant. ubi su-
pra num.* 42. *Fragos. de Regim. Reipubl. Christian.
dict.* §. 4. *n.* 10. *versic. Nec obstat*, *Gonzal. ad Re-
gul.* 8. *gloss.* 43. *n.* 109. *Rot. decis.* 36. *n.* 1. *part.* 2.
Recent. & decis. 110. *cor. Martin. Andr. & in Sul-
monen. Alternativæ* 14. *Maii* 1610. impress. post
Amayden. cap. 29. *sub n.* 17. & reprobando eum-
dem *Garc.* late, pluribus expensis rationibus, in
Oveten. Canonicatus 14. *Maii* 1723. §. *In specie*,
& per tot. cor. R. P. D. Ratta, & in eadem Causa
scribens *Piton. disceptat.* 95. *per tot.*

Atque ex his remanet resolutus etiam sextus ca-
sus, quando scilicet Episcopus est absens per plu-
31 res Menses, aut annos, ut tunc in duobus tan-
tum Mensibus fixis, nempe *Junio*, & *Decembri*
conferre possit, secus in aliis duobus Ordinariis
Martii, & *Septembris*, qui Papæ reperiuntur con-
cessi, adeout non residendo per annum, neque
in totum privetur quatuor Mensibus alias ordina-
riis, cum fruatur *Junio*, & *Decembri*, neque
omnibus gaudeat, cum privetur *Martio*, &
Septembri, ut firmant auctoritates mox laudatæ,
& præcipue *Rot. in dicta Sulmonen. cor. Lancel-
loto*, *& in dicta Oveten. Canonicatus cor. R.P.D.
Ratta.*

Sed quæro, an Episcopo duarum Ecclesiarum
32 æque principaliter unitarum suffragetur Alternati-
va, quando, exempli gratia, ipse moratur in
Dioecesi *Sutrina*; & agitur de Beneficiis Ecclesiæ
Nepesinæ. Quod non suffragetur, urget, quod ad
effectum Alternativæ, Ecclesiæ, etsi unitæ, repu-
tantur ac si essent duæ Ecclesiæ penitus separatæ,
itaut pro unaque earum teneatur Episcopus Alter-
nativam expresse acceptare, ut disponitur in Re-
gula, & diximus supra §. 2. *n.* 19. Maxime, quia
non sunt unitæ, nisi quoad regimen; in reliquis
autem quælibet ex illis suas conservat prærogati-
vas, & jura distincta, unde residentia in una
Dioecesi, non suffragatur pro alia.

Nec obstat, quod quis non possit eodem tem-
pore in duobus locis interesse, & residere; ideo-
que Episcopus residendo in una ex unitis Dioece- 33
sibus, adimplet onus residendi etiam respectu alte-
rius, ex relatis per *Rot. in dicta Calagurritana Fru-
ctuum cor. Benincas. decis.* 241. *n.* 2. *&* 1. *Julii*
1693. *&* 8. *Februarii* 1694. *coram Priolo.* Nam
residentia illa, quam explet Episcopus in una ex
Dioecesibus unitis, non est vera respectu alterius
Dioecesis, sed solum civilis, virtualis, & ficta:
censetur enim Episcopus residere, sed vere non re-
sidet, ut admittitur in mox laudatis Decisionibus
Calagurritana Fructuum, & præsertim in prima
cor. Benincas. Certum autem est, quod ad effe-
ctum nostræ Regulæ civilis ista, & virtualis resi-
dentia non sufficit, sed debeat esse vera, phisica,
& realis, ut dictum est; & satis stringit exem-
plum Nuncii Apostolici, qui non gaudet Alterna-
tiva, etiamsi inserviendo Sedi Apostolicæ, reside-
re censeatur in propria Ecclesia.

Rursus quæro, an sufficiat manere in loco exem-
to sito intra Dioecesim, ad effectum ut Episcopus 34
frui valeat Alternativa. Affirmant *Gonzal. dict.
gloss.* 43. *n.* 187. *Ras. de Resident. Episcop. Cap. ul-
tim. n.* 31. *Pasqualig. Quæst. Moral. juridic.* 48.
n. 3. *& seqq. Prosper. de Territ. separat. quæst.* 27.
n. 39. *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 6. *n.*
17. *& sequen. Masobr. in Prax. haben. Concurs.
prælud.* 23. *num.* 9. *per tot* ea ratione, quia lo-
cus exemtus dicitur esse in Dioecesi, ad *Text. in
Cap. Cum Episcopus ff de Offic Ordinar.* Verum
si locus ille exemtus sit *vere Nullius*, probabilius 35
existimo, quod Episcopus tempore vacationis Be-
neficii in eo manens, commodo Alternativæ non
fruatur, nam licet sit materialiter in Dioecesi, non
est tamen formaliter, & quoad actus jurisdictio-
nales censetur, ac si extra Dioecesim existeret;
unde in eo non potest Episcopus Gregem sibi
commissum pascere, & regere, ac ea omnia
circa ministerium suum adimplere, quæ adimple-
re posset residendo penes Ecclesiam, vel Dioece-
sem suam, ad quam veram, & punctualem re-
sidentiam hujusmodi effectus productivam Alter-
nativa respexit, ut firmant *Garc. de Benefic. dict.
part.* 5. *cap.* 1. *n.* 703. quem sequitur *Castropal.
tom.* 2. *tract.* 13. *punct.* 23. *disput.* 2. §. 2. *n.* 9.
qui e contra ulterius asserunt, quod gaudeat Al- 36
ternativa Episcopus, qui manet in propria Eccle-
sia, licet sita in aliena Dioecesi, ac testantur ita
decisum fuisse favore *Archiepiscopi Compostellani*,
qui tempore vacationis Beneficii morabatur in qua-
dam Parochiali Dioecesis *Zamoren.* ad sui collatio-
nem spectante.

Ad quem autem spectet onus probandi residen-
tiam, sive respective absentiam Episcopi, varia- 37
runt DD nam *Gonzal. dict. gloss.* 43. *n.* 92. *& seqq.*
firmat onus incumbere Actori, sequitur *Kochier
hic gloss.* 15. *n.* 5. Sed *Castropal. dict.* §. 2. *n.* 12.
existimat spectare ad Provisum ab Ordinario, nec
distinguit, an sit Actor, vel Reus. *Amayden.* ve-
ro *de styl. Datar. cap.* 29. *sub n.* 40. censet, onus
probandi negativam pertinere ad Provisum Apo-
stolicum, quando docetur, Episcopum esse in
quasi possessione conferendi vigore Alternativæ, &
constat

constat ipsum aliquando ea usum fuisse, etiam per
38 unicum actum. Verior tamen Sententia est, quod ubi agitur de vocatione sequuta in uno ex octo Mensibus reservatis, probatio spectat ad Provisum ab Ordinario, sive sit Actor, sive Reus, quia Provisus Apostolicus satis fundat suam intentionem in prima parte Regulæ; unde provisus ab Ordinario, qui innititur secundæ parti, nempe Alternativæ, tenetur eam, tanquam suæ exceptionis fundamentum, probare cum sua qualitate, nempe Residentiæ, *Leuren. in For. Beneficial. tom. 2. quæst. 573. Lotter. de re Benefic. quæst. 40. n. 73. & seqq. Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 2. §. 2. n. 79. Card. de Luc. de Benefic. disc. 93. n. 19. adden. ad Gregor. dec. 94. n. 11. decis. 87. n. 12. coram Peutinger. & decis. 113. n. 3. coram bon. mem. Herrera, & decis. 140. n. 40. cor. eodem.*

§. VI.

Quando, & quomodo cesset Alternativa.

ARGUMENTUM.

Expirat Alternativa nedum per obitum Pontificis, sed etiam per mortem Episcopi: per illius translationem ad aliam Ecclesiam: necnon per renunciationem eidem Alternativæ a Papa tamen acceptatam; & ab ipso puncto dissolutionis Alternativæ incipit Mensis fieri Apostolicus, vel Ordinarius, & assignatur ratio, cur in acceptatione Alternativæ in Mense Apostolico, iste semper duret talis, secus vero in illius dissolutione? Cessat quoque Alternativa per abusum, & late ostenditur quomodo ille intervenire soleat, & quibus ex causis excludatur. Per abusum Alternativæ, an Episcopus statim redeat ad suos Menses ordinarios, etiam absque declaratione Papæ? Amissa Alternativa per abusum, si rursus Episcopus ea gaudere velit, indiget nova acceptatione, quæ tamen non requiritur in casu, quo sit absens a Diœcesi, & postea ad eam revertatur.

SUMMARIUM.

1 *Alternativa cessat per obitum Pontificis, & assignantur rationes.* & n. 13.
Cessabat etiam in terminis Regulæ antiquæ. n. 2.
3 *Beneficia vacantia intra tempus, quod intercedit inter finem primæ Alternativæ concessæ ab Antecessore, & acceptationem secundæ a Successore Pontifice recognitam, non cadunt sub Alternativa.*
4 *Reprobatur* Pox Jordan. *existimans morte Pontificis Alternativam non expirare.*
5 *Quemadmodum Sententia nonnullorum Episcoporum* Brittaniæ, *id ipsum opinantium.*
6 *Episcopi Brittaniæ non gaudent Alternativa, nisi vigore Regulæ in ea Regione receptæ, & recognitionis Litterarum acceptationis per Datarium fieri solitæ.*
7 *Demonstratur in subsistens assertio, quod clausula apponi solita in Litteris recognitionis præfatæ, quod nempe Alternativa durare debeat durante vita Pontificis concedentis, adjiciatur a Datariæ Ministris contra mentem Papæ.*
8 *Alternativa est contractus inter Episcopum, & Pontificem, non inter illum, & Sedem Apostolicam.*
9 *Doctores Galli agnoscunt uti novum Indultum Papæ, Alternativam Episcopis Brittaniæ concedi solitam.*
10 *Episcopis præfatis Alternativa primo concessa fuit a S. Pio V. ad quinquennium.*
11 *Rex Christianissimus initio Pontificatus fa. me. Innocentii XII. Episcopis Brittaniæ mandavit, ut in quolibet Pontificatu Alternativam de novo acceptarent.*
12 *De simili prætensione excitata anno 1660. a nonnullis Episcopis Belgii, quod Alternativa non expiret per obitum Pontificis, & quid tunc temporis Prodatarius scripserit Ministro Apostolico inibi degenti.*
14 *Alternativa expirat per obitum Episcopi, qui eam acceptavit.*
15 *Episcopus ad aliam Ecclesiam translatus novam acceptare tenetur Alternativam pro novo Episcopatu, si ea uti velit.*
16 *Cessat Alternativa per renunciationem ei factam ab Episcopo, & a Papa acceptatam.*
17 *Papa non tenetur hanc Renunciationem acceptare, sed potest eam ex justis causis rejicere.*
18 *Quomodo renunciatur Alternativa, & de stylo, quo Pontifex Renunciationem præfatam acceptare soleat.*
19 *Traditur formula Litterarum acceptationis Renunciationis Alternativæ, quæ a Datario expediuntur.*
20 *Alternativa dissolvitur nedum per expressum, sed etiam per tacitum Papæ, & Episcopi consensum.*
21 *Et censetur dissoluta si Episcopus conferat in Mense* Martii, *& Pontifex in Mense* Augusti.
22 *Contrarium, quod pro dissolutione Alternativæ requiratur expressus Papæ consensus; & respondetur contrariis rationibus.*
23 *Dissoluta Alternativa, Mensis a puncto dissolutionis incipit esse Apostolicus, & ordinarius.*
24 *Non obstante, quod sequuta acceptatione Alternativæ in Mense Apostolico, hic semper duret talis. Et assignatur diversitatis ratio.*
25 *Alternativa cessat per illius abusum ab Episcopo factam.*
26 *Absentia Episcopi non importat abusum, sed non usum Alternativæ, quæ, ea durante, solum suspensa remanet.* & n. 45.
27 *Abusus adesse dicitur, quando Episcopus, etiam unica vice, confert Beneficium in Mensibus Apostolicis vacans, vel quando impedit exequutionem Provisionis Apostolicæ.* & n. 45.
29 *Et per hujusmodi abusum amittitur Alternativa ipso jure absque ulla Papæ declaratione; & sive contraventio sit notoria, sive non.*
30 *Requiritur ad hunc effectum in Episcopo plena scientia Reservationis.*
31 *Unde a privatione Alternativæ excusat ignorantia facti, quia scilicet Episcopus nescіverit defunctum fuisse Protonotarium, Familiarem &c.*

32 *Am-*

32 *Amplia, ut excuset etiam ignorantia juris dubii. & obscuri. Et proponuntur nonnulla exempla.* n. 33. 34. 35. 36.
37 *Ad evitandum pœnam amissionis Alternativæ sufficit qualibet Causa etiam colorata, & minus justa.*
38 *Nec incurritur nisi adsit positivus dolus directus ad fraudandam Alternativam.*
39 *Verisimilis ignorantia de tempore collationis, quod Alternativæ acceptatio fuerit per Datarium recognita, excusat Episcopum a pœna contraventionis.*
40 *Non privatur Alternativa Episcopus, ex quo contulit Beneficium litigiosum.*
41 *Episcopus per abusum Alternativæ statim redit ad suos quatuor Menses Ordinarios.*
Et redditur ratio. n. 42.
43 *Contrarium, quod requiratur declaratio Papæ, quodque interim non possit Episcopus conferre in Mensibus Martii, & Septembris.*
44 *Episcopus, qui ob contraventionem Alternativam amisit, si ea de novo uti velit, nova indiget acceptatione.*

1 CEssat primo Alternativa per obitum Summi Pontificis, non ex eo solum, quod Regula in prima parte disponat, quod duret Mensium reservatio usque *ad suæ voluntatis beneplacitum*, quod durat vivente Papa; sed etiam ex quo in secunda parte; ubi agitur de Alternativa, Pontifex Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, expresse facultatem impertitur libere disponendi de Beneficiis, quæ in Mensibus alternatis vacare contigerint, *tempore sui Pontificatus tantum duraturam*, quæ verba etsi non ita ampla legerentur in Regula *Alexandri VII.* ac etiam in ipsismet Litteris Alternativæ, quæ per Datarium prius concedebantur Episcopis petentibus, evidens tamen est, quod tempore tantum Papæ concedentis, duratura est Alternativa, ut clare in modernis Regulis disponitur, & apparet ex nova formula Litterarum recognitionis, quas transcripsimus supra §. 2. n. 16.

2 Et est Conclusio ab omnibus recepta, etiam in terminis Regulæ antiquæ, *Navarr. conf.* 31. n. 2. *de Praeben. Castropal. Oper. moral. tom.* 2. *disputat.* 2. *punct.* 23. §. 5. *num.* 2 *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 11. *Leuren. in For Benefic. tom.* 2. *Quæst.* 583. *n.* 2. *Gonzalez Gloss.* 50 *n.* 4 *& seqq. & Gloss.* 58. *n.* 13. cum aliis per *Rot. dec.* 76 *n.* 7. *& seqq. part* 19. *Recent.* ubi ulterius firmatur, quod tempora non conjunguntur, itaut si quis ab ante cessore Pontifice, ac etiam a successore Alternati-

3 vam impetravit, tempus illud, quod mediat inter finem primæ Alternativæ, & acceptationem secundæ, non habetur in consideratione, sed Beneficia eo tempore vacantia subjacent primæ Regulæ Pauli octo Mensium reservatoriæ.

Hinc patet erroneam esse assertionem *Pacis Jor-*
4 *dan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 1. *n.* 29. quod scilicet morte Pontificis non expiret Alternativa, cum sit Gratia perfecta, licet Successor possit illam revocare, sicuti dicitur de Litteris Dimissorialibus ab antecessore Ordinario concessis ad suscipiendos Ordines, quæ a Successore revocari valent. Siquidem Alternativa est quidem Gratia perfecta, sed temporalis, duratura videlicet, quousque durat vita Pontificis, ad cujus Beneplacitum etiam antiquitus emanavit Regula, & habetur ad instar Societatis, quæ morte unius ex Sociis finitur, ad tradita per *Gonzal. dicta Gloss.* 50. *n* 5.

Prout etiam omni prorsus destituta est funda-
5 mento prætensio, quam in Brittania, aliisque *Patriæ Obedientiæ* nuncupatis Regionibus, in quibus viget Regula Mensium, excitarunt olim nonnulli Episcopi, quod Alternativa veluti contractus inter Sedem Apostolicam, & Episcopum, duret vivente ipso Episcopo acceptante, nec morte Pontificis extinguatur, quod plures per Aresta illorum Tribunalium decisum fuisse, testatur *Bouchel in Biblioth. Canon. verb. Collation. in addit. pag. mihi* 276.

Siquidem Episcopi præfati Alternativam, prætendere non possunt, nisi vigore Regulæ IX. & Litterarum, quæ per Datarium expediri solent; & tam in Regula, quam in Litteris præfatis, expresse apponitur restrictiva, quod sit duratura *tempore Pontificatus tantum* Pontificis Alternativam indulgentis, ergo aut uti non possunt favore Alternativæ, aut ea uti debent cum omnibus qualitatibus, cum quibus fuit a principio concessa, & per ipsos acceptata. 6

Et vanitas profecto est contendere, quod restrictio illa Alternativæ *ad vitam Pontificis* adponi solent in Litteris illius concessionis a Dataria Ministris contra mentem Pontificis, Siquidem restrictiva præfata continetur etiam in Regula IX. quæ inserta est inter alias Cancellariæ Regulas a quolibet Pontifice approbatas, & propria manu subscriptas his verbis. *Placet. publicentur & registrentur.* Et ipsimet Brittania Episcopi, in propriis Patentibus Litteris Alternativam acceptantes juxta *formam, & ad effectum de quibus in prædicta Regula*, ut ex formula earum Litterarum per extensum relata a *Dorjat. in Specim. Jur. Eccles. part.* 1. *pag* 82. 83 84. Sed mirum est, quod iidem Episcopi, qui in omnibus materiis, quæ per Datariam expediri solent, Datarium agnoscunt, uti organum Papæ, ac innumeris propemodum utuntur Supplicationibus ab ipso solum, aut Ministris Datariæ subscriptis, in sola materia Alternativæ ejus auctoritatem in dubium revocare studeant, & quidem in ipso et actu, in quo ejusdem Datarii auctoritatem agnoscunt. & fatentur, dum in Litteris patentibus acceptationis Alternativæ ajunt — *Et eas ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. ejusdem Dni nostri Datarium transmittere curabimus ad finem &c.* ut apud *Doujat loco citato.* 7

Neque verum est, quod Alternativa sit contractus inter Sedem Apostolicam, & Episcopum acceptantem; Quia est contractus inter Episcopum, & Summum Pontificem, ex relatis per *Rot. decis.* 76. *n.* 8. *part.* 19 *Recent.* & disponitur in Regula, ibi — *Sanctitas Sua &c.* — prout etiam habetur in Litteris Patentibus expediri solitis super Recognitione acceptationis Alternativæ. Quinimmo ipsimet Doctores Galli loquentes de Alternativa Episcopis dictarum Provinciarum concedi solita, illam agnoscunt uti novum Indultum Papæ, ut videre est apud *Bouchel* loco supra laudato. Et jure quidem merito, dum *S. Pius V.* anno 1568. primus omnium Episcopis *Brittaniæ*, & *Armonicæ Provinciæ*, in qua etiam ex declaratione Christianissimi Regis *Henrici II.* de anno 1550. Cancellariæ Regula IX. tunc temporis VIII. recepta fuerat, sex Menses, & Alternativam concessit, dummodo in Diœcesi residerent. *Donum erat ad quinquennium, quo consumto innovabatur*, ut inquit *Thomassin. tom.* 2. *libr.* 1. *cap.* 46. *num.* 6. ubi hæc postea ad rem nostram subjungit — *Alternativam dixi, propterea quod a Sixto V. declaratum sit. jam necesse non esse, quod acceptatio innovetur singulis quinquenniis, sufficere enim acceptationem a quolibet Episcopo factam ad totum Papa cujuslibet Pontificatum.* — 8 9 10

Idque

Idque confirmatur nedum ex observantia Episcoporum aliarum Provinciarum, quibus adamussim, ac Episcopis Brittaniæ sub eadem verborum formula conceditur Alternativa, & tamen cujuslibet Pontificatus initio eam de novo a Successore Pontifice petunt, & impetrant; verum etiam ex quo plures, atque plures ejusdem *Brittanicæ* Provinciæ Episcopi novam petierunt a Successore Pontifice Alternativam, etsi aliam tempore Antecessoris acceptassent, juxta documenta, quæ in Dataria asservantur; Cumque alias prætensionem hanc circa annum 1658. instaurassent nonnulli ejusdem Brittaniæ Episcopi, ex recensitis rationibus, & documentis convicti, ab ea recesserunt, ut testatur clar. mem. Cardinalis *Corradus* tunc temporis Prodatarius in Epistola mox transcribenda. Iisdemque
11 perpensis documentis, quæ sub initium Pontificatus san. mem. *Innocentii XII.* communicata fuerunt *clar. mem. Cardinali Cavellerino*, tunc apud Galliarum Regem Nuncio Apostolico, occasione similis controversiæ in Parisiensi Parlamento tunc pendentis, Christianissimus Rex mandavit, *che da Vescovi di Brettagna si pigliassero le Alternative in ogni Pontificato*, ut ex Litteris mox laudati Cardinalis ad Secretariam Status transmissis.

Similem quoque prætensionem excitarunt an-
12 no 1660. nonnulli Episcopi *Belgii*, & præcipue Archiepiscopus *Mechliniensis*. Et quamvis tunc temporis Pro-datarius clar. mem. Card. *Corradus* a Provisis Apostolicis per medium Pontificis Ministri, inibi degentis requisitus, ut *Sanctitatis Suæ mentem, quæ Regularum Cancellariæ anima est, tribus lineis per se, vel per aliquam Congregationem aperire dignaretur*; abnuit id facere, sciteque, ac prudenter eidem Ministro Apostolico sub *die 3. Aprilis* 1660. respondit -- *La mente di ciascun Pontefice per la durazione delle Regole di Cancellaria viene espressamente dichiarata nel principio delle medeme Regole, ove si leggono le seguenti parole* & suo tempore duraturas; *onde l'Alternativa, che si concede alli Vescovi in vigore della Regola Nona, non può certo durare, nè giovare oltre il tempo della vita del Pontefice concedente, e per conseguenza non conviene, che io faccia altra dichiarazione con chi stesia della Mente di Nostro Signore, o delli suoi Prædecessori, leggendosi apertamente nelle parole suddette; nondimeno mando a VS. il congiunto Foglio per sua maggiore informazione, acciocche possa convincere chiunque avrà opinione contraria, come sono stati convinti ormai quasi tutti quelli Prelati della Francia, che erano nello stesso errore &c.*

Folium autem in dicta Epistola enunciatum,
13 tenoris est qui sequitur.

Morto il Papa spira la grazia dell'Alternativa concessa dal medemo a' Vescovi: Il Papa non ha la riserva de' Mesi, se non in vigore delle Regole di Cancellaria, quali si rinovano nel principio d'ogni Pontificato, spirando l'altre per morte del Pontefice precedente; così ancora la concessione della Grazia dell'Alternativa concessa ad un Vescovo da un Papa, spira per la morte del medemo Papa, che in vigore d'una di quelle Regole la concede. Per prova di questo si dimandi alli Signori Vescovi di Fiandra, & altri, se per tutto il tempo, che vaca la Sede Apostolica non conferiscono tutti li Beneficj de loro Vescovati in qualsivoglia Mese vacanti, (salvi quelli, che sono riservati in corpore juris, o per qualche altra Costituzione perpetua) Questo si prattica per tutta la Christianità, quando bene restasse più Mesi vacante la Sede Apostolica. E dunque necessario, che questi Signori Vescovi confessino, che per morte del Papa sono spirate le Regole di Cancellaria, altrimenti non potriano godere di questo Privilegio di conferire in ogni Mese. Supposta questa verità per infallibile, bisogna dire ancora, che la Grazia dell'Alternativa è spirata per obitum Pontificis concedentis, *mentre si concede in virtù d'una di quelle Regole di Cancellaria, quale spira come l'altre; Con che si conclude, che il Vescovo per godere di questa medesima Grazia dell'Alternativa, deve impetrarla dal Papa successore, altrimenti non deve, nè può godere d'essa* -- Depromsimus Documenta hæc ex celebri Bibliotheca Emi, & Rmi D. Cardinalis *Ottboboni* Tom. 56. Materiarum Datariæ *pag.* 306. Quid autem actum postea fuerit in dicta controversia, mihi incompertum est.

Secundo cessat Alternativa per obitum ipsiusmet Episcopi, cui concessa fuit, itaut non tran- 14
seat ad Successorem. Et est Conclusio a nemine controversa, de qua Auctores relati in principio *n. 1. & 2.*

Tertio cessat per translationem Episcopi de una ad aliam Ecclesiam, unde si Episcopus translatus 15
velit uti Alternativa pro novo Episcopatu, novam tenetur petere facultatem, *Gonzal. Glossa* 58. *n.* 18. *& seqq. Leuren. in For. Benef. tom.* 2. *Quæst.* 583. *n.* 1. *Garc. de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 484. *Castropal. dict. punct.* 2. *disputat.* 23. *§.* 5. *n.* 1. *Corrad. in Prax. Benefic. libr.* 3. *cap.* 6. *n.* 11. *vers. Idem quoque erit, Barbos. de Canon. cap.* 14. *num.* 35. *Card. de Luc. de Benef. disc.* 93. *n.* 22.

Quarto cessat Alternativa per renunciationem ei
factam. Advertendum tamen est, quod semel ac 16
acceptata fuit Alternativa, non potest ab ea recedi, sine consensu utriusque partis, Episcopi scilicet, & Pontificis. Licet enim Alternativæ contractus a principio sit voluntatis, expost tamen sit necessitatis, *Gonzal. dicta Gloss.* 58. *n.* 14. *Garc. de Benef. dict. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 484. *Van Espen. in Jus Eccles. univers. tom.* 1. *part.* 2. *titul.* 25. *cap.* 6. *n.* 15. *Castropal. dict. disput.* 23. *§.* 5. *n.* 3. *Corrad. dicto cap.* 6. *num.* 12. *Fragos. de Regim. Reipub. Christian. tom.* 2. *pag.* 730. *sub n.* 20. *Rot. in Sulmonen. Alternativæ coram Lancellot.* penes *Amayden. de Styl. Datar. dicto cap.* 29. *num.* 17. cum aliis plene relatis *in dec.* 118. *num.* 16. *&* 17. *part.* 11. *Recent.*

Summus vero Pontifex non tenetur hanc renun-
ciationem acceptare, sed illam rejicere potest, si 17
causæ legitimæ hujus renunciationis non proponantur; unde potius ex voluntate Pontificis, quam Episcopi, alternativæ extinctio, & dissolutio pendet, *Corrad. d. cap.* 6. *n.* 11. *in fine*, *Castropal. dict. punct.* 23. *§.* 5. *n.* 3. Et praxis est, quod Episcopus supplicet Papæ, ut soluto acceptationis vinculo, quilibet in pristinum statum reponatur, idque concedi solet vel denegari, prout ex causis expositis æquum Datario videtur. Quod si Al-
ternativæ dissolutio conceditur, nil aliud agitur, 18
nisi recognitionem Litterarum acceptationis semel factam cancellare, atque cassare ex Libris Datariæ, adnotando in margine Recognitionis diem, Mensem, & annum, quo fuit dissoluta, ad instar cassationis Instrumenti obligatorii, & manu propria ipsius Datarii scribitur: *N. N. Episcopus Alternativæ renunciavit*, ut de hac praxi testatur *Gonzalez dict. gloss.* 58. *n.* 23. *Garc. dict. part.* 5. *cap.* 1. *Corrad. Fragos. & Castropal. ubi supra, Rot. decis.* 108. *n.* 11. *part.* 11. *recent.*

Et sequuta acceptatione renunciationis Alternativæ, tradi solet per Datarium publicum præfatæ acceptationis documentum, tenoris qui sequitur.

Nos

19 „ Nos Antonius Xaverius Tituli S. Stephani in
„ Monte Coelio Presbyter Cardinalis Gentili nun-
„ cupatus S. D. N. Clementis Divina providentia
„ PP. XII. Pro Datarius, ootum facimus omnibus,
„ & siogulis, ad quos spectat, quod licet alias
„ Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus N.
„ N. Episcopus N. Gratiam Alternativæ Mensium
„ Præsulibus apud Ecclesias, vel Diœceses suas
„ vere, & personaliter residentibus a præfato S.
„ D. N. ejus tantum tempore duraturæ concessam
„ acceptaverit, tamen cum idem Illustriss. & Re-
„ verendiss. D. Episcopus, nolens imposterum di-
„ cta Gratia uti, præfato S. D. N. supplicari fe-
„ cerit, ut concessionem Alternativæ hujusmodi
„ ab eo per suas Litteras in Sanctitatis suæ ma-
„ nibus ob nonnullas rationabiles causas animum
„ suum moventibus sponte factam, admittere di-
„ goarctur; & facto nuper per Nos de præmissis
„ verbo cum eodem Sanctiсtissimo, Sanctitas sua
„ hujusmodi supplicationibus benigne inclinata,
„ cessionem præfatam admisit, & eumdem Epi-
„ scopum ad solitos Menses Ordinariis concessos
„ restituit. In quorum omnium, & singulorum
„ fidem, & testimonium, præsentes manu propria
„ subscripsimus, Sigillique, quo in tali utimur,
„ impressione muniri, ac in libro Alternativarum
„ ad hoc specialiter destinato registrari fecimus.
„ Datum Romæ in Dataria Apostolica die... Men-
„ sis.... Anni Domini 1733.

„ A. X. Cardinalis Pro-Datarius.

*De Mandato Emmentiss. & Reverendiss. D. Car-
dinalis Pro Datarii*, Augustinus Galaminus *Præ-
fectus Officio Vacationum per obitum.*

Nedum autem per expressum, sed etiam per
20 tacitum Papæ coosensum potest Alternativa dissol-
vi: tacitum enim, & expressum procedunt ex ea-
dem potentia Causæ efficienna, & cum illa re-
putetur quasi contractus inter Papam, & Episco-
pum, de tacito consensu partium potest ab eo re-
cedi, *Rota in Sulmonen.* penes *Amayden. de styl.
Datar. cap. 29. num 17. §. Non obstat, circa fin.
vers. Consensum expressum vel tacitum Papæ*, &
interius *in §. Et primo quidem pag. 458.* Et licet in
acceptatione Alternativæ ioterveoire debeat scriptu-
ra Episcopi, tamen illa facilioris probationis causa
a Regula requiritur, ut fuit resolutum *a Rot. in
Paduan. Prioratus 18. Maii 1611. cor. Pirovano*
penes *Amayd. d. cap. 29. d. pag. 458. & seqq.* ubi e-
numerantur actus positivi, ex quibus constare pos-
sit de utriusque partis tacito consensu recedendi ab
21 Alternativa, nempe collationes factæ ab Episcopo
in Mense *Martii*, aut Provisiones Apostolicæ ex-
pletæ in Mense *Augusti*; sequitur *Lotter. de re Be-
nef. lib. 2. quæst. 41. n. 48. usque ad finem.*

Sed contrarium late tuetur, & probat ipsemet
22 *Amayden.* loco citato, quod nempe dici non pos-
sit recessum ab Alternativa sine scientia, & con-
sensu Papæ expresso. Non enim relevat, quod E-
piscopus contulerit in mense *Martii*, quia id non
probat consensum Papæ, sed potius contraventio-
nem Episcopi; neque relevant provisiones Aposto-
licæ de Beneficiis vacantibus in Mense *Augusti*,
nisi in iis fiat expressa mentio de Alternativa, quod-
que Papa illius scientiam habuerit, & ex jure pro-
prio contulerit, cum aliis rationibus, quæ videri
poterunt apud *Amayden. dict cap. 29. num. 17. &
seq. num. 23.* Et ejus opinioni magis adhæreo; aut
enim consensus tacitus non sufficit, aut ille ex
præfatis collationibus non deducitur.

Dissoluta autem Alternativa per consensum Pon-
tificis, remanet videndum a quo tempore incipiat
Mensis esse Apostolicus, aut ordinarius; & cen-
seo iocipere ab ipso puncto dissolutionis, itaut si
Alternativa dissoluta fuerit Mense *Martii*, ex tunc 23
Mensis ille fiat Ordinarius, si vero sequatur in
mense *Aprilis* fiat Apostolicus, *Fragos. de Regim.
Reipubl. Christian. d. disput. 20. §. 4. n. 5. in fine.*
Non refragante, quod Contractus, & distractus
sint ejusdem naturæ, quodque distractio Alternati-
væ sit regulanda iisdemmet regulis, ac accepta-
tio, ut admittit idem *Fragos. n. 5. Gonzal. gloss.
65. n. ultim.* proindeque, sicut in acceptatione, 24
Mensis semel Apostolicus incœptus semper durat
talis, ita in distractione. Quia paritas non proce-
dit. Acceptatio enim est actus voluntarius Episco-
pi, qui acceptando Alternativam, non potest Pa-
pæ præjudicare, ei tollendo Mensem, quem jam
acquisierat, præjudicat tamen sibi, si tempore con-
gruo non acceptavit. Dissolutio vero Alternati-
væ non est actus voluntarius Episcopi dependens
ab illius arbitrio dumtaxat, sed requirit utriusque
partis positivum consensum, & est actus potius
dependens a voluntate Pontificis, quam Epi-
scopi, unde ipsemet Summus Pontifex, qui di-
ctam distractionem mense *Martii* admittit, sibi
præjudicat, cum in aliud tempus sibi magis pro-
ficuum potuisset consensum pro Alternativæ disso-
lutione differre.

Quinto, cessat Alternativa *per Abusum.* Abu- 25
sus autem non intelligitur de absentia Episcopi,
quia ista non est abusus, sed potius non usus, &
per absentiam suspenditur, non tollitur Alternati- 26
va, *Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 41. n. 47.
Squillant. de Privileg. Episcop. lib. 3. cap. 3. n. 4.
Ros. de Resident. Episcop. cap. ult. n. 33. Amayd.
de styl. Datar. cap. 29. n. 21 Rot. decis. 110. n. 3.
coram Martin. Andr. & in Oveten. Canonicatus
4. Martii 1723. §. Adstipulatur, coram R. P. D.
Ratto.* Consideratur igitur Abusus in duobus casi-
bus per Regulam explicatis, nempe, quando E-
piscopus Beneficia providet vacantia in Mensibus 27
pro Papa alternatis, vel quomodolibet reservata,
& affecta, ita quidem ut unica collatio sufficiat ad
effectum, ut dicatur contraventum Alternativæ,
Rot. in Decisionibus Auxen & Pistorien. penes
Garc. de Benefic. cap. 1. n. 739. & 740. Et se-
cundo, quando idem Episcopus impedimentum 28
præstat, quominus provisio, & gratia Papæ suum
sortiatur effectum; super quibus plene *Lotter. de
re Benefic. dict. lib. 2. quæst. 41. & seqq. Amayd.
de styl. Datar. dict. cap. 29. n. 21. Leuren. in for.
benef. tom. 2. quæst. 584. n. 1. Rot. dec. 638. n. 4.
& decis. 703. n. 3. coram Caccin.* Et his casibus 29
amittitur ipso jure Alternativa, non expectata ali-
qua sententia, nec declaratione Papæ, ut decer-
nitur in Regula ibi - *eo ipso privati existant* - &
tradunt *Kochier. ad hanc Regul. gloss. 20. a num. 3.
Leuren. quæst. 686. n. 1. Gonzal. gloss. 56. n. 29.
& seqq. Lotter. dict. quæst. 41. n. 13. & pluribus
seqq. Corrad. in prax. Benefic. lib. 3. cap. 6. n. 34.
Fragos. de regimin. Reipubl. Christian. disput. 20.
dict. §. 4. num. 8. pag. 732. tom. 2.* ubi ampliat,
sive contraventio sit notoria, sive non, *Garc. de
Benefic. dict. cap. 1. n. 742. & seqq. Massobr. in
prax. haben. Concurs. prælud. 23. dub. 13. Cre-
scent. dec. 13. de Privileg.* Et cum Episcopus
Majoricen. aono 1705. contulisset Parochialem va-
cantem *juxta Decretum appositum* in Provisione
Apostolica alterius Beoeficii incompatibilis, fuit in
Congregatione Datariæ resolutum, quod eo ipso
privatus remanserat Gratia Alternativæ, fuitque
coocessa Impetratio certi Beneficii, ad Episcopi
collationem vigore Alternativæ spectantis, cui-
dam Michaeli *Canever*, ut ex supplicatione apud

S. Petrum *tertio Nonas Decembris Pontificatus san. mem. Clementis XI. anno quinto.*

Declara tamen, quod ad effectum; ut Episcopus, conferendo Beneficium reservatum, amittat
30 Alternativam, requiritur quod in ipso concurrat plena scientia reservationis, *Rota decis.* 142. *n.* 2. *lib.* 1. *& decis.* 106. *eod. libr. & dec.* 351. *lib.* 2. *coram Put. decis.* 109. *n.* 6. *lib.* 3. *coram Puteo, decis.* 109. *n.* 6. *coram Verallo, & dec.* 638. *n.* 4.
31 *dec.* 703. *num.* 5. *cor. Coccin.* Unde si Episcopus conferat Beneficium reservatum ignoranter ex ignorantia facti, quia nempe nesciebat defunctum fuisse *Protonotarium, Subcollectorem, Familiarem &c.* non remanet privatus Alternativa, ex relatis per *Corrad. in prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 6. *num.*38. *Leuren. in for. Benefic. tom.* 2. *quæst.* 586. *num. Gonzal. gloss.* 56. *a n.* 128. *Garc. de Benefic. part.* 5 *cap.* 1. *n.* 752. *Castropal. oper. moral. tract.* 13. *de Benefic. disput.* 2. *punct.* 23. §. 5. *num.* 9. *Fragos. de Regim. Reipubl. Christian. d.* §. 4. *n.* 8. *vers. sed quid dicendum, Rot. dec.* 638. *n.* 7. *coram Coccin.*

Et non solum excusat ignorantia facti, sed e-
32 tiam ignorantia juris dubii, & obscuri, cujus error est probabilis, & justus, ac æquiparatur ignorantiæ facti, *Ancaran. cons.* 324. *in princip. Soccin. cons.* 47. *n.* 10. *versic. Quando tamen esset error, Paris. de Resignat. lib.* 11. *quæst.* 3. *num.* 64. *Rot. dec.* 608. *n.* 14. *part.* 2 *& decis.* 638. *n.* 6. *&*
33 8. *coram Coccin.* Sic licet Beneficia Protonotariorum non participantium sint reservata juxta inconcussam Rotæ sententiam, & late diximus *in Commentar. in Regul. I.* §. 4. *num.* 47. nihilominus ex quo *Maudos. ad Regul.* 1. *quæst.* 6. plures rationes pro contraria parte deducit, ex his fuit excusatus Episcopus, qui Beneficium vacans per obitum Protonotarii honoris contulit, & decisum non amisisse Alternativam, *Rot. decis.* 703. *n.* 9. *&* 10. *coram Coccin.*

Rursus ob eandem ignorantiam juris dubii fuit
34 excusatus Archiepiscopus, qui acceptaverat Alternativam *die 6. Martii*, ex quo tempore Mensis, ut diximus, effectus fuerat Apostolicus, & nihilominus die 28. ejusdem Mensis contulit Canonicatum. Cum enim dubitari posset, an Mensis, qui incœperat esse Ordinarius, deberet semper durare talis, & non desint DD. qui affirmativam sequuntur opinionem, hinc est, quod hæc ignorantia Juris dubii excusare poterat Archiepiscopum, ut *in dict. decis.* 638. *n.* 5. *& seqq. coram Coccin.* Ex quo etiam motivo alias consului in una *Galli-*
35 *politana*, Episcopum non amisisse Alternativam, ex quo ea acceptata sub die 6. *Octobris*, nihilominus ipse contulerat Canonicatum, qui die 17. ejusdem Mensis vacaverat. Excusari enim poterat ex ignorantia juris dubii, nam licet constans sit opinio Rotæ, Mensem Apostolicum semel ingressum, Apostolicum semper durare talem, ut diximus supra §. 3. *n.* 2. *& seqq.* Attamen *Gonzal. Garc. Castropal.* aliique in dicto §. *n.* 1. laudati, censent etiam Mensem Apostolicum ex puncto acceptationis Alternativæ effici ordinarium ob illa verba Regulæ -- *tunc demum, & non antea uti incipiant gratia supradicta* -- unde stante hac DD. opinione, justa exoriri poterat credulitas, quod Alternativa inciperet habere locum ipso *die 6. Octobris*, & propterea excusandus erat Episcopus, si contulit Canonicatum, qui vacaverat die 17. ejusdem Mensis juxta laudatas *Decisiones* 638. *&* 703. *coram Coccin.* in quarum ultima, si excusatus fuit Episcopus, ex quo processerat cum erroneis fundamentis *Mandosis* contra inconcussam Rotæ sententiam; multo magis id procedere debebat, in casu præsenti, in quo aderant plures classici Auctores hanc opinionem mordicus defendentes: Et ita in dicta *Gallipolitana* servatum fuit *anno* 1694.

Idipsum firmavit *Rota in Majoricen. Parochia-*
lis de Manacor. 2 *Julii* 1708. *cor. bo. me Omaña.* 36
Cum enim Sedes Apostolica contulisset Parochialem de *Manacor* cuidam *Raymundo Llinas* cum Decreto vacationis alterius Parochiæ *S. Eulaliæ*, quam obtinebat, & Litteræ Apostolicæ provisionis dictæ Parochialis de *Manacor* ad Civitatem *Majoricen.* non pervenissent, nisi post obitum *Raymundi*, sequutum de Mense *Augusti*, hinc Episcopus dubitare cœpit, an ipse valuisset vigore Alternativæ, qua fruebatur, utramque Parochialem providere; Cumque plures Advocati per Episcopum super hoc puncto consulti, censuerint, ipsum ad utramque provisionem procedere posse, ad quam postea devenit advertendo Provisos, quod si Datarius de his certiorandus, responsum daret, aliquam ex prædictis Parochialibus Sedi Apostolicæ reservatam esse, provisus statim illam dimittere teneretur, *Rota* censuit non incurrisse Episcopum in pœnam amissionis facultatis conferendi his verbis -- *Ex qua facti serie, cum liquido pateat, Episcopum omni bona fide undique processisse, perperam exinde contendebatur, ipsum ex facto hujusmodi Alternativæ commodum amisisse; ad hanc enim*
pœnam evitandam sufficit quælibet simplex causa e- 37
tiam colorata, & minus justa, ut unanimiter tradunt Corrad. in Prax. benefic. lib. 3. *cap.* 6. *n.* 34. *in fine vers. Illud tamen, & n.* 35. *cum seqq. Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 46. *n.* 128. *Garc. de Benefic. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 738. *Castropal. Oper. Moral tom.* 2. *tract.* 13. *de Benefic. disput.* 2. *punct.* 23. §. 5. *n.* 9. *Filliuc. Oper. Moral. tract.* 41. *tit. de Benef. cap.*
3. *n.* 84. *Massobr. in prax. prælud.* 23. *n.* 1. *Cum pro* 38
illius incursu requiratur positivus dolus, taliter ut collatio facta ab ipso fuerit data opera, & in fraudem Alternativæ, ut monet Garc. de Benefic. dict. cap. 1. *n.* 750. *Gonzal. ad Regul.* 8. *dicta gloss.* 56. *n.* 126. Hactenus decisio, quæ confirmata fuit 16. *Novembris* 1708. *cor. bon. mem. Molines* inter impressas *decis.* 1183.

Præterea non privatur Alternativa Episcopus,
quando de tempore collationis Beneficii ad Ponti- 39
ficia collationem spectantis, non habebat, nec habere poterat verisimilem notitiam, quod Alternativa fuerit recognita per Datarium, nec tantum tempus effluxit, quod potuerit ab ejus Procuratore certiorari, ut in dicta *decis.* 638. *&* 703. *coram Coccino*, in cujus Themate Archiepiscopus *Tarentinus*, acceptaverat Alternativam 6. *Martii*, & die 28. ejusdem Mensis contulerat Canonicatum, & decisum fuit, non amisisse usum Alternativæ, quia non constabat eum habuisse notitiam Reservationis, & licet effluxerint viginti duo dies, tamen non poterat tempus dici considerabile ad hunc effectum.

Insuper non privatur usu Alternativæ Episcopus
ille, qui contulit Beneficium litigiosum, quia istud 40
non est proprie reservatum, neque affectum, *Garc. de Benef. d. cap.* 1. *n.* 760. *Leuren. in for. Beneficial. tom.* 2. *quæst.* 584. *num.* 1. *Fragos. de Regim. Reipubl. Christian. dict. disput.* 20. §. 4. *in fine*, & alibi diximus.

An autem per abusum Alternativæ, statim redeat Episcopus ad suos quatuor Menses, affirmant
Gonzal. dict. gloss. 57. *num.* 147. *ex Antonio Au-* 41
gustin. & Mandos. Korbier. hic gloss. 20. *num.* 6. *Leuren. quæst.* 585. *Corrad. in prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 40. *Fragos. lib.* 9. *disput.* 10. §. 4. *num.* 14.

n. 14. *tom.* 2. Cum enim nulla requiratur senten-
42 tia, aut declaratio Papæ, ut dictum est, statim
redit Episcopus ad suos quatuor Menses, quia ad-
est consensus ipsius Pontificis ab initio recedendi
ab Alternativa, sequuta illius contraventione,
unde ad quid nova declaratio? *Castropal. dict. §.
5. n. 6. & 7. Rot. in Sulmonen. Alternativæ §. Non
obstant, apud Amayden. de styl. Datar. dict. cap.
29. n. 17.*

Sed hujusmodi ratio probat quidem, Episcopum
per contraventionem cadere ipso jure ab Alterna-
tiva, sed non evincit, quod detur illico reditus ad
quatuor Menses ordinarios. Sunt enim termini
43 diversi, duoque casus distincti, cadere ab Alter-
nativa, & redire ad quatuor Menses ordinarios;
& ideo primo casu non requiritur declaratio, aut
acceptatio Papæ, quia Regula a principio decla-
rat, Episcopum amittere usum Alternativæ per
abusum. At in secundo casu requiritur voluntas, &
declaratio Papæ, sive acceptatio istius amissionis,
cum possit ejus interesse, Alternativam adhuc in
Episcopo conservari, *Gonzal. ad Reg. 8. gloss. 56.
n. 49. Amayden. d. cap. 29. n. 18. & seqq. & n. 25.
& 26.* & admittit *Rot. in dicta Sulmonen. Alter-
nativa §. Non obstant deducta, & §. Non obstat.*
Idemque admittunt etiam *Castropal. dict. §. 5. n. 8.
Garc. dicta part. 5. num. 749.* qui censent certio-
randum esse Pontificem, sive Datarium, interim
vero non posse Episcopum conferre in Mensibus
Martii, & *Septembris.*

Sequuta vero hujusmodi contraventione, si ve-
lit Episcopus rursus Alternativæ beneficio gaude 44
re, opus habet nova acceptatione, cum prior Al-
ternativa in totum fuerit resoluta, quamvis secus
sit in Episcopo absente, quia tunc non resolvitur,
sed suspenditur usus Alternativæ, *Rot. in dicta Sul* 45
*monen. Alternativæ, & in Papien. penes Amayden.
dict. cap. 29.* & diximus supra *n.* 26.

R E G U L A X.

De Litteris in forma Rationi congruit *expediendis.*

Item voluit idem D. N. Papa, quod concessa per felic. record. Benedictum Decimumtertium Prædecessorem suum, & de ejus mandato expediantur in forma *Ratione congruit &c.* sub die Coronationis suæ, ut moris est, & idem quoad concessa per piæ mem. Innocentium Decimumtertium etiam Prædecessorem suum, ad sex Menses dumtaxat, ab ipso die Coronationis incipiendos observari voluit.

A R G U M E N T U M.

Explicatur natura Gratiæ in forma *Rationi congruit*, quare ita nuncupatur, & qua de causa Regula emanavit. Nil addit, aut detrahit Gratiæ a Prædecessore Pontifice concessæ, sed tantum deservit ad illius probationem, nec indiget nova Supplicatione, sed expeditur ad normam, & tenorem antiquæ Supplicationis, a tempore cujus Signaturæ suffragatur, & quid si tempore intermedio res non esset amplius integra, & adesset tertii præjudicium? Super Gratia verbo tantum a Prædecessore Pontifice facta, an expediri possint Litteræ in forma *Rationi congruit*? Regula comprehendit omnes, & quascumque Gratias, etiam in forma *Commissaria*, & sive per obitum, sive per Resignationem concessas a Pontifice Antecessore tam immediato, quam mediato, licet priscis temporibus Regula super hoc modo magis ampla, modo magis restricta edita fuerit. Terminus sex Mensium in Regula præfixus ad expediendum Litteras in forma *Rationi congruit*, respicit solum Gratias concessas a decessore Pontifice mediato, secus immediato, sed passim quoad hoc Regulæ derogari consuevit, quemadmodum de facili indulgetur restitutio in integrum impedito Litteras præfatas intra præfixum tempus expedire. Expediuntur autem Litteræ in forma *Rationi congruit* sub datum Coronationis Pontificis Successoris, licet aliter servatum fuerit sub Urbano VIII. & quare? Litterarum Apostolicarum expeditioni, vivente eodem Pontifice, qui Gratias indulsit, non est certum tempus præstitutum: & late disseritur, an conveniens sit illud præfigere per regulam generalem ad occurrendum fraudibus, & malitiis eorum, qui Supplicationes signari curant, & postea Litteras Apostolicas expedire negligunt.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apostolicæ tempore Antecessoris super Gratiis ab eo concessis non expeditæ, possunt ad earumdem Gratiarum probationem tempore Successoris Pontificis expediri.*

2 *Gratiæ Apostolicæ sine Litterarum expeditione exequi non possunt juxta Regulas Cancellariæ XXVII. & LII.* & n. 32.

3 *Pontificis Gratia non expirat, licet ipse ante Litterarum expeditionem obierit.* & n. 32.

4 *Mortuo Pontifice, tenetur Datarius supplicationes omnes Gratiam, & justitiam respicientes, etiam Datatas, præsentare Collegio Cardinalium, ut futuri Pontificis dispositioni reserventur.* & n. 42.

5 *Gratia in forma* Rationi congruit, *etsi Gratia sit, est tamen de jure debita.*

6 *Et dicitur talis, quia Litterarum principium concipi solet --* Rationi convenit, & congruit honestati &c.

7 *Super Gratiis injuste expiscatis a decessore Pontifice, non possunt tempore Successoris expediri litteræ in forma* Rationi congruit.

8 *Gratia in forma* Rationi congruit, *Gratiam a decessore Pontifice concessam non confirmat, eique nil addit, aut detrahit.*

9 *Non importat proprie Gratiam, sed solum probationem, & exequutionem Gratiæ præcedentis.*

10 *Litteræ in forma* Rationi congruit *expediuntur absque nova supplicatione signata a Successore Pontifice, sed cum antiqua Decessoris.*

11 *Debent esse in omnibus, & per omnia antiquæ supplicationi conformes*, & n. 22.

12 *Et si plus, minusve continent, sunt subreptitiæ*, & n. 30.

Signata tempore Predecessoris supplicatione super reservatione Pensionis vitalitiæ pro Personis Regs gratis, & acceptis, non possunt tempore Successoris expediri Litteræ in forma Rationi congruit *super reservatione ejusdem Pensionis favore Dignitatum alicujus Ecclesiæ.*

Et expeditæ exequi non debent, nec in ea parte, in qua sunt conformes cum Supplicatione, nempe in temporaneitate Pensionis, & ad vitam obtinentium illas Dignitates.

15 *Exequutor Apostolicus non potest in parte exequi, & in parte non Litteras Apostolicas, quæ in substantia a Supplicatione sunt difformes, sed eas remittere debet ad Officiales Cancellariæ pro correctione.*

16 *Reprobantur* Sot. & Rebuff. *existimantes, expediri posse Litteras in forma* Rationi congruit *ampliores Supplicatione.*

17 *Abbreviatores de Parco introducti fuerunt ad effectum, ut inspiciant, an Litteræ Apostolicæ concordent cum supplicationibus, curentque, ut juxta Supplicationum tenorem expediantur.*

18 *Expeditis Litteris tempore Prædecessoris Pontificis super gratia ab eo concessa, nulla, & superfluæ essent aliæ, quæ tempore Successoris in forma* Rationi congruit *expedirentur.*

19 *Forma Litterarum* Rationi congruit *supponit alias Litteras non fuisse tempore Antecessoris expeditas.*

20 *Si tamen Litteræ tempore Antecessoris fuissent erronee expeditæ, tunc possent tempore Successoris nova expediri Litteræ in forma* Rationi congruit. & num. 23.

21 *Quod est prætermissum in Litteris tempore Antecessoris expeditis, corrigi, & emendari potest per Rescriptum in forma* Rationi congruit *tempore Successoris Pontificis.*

Intellige dummodo id, quod fuit in Litteris prætermissum, reperiatur expressum in Supplicatione ab Antecessore Pontifice signata. Ibid.

24 *Litteræ in forma* Rationi congruit *suum operantur effectum a die signatæ Supplicationis in Vita Prædecessoris Pontificis.* & n. 29.

Maxime si id in Litteris præfatis exprimatur. n. 27.

25 *Et in hoc differunt a Litteris* Perinde valere, *quæ operantur a die Datæ currentis.*

26 *Expeditis Litteris in forma* Rationi congruit *super reservatione Pensionis, debetur terminus reservatus in Supplicatione per Prædecessorem signata.*

28 *Conclusio, quod Litteræ in forma* Rationi congruit *valent a die signatæ Supplicationis in Vita Decessoris Pontificis, procedit, etiamsi res non esset amplius integra, & in præjudicium Juris Tertio medio tempore quæsiti.*

Hinc si quis obtinuerit signari Supplicationem super retentione Pensionis, etiamsi Professionem emiserit, & eam mortuo Papa emisit, potest tempore Successoris Litteras in forma Rationi congruit *expedire*. ibid.

31 *Contrarium, quod re non amplius integra, & in præjudicium Juris Tertio medio tempore quæsiti, expediri non possint Litteræ in forma* Rationi congruit. *Et redditur ratio.*

33 *Distinguitur inter Tertium foventem causam lucrativam, & Alterum foventem causam onerosam, ut respectu primi Litteræ in forma* Rationi congruit *valeant a die signata Supplicationis in Vita Prædecessoris Pontificis, secus in præjudicium secundi.* & n. 34.

35 *Litteræ in forma* Rationi congruit *expediri non possunt super Gratia* verbo *tantum ab Antecessore Pontifice concessa.*

36 *Contrarium, si Gratia* verbo *tantum facta, rite probata fuerit.*

37 *Posterior hæc Sententia procedit, quando Papa post concessam gratiam non fuit amplius in statu signandi Supplicationem, secus si diu supervixit, & illam signare potuit.*

38 *Insuper locum sibi vindicat, quando Pontifex Successor Litteras præfatas expediri mandat, secus de Stylo Cancellariæ, quæ illas concedere non solet, nisi Supplicatione ab Antecessore signata.*

39 *Littera in forma* Rationi congruit, *super quibus gratiis expediri soleant?*

40 *Expediuntur etiam super gratiis Resignationum Beneficiorum ab Antecessore Pontifice signatis.*

41 *Amplia, quamvis illius tempore datata non fuerint.*

43 *Regula comprehendit non solum gratias concessas per Pontificem immediate Prædecessorem, sed etiam alterum mediatum.*

44 *Terminus sex Mensium a Regula præscriptus ad expediendum Litteras in forma* Rationi congruit, *refertur ad gratias concessas a Pontifice Prædecessore mediato, non immediato.*

45 *Regula in hoc est obscura, & clarius loqui deberet, cum inter utrumque casum non adsit diversitatis ratio.*

46 *Traditur varius Pontificum stylus super ampliatione,*

tione, & restrictione Regulæ ad gratias concessas, vel ab immediato Prædecessore tantum, vel etiam mediato, aut duobus mediatis, & quidem aut nullum præfigendo terminum ad expediendum Litteras in forma Rationi congruit, *vel illud ad sex Menses restringendo.*

47 *Referuntur exempla Alexandri VII. qui mandavit expediri Litteras in forma* Rationi congruit *super Supplicatione signata a Paulo V. Alexandri VIII. super Supplicatione signata a Paulo III. & Clementis XI. super altera signata a Gregorio XIII.*

48 *Et per extensum traditur formula Mandati Alexandri VII. pro expeditione Litterarum in forma* Rotioni congruit, *super Supplicatione signata a Paulo III.*

49 *Regulæ quoad præfixionem Semestris pro expediendis Litteris in forma* Rationi congruit *super Supplicatione a Pontifice mediato signata, de facili derogari solet.*

Et traditur formula hujusmodi derogationis. n. 52.

50 *Clausula* sine alicujus præjudicio *adjecta in Mandato expediendi Litteras in forma* Rotioni congruit *cum derogatione termino Semestris est superflua, nec tollit earumdem Litterarum effectum. Et redduntur rationes.* & numer. 51.

53 *Impedito expedire Litteras in forma* Rationi congruit, *infra sex Menses, indulgetur Restitutio in integrum.*

54 *Et pro justificatione impedimenti ad hunc effectum quælibet causa sufficit, & Dataria sola assertione contentatur.*

55 *Littera in forma* Rationi congruit *expediuntur sub Datum Coronationis Pontificis Successoris. Idque primo præscriptum a Paulo III.* ibid.

56 *Sed de jure expediri possunt sub Datum diei electionis Pontificis, a quo tempore plenum, & liberum consequitur ipse sua Jurisdictionis exercitium.*

57 *Pontifices antiquis temporibus etiam ante Coronationem Beneficia conferebant.*

58 *Urbanus VIII. mandavit Litteras omnes Gratiam, & Justitiam concernentes, sub Datum suæ Assumtionis, & non Coronationis expediri. Et quare?* n. 60.

59 *Sed Pontifices omnes post Urbanum* Datam *Coronationis servarunt.*

61 *Pro expediendis Litteris Apostolicis, vivente eodem Pontifice, qui Gratiam concessit, nullum tempus est præfixum.*

62 *De fraudibus, quæ committi solent ab iis, qui supplicationes signari faciunt, sed negligunt Litterarum expeditionem.*

64 *Alias quæsitum, an ad occurrendum dictis fraudibus expediret, edere Regulam generalem cum præfixione certi termini ad expediendum Litteras Apostolicas?*

Referuntur plures rationes pro sententia negativa, quæ fuit amplexa. ibid.

Et traditur modus, quo abusibus præfatis consuli possit absque necessitate edendi Legem generalem cum præfixione ad Litteras Apostolicas expediendas. n. 66. 67 & 68.

65 *Edicto clar. me. Card.* Corradi *Pro-Datarii Alexandri VII. prohibetur relaxari Supplicationes signatas super Gratiis Perinde valere, Subrogationibus, Si neutri, Novis Provisionibus, aliisque Gratiis sanatoriis, nisi præstita cautione expediendi Litteras infra tres Menses a die illarum parva Data, vel relaxationis.*

69 *In Regiis nominationibus ad Beneficia Galliarum, & in Resignationibus datur tempus unius anni ad præstandum consensum.*

70 *Super Provisionibus Dignitatum post Pontificalem majorum in Cathedralibus, & principalium in Collegiatis Regni Franciæ, expediri debent Litteræ Apostolicæ.*

71 *Conveniens esset, quod in Dispensationibus pro* Illegitimis, *quæ in Galliis conceduntur, præfigeretur terminus ad expediendum Litteras, prout fieri solet in Italia, & Germania.*

72 *Provisiones omnes Beneficiorum sive simplicium, sive residentialium per obitum vacantium tam intra, quam ultra Montes, expediri debent vigore Edicti Dataria intra sex Menses a die, quo publicantur in ejusdem Dataria Aula; & non facta intra dictum tempus Litterarum expeditione, impetrari possunt.*

73 *Referuntur exempla nonnullorum Pontificum, qui priscis temporibus certum præfixere terminum ad expediendum Litteras Apostolicas super Gratiis ab ipsis elargitis.* & n. 74.

DE Reservationibus hucusque egit Summus Pontifex in præcedentibus novem Cancellariæ Regulis. Ex hac autem incipit de variis materiis permixtim tractare, & fere omnes Regulæ, quæ sequuntur, paucis exceptis, spectant ad expeditionem Litterarum Cancellariæ.

Indoles autem, & natura Gratiæ *Rationi con-*
gruit eo est, quod ille, qui tempore Pontificis An-
tecessoris Litteras Apostolicas non expedivit, possit 1
eas tempore Successoris expedire ad probationem
Gratiæ. Cum enim sæpe contingat, quod tem-
pore obitus Pontificis plures remaneant Supplica-
tiones ejus manu, dum in humanis degebat, si-
gnatæ, super quibus Litteræ expediri non potue-
runt, quia illico, mortuo Pontifice, Sigilla rum-
puntur, ideo ne Gratiæ factæ, & non expeditæ
reddantur inutiles, cum sine Litterarum expeditio- 2
ne exequi non possint, ex Regula Cancellariæ
XXVII. *De non judicando juxta formam Suppli-*
cationis, & ex altera ordine la LII. *Quod Dispen-*
sationes nulli suffragentur, Litteris non expeditis;
emanavit proinde hæc Regula de *Litteris expedien-*
dis in forma Rationi congruit. Non enim Gratia 3
expiravit, licet Papa obierit ante expeditionem
Litterarum; & ceteroquin æquum est, quod Suc-
cessor totum habeat, quod Antecessor indulsit, *Ca-*
non. Si ea 25. Quæst. 2. Cap. Litteris de Rescript.
Rebuff. in Prax. Benefic. tit. de Grat. Rationi con-
gruit, n. 2. & seqq. Parif. de Resignat. lib. 1. Quæ-
stion. 1. n. 39. & seqq. Rof. de Executor. Litter.
Apostolic. part. 1. cap. 2. num. 18. *& seqq.* ubi *num.*
21. ait, *eu* hac ratione Pium IV. in *Constitut.* 63.
§. *Datariis* disposuisse, quod mortuo Pontifice, 4
statim omnes Supplicationes Gratiarum, & Justi-
tiæ, ab eo in humanis degente, signatas, tenea-
tur Datarius clausas sub Sigillo præsentare Colle-
gio Cardinalium, futuro Pontifici reservandas,
etiamsi datatæ fuerint, *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloss.*
12. *n.* 47. *& seqq. Corrad. in Prax. dispensat. lib.*
2. *cap.* 8. *n.* 13. & post hæc scripta *Emus Petra in*
Constit. Apostol. tom. 5. *pag.* 171. *a n.* 16. *& seqq.*
Amayden. de Styl. Datar. cap. 21. *in princip.* &
n. 2. *&* 4. ait, quod licet dicatur Gratia, tamen 5
est de jure debita, quia per mortem Papæ Gratia
non remanet revocata.

Dicitur autem Gratia in forma *Rationi con-*

6 *gruit*, quia principium Litteratum hac forma con-
cipi solet -- *Rationi convenit, & congruit honestati,
ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia processe-
runt, licet ejus superveniente obitu, Litteræ Apo-
stolicæ super illis confectæ non fuerint, suum sor-
tiantur effectum &c.* & adnotant *Paris. de Resignat.
lib. 10. Quæst. 1. n. 42. Azor. Instit. moral. part.
2. lib. 7. cap. 31. Quæst. 8. Eminentissimus Petra
in Constitut. Apostolic. tom. 5. pag. 170. n. 12. §.
Hinc in aliis, Filiuc. Oper. moral. tract 41. cap.
6. n. 70. Ros. de Executor. lib. 1. cap. 2. n. 22. Que-
sad. ad hanc Regul. vers. in forma Rationi, A-
mayd. de Styl. Datar. cap. 21. num. 2. Rota decis.
690. n. 3. coram Coccin.* Et integram formulam
hujusmodi Litterarum referunt *Mandos. hic in
Proœm. & Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 2. cap.
8. n. 81.*

Ex eo autem quod dicitur *Rationi congruit*,
7 Gratia debet esse justa; alias si Antecessor inju-
stam concesserit Gratiam, & dispensationem, non
erit ea expedienda, quia *Rationi non congruit, Re-
buff. in Prax. Benef. tit. de Gratia Rationi congruit
n. 12. & 13. Amayd. de Styl. Datar. dict. cap. 21.
num. 6. Eminentissimus Petra ubi supra n. 19. Ros.
de Executor. dict. cap. 2. n. 27. in fine.*

Hæc Gratia nihil præcedenti addit, aut demit,
8 nec per eam inducitur confirmatio, seu compro-
batio Gratiæ per Prædecessorem forsan invalide fa-
ctæ, solumque conceditur ad illius probationem,
*Quesad. hic in fine, Kochier. num. 11. & Mandos.
Quæst. 10. Rebuff. loco citat. num. 18. & seqq. Van
Espen in Jus Eccles. univers. tom. 2. part. 2. tit. 24.
cap. 2. n. 14. Ros. de Executor. Litter. Apostol. cap.
2. n. 26. Corrad. in Praxi dispens. libr. 2. cap. 8.
num. 14. Amayden. de Styl. Datar. dict. cap. 21.
n. 6. Eminentissimus Petra tom. 5. pag. 171. n. 17.
& seqq. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap 31.
quæst. 9. Paris. de Resignat. lib. 10. quæst. 1. num.
43. Rota decis. 20. n. 8. coram Millino, & de-
cis. 465. num. 6. cor. Peutinger.* ubi, quod istæ
9 secundæ Litteræ Successoris, non important pro-
prie Gratiam, sed probationem, & exequutionem
præcedentis Gratiæ, cujus magis factum exequi
dicitur.

Et pro istis Litteris in forma *Rationi congruit*
obtinendis, non porrigitur Pontifici Successori no-
10 va supplicatio, sed solum antiqua cum signatura
Prædecessoris, exhibetur, *Ros. de Executor. dict.
cap. 2. num. 26. Rot. decis. 465. num. 7. coram
Peutinger.*

Debent autem præfatæ Litteræ esse in omnibus
11 & per omnia conformes supplicationi ab Antecessore
sore Pontifice signatæ, ad cujus normam, & te-
norem, & non alias regulantur, *Amayd. dict.
cap. 21. n. 6. vers. Hæc Gratia, Rot. dec. 465. n. 5.
coram Peutinger. & in Celsonen. Pensionis 7. Februa-
rii 1685. §. Secundo, coram clar. mem. Card. Cac-
cia.* Adeout, si Litteræ Successoris aliquid plus
12 continerent, quam prima supplicatio, illæ utique
essent subreptitiæ, *Oldrad. cons. 136. num. 6. & 7.
Ros. de Executor. dict. cap. 2. n. 28. & in addit.
n. 21. Eminentiss. Petra in Constit. Apostol. tom. 5.
pag. 172. num. 23. & 24.* cum aliis penes *Rot. decis.
465. n. 4. & seqq. coram Peutinger. & decis. 658.
n. 43. & seqq. cor. Bichio.*

13 Hinc cum super fructibus Mensæ Episcopalis
Celsonen. san. mem. *Alexander VII.* pro personis
Regi Catholico gratis, & acceptis, unam, seu plu-
res Pensiones annuas summam 587. ducatorum non
excedentes, reservasset, & post obitum dicti Pon-
tificis supervenisset Regia nominatio pro ducatis
400. ad favorem quatuor Dignitatum ejusdem
Ecclesiæ, quæ Litteras in forma *Rationi congruit*
tempore Successoris Pontificis expediri curarunt,
*Rota in dicta Celsonen. Pensionis 7. Februarii 1685.
coram clar. mem. Card. Caccia*, censuit, Litteras 14
præfatas non esse exequendas, quippe quæ diffor-
mes erant a supplicatione, dum plus continebant,
quam ipsa supplicatio. In ea enim reservabatur
una, seu plures Pensiones vitalitiæ pro Personis
Regi Catholico gratis, & acceptis: In Litteris ve-
ro continebatur reservatio perpetua pro quatuor
Dignitatibus Ecclesiæ *Celsonen.* tunc, & pro tem-
pore existentibus; qua stante difformitate, & alte-
ratione gratiæ principalis in re substantiali, Litte-
tæ præfatæ tanquam subreptitiæ, exequutioni de-
mandari non poterant.

Et quamvis ex parte Dignitatum contenderetur,
easdem Litteras saltem esse conformes cum suppli-
catione in temporalitate Pensionis, quæ inest per-
petuitati, quemadmodum duæ valutationes inter
se variæ, dicuntur conformes in summa minori,
quæ majori inest, proindeque rejectis verbis ap-
tis importare perpetuitatem, & inducere discor-
dantiam inter Supplicationem, & Litteras, hæ e-
rant exequendæ pro Pensione vitalitia ad commo-
dum Personarum præfatas Dignitates obtinentium.
Responsum nihilominus fuit, quod ubi Litteræ
discordant in substantia a Supplicatione, & diver- 15
sitas est inconciliabilis, prout est temporalitas cum
perpetuitate, non potest Exequutor, qui tenetur
judicare juxta formam earumdem Litterarum, eas
scindere, & pro una parte exequi, & pro altera
non, sed debet eas remittere pro correctione ad
Officiales Cancellariæ, quibus solum convenit te-
nores Litterarum restringere, easque ad formam
debitam reducere, & emendare, ut præcipitur in
Regula XXVII. *de non Indicando &c. Fagnan. in
cap. Licet n. 22. & cap. Ex conscientia num. 7. de
Crimin. fals. Lotter. de re Benef. lib. 3. quæst. 2. n.
37. Rota in dicta Celsonen. Pensionis §. final. coram
Caccia.*

Ex his plane dignoscitur quam insubsistens sit
assertio *Soti hic n. 4. & Rebuff. in prax. Benef. tit.* 16
de Grat. in form. Rationi congruit n. 22. quod ille,
qui expedivit tempore Prædecessoris Litteras, quæ
sibi non placebant, possit alias ampliores in forma
Rationi congruit, expedire tempore Successoris
Pontificis. Hoc enim juxta stylum fieri non po-
test, quia Litteræ in forma *Rationi congruit*, ut
diximus, excedere non possunt tenorem Suppli-
cationis & introducti fuerunt *Abbreviatores de* 17
Parco ad effectum, ut Litteras Apostolicas, &
supplicationes diligenter inspiciant, curentque,
ut Litteræ ad tenorem Supplicationum expe-
diantur, *Amayden. de styl. Datar. cap. 21. sub
n. 6.*

Hinc superfluum est quærere, an qui expedivit
Litteras tempore Prædecessoris, alias tempore 18
Successoris in forma *Rationi congruit* expedire va-
leat? quia cum Litteræ istæ non possint esse in ali-
quo dissimiles inter se, nullus erit ita fatuus, quod
facere velit duplicatas expensas sine fructu, *A-
mayd. de styl. Datar. dict. cap. 21. n. 6. in fine.*

Quod si fuerint in forma *Rationi congruit* secun-
dæ Litteræ expeditæ, nullæ illæ essent, & inef-
ficaces redderentur, quia tenor expeditionis Litte-
rarum in forma *Rationi congruit*, supponit Litte- 19
ras non fuisse expeditas, & ideo non suffragan-
tur ei, qui tempore Prædecessoris jam Litteras ex-
pediverat, *Sot. ad hanc Regul. n. 4.* ubi ait, quod
deberent Officiales tempore expeditionis Littera-
rum in ista forma capere Juramentum ab Expe-
ditore, quod tempore Antecessoris Pontificis alias
Litteras

Litteras non expediverint : ſubdit tamen hoc in
praxi non ſervari *Kochier. ibid. n. 7. Rebuff. dict.
tit. de Gratia rationi congruit n. 22. Rot. decif. 22.
n. 1. poſt primum Volumen Conſil. Farinac. & de-
ciſ. 690. n. 4. coram Coccin.*

At *Maudoſ. hic quæſt. 6. ſub n. 6.* diſtinguit,
quod ſi quis novas Litteras in forma *Rationi con-
gruit* expedire cupit cum amplioribus clauſulis, &
formulis, quibus primæ conceptæ reperiuntur,
tunc repellendus eſt, & ſi fuerint illæ expeditæ,
inefficaces erunt. Sed ſi per incuriam eorum, qui
expeditioni præerant, ſeu ipſiuſmet, qui gratiam
20 obtinuerat, primæ Litteræ defectuoſæ, ſeu nul-
læ, & invalidæ expeditæ jam eſſent, hoc caſu de-
negari non debet novatum Litterarum expeditio,
quæ ſi fuerint in hac forma *Rationi congruit* expe-
ditæ, ſuum ſortiri debeant effectum. Actus enim,
qui non tenuit, ſeu ad ſuam perfectionem non
devenit, reiterari non prohibetur, *Bald. in cap.
Olim col. 2. verſ. Et iterum, de reſcript. Felin. in
cap. 2. In prima licuit, de tregua & pace, Tira-
quel. de Retract. liguagier. §. 8. gloſ. 7. n. 3. & 6.
Magon. deciſ. Florent. 49. num. 21. & ſequent.* &
Mandoſium ſic diſtinguentem, ſequuntur *Kochier.
hic n. 10. & poſt Rebuff. Azor. Inſtit. moral. tom. 2.
lib. 7. cap. 31. in fine*, ubi ait, quod quando ali-
quid eſt prætermiſſum in Litteris, tempore defun-
21 cti Pontificis expeditis, quod tamen fuerat ex-
preſſum in prima impetratione Gratiæ ſignatæ,
poſſit corrigi, & emendari per Reſcriptum in for-
ma *Rationi congruit.*

Atque idipſum in ſequenti facti contingentia fuit
ſervatum. *Joannes* a Rege Catholico nominatus
ad Penſionem Ducatorum 200. monetæ *Caſtellæ*,
Litteras Apoſtolicas in Pontificatu ſan. mem. In-
nocentii XI. expedivit, cum erronea expreſſione,
quod Penſio eſſet 200. ducatorum monetæ *Sardi-
niæ.* Agnito errore, fuit eidem *Joanni* vigore Mo-
tus proprii ſan. mem. Alexandri VIII. ſucceſſoris
Pontificis, tributa facultas expediendi novas Litte-
ras ſub *data* priorum, ad limites nominationis Re-
giæ, in forma *Rationi congruit*, cum expreſſione
ducatorum 200. monetæ *Caſtellæ* : Cumque oppo-
22 neretur, quod Litteræ in forma *Rationi congruit*
aliter expediri non poterant, quam ad formam
præcedentis ſupplicationis, nihil penitus addito,
vel innovato, itaut ſi in aliquo ab ea differre com-
periantur, deneganda ſit illarum exequutio. Nihilo-
minus reſponſum fuit, id bene procedere, niſi præ-
cedentes Litteræ apparerent erroneæ : Quando
23 enim conſtat de errore, licet Litteræ ſint expedi-
tæ in forma *Rationi congruit*, quia reſolvuntur in
Gratiam *Perinde valere*, juſta ratione reformari
poteſt error, qui in prioribus Litteris irrepſit, ut
ex *Rebuff. Mandoſ. & Kochier* dixit *Rot. in Uſſel-
len. Penſionis 25. Junii* 1703. *§. Non relevante*,
coram clar. mem. Card. Priolo, *confirmata* 14.
Decembris ejuſdem anni, *coram eodem.*

Ex ea autem ratione, quod Regula non conti-
net novam Gratiam ſequitur, quod Litteræ in for-
ma *Rationi congruit*, valeant a *Data* primæ Signa-
24 turæ, & ſuffragantur a puncto ſignatæ Supplica-
tionis in vita Predeceſſoris Pontificis, *Oldrad. conſ.
136. n. 7. & 12. Rebuff. in Prax. Benef. tit. de Gra-
tia in forma Rationi congruit n. 21.* ubi hanc di-
25 ſtinctionem notat inter Gratiam *Perinde valere*,
quæ ſuum operatur effectum a die ſignatæ illius
Supplicationis, & Gratiam *Rationi congruit. Emi-
nentiſſ. Petr. in Conſtit. Apoſtolic. tom. 5. pag. mihi
175. ſub n. 33. in fin. Roſ. de Executor. Litter. A-
poſtol. in addit. ad cap. 2. num. 20. Azor. Inſtit.
moral. lib. 7. cap. 31. quæſt. 9. Fillnc. tract. 41. cap. 6.
num. 72. in fin. Rot. apud Marcheſ. part. 1. p. 610.
n. 1.* ubi agebatur de Penſione, & concluditur ve-
nire terminum reſervatum in Supplicatione a Præ- 26
deceſſore Pontifice ſignata, *& coram Peutinger. de-
ciſ. 465. n. 13. & 14. cor. Bich. deciſ. 645. n. 30.
& deciſ. 568. n. 32.* Maxime ſi in Litteris expri-
matur, quod Gratia operari debeat a die ſignatæ 27
Supplicationis per Prædeceſſorem *Roſ. de Executor.
loco citat. & poſt Oldrad. Rot. dec. 465. n. 14. co-
ram Peutinger. deciſ. 678. n. 33. coram Bichio*,
& in Urgellen. Canonicatus 28. Aprilis 1704. *§.
Nec poſſunt ; cor. Kaunitz.*

Idque ampliatur, ut locum ſibi vindicet etiam
ſi de tempore expeditionis Litterarum in forma
Rationi congruit res non eſſet amplius integra. Po- 28
namus exemplum. Obtinuit Titius ſignari Sup-
plicationem retinendi Penſionem ; etiam quod Pro-
feſſionem emitteret ; Poſt emiſſam Profeſſionem
eligitur novus Pontifex, & Litteræ in forma *Ra-
tioni congruit* expediuntur, hoc caſu Litteræ ſunt
efficaces, etiamſi res non ſit amplius integra, ob
ſequutam tempore vacationis Sedis Apoſtolicæ pro-
feſſionem. Eſſet enim hoc conſiderabile, ſi ex-
peditio Litterarum in forma *Rationi congruit* o era-
retur per viam retroactivam, qua in ſupradicto
caſu opus non eſt, nam quod agitur circa expedi-
tionem Litterarum, tribuitur principio Gratiæ con-
ceſſæ per ſignaturam Supplicationis, a qua recipit
ſuum eſſe, quæque per mortem Pontificis non ex- 29
tinguitur, ut perpendit *Rot. deciſ. 467. a n. 10.
coram Peutinger. & deciſ. 658. a n. 34. coram Bich.*
quas Deciſiones late reaſſumit *Eminentiſſ. Petr. in
Conſtit. Apoſtolic. tom. 5. pag. 174. a n. 31.* In iiſ-
demque Deciſionibus firmatur etiam, quod Gratia
non poſſit dici ſubreptitia ob non factam mentio-
nem intermediæ Profeſſionis, quia Gratia *Rationi
congruit* de ſubreptione redargui nequit, quando
nihil additur Supplicationi prius ſignatæ, & intrat 30
ſolum ſubreptio, quando continet aliquid plus,
quam prima Supplicatio contineat, *Roſ. de Exe-
quutor. in addit. ad cap. 2. n. 17. & ſeqq. & deciſ.
465. a n. 4. & ſeqq. coram Peutinger.*

Sed contrarium firmavit *Rota in Neapolitana
Cenſus* 11. *Decembris* 1686 *§. Nec obſtare, cor.
Randinino.* Cum enim Confraternitas Spiritus San- 31
cti inclytæ Neapolitanæ Nationis, poſtquam anno
1572. obtinuerat a ſan. mem. Gregorio XIII. ſi-
gnari Supplicationem Apoſtolici Beneplaciti ſuper
ejus confirmatione, impoſuiſſet anno 1580. abſ-
que ſollemnitatibus requiſitis per *Extravag. Am-
bitioſæ, de Rebus Eccleſ. non alien.* Cenſum favo-
re quorumdam *de Antonellis*, & poſtea ſub ſan.
mem. Sixto V. reportaſſet anno 1585. expeditio-
nem Litterarum in forma *Rationi congruit* ſuper
dicta ſupplicatione a ſan. mem. Gregorio XIII. ſi-
gnata ; Laceſſita ad fructuum Cenſus ſolutionem,
excipiebat de illius nullitate ob defectum ſollem-
nitatum in illius impoſitione, & ſub fundamento,
quod Litteræ expeditæ in forma *Rationi congruit*
ſuper ejus confirmatione tempore Sixti V. relatio-
nem habebant ad tempus ſignatæ Supplicationis de
anno 1572. quo tempore Confraternitas reputan-
da erat Eccleſiaſtica, obſtricta proinde in Cenſus
impoſitione ſervare ſollemnitates ab *Extravag. Am-
bitioſæ* præſcriptas.

At *Rota* exceptionem hanc rejiciendo, cenſuit,
ut quemadmodum Confraternitas medio tempore
inter ſignaturam Supplicationis ſuper ejus confirma-
tione, & expeditionem Litterarum, uti non pote-
rat Gratia præfata, & libere ei permiſſum erat con-
trahere, eodem modo quo contrahebat ante ſigna-
turam Supplicationis, cum licet Gratia ex ſola

32 Supplicationis signatura perficiatur, pro illius tamen usu & exercitio, litterarum expeditio requiritur, ut diximus supra, & tradunt *Mandos. in Reg. 22. Cancell. quæst. 16. n. 2. Parif. de Resignat. lib. 10 part. 1. n. 8. Corrad. in prax. Benef. lib. 3. cap. 3. n. 1. & seqq. Ros. de Executor. part. 1. cap. 20. n. 12. & 13.* Ita subsequuta Litterarum expeditio in forma *Rationi congruit* tempore Successoris Pontificis, retrotrahi non poterat ad tempus Signaturæ Supplicationis ab Antecessore in præjudicium juris medio tempore acquisiti Creditori Census, qui bona fide contrahendo cum Confraternitate, nec Ecclesiasticam se nominante, nec de Beneplacito Apostolico ullam faciente mentionem, merito credere poterat illam laicalem, maxime stante juridica præsumtione hujusmodi qualitati assistenti, *Card. de Luc. disc. 22. n. 10. de Jurisdict. in supplem. Rot. decis. 226. n. 1. coram Cartillo.* Ideo que justum, & æquum non erat, quod Creditor subjaceret adeo notabili damno sibi obvenituro ex prætensa nullitate Census, rite, & recte impositi secundum tempus contractus.

Verum pro Concordia dissidentium *Sacræ Rotæ* Decisionum, distinguendum est inter Tertium fo-
33 ventem causam lucrativam, & alterum foventem causam onerosam, ut respectu primi, Litteræ expeditæ in forma *Rationi congruit* valeant, & suffragentur a die signatæ Supplicationis in vita Prædecessoris Pontificis; juxta terminos *Decis. 465. coram Peutinger. & decis. 658. cor. Bichio.* In secundo vero casu, ubi agitur contra Tertium foventem causam onerosam, & qui bona fide contraxit, Litteræ præfatæ operari non possunt effectum adeo præjudicialem juri per ipsum titulo oneroso quæsito, cum hujusmodi irrationabilis effectus repugnaret menti Pontificis concedentis, & indoli
34 Gratiæ expeditæ in forma *Rationi congruit*, cujus titulus, & proœmialia verba honestatem, & rationabilitatem præseferunt, ad notata per *Rebuff. in Prax. tit. de Gratia Rationi congruit n. 24. Kochier in hanc Regul. num. 4. Rot. in dicta Neapolitana Censu 11. Decembris 1686. §. Nec obstare cor. Rondinina.*

An autem super gratia *verbo tantum* a Pontifice
35 facta, & super qua signata non sit Supplicatio, possint expediri Litteræ in forma *Rationi congruit*? Negat *Amayden. de Styl. Datar. cap. 21. n. 18. & sequent.* reddens rationem, quod hæc Regula respicit dumtaxat Gratias signatas, quæ sint aptæ, ut super iis expediantur Litteræ Apostolicæ. Nec de stylo Cancellariæ, qui jus facit, cum ipsa sit organum Papæ, hujusmodi Litteræ expediri solent super Gratiis, & Provisionibus Beneficiorum ore-
36 tenus, & viva voce factis, *Piton. discept. 141. n. 2.* Affirmat econtra *Rebuff. in Prax. Benefic. tit. de Gratia Rationi congruit n. 8.* ubi ait hoc tefcriptum impetrari solere sive Papa *viva voce*, sive per Signaturam, Gratiam indulserit, & testatur de expeditione Litterarum tempore Clementis VII. super provisione viva voce ab Antecessore facta, jure tamen probata, *& in Concordat. verb. in form. Mandat. Apostolic. in vers. Ubi dicit, Azor. Institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 31. quæst. 8. Filluc. Oper. moral. tract. 41. cap. 6. num. 70. Rot. in Hypporegien. Commendæ, seu Præceptoriæ 11. Decembris 1722. §. Non relevante 12. Martii 1723. §. Indeque, cor. bo. me. Ratto.*

Sed *Mandos. in hanc Regul. quæst. 11.* distinguit,
37 quod aut Papa post factam Gratiam *verbo* tantum, diu supervixit, & sibi imputare debet, qui Gratiam obtinuit, quod Supplicationem signari non curaverit, proindeque audiri non meretur in petitione expediendi Gratiam per Litteras in forma *Rationi congruit.* Aut Papa post concessam Gratiam non fuit amplius in statu signandi Supplicationem, sed infirmitate correptus ex illa decessit, & in hoc casu cum servari non potuerit solitus, & ordinarius stylus providendi per signaturam Supplicationis, & ob id, qui Gratiam obtinuit de negligentia redargui non possit, quod illam signari non curaverit, Gratia solo verbo absque signatura Supplicationis, perfecta dici debet, & locum sibi vindicat dispositio Regulæ. Et *Mandosium* sequuntur *Kochier hic n. 15. Corrad. in Prax. dispensat. lib. 2. cap. 8. n. 14. versic. Idem esset, Eminentiss. Petra in Constit. Apostolic. tom. 5. pag. 172. num. 20. Piton. discept. 141. n. 4.* Adducit tamen *Mandos. & Corrad* quod si Papa Successor mandaret expediri Litteras in forma *Rationi congruit* 38
super Gratia *verbo* tantummodo facta ab Antecessore, & rite probata, jure procederet; verum si denegaret, injuriam non faceret, resistente Cancellariæ stylo, qui Litteras in hac forma concedere non solet, nisi Supplicatione signata, *Ros. de Executor. cap. 2. num. 25. Eminentiss. Petra loco citat. n. 21. Rot. in dicta Hypporegien. Commendæ, seu Præceptoriæ 12. Martii 1723. §. Indeque, cor. bon. mem. Ratto,* ubi quod stylus Datariæ operatur quidem, ut nemo conqueri possit, si non signata Supplicatione super Gratia ab Antecessore, denegentur Litteræ in forma *Rationi congruit* per Successorem Pontificem, sed neutiquam prohibet, quin possint expediri hujusmodi Litteræ super Gratia *verbo* tantum facta, quatenus Successor velit illas concedere.

Ceterum locum sibi vindicat dispositio Regulæ in quibuscumque provisionibus, & Gratiis per Pon- 39
tificem Antecessorem concessis, sive sit provisio simplex, sive certo modo, sive Constitutio, seu assignatio Pensionis, sive Dispensatio, sive denique Mandatum de providendo &c. cum Regula indistincte, & generaliter loquatur -- ibi -- *Quod concessa per Antecessorem expediantur &c.* Verbum enim -- *concessa* -- cuicumque Gratiæ applicatur, & quomodocumque illa concedatur, *Mandos. hic quæst. 9. & 12* ubi signanter de Pensione *Kochier ibidem n. 12. & seqq. Ros. de Executor. cap. 2. n. 25. in fine, Eminentissimus Petra in Constit. Apostolic. tom. 5. pag. 173. n. 29. Corrad. in Prax. dispens. lib. 2. cap. 8. n. 16.* & sive concessio fiat per obi- 40
tum, sive per resignationem, *Parif. de Resignat. lib. 10. quæst. 10. n. 44.* Etiam si Papa ex hac vita 41
decederet ante Datam Supplicationis, ut prosequitur *Parif. loco cit.* subdens, quod tunc multoties lacerantur Supplicationes. Verum hodie non adest amplius hujusmodi timor, cum ut supra diximus ex Constitutione *Pii IV.* in obitu Pontificis consi- 42
gnantur per Datarium Sac. Collegio Cardinalium omnes Supplicationes tam *Datatæ*, quam *Datam* non habentes.

Et comprehendit hæc Regula non solum Gratias concessas per immediatum Prædecessorem, nempe san. mem. *Benedictum XIII.* sed etiam per alterum 43
mediatum, nempe san. mem. *Innocentium XIII.* Et additur restrictiva *ad sex Menses*, quæ non refertur ad Gratias Pontificis Prædecessoris immedia- 44
ti, pro quibus expediendis nullum tempus est præfinitum, sed ad Gratias Pontificis Prædecessoris mediati, quas dumtaxat intra sex Menses expediri voluit; & talis est Curiæ stylus, quod toto tempore sequentis Pontificatus fiant expeditiones in forma *Rationi congruit* Gratiarum, quæ concessæ fuerunt in Pontificatu immediate antecedenti, *Mandos. hic quæstion. 4. per tot. Rebuff. dict.*

Titul.

Tunl. de Gratia rationi congruit num. 25. *Ruf. de*
Execut. cap. 2. *n.* 32. *& in addit. n.* 19. *Eminentiss.*
Petra in Constitut. Apostol. tom. 5. *pag.* 573. *n.* 26.
Kochier ad hanc Regul. n. 8. *Carrad. in Prax. dis-*
pensat. lib. 2. *cap.* 8. *sub n.* 17. *Amayden. de Styl.*
45 *Datar. dict. cap.* 21. *n.* 17. ubi & ipse subscribit
huic stylo; ait tamen, quod Regula posset, &
deberet clarius loqui, cum nulla sit major ratio,
quare expeditio *concessorum* per mediatum Ante-
cessorum restringatur ad sex Menses, & non per
immediatum, cum utraque *concessa* indigeat Re-
gula, ejusque remedio.

Quandoque tamen juxta varias temporum cir-
cumstantias variatum fuit a Pontificibus in hac
46 materia. *Innocentius VIII.* Regulam restrinxit ad
Gratias concessas per suum Prædecessorem tantum,
& sic etiam *Leo X.* Sed *Clemens VII.* ad Gratias
factas a *Leone X.* & *Adriano VI.* propter rationem
absentiæ *Adriani* a Curia, necnon Pestis, Belli,
aliarumque calamitatum, quæ misere Romam, &
Italiam vexarunt. *Paulus III.* Regulam ampliavit
nedum quoad Gratias concessas a *Clemente VII.*
immediato suo Antecessore, sed etiam a *Leone X.*
& *Adriano VI.* ad sex Menses a die Coronatio-
nis, quod tempus postea pluries protogavit. *Pau-*
lus IV. Regulam edidit quoad *concessa* per *Julium*
III. & *Marcellum II.* indefinite, & quoad Gra-
tias factas a *Paulo III.* ad sex Menses. *Pius IV.*
quoad *concessa* a *Marcello II.* & *Paulo IV.* in-
definite, & quoad *concessa* a *Julio III.* ad sex
Menses.

Consueverunt quandoque Pontifices indulgere,
ut expediri possent Litteræ in forma *Rationi con-*
gruit etiam super Gratiis concessis a Prædecesso-
47 ribus non proxime mediatis. Sic *Alexander VII.*
mandavit Litteras præfatas expediri super Suppli-
catione signata a san. mem. *Paulo V. Alexander*
VIII. super Supplicatione signata a *Paulo III.* &
san. mem. *Clemens XI.* super Supplicatione a *Gre-*
gorio XIII. signata sub *Datum decimo Kalendas*
Julii Pontificatus sui Anno Primo (nempe 1572.)
ut ex dictis Litteris in forma *Rationi congruit* apud
S. Petrum 1700. *sexto Idus Decembris Pontificatus*
ejusdem *Clementis Anno Primo* pro Decano, Ca-
pitulo, & Canonicis Ecclesiæ *Bisuntinæ* super Pri-
vilegiis, Immunitatibus, & exemtionibus Eccle-
siæ, & Capituli, ac super variis concessionibus,
etiam quoad jurisdictionem a *Claudio* Archiepisco-
po factis favore ejusdem Capituli.

Verum quia formula hujusmodi Apostolicorum
Mandatorum expediendi Litteras in forma *Rationi*
congruit multum in praxi pro similibus casibus de-
servire potest, non incongruum censui tenorem
48 Mandati ab *Alexandro VIII.* indulti super Sup-
plicatione a *Paulo III.* signata, hic per extensum
exscribere.

ALEXANDER PAPA VIII.

» *Motu proprio &c.* Cum sicut accepimus post-
» quam alias quondam Desiderius de Adjutorio
» devotione ductus Sepulchrum Dominicum Hie-
» rosolymitanum & alia Terræ Sanctæ loca visi-
» tasset & deinde uti felic. record. Pauli Papæ III.
» Prædecessoris nostri familiaris Canonicatum &
» Præbendam Sæcularis & Collegiatæ Ecclesiæ
» S. Mariæ ad Martyres Rotundæ nuncupat. de
» Urbe a dicto Paulo Papa III. ac unam ex dictæ
» Ecclesiæ Cappellis sub Invocatione S. Josephi de
» Terra Sancta nuncupat. seu nuncupan. erigen.
» seu restaurandam a Capitulo & Canonicis dictæ
» Ecclesiæ impetrasset nonnullasque Venerabiles
» Reliquias ex dictis Terræ Sanctæ locis secum
» delatas in eadem Cappella rite collocari curasset
» ac Confraternitatem Sculptorum, Pictorum, Ar-
» chitectorum & aliorum insignium Operariorum
» sub denominatione dicti S. Josephi cum diver-
» sis piis Operibus ad Divini Cultus augumen-
» tum dictione Sancti venerationem de consensu
» Capituli & Canonicorum præfatorum ibidem
» canonice institui obtinuisset dictus Paulus Papa
» III. præmissorum intuitu pro tempore existenti-
» bus Confratribus & universis utriusque sexus
» Christifidelibus vere pœnitentibus & confessis
» seu statutis a jure temporibus propositum confi-
» tendi habentibus qui dictam Cappellam devote
» visitassent & inibi juxta eorum devotionem pias
» ad Deum præces effudissent quoties id fecissent
» easdem Indulgentias & peccatorum remissiones
» quæ Christifidelibus Sepulcrum Dominicum &
» alia Terræ Sanctæ loca devote visitantibus con-
» cessa sunt ac Indulgentiam centum annorum in
» Festivitate dictæ Cappellæ perpetuo inter alia
» concesserit prout in libro XXI. Regestri Suppli-
» cationum Apostolicarum dicti Pauli Prædeces-
» soris fol. CVII. cujus sumtum authenticum ex-
» hibetur latius ac plenius sub Datum Romæ a-
» pud Sanctum Marcum tertio nonas Octobris
» ejusdem Pauli Prædecessoris anno Nono dicitur
» contineri. Et sicut etiam accepimus licet ex di-
» versis probabilibus conjecturis ac signis Litteras
» Apostolicas desuper expeditas fuisse concipiatur
» nihilominus ob tot annorum lapsum & forsan
» incuriam sed inculpatam Litteræ Apostolicæ hu-
» jusmodi & non ipsarum Litterarum sed suppli-
» cationis præfatæ tantum Registrum inveniatur.
» Et ne de concessione hujusmodi Gratiæ unquam
» hæsitari contingat plurimum expediat Litteras
» Apostolicas desuper expeditas habere. Nos tam
» Divini Cultus hujusmodi manutentioni quam
» devoti Populi consolationi ac dictæ Ecclesiæ in
» sua structura magnifica cum pluribus Venerabi-
» libus Sanctorum Martyrum Reliquiis & præ-
» rogativis ditatæ decori & frequentiæ ac dicto-
» rum Capituli & Canonicorum & præsertim di-
» lecti Filii Francisci Platel Presbyteri Virdunen.
» Diœcesis dictæ Ecclesiæ Canonici familiaris &
» continui Commensalis nostri dictæque Confra-
» ternitatis Confratrum piis desideriis consulere vo-
» lentes Motu pari &c. Dilectis Filiis Nostris
» Petro S. Laurentii in Damaso nuncupat. Diaco-
» no Cardinali Otthobono nuncupat. S. R. E. Vi-
» ce-Cancellario ac Litterarum Apostolicarum
» Summatori ac Bandino Cardinali Panciatico Pro-
» Datario nostro Litterarumque Apostolicarum
» tam majoris quam minoris Præsidentiæ Abbre-
» viatoribus Scriptoribus Apostolicis Sollicitatori-
» bus Litterarum Apostolicarum Plumbatoribus
» Plumbique & Regestri Magistris omnibusque
» & singulis aliis tam Datariæ quam Cancellariæ
» & Cameræ Apostolicarum ac Romanæ Curiæ
» Ministris & Officialibus quocumque nomine
» nuncupatis & speciali nota dignis ad quos Litte-
» rarum Apostolicarum similium Concessionum ex-
» peditio quomodolibet spectat & pertinet præsen-
» sentium tenore in virtute Sanctæ Obedientiæ
» districte percipiendo mandamus eisque super hoc
» liberas facultatem & auctoritatem concedimus
» & impertimur quatenus ipsi visis eisdem præ-
» sentibus omni mora cessante Litteras Apostoli-
» cas super supradicta Concessione dicti Pauli Pa-
» pæ III. prout in dicto sumto authentico conti-
» netur ac alias juxta illius formam & tenorem
» in omnibus & singulis eorum Officiis præfatis

„ *in forma Rationi congruit & sub Datum diei* „ *Coronationis nostræ perinde ac si dictus Paulus* „ *Papa III. immediatus Prædecessor noster existeret* „ *quacumque contradictione cessante conficiant ac* „ *expediant ac relaxent ac confici, expediri & re-* „ *laxari faciant & permittant nostris & Cancella-* „ *riæ Apostolicæ Regulis ac Constitutionibus & Or-* „ *dinationibus Apostolicis ac stylo, usu & consuetu-* „ *dine ceterisque contrariis quibuscumque non ob-* „ *stantibus.*

Placet P.

„ Sanctitas Vestra mandat expediri Litteras A- „ postolicas in forma Rationi congruit super con- „ cessione felic. record. Pauli Papæ III. Erectio- „ nis Confraternitas S. Josephi in Collegiata S. „ Mariæ ad Martyres de Urbe ac nonnullarum „ Indulgentiarum veluti loca Terræ Sanctæ vi- „ sitantibus concessarum tam pro Confratribus „ quam pro aliis Christifidelibus ex eo quod di- „ ctæ Litteræ Apostolicæ licet ex diversis Conje- „ cturis expeditæ credantur non tamen reperiun- „ tur.

49 Ceterum de facili Pontifices derogare solent huic Regulæ in ea parte, quæ mandat Litteras in for- ma *Rationi congruit* qunad Gratias a mediato Præ- decessore signatas, expediri deberi intra sex men- ses, ut testatur *Rebuff. dict. tit. de Gratia Rationi congruit n. 26.* & vidi ei derogatum *anno* 1696. Nam san. mem. *Innocentius XII. Motu* proprio mandavit expediri in forma *Rationi congruit* Lit- teras Apostolicas super Gratia duorum Beneficio- rum simplicium de jurepatronatus laicorum, quam uti præsentatus a majori parte Patronorum a me- diato antecessore Pontifice san. memor. *Innocen- tio XI.* obtinuerat *Marius Minutilli*, cujus Suppli- catio signata fuerat *die* 22. *Junii* 1689. derogando Regulæ ob lapsum sex mensium.

Verum quia in dicto Mandato aderat Clausula, *&*
50 *sine alicujus præjudicio*, hinc quidam Datariæ Of- ficialis redarguebat Officialem *Datarum*, quod male se gesserat in apponendo *Datam* Supplicatio- ni ob præjudicium, quod ex illius expeditione ob- venire poterat aliis præsentatis, quorum jura fac- ta tecta præservare voluit Pontifex. Sed per Offi- cialem *Datarum* respondebatur: Primo si Suppli- catio expedienda non erat, cur a Papa signatum fuit Mandatum? Secundo quod Clausula illa, *& sine alicujus præjudicio* superflua erat, cum jam in Cancellaria apponi deberent Clausulæ *Dummodo tempore Data præsentium non sit alteri jus quæsi- tum &c. & amota quolibet illicito Detentore.* Ter- tio non deesse exempla, quod similes Gratiæ fue- rint ita expeditæ sub *Alexandro VII.* & *Alexan- dro VIII.* Quarto, quod expeditionum in forma *Rationi congruit* exempla aderant etiam in Benefi- ciis de Jurepatronatus, nec subsistere poterat, quod sublato impedimento sex Mensium vigore dicti Mandati, tolli debeat jus quæsitum cum dicta Clau- sula, *& sine alicujus præjudicio*, cum Contradi- ctori satis consultum esset per Clausulas in Can-
51 cellaria apponendas. Cumque occasione hujus Con- troversiæ exquisitum fuerit judicium Peritorum styli Cancellariæ, omnes responderunt, quod Clausula illa *fine alicujus præjudicio* superflua erat, nec obstare poterat expeditioni Litterarum in for- ma *Rationi congruit.*

Formula autem derogationis Regulæ est — *Na-*
52 *stra, ac dicti nostri Prædecessoris, ac Cancellariæ Apostolicæ Regulis in forma Rationi congruit expe- diendis, nempe quoad concessa per mediatum Præ- decessorem, & de ejus mandato, quod in forma Rationi congruit ad sex Menses dumtaxat a die sue Coronationis incipiendos expediri possint, qui- bus Regulis ad hoc, ut Litteræ Apostolicæ vali- de expediri queant, expresse, & sufficienter dero- gare &c.*

Debetur tamen restitutio in integrum ei, qui fuit impeditus super Gratia a Pontifice mediato 53 Prædecessore signata, Litteras in forma *Rationi congruit* intra sex Menses expedire, quia impedi- to tempora non currunt, *leg.* 1. *§. final. Cod. de Annal. except. Cap. Quia diversitatem, de Conces. Præbend. Cap. final. de Elect.* Nec hujusmodi im- pedimentum est plene justificandum, sed quælibet 54 causa sufficit pro excusatione, cum Dataria non sequatur rigorem Rotæ, sed sola assertione conten- tetur, ubi non est alteri jus quæsitum, *Kochier in hanc Regul. n.* 9. *Mandos. ibidem n.* 6. *Amayden. de Styl. Datar. dict. cap.* 21. *sub n.* 11.

Denique notandum, quod Litteræ hujusmodi in forma *Rationi congruit* expediuntur, ut *moris* est sub datum Coronationis Pontificis Successoris, ut legitur in Regula ibi — *Expediantur &c. sub die* 55 *Coronationis suæ, ut moris est* — quæ Clausula pri- mo apposita fuit sub Pontificatu *Pauli III.* qui Re- gulam ampliavit, nam antea non ita late patebat, ut advertit *hic Kochier*, *Eminentiss. mus Petra in Constit. Apostolic. tom.* 5. *pag.* 173. *n.* 27. *Ros. de Executoriis. dict. cap.* 2. *n.* 23. *in fine*; Et dicitur esse *de more*, quia de jure, etiam ante Corona- tionem, sub prima ipsa die Electionis possent Lit- 56 teræ præfatæ expediri, si Papa vellet, nam Pon- tifex ab illo instanti, quo est electus, Pontificalia potestatis plenitudinem, liberamque spiritualium, & temporalium administrationem consequitur. Hinc *Clemens V.* anno 1307. Excommunicationis Sententiam promulgavit in omnes, qui negarent Litteras ab eo tam super Gratiis, quam negociis quibuscumque confectis ante suæ Benedictionis, & Coronationis solemnia, nullius esse roboris; aucto- ritate Apostolica declarans ipsas existere validas, ut in *Extravag. Quia nonnulli, de Senten. Excomm.* quæ est ultima inter Communes. Idemque antea statuisse Innocentium III. tradit *P. Pagius in Bre- viar. Gest. Roman. Pontific. in Vit. Clem. V. & in Vit. ejusdem Innocentii n.* 5. & confert *Text. in Ca- pit. In Nomine Domini distinct.* 23. *Gloss. & DD. in dict. Cap. Statutum, de Præbend. in* 6. *Fagnan. in Cap. Licet de evitanda, de Elect. Eminentiss. Petra in Constitut. Apostolic. tom.* 1. *pag.* 9. *num.* 7. *& pag.* 16. *n.* 45. *versic. Jure, Quesad. hic verb. Ut moris est*, *Platin. in Vit. Urbani VI. pag. mihi* 638. Et de facto prisci temporibus Pontifices e- 57 tiam ante Coronationem Beneficia conferebant, *Bursatt. cons.* 342. *n.* 30. ubi refert Papam *Inno- centium* nocte suæ Creationis ante Coronationem plures Supplicationes signasse, & Beneficia con- tulisse, quod, ut ait, facere non debebat, quia *præ nimio gaudio extra se positus erat.* Hinc notat *Amayden. de Styl. Datar. dict. cap.* 21. *in fine*, quod bene san. mem. *Urbanus VIII. Datam* Co- 58 ronationis mutavit in *Datam* diei crastini assumptio- nis, sub quo eduntur Regulæ Cancellariæ, dicens id esse eisdem Regulis conformius, quodque bene facerent Successores Pontifices si formula adhibita ab *Urbano* uterentur.

Sed antiquam *Datam* Coronationis, omnes Pon- tifices post *Urbanum* tenuerunt, & ita etiam ser- 59 vatur, *Kochier in Proœm. Regul. num.* 19. *&* 20. *Eminentiss. Petra in Constitut. Apostolic. tom.* 1. *pag.* 9. *num.* 7. *in fine*, *Rot. decis.* 813. *in princip. cor. Molines.* In casu vero Urbani VIII. adfuit specia- 60 lis ratio, quia nempe fuit ille post assumtionem febri correptus, & distulit Coronationem a *die* 6.

Augusti

Augusti 1623. usque ad diem 25. *Septembris*, & ideu ne hoc medin tempore Gratiarum expe.itiones retardarentur, jussit, ut opponeretur Data a crastina die Assumtionis suæ.

Deducitur ex hac Regula, nullum esse præfixum tempus ad expediendas Litteras Apostolicas eodem Pontifice, qui Gratiam concessit, vivente,
61 dum in Regula præfata disponitur expediri posse in sequenti Pontificatu,. *Ros. de Executar. in addit. ad cap. 2. part. 1. num. 19. Rota decis.* 121. *num.* 5. *part.* 12. *Recentior. decis.* 465. *num.* 3.
62 *cor. Peutinger.* Cumque alias actum fuisset in Dataria, an ad evitandas fraudes, quæ committi consueverant circa Supplicationes signatas, & non expeditas (eveoire namque solet, quod multoties
63 novæ Provisiones, & Gratiæ *Perinde valere* obtinentur ad Cauthelam, nempe ad excludendos futuros impetrantes, quibus non comparentibus, expeditio Litterarum Apostolicarum postea negligitur,) an inquam ad occurrendum his, & similibus malitiis, edenda esset regula generalis cum præfixione certi termini ad expediendum Litteras Apostolicas.

Fuit in eam Sententiam inclinatum, ut nihil in-
64 novandum esset, cum ob varietatem materiarum difficile foret certam regulam pro omnibus generaliter constituere, & fuit perpensum non convenire hujusmodi regulæ editionem. *Primo*, quia oporteret derogare præsenti *Regula X.* quæ permittit expediri Supplicationes signatas ab Antecessoribus Pontificibus. *Secunda*, quia in certis casibus expedit pro jurium Dataræ præservatione concedere *Datam* anteriorem duorum, vel trium annorum. *Tertio*, quia in Officio Componendarum plures Gratiæ retineri solent ob difficultates in dies insurgentes, donec rebus compositis post aliquod tempus, expediantur. *Quarto*, quia in pluribus Gratiis, quas Sedes Apostolica indulgere consuevit cum *Data* veteri, nullum infertur præjudicium, aut eidem Sedi, aut Tertio, ut sunt *Dispensationes super Bigamia*, *Concordia*, *Absolutiones*, & aliæ materiæ similes. *Quinto*, quia in multis Gratiis jam præfigitur tempus ad expediendum Litteras Apostolicas intra certum tempus, ut sunt Beneficiorum *Resignationes*, & *Cessiones* ex Constitutione *Gregorii XIII.* necnon Gratiæ *Perinde valere*, *Novæ provisiones*, *Indulta non faciendi mentionem &c.* Nam in Supplicationibus apponitur Decretum illas expediendi infra certum tempus, & Expeditor se obligat id adimplere, ut mandatum fuit Edicto clar. mem. *Cardinalis Corradi* Pro-Datarii sa. me. *Alexandri VII.* registrato in Libris Datariæ, & publicato *die* 16. *Ja-*
65 *nuarii* 1662. Cujus verba sunt -- *Secundo, ut illorum malitiæ occurratur, qui legitimas impetrationes contra ipsos factas eludunt, & supplantant, capienda Datam Gratiæ Sanatariæ, & expeditionem non terminando, donec videant impetrationes sibi contrarias sub data posteriori aliis concessa; Mandamus, quod de cetera in Gratiis nuncupatis* Perinde valere, Subrogationibus, si Neutri, Novis provisionibus, *& quibusvis aliis Gratiis Sanatariis, non detur parva Data, neque Supplicationes signatæ relaxentur; nisi cauta prius apud ipsos Officiales, quod hujusmodi Sanataria totaliter expediantur infra tres Menses a die illarum parva Datæ, vel relaxationis, & pro abundantiori cauthela apponatur etiam in supradictis Supplicationibus Decretum -- quod infra tres Menses proximos Litteræ Apostolicæ desuper expediri debeant.*

Et *quinto* demum, quia exceptis Provisionibus
Beneficiorum vacantium per obitum, quarum 66
Supplicationes possent per Datariam lacerari, & aliis Beneficia conferri, nullum commodum resultaret ex laceratione Supplicationum reliquarum Gratiarum, in quibus non adest Contradictor, nam possunt de novo signari a Summo Pontifice, quod potius in ejus incommodum resultaret. Unde dicebatur non debere esse locum innovationi, & quod abusibus vigentibus ob neglectam expeditionem Litterarum Apostolicarum, alio modo consuli poterat, absque necessitate edendi regulam generalem.

Nam, aut agitur de vacationibus Beneficiorum
per obitum, quæ magis indigere videntur aliqua 67
provisione, præsertim ubi agitur de Canonicatibus, & Dignitatibus Cathedralium, & Collegiatarum, aliisque Beneficiis residentialibus, ne Divinus Cultus diutinum patiatur detrimentum; & tunc potest juxta varias casuum contingentias, & circumstantias præfigi, aut in voce, aut per Edictum, aut per citationem, certus terminus ad expediendum Litteras Apostolicas, quo elapso poterit lacerari Supplicatio signata ad favorem negligentis expedire, & alteri Beneficium conferri.

Aut agitur de illis Gratiis, de quibus Decre- 68
tum expediendi infra certum tempus apponi solet ex Edicto Cardinalis Corradi, ut sunt Gratiæ *Perinde valere*, *Novæ Provisiones*, & aliæ in eodem Edicto expressæ, & in his sufficit demandare strictam observantiam talis Decreti, quodque post lapsum temporis non amplius illud deleatur, sicuti fieri consuevit; Et insuper, quod in Dataria, & Cancellaria Apostolica non permittatur expeditio Litterarum post dictum terminum, prout fieri posse tradit *Card. de Luc. in Relat Curiæ disc.* 10. *num.* 17. *Rot. decis* 119 *n.* . *& decis.* 167. *n.* . *cor. Emerix, & in Cæsaraugustana Beneficii* 5. *Julii* 1688. *cor. Hervault*, impress. p. f. *la. me. Pitan. discept.* 12. *tom* 1. *num* 51. *& seqq. pag. mihi* 252. *& in Squillacen. Canonicatus* 25. *Aprilis* 1727. *in fine*, *cor. R. P. D. Cineio.* Necesse tamen esset, ut apponeretur Data a die Supplicationis, quia per plures Menses stare possunt Supplicationes in manibus Officialis Præfecti *Vacationibus per obitum*, & primi Revisoris, ac in Officio parvæ Datæ absque Data, & cum Sollicitatores expedire volunt, accipiunt Datam currentem.

Dicebatur etiam in materiis *Gallicis* nihil innovandum, quia in Nominationibus Regiis ad Be- 69
neficia, & in Resignationibus adest de stylo tempus anni ad consentiendum, & in casibus, in quibus Litteræ Apostolicæ expediuntur, Sollicitatores ipsi sunt diligentes ratione lucri. Quoad alias Beneficiorum Provisiones, quæ a Papa explentur per solam *Præventionem*, usitatius est, ut earum expeditio sequatur post multos annos, quam numquam, ut sic remaneat valida collatio præventiva Papæ contra ordinarios Collatores, præsertim in
Dignitatibus Majoribus Cathedralium, & Prin- 70
cipalibus Collegiatarum, in quibus expediuntur
Litteræ Apostolicæ. In dispensationibus tamen 71
Gallicis *pro Illegitimo* non videbatur aliquibus inconveniens præfigere terminum ad expediendas Litteras, sicuti præfigi consuevit in expediendis Litteris super similibus Dispensationibus, quæ indulgentur in *Italia*, & *Hispaniis*.

Ceterum circa expeditionem Litterarum Apostolicarum super Provisionibus Beneficiorum, sive
simplicium, sive Residentialium per obitum va- 72
cantium,

cantium, hodie ex Edicto Datariæ, quod in viridi observantia est, præfixum reperitur tempus sex Mensium a die, quo Gratia in Elencho Provisionum, vulgo *Lista* nuncupari solita, publicatur, ad expediendas Litteras Apostolicas, sive de Beneficiis Italiæ, sive de Beneficiis ultra Montes agatur; quo termino elapso, & non obtenta vel illius prorogatione, quæ ex justis causis a Datario aliquando indulgeri solet, vel Litteris non expeditis, admittuntur eorumdem Beneficiorum impetrationes *ob Edictum* non servatum, vel de novo mandat Datarius, quod fiat super illis Concursus, ut merita Concurrentium cribrari iterum valeant.

73 Priscis etiam temporibus consuevere nonnulli Pontifices certum præfigere tempus ad expediendum Litteras Apostolicas super Gratiis per ipsos concessis. *Bonifacius* in sua obedientia IX. nuncupatus, generali Constitutione edita *undecimo Kalendas Januarii anno Decimoquarto*, nempe anno 1403. ita disposuit -- *Item volumus, & ordinamus, quod omnes illi, qui hactenus impetrarunt a Nobis Gratias quascumque, teneantur a Datum præsentium infra annum facere confici super iisdem Gratiis Litteras Apostolicas, & expedire eas usque ad Regestrum inclusive, alioquin lapso anno, dictæ Gratiæ expirent, & habeantur pro non factis, & ex tunc Litteræ super eis non expediantur. Item volumus, & ordinamus, quod illi, qui deinceps quascumque Gratias a Nobis impetrabunt, similiter infra unum annum a Datum ipsarum Gratiarum computandum, teneantur super eis facere confici Litteras Apostolicas usque ad Regestrum, ut supra, alioquin Gratiæ ipsæ ipso facto expirent, & lapso dicto anno, nullatenus Litteræ expediantur super ipsis* -- ut apud *Ughell. Ital. Sacr. tom. 7. in Archiepisc. Sypontin. pag.* 1151. *& seqq.* In cujus Constitutionis sequelam, cum *Stephanus* Archiepiscopus *Duraciensis* translatus fuisset ad Ecclesiam *Potentinam*, & neglexisset Litteras suæ Translationis infra tempus in eadem Constitutione præfixum expedire, idem *Bonifacius IX. Benedictum de Arpino* ad illam promovit, *Ughell. dict. tom.* 7. *in Episcopis Potentinis pag.* 186. *n.* 21. Fuit autem dicta provisio temporalis, respiciens Gratias ab ipso Pontifice in sua *Obedientia* concessas, cum in utraque dispositione legantur verba a *Nobis impetrarunt*, vel *impetrabunt*.

Magis præcise *Alexander V.* Pontifex electus anno 1409. paulo ante obitum, sequendo in hoc vestigia supradicti Bonifacii statuit, & decrevit, 74
ut omnes, & singuli *Patriarchæ*, *Archiepiscopi*, *Episcopi*, electi Administratores, Commendatarii, Abbates, & Priores hactenus per eum provisi de Patriarchali, Metropolitana, aut Episcopali Ecclesiis, vel Monasteriis, seu Prioratibus Conventualibus, etiam in administrationem, vel Commendam, sub pœna privationis eo ipso, teneantur expedire facere Litteras eorum provisionis infra annum a *Data* provisionis factæ computandum. Illi vero quibus provideri contigerit in futurum sub pœna simili, etiam infra annum, a die Provisionis faciendæ continuo computandum, similiter teneantur Litteras ipsas totaliter expediri facere; & de utraque Constitutione *Bonifacii*, & *Alexandri* meminit Vir clarissimus Cardinalis *Petrus de Alliaco* in Opusculo, quod inscripsit -- *De difficultate Reformationis in Concilio universali* -- exarato anno 1410. proxime ante Concilium Constantiense ad *Joannem Gersonium* Parisiensem Cancellarium, & impresso inter Acta ejusdem Concilii recollecta ab *Hermanno Wonderhartd tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 255. *cap.* 2. §. *Item notorium est*, ubi etiam quod *Joannes XXIII.* similem edidit Constitutionem.

Refert itidem, & confirmat *Alexandri V.* Constitutionem *Julius II. Constitut. IV.* §. 2. *&* §. 5. ubi voluit eam quoad futura in omnibus, & per omnia observari inviolabiliter perpetuis futuris temporibus: Quovero ad tunc præsentia, & præterita, mandavit, ut si intra Montes Litteras expediverint, ad Beneficia, quibus privati erant, plenarie restituti essent. Et meminit *Fagnan. in Cap. Qualiter* 17. *n.* 7. *de Elect. Thomassin. de Benefic. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 42. *n.* 10. his verbis -- *Ab Alexandro V. & Julio II. statutum est, ut Episcopi, & Abates, quos promovit Pontifex, intra annum Pontificia Diplomata impetrent, alioquin eadem privationis pœna afficiantur.*

REGU-

REGULA XI.

Declaratio reservationis Ecclesiarum, & Beneficiorum per Prædecessores reservatorum.

ITem declaravit omnium, & singularum Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum provisiones, quas prædicti Prædecessores sui ordinationi, & dispositioni eorum, necnon omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica, quæ dicti Prædecessores, etiam prædictæ dispositioni cum interpositione Decreti reservaverant (quæ quidem Ecclesiæ, Monasteria, necnon sic reservata Beneficia tempore obitus eorumdem Prædecessorum vacabant, aut Ecclesiæ ipsæ, vel Monasteria hujusmodi, si commendata, vel ejus Administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent) remansisse, & remanere per hujusmodi reservationem, & Decretum affecta, nullumque de illis præter Romanum Pontificem ea vice se intromittere, vel disponere potuisse, sive posse quoquomodo. Decernens irritum, & inane si secus super illis attentatum forsan erat tunc, vel imposterum contingeret attentari.

ARGUMENTUM.

BEneficia ab antecessoribus Pontificibus reservata etiam absque interpositione Decreti irritantis, ac per eos de illis, dum viverent, non disposito, ad Successorum collationem spectare, decernit hæc Regula, quæ ab Innocentio VIII. primo edita fuit; Et licet concordet cum dispositione juris in *Extravag. Ad Romani de Præbend.* non est tamen superflua. Reservatio Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum, quæ olim a Pontificum placito, si ea nempe uti voluissent, pendebat, hodie est fixa, & perpetua, locumque sibi vindicat, etiam si Ecclesiarum præfatarum vacatio sequatur, Apostolica Sede viduata Pastore. Quemadmodum nec eadem Apostolica Sede vacante, quo tempore expitant Regulæ Cancellariæ, cessant reservationes reales, personales, Beneficiis omnibus vivente Papa infixæ, sed solum illæ, quæ dicuntur ratione temporis. Plene examinatur, an Regula comprehendat Parochiales reservatas, de quibus Pontifex prædecessor non disposuit, itaut censura Decretalis in *Capit. Si Apostolica, de Præbend. in 6.* correcta remanserit nedum per censuram ejusdem Regulæ, sed etiam per *Extravag. Ad Romani, de Præbend.*

SUMMARIUM.

1 *Regulæ Auctor Innocentius VIII.* & numer. 42.
2 *Per eam Beneficia reservata, de quibus Prædecessores non disposuerunt, ad Successoris Pontificis collationem spectare decernitur.*
3 *Concordat Regula cum dispositione juris in* Extravag. Ad Romani de Præbend.
4 *Superflua tamen non est; & redduntur rationes.* n. 5. & seqq.
7 *Reservatio Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum priscis temporibus pendebat a voluntate Pontificum, si ea uti voluissent.*
Sed hodie est realis, & perpetua infixa Ecclesiis, statim ac Episcopales efficiuntur. numer. 14.
Proindeque semper durat, etiam post obitum Pontificis, & postquam Regulæ Cancellariæ cessaverint. n. 15.
8 *Beneficia, quæ vivente Papa in Mensibus Apostolicis vacarunt, non possunt eo mortuo ab Ordinariis conferri, sed ad Successoris Pontificis dispositionem pertinent.*
10 *Beneficia vacantia Sede Apostolica vacante, non subjacent reservationibus Apostolicis, quia tunc Cancellariæ Regulæ expirarunt.*
11 *Intellige de reservationibus ratione temporis, secus de aliis ratione rei, Personæ, vel loci.*
12 *Et redditur ratio.*
13 *Reprobatur* Sotus *existimans Capitula Cathedralium eligere posse novum Episcopum, si Prædecessor Sede Apostolica vacante decesserit.*

16 *In Provisione Ecclesiarum Cathedralium quamplura servari debent, quæ per Capitula expleri non possunt.*

17 *Regula tantummodo loquitur de Beneficiis reservatis non provisis a duobus immediatis Pontificibus prædefunctis, de quibus in praecedenti Regula X. mentio habita fuit.*

18 *Et quando nonnulli Pontifices in dicta Regula X. loquuti sunt de uno immediato Prædecessore, subsequens Regula XI. ad Beneficia reservata, quæ vacarunt tempore unius tantum Prædecessoris, restricta fuit.*

19 *Sed in spiritu Regula comprehendit etiam Beneficia reservata, de quibus Pontifices ultra duos immediatos Prædecessores non disposuerunt. Et traditur exemplum.*

20 *Regulæ dispositioni subjacent etiam Beneficia, quæ Prædecessores Pontifices absque Decreto irritanti reservaverant.*

21 *Decretum irritans, & si non expresse adjectum in reservatione Beneficiorum, tacite subintelligitur.*

22 *Reservatio, etiam absque Decreto irritanti, ex se sola manus ligat inferioris Collatoris, ne de Beneficio reservato disponere possit.*

23 *Actus gestus contra legis, aut Constitutionis dispositionem nullus, & irritus est, quamvis lex, aut Constitutio illum expresse non irritet.*

24 *Regula an comprehendat Parochiales reservatas, de quibus Pontifex Prædecessor non disposuit? Proponitur Sententia negativa.*

25 *Ordinarii vigore* Cap. Si Apostolica, de Præben. in 6. *conferre possunt Parochiales apud* Sedem Apostolicam *vacantes tempore quo illa viduata Pastore reperitur.*

Amplia etiam si vacaverint apud Sedem *Pontifice vivente, ac per ipsum de illis dispositum non fuerit.* ibid.

26 *Dispositio* Cap. Si Apostolica *procedit nedum in Parochialibus* apud Sedem *vacantibus, sed etiam in illis, quæ sint Apostolicæ Sedi quocumque modo reservatæ.*

27 *Et non est correcta nec per* Extravag. Ad Romani, *nec per Regulam XI.* & n. 29.

28 *Lex nova quamvis generalis, non comprehendit casus speciales legis antiquæ, sed ad illius terminos restringi, & limitari debet.* & numer. 45.

30 Extravag. Ad Romani, *etsi loquatur de Beneficiis etiam Curatis, non comprehendit tamen Ecclesias Parochiales. Et redditur ratio.* n. 31.

32 *Parochialis Ecclesia differt ab Ecclesia Curata; & non valet consequentia, est Curata, ergo est Parochialis.*

33 *In quæstione, de qua supra* n. 24. *proponitur Sententia Affirmativa, quod nempe Decretalis* in Cap. Si Apostolica *sit revocata tam per Regulam XI. quam per* Extravag. Ad Romani. & n. 44.

Et hæc Sententia verior est in puncto juris, licet contraria servetur in praxi. num. 47. & 48.

34 *Perpenduntur verba Regulæ pro comprehensione Ecclesiarum Parochialium.* & n. 36.

35 *Parochiales Ecclesiæ subjacent reservationi Regulæ IX.*

37 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

38 Extravag. Ad Romani *disponendo, quod omnia Beneficia per Pontifices reservata remaneant semper reservata, etiam si eis Cura Animarum immineat, comprehendit sub dictis verbis etiam Ecclesias Parochiales, & redditur ratio.*

40 Lapus, *&* Geminianus *asserentes Decretali* Si Apostolica *non fuisse derogatum per Regulas Cancellariæ, & per Extravagantes, loquuti sunt tempore, quo adhuc non emanaverat* Extravag. Ad Romani, *quæ postea prodiit.* & n. 41.

43 *Decretalis* Si Apostolica *in prima parte, quæ disponit de Parochialibus vacantibus in Curia, Sede Apostolica vacante, non est correcta* per Extravag. Ad Romani.

46 *Lex posterior priori contraria, eam corrigit, & abrogat.*

Regulam hanc primus edidit *Innocentius VIII.* 1
anno 1484. Disponitur in ea, & declaratur,
quod Beneficia reservata, quæ de tempore obitus 2
Prædecessorum Pontificum vacaverant, & per ipsos de iisdem dispositum non fuerat, remanere debeant reservata, & affecta, itaut nullus præter Romanum Pontificem in eorum provisione se ingerere possit, cum Decreto irritanti; Concordat
Regula cum dispositione Juris in *Extravag. Ad* 3
Romani, de Præbend. inter communes, in qua ad sedandas lites, & controversias tunc vigentes, declaratur, omnia, & singula Beneficia sæcularia, & regularia, etiamsi eis cura Animarum immineat, reservata, & per Successores reservanda, ac quovis modo vacantia, & in antea vacatura, per hujusmodi reservationem, & Decretum remanere, & remansisse semper affecta, nullumque, præter Pontificem ea vice de illis quovis modo disponere posse, & tradunt *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. cap. 6. num. 60. Gonzalez ad Regul. 8. §. 5. Proœm. num. 84. & 85. Clericat. de Benefic. Discord. 36. num. 75. Kochier hic n. 7. Barbos. in dicta Extravag. Ad Romani num. 2. Rot. decis. 230. n. 2. & 3. & decis. 320. num. 2. & 3. coram Molines.*

Quamvis enim hæc Regula simbolizet cum di-
cta *Extravag. Ad Romani*, non tamen potest di- 4
ci superflua; In *Extravag.* enim solum fit mentio
de Beneficiis Familiarium, Collectorum, & Sub- 5
collectorum, nec quidquam disponitur de Cathedralibus, ac Monasteriis; & licet illius ratio, quod
reservatio in esse producta semper duret, sit gene- 6
ralis, & omnibus adaptetur, tamen hæc Regula voluit rem clarius exprimere, & explicite declarare, quod prius in *Extravag.* implicite continebatur, *Mandos. hic quæst. 5. & 6. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 783. & seqq. Fihucc. tom. 2. tract.*
41. cap. 3. n. 2. & 87. Hæcque declaratio anti- 7
quitus erat magis necessaria, nam cum Regula II. non aliter reservaret Cathedrales Ecclesias, & Monasteria, quam si Pontifex tali *reservatione uti voluisset*, ut hic notat *Sotus*, & Nos diximus in *Commentar. in eamdem Regul.* §. 1. dubitari merito poterat, an expirasset specialis illa reservatio, ex quo Papa ea ante obitum uti noluerat, de Ecclesia jam vacante non disponendo; proindeque merito per hanc Regulam declaratur, remansisse illam reservatam, nullumque præter Summum Pontificem de ea disponere potuisse, & posse.

Similiter in *Extravag. Ad Romani* non fit men-
tio de Beneficiis reservatis vigore *Regulæ IX.* quæ 8
si vacaverint in Mensibus Apostolicis, quamvis non fuerit de eis dispositum, vivente Pontifice, adhuc reservata, & affecta remanent Sedi Apostolicæ, & favore Successoris Pontificis, nec Ordinarii, superve-

ſuperveniente ejuſdem Sedis vacatione, de illis
diſponere poſſunt, *Rota in dicta Zamoren. Beneficii decis. 320. coram Malines.*

Declarat igitur hæc Regula, durare reſervatio-
9 nem Beneficiorum, quæ tempore Prædeceſſorum
vacaverant, & per illos proviſa non fuerant, quia
10 reſervatio ſemel in eſſe producta, ſemper durat;
Quod ſi poſt obitum Prædeceſſorum ſequuta fuerit Beneficiorum vacatio, non remanent illa reſervationi obnoxia, quia tunc Regulæ Cancellariæ non vigent, *Sot. hic n. 3.* ubi reddit rationem, quod quia Regula diſponit de Beneficiis, quæ de tempore obitus Pontificum Prædeceſſorum vacabant, ſequitur a contrario ſenſu, quod ſecus eſt, ſi poſtea vacaverint, ideſt poſt obitum Prædeceſſorum, argumento depromto a contrario ſenſu, quod etiam in Regularum Cancellariæ interpretatione validiſſimum eſt.

Verum hoc non aliter intelligendum eſt, quam
11 ſi agatur de reſervatione ratione temporis, ea videlicet, quæ continetur in *Regula IX.* de Menſibus, quæque Apoſtolica Sede vacante, non amplius viget, cum tunc temporis omnes Menſes ſint ordinarii; Secus vero, quando res eſt de reſervatione a principio Beneficio infixa, & certa ratione rei, Perſonæ, vel loci, quia nempe agatur de Dignitate poſt Pontificalem majori in Cathedrali, vel principali in Collegiata, aut Beneficiis Familiarium Pontificis, vel Cardinalium, Subcollectorum, Officialium &c. ſive aliorum apud Sedem
12 vacantibus, tunc enim reſervatio intrat a principio, & Beneficium remanet affectum, etiamſi Cancellariæ Regulæ expiraverint, ut in terminis hujus Regulæ notant *Garc. part. 5. cap. 1. n. 789. & ſeqq. & ſub n. 791.* ubi refert *decisionem Rotæ in Abulen Parochialis*, ſequitur *Filiucc. ubi ſuper dicto cap. 3. n. 88.* cum aliis, quos lata deduximus in *Proœm. Regularum §. Primo, & in Commentar. ad Regulam IX.*

Et quamvis idem *Sotus* ad hanc Regulam exiſti-
13 met, Capitula Cathedralium eligere poſſe novum Epiſcopum, ſi Prædeceſſor moriatur Sede Papali vacante, nec obſtare Regulam II. quia per obitum Papæ illa expirat: minuſque hanc Regulam, quia loquitur de Beneficiis tempore obitus Pontificis jam vacantibus: nec demum *Extravag. ad Romani*, quia non loquitur de Eccleſiis Epiſcopalibus; Nihilominus cum hodie reſervatio Eccleſiarum Ca-
14 thedralium inducta per Regulam II. ſit perpetua, & realis, & infixa a principio, ſtatimac Eccleſia effecta fuit Cathedralis, reſervatio prædicta ſemel
15 infixa, ſemper durat, etiam poſtquam Regulæ expiraverint, ut contra *Sotum* firmant *Garc. dict. par. 5. cap. 1. n. 786. & 790.* ubi pariter reprobat Gonzal. *Kochier. hic in fine, Pax Jordan. de Benef. lib. 10. tit. 1. n. 56. tom. 2. Vivian. de Jurepatron. lib. 5. cap. 5. n. 164.* qui ulterius laudant
16 Conſtitutionem *Gregorii XIV.* & aliorum Summorum Pontificum, per quos in proviſionibus Eccleſiarum Cathedralium præſcribitur Proceſſus, examen, & certa forma, quæ ſervari per Capitulum non valent.

Comprehendit Pontifex ſub diſpoſitione hujus
17 Regulæ Beneficia, quæ *prædicti Prædeceſſores ſui* reſervaverant, ideſt duo immediati Pontifices Prædeceſſores, de quibus loquutus fuerat in proxima præcedenti Regula X. ut notat hic *Mandoſ. in princip.* Et confirmatur, quod cum in Regula *Ra-*
18 *tioni congruit* Innocentii VIII. de uno tantum Pontifice Prædeceſſore immediato ſermo eſſet, in ſubſequenti Regula pariter de uno Prædeceſſore fit mentio, & reſtringebatur ad reſervationes *Sixti IV.* immediati Prædeceſſoris. Et hoc idem in Regula *Sixti IV.* præſcriptum vidi.

Verum licet Regula in littera loqui videatur de Beneficiis a duobus immediatis Pontificibus Præde-
ceſſoribus reſervatis, ac de illis per eos non diſpo- 19
ſito, in ſpiritu nihilominus comprehendit etiam Beneficia, quæ a Pontifice ultra duos immediatos Prædeceſſores reſervata fuerunt, cum Beneficia ſemelac in reſervationis vinculum inciderunt, reſervata ſemper remaneant, & ab Ordinariorum collatione ſint exemta. Hinc ſan. mem. *Alexander VIII.* Beneficium, quod tempore *Innocentii X.* vacaverat in Menſe reſervato, ac de eo nec per ipſum, nec per Succeſſores Pontifices diſpoſitum fuerat, contulit vigore Regulæ, Literæque Apoſtolicæ Proviſionis expeditæ ſub *Datum apud S. Mariam Majorem 1689. Octavo Kalendas Decembris Pontificatus Anno Primo*, ſic conceptæ erant-- *Dudum ſiquidem fel. record. Innocentius Papa X. Prædeceſſor noſter omnia Beneficia Eccleſiaſtica ex tunc uſque ad voluntatis ſuæ Beneplacitum in Januarii Februarii Aprilis &c. alias quam per reſignationem vacatura collationi & diſpoſitioni ſuæ reſervavit decernens irritum &c. Cum itaque poſtmodum perpetuum ſimplex &c. per obitum N. N. qui beneplacita præfata tunc durante extra Romanam Curiam in uno ex dictis Menſibus a triginta ſex annis & ultra diem clauſit extremum vacaverit & vacet ad præſens nulluſque præter Nos pro eo quod dicto Innocentio X. & deinde Alexandro VII. ac Clemente IX. & Clemente X. ac Innocentio XI. Romanis Pontificibus etiam Prædeceſſoribus noſtris qui ſupradicto Innocentio X. Prædeceſſori mediato ſucceſſerant & ſimilem reſervationem fecerant de Beneficio præfato per eos non diſpoſito ſicut Domino placuit ab hac luce ſublatis. Nos favente Divina Clementia ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumti declaravimus omnia Beneficia quæ tempore obitus Prædeceſſorum eorumdem cum irritantis Decreti appoſitione ſic reſervata vacabant per hujuſmodi reſervationem & Decretum remanſiſſe & remanere affecta nullumque de illis præter Romanum Pontificem ea vice diſponere potuiſſe ſive poſſe quoquomodo decernentes &c. hac vice diſponere potuerit ſive poſſit reſervatione & Decreto & declaratione obſiſten. ſupradictis &c.*

Ampliatur diſpoſitio hujus Regulæ comprehendentis Beneficia, *quæ prædicti Prædeceſſores ſui reſervaverant*, ut procedat, ſive cum interpoſitio-
ne *Decreti* irritantis fuerint reſervata, ſiva abſque 20
illo; Nam licet Regula utatur verbis illis -- *prædicta diſpoſitioni cum interpoſitione Decreti reſervaverant*, & infra *per hujuſmodi reſervationem, & Decretum affecta.* Afficit nihilominus etiam Beneficia abſque appoſitione dicti Decreti reſervata,
ſive quia illud a communiter accidentibus intelligi 21
debet, ad tradita per *Rot. in Romana Beneficii 29. Aprilis 1688. §. Accedente, confirmata 5. Junii*
ejuſdem anni §. Nec obſtat, cor. Rondinino; ſive 22
quia reſervatio de per ſe ſola ſuum operatur effectum abſque *Decreto irritanti, ad Text. in Cap.*
Eccleſia II. Ut lite penden. & ſufficit, quod Lex, 23
ſeu Conſtitutio aliquid diſponat, licet non procedat ultra ad irritandum actum contrarium, nam ex hoc nullus prorſus erit actus præfatus contra Legis diſpoſitionem geſtus, *leg. Non dubium, Cod. de Legibus, Mandoſ. ad hanc Regul. Quæſt. 4.* Hodie tamen in omnibus Regulis reſervatoriis appoſitum legitur Decretum irritans.

Sed non levis in terminis hujus Regulæ ſupereſt
difficultas, an ſcilicet locum habeat in Parochia- 24
libus reſervatis, & a Pontifice Prædeceſſore non proviſis.

proviſis. Et pro negativa urgere videtur diſpoſitio.
Text. in Cap. Si Apoſtolica 35. *de Præben. in* 6.
25 ubi ad occurrendum Animarum periculo, quod
ex diutina Parochialium vacatione oriri poſſet,
diſponitur, quod Ordinarii poſſint conferre Paro-
chiales *apud Sedem* vacantes, dum Sedes ipſa vi-
duata Paſtore reperitur, & deinde ampliatur illius
diſpoſitio, ut procedat etiam *in illis, quæ ibidem
ipſo Romano Pontifice vivente vacabunt, ſi de ipſis
per eum ante ipſius obitum non fuerit ordinatum.*
Cujus *Decretalis* diſpoſitionem locum ſibi vindi-
26 care nedum in reſervatione ratione vacationis *apud
Sedem*, ſed in quacunque alia reſervatione quo-
modocumque inducta, pluties firmavit Rota, ut
diffuſe diximus in *Comment.* in *Regulam I. Cancel-
lariæ* §. 1. *n.* 398.

Dicta autem *Decretalis* nullibi apparet correcta;
27 nec ei dici poteſt derogatum, aut *per Extravag.
Ad Romani*, aut *per hanc Regulam*; nam cum in
his nulla fiat ſpecifica mentio de Eccleſiis Paro-
chialibus, remanet in ſuo robore diſpoſitio lauda-
tæ *Decretalis*, quæ eſt omnibus aliis antiquior.
28 Numquam enim nova lex, quamtumvis generalis
comprehendit caſus ſpeciales legis antiquæ, ſed
illa debet reſtringi, & limitari ad terminos prioris
29 legis. Et ex hac ratione *Decretalis* in *Cap. Si A-
poſtolica* diſpoſitionem non eſſe revocatam neque
per Regulas Cancellariæ, neque per *Extravag.*
prædictam, firmant *Gonzal. Garcias*, *Paſſerin.* a-
liique, quos recenſuimus in *Commentar.* in dictam
Regulam I. §. 1. *n* 385. & præ ceteris *Rota in Ma-
joricen. Parochialis* 10. *Maii* 1680. *§. Siquidem
cum ſeqq. coram Urſino*, *&* 10. *Januar.* 1681. *§.
Non obſtat cum ſeqq. coram eodem*, *&* 10. *Decem-
bris* 1681. *§. Nec ſubſiſtit*, *coram Albergata*, *&
in Melevitana Parochialis* 10. *Decembris* 1681. *&*
8. *Junii* 1682. *coram Rondinino*, *confirmata* 10.
Decembris 1687. *coram clar. mem. Caprara inter
impreſſ. decis.* 5. *& in Comen. Parochialis* 11. *Maii*
1731. *§. Extravagantes enim*, *& §. Urgentque co-
ram R. P. D. Rezzanica*, *& clarius §. Eademque
definitio.*

Et quamvis eadem *Extravag. ad Romani* men-
30 tionem faciat de Beneficiis etiam Curatis, ſub quo-
rum nomine, non deſunt Doctores exiſtimantes,
comprehendi Eccleſias Parochiales. Nihilominus,
quia illa tantummodo loquitur de Dignitatibus,
Præpoſituris, Canonicatibus, Præbendis, & Per-
ſonatibus, cura Animarum referri non poteſt, niſi
31 ad Beneficia expreſſa in Conſtitutione, non autem
ad Parochiales, pro quarum comprehenſione ne-
ceſſaria erat ſpecifica nominatio cum derogatione
expreſſa, vel ſaltem tacita diſpoſitioni prædicti
Cap. ſi Apoſtolica, ut dixit *Rota in d. Majoricen.*
10. *Januarii* 1681. *§. Et quamvis*, *cor. Urſino*,
& in Melevitana cor. cl. mem. Caprara decis. 5.
n. 5. ubi ſubditur, quod *Extravag.* loquitur de Be-
32 neficiis habentibus curam Animarum, Parochialis
vero Eccleſia differt a Curata, itaut non valeat
conſequentia, eſt Curata, ergo eſt Parochialis,
Mareſcot. var. lib. 2. *cap.* 95. *n.* 8. *Prot. in Addit.
ad Guymier. ſuper Pragmat. tit. de Collat. §. Vo-
lens fol. mihi* 133. *n.* 2. ibi -- *Merito concludimus
poſt multa*, *in Tract. diſpenſat. membr.* 5. *part.* 2.
*quod appellatione curati Beneficii non comprehendi-
tur Eccleſia Parochialis*, *quod eſt pulcrum ſcire
propter Mandata*, *& Indulta Sedis Apoſtolicæ*, *in
quibus non fit mentio*, *niſi de curatis*, *non de Pa-
rochialibus Eccleſiis.* --

Econtra vero non levia urgent argumenta ad ſua-
dendum, quod *Decretalis in Cap. Si Apoſtolica* ſit
33 per Regulam, & per *Extrav. ad Romani* revocata.
Etenim in Regula decernitur ad Succeſſoris Pon-
tificis diſpoſitionem ſpectare *omnia*, *& ſingula Be-* 34
neficia, *Eccleſiaſtica &c.* ſub quibus venire Paro-
chiales, exiſtimat *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 6. *n.* 17.
& ſeqq. & diximus in *Commentar.* in *Regul. IX.* §.
2. Maxime quia eadem Regula ſe refert ad reſer-
vationes Prædeceſſorum, & ſic ad *Regul. IX.* quæ 35
ſpecifice diſponit de Parochialibus, ac proinde de
eiſdem cenſetur etiam diſponere Regulam XI. ex 36
vi relativi; Relatum enim eſt in referente cum om- 37
nibus ſuis qualitatibus, *leg. Aſſe tota ff. de Hæred.
inſtit. leg. Si ita ſcripſero ff. de Condit. & Demon-
ſtrat. Barboſ. Axiom.* 201. *n.* 1. *Rota cor. Falconer.
tit. de Offic. Ordinar. dec.* 14. *n.* 7.

Fortius attenta *Extravag. Ad Romani*, in qua
diſponitur, quod omnia Beneficia per Pontifices 38
reſervata remanent ſemper reſervata, *etiamſi eis cu-
ra Animarum immineat.* Nec relevat reſponſio
Deciſionum in laudatis *Majoricen.* & *Melevitana*,
quod *Extravagans* tantummodo loquatur de Di-
gnitatibus, Præpoſituris, Canonicatibus &c. &
proinde cura animarum referri non poſſit, niſi ad
Beneficia expreſſa in *Conſtitutione*, non autem ad
Parochiales. Quia illa loquitur de omnibus Benefi- 39
ciis, & meminit de Præpoſituris, & Canonicati-
bus ampliative, & ſpecificando illa tamquam ma-
gis dubia per dictionem *etiam*, ibi -- *Omnia*, *&
ſingula Beneficia Eccleſiaſtica &c. etiamſi Præpoſi-
turas*, *Canonicatus*, *Dignitates*, *Perſonatus &c.
etiamſi ad illa conſueverint*, *qui illis præficiuntur*,
per electionem aſſumi, *eiſque cura immineat Ani-
marum* -- Et propterea verba hæc -- *eiſque cura im-
mineat Animarum* -- referri debent ad omnia, &
ſingula Beneficia, de quibus *Extravagans* univer-
ſaliter diſponit, non autem reſtringi ad Præpoſi-
turas, Canonicatus &c.

Nec obſtat quod *Lapus*, & *Geminianus*, quos
ſequuntur *Gonzalez*, aliique DD. moderni afferant, 40
non reperiri derogatum dictæ *Decretali* ſi Apoſto-
lica *per Regulas Cancellariæ*, *neque per Extrava-
gantes.* Quia tempore *Lapi*, *& Geminiani*, quo-
rum primus vixit ſedente *Benedicto XII.* & ſic de
anno 1335. Secundus vero, qui fuit contempora-
neus *Antonii de Butrio*, & vixit anno 1417. non
aderat *Extravagans Ad Romani*, quæ fuit condi- 41
ta anno 1464. neque aderat Regula Cancellariæ
hodie XI. quæ ut diximus, primum publicata fuit
ab Innocentio VIII. *anno* 1484. Unde bene dixe- 42
runt laudati DD. quod *Decretalis Si Apoſtolica*
tunc temporis non erat revocata, & ita intelligendi
ſunt *Gonzalez*, & alii, qui illos ſequuntur.

Præterea dicta *Decretalis ſi Apoſtolica* continet
duas partes; In prima diſponit de Parochialibus 43
vacantibus *in Curia* Sede Apoſtolica vacante; &
in hac parte non corrigitur per *Extravag. Ad Ro-
mani*, & in hiis terminis procedunt contrarii Do-
ctores. In ſecunda vero diſponit de Parochialibus
vacantibus *in Curia* vivente adhuc Pontifice, qui 44
deinde deceſſit nulla illarum facta proviſione, & in
hac parte dicta *Decretalis* eſt litteraliter correcta
per *Extravag. ad Romani*, quæ diſponit Beneficia
ſic vacantia, etiamſi eis cura Animarum immineat,
remanere reſervata; nec poſſe ab Ordinariis con-
ferri.

Nec etiam obſtat, quod lex nova generaliter lo-
quens non comprehendat caſum ſpecialem legis an- 45
tiquæ; Quia dicta *Extravagans* non loquitur ge-
neraliter de Beneficiis, ſed ſpecialiter diſponit e-
tiam de iis, quibus imminet cura Animarum; &
ſic diſponit de caſu ſpeciali legis antiquæ, adeout
tamquam lex poſterior neceſſario eam corrigat *l.* 46
Sed & poſteriores ff. de legibus §. Poſteriore, *Inſtit.*
quib.

quib. mod. Testam. infirm. ubi Pichard. n. 11. *Alex.*
47 *conf.* 122. *num.* 4. Ex quibus rationibus verior in
puncto Juris mihi videtur hæc opinio, quam sequuta fuit *Rota coram Celso decis.* 231. firmans Parochialem reservatam Sede plena, comprehendi sub hac *Regula XI.* & sub *Extravag. ad Romani*, & novissime *Clericat. de Benef. Discord.* 36. *n.*15.
48 In praxi tamen contrarium servatur, ut diximus *in Comment. in Regul. I.* §. 1. *num.* 385. ubi seqq.
num. examinavimus, an Decretalis *Si Apostolica* 49
locum habeat in Germania, & an procedat in Beneficiis Curatis, in Devolutis propter negligentiam Prælatorum, in Parochialibus alias, quam ob vacationem *apud Sedem* reservatis, & in vacantibus juxta Decretum; & an faveat nedum Ordinariis, sed etiam inferioribus Collatoribus.

R E G U L A XII.

Revalidatio Litterarum Prædecessoris Gratiæ, & Justitiæ infra annum concessarum.

ITem prædictus D. N. omnes, & singulas a Benedicto XIII. Romano Pontifice Prædecessore suo infra annum ante diem ejus obitus concessas Gratiæ, vel Justitiæ Litteras temporibus debitis earum Exequutoribus, seu Judicibus non præsentatas, omnino revalidavit, & in statum pristinum, in quo videlicet antea fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenarie restituit, ac decrevit per Exequutores, seu Judices prædictos, vel ab eis subdelegandos, ad expeditionem negociorum in eis contentorum procedi posse, & debere juxta illarum formam.

ARGUMENTUM.

LItteræ Apostolicæ Justitiam, & Gratiam respicientes expeditæ infra annum ante diem obitus prædecessoris Pontificis, & debito tempore Exequutoribus non præsentatæ, revalidantur per hanc Regulam a successore Pontifice, & in quo Regula præfata differt ab altera de *Litteris in forma Rationi congruit*? Litteræ Justitiæ morte Papæ concedentis re integra expirant, illæ vero quæ gratiam respiciunt, non aliter re pariter integra cessant, quam si fuerint concessæ *in forma Dignum*, secus si *in forma Gratiosa*. Dispensationes Matrimoniales Exequutoribus ante obitum Pontificis non præsentatæ, an possint Sede Apostolica vacante exequutioni demandari? Revalidatio Litterarum vigore Regulæ ut locum sibi vindicet, requirit earum expeditionem infra annum ante obitum Pontificis, & quid si lapsus fuerit annus, & impetrans neglexerit eas Exequutori præsentare tam tempore Pontificis, qui illas concessit, quam tempore Successoris, an ei sit aliquo remedio succurrendum? Exequutor, cui debito tempore fuerunt Litteræ præsentatæ, rite valet post obitum Pontificis ad earum exequutionem procedere, dummodo eo vivente actum aliquem Jurisdictionis exercuerit. Examinatur quæstio, an præsentata Commissione uni ex Sac. Rotæ Auditoribus, & expedita Pontifice vivente citatione, possit ejusdem citationis exequutio fieri post illius obitum, & Sede Apostolica vacante, itaut totus Processus radicatus in hac ita exequuta Citatione, dici debeat validus nec ne? Et hac occasione plura traduntur circa Tribunalis Sacræ Rotæ ejusque Auditorum Jurisdictionem, præsertim tempore vacationis Sedis Apostolicæ.

S U M M A R I U M.

1 *Litteræ Apostolicæ gratiam, & justitiam respicientes expeditæ infra annum Prædecessore Pontifice vivente, sed Exequutoribus ante illius obitum non præsentatæ, revalidantur ope Regulæ.*

2 *Revalidatio hæc suscitat tantum Jurisdictionem Exequutorum, quæ per mortem Pontificis silebat.*

3 *Regula, ut locum sibi vindicet requirit, quod Litteræ Apostolicæ sint expeditæ tempore Prædecessoris Pontificis.*

4 *Et in hoc differt* a Regula de Litteris in forma Rationi congruit, *quæ supponit Supplicationem tantum fuisse signatam.*

5 *Mandatum re integra morte mandantis expirat.*

6 Littera Justitiæ, quæ nempe lites concernunt, expirant morte Papæ concedentis.

7 Littera in forma gratiosa expeditæ, per obitum Pontificis concedentis non expirant.

8 Et possunt per Exequutores, Sede Apostolica vacante, exequutioni demandari.

9 Gratia erectionis Collegiatæ elargita cum clausula -- quatenus Dos fuerit assignata -- dicitur perfecta, & probatis redditibus, mortuo etiam Pontifice exequi debet.

10 Gratia in forma Dignum, seu in forma Commissaria in cujus exequutione tenetur Exequutor assumere partes Judicis, & procedere cum causa cognitione, expirat morte concedentis re integra.

11 Nec potest Exequutor Sede Apostolica vacante ad illius exequutionem procedere.

12 Et reprobatur contraria sententia.

13 Dispensationes Matrimoniales ante obitum Pontificis Exequutori nondum præsentatæ, exequi non possunt Sede Apostolica vacante, sed expectanda est Regula revalidatoria.

Contrarium, & redditur ratio. n. 14.

15 Gratia si in evidentem exequi non potest, si re integra Papa moriatur.

16 Revalidatio Litterarum ope Regulæ, ut locum sibi vindicet, exposcit quod illæ sint concessæ infra annum ante obitum Pontificis, & de ratione.

17 Si elapso anno, magna non appareat negligentia, & impedimentum aliquod allegetur, propter quod Litteræ non fuerint Exequutori præsentatæ, expediri solet revalidatio, quæ dicitur -- Indultum, quod Judex procedat ad exequutionem Litterarum, non obstante obitu Prædecessorum.

Et indultum hujusmodi non novam gratiam præsefert, sed suscitat solum Jurisdictionem Exequutorum. ibid.

18 Constito tamen de reiterata negligentia, quia nempe Litteræ nec tempore Successoris, qui Regulam edidit, fuerint præsentata, tunc revalidatio, vel denegatur, vel difficilius indulgetur.

19 Traditur exemplum concessæ a san. mem. Clemente XI. revalidationis Litterarum, non obstante reiterata negligentia in illis Exequutori præsentandis.

20 Litteras vivente Pontifice sibi præsentatas, non prohibetur Exequutor post illius obitum exequutioni demandare. & n. 23.

21 Intellige dummodo Exequutor vivente Pontifice aliquem actum jurisdictionalem exercuerit, quia nempe unico contextu mandaverit de contentis in Litteris informationem capi. & numer. 36.

22 Vel si Litteræ Apostolicæ ante Pontificis obitum una cum citatione partis fuerint jam Exequutori præsentata, & coram eodem productæ.

24 Examinatur quæstio, an præsentata Commissione uni ex Rotæ Auditoribus, & expedita Pontifice vivente citatione, possit ejusdem exequutio valide fieri post illius obitum, Sede Apostolica vacante, itaut totus processus radicatus in hac ita exequuta citatione reputari non debeat invalidus?

25 Proponitur sententia affirmativa, & redditur ratio, quia ad effectum exercitii Jurisdictionis inspicitur concessio citationis facta a Judice delegante, non autem illius exequutio, & numer. 53.

Præsertim si de tempore exequutæ citationis nota non sit mors Pontificis delegantis n. 28.

26 Citatio decreta efficit, ut res non sit amplius integra, & per consequens morte delegantis, delegati jurisdictio non expiret.

27 Actus exequutionis citationis est actus Cursoris, non actus jurisdictionis Judicis.

29 Rotæ Auditorium, cui in universum dirigitur Commissio, est Judex ordinarius, quamvis singuli Auditores sint Delegati.

30 Intellige, ut Rotæ Auditores sint Judices delegati in sententiando, secus in procedendo.

31 Sede vacante possunt Auditores Rotæ procedere in Causis jam cœptis, & potius de stylo, quam de Jure se abstinent a Causis cognoscendis, & n. 55.

Sed stylus iste non operatur, quod si uti velint quoad Causas præfatas sua jurisdictione, actus ejus vigore gesti sint nulli. n. 56.

Et pluries servatum, ut annunciato obitu Pontificis, dum essent Auditores in Rota, prosequuti sint aliarum Causarum discussionem. ibidem.

32 Rotæ Auditores post creationem novi Pontificis sine nova Commissione in Causis procedunt, & Jurisdictionem exercent.

33 Facultates Sacrarum Congregationum Urbis Sede vacante non expirant.

Sed dicto tempore durante quiescunt. n. 61.

34 Referuntur exempla exercitæ a Rota Jurisdictionis de tempore Sedis Apostolicæ vacantis.

Et hæc exempla ostendunt, jurisdictionem Rotæ non esse dicto tempore quoad usum omnino sopitam. n. 57.

35 Acta gesta per Rotam tempore Feriarum valida sunt, & exequutioni demandantur. & numer. 51.

37 In quæstione, de qua supra num. 24. proponitur contraria sententia, quod nempe invalida sit exequutio Citationis vivente Pontifice expeditæ, sed eo mortuo expletæ.

Et redditur ratio ibidem. & num. seqq. & numer. 41.

38 Auditores Rotæ, qua ratione dicantur Judices Ordinarii in cognoscendo?

40 Stylus vim legis habet.

42 Facultas citandi dependet a jurisdictione.

43 Exequutio citationis est actus jurisdictionis, quia ex commissione Judicis a Cursore expletur.

Et in ea non consideratur actus facti, sed juris, qui fit a Judice mandante citari. ibidem.

44 Pro validitate citationis requiritur perseverantia Jurisdictionis in Judice de tempore illius exequutionis.

45 Decretum citandi a Judice relaxatum est actus præparatorius & in fieri, qui ponitur in facto esse cum citatio intimatur, & ex tunc lis dicitur, quoad Reum inchoata.

46 Sede Apostolica vacante jurisdictio Rotæ, etsi non extinguatur, remanet tamen quoad exercitium suspensa.

47 Carentia, & suspensio exercitii jurisdictionis in Judice æquiparantur ad effectum, ut actus ab eo gestus sit nullus.

48 Sede Apostolica vacante citatum numquam fuit ad dicendum contra Commissionem Rotæ directam.

49 Et Decreta provisionalia, quæ dicto tempore aliquando proferri solent, percutiunt negotia, quæ periculum in mora patiuntur.

50 *Rota jam congregata, audito Pontificis obitu, aliquando se abstinuit ab aliarum Caussarum discussione.*

52 *Regula XII. Cancellariæ non revalidat acta nulliter gesta tempore Sedis vacantis, sed ea repetenda sunt ex integro post novi Pontificis assumtionem.*

54 *Citationis Decretum licet non efficiat ut cœptum dici possit negotium quoad Reum, operatur tamen ut cœptum dicatur quoad perpetuandam jurisdictionem Delegati.*

57 Jacobus Emerix *olim Sac. Rotæ Decanus, styli, & rerum ad Rotam pertinentium peritissimus.*

59 *Mandatum Rotale vivente Pontifice expeditum, potest Sede vacante citra nullitatis vitium exequutioni demandari.*

60 *Judicis jurisdictio non statim expirat Mandato expedito, sed durat quousque illud plenam obtinuerit exequutionem.*

1 REvalidantur per hanc Regulam Litteræ A-
postolicæ expeditæ infra annum vivente prædecessore Pontifice, nondum tamen Exequutoribus præsentatæ ante illius obitum; cujus revalidationis vigore novus Pontifex facit reviviscere dictas Litteras, quæ jam erant extinctæ per obitum Antecessoris, ut ait *Corrad. in prax. dispens. lib.2. cap.8. n. 18. Quesad. in hanc Reg.* Seu ut alii exi-
2 stimant, suscitatur vigore Regulæ Jurisdictio Exequutorum, quæ per mortem Pontificis silebat, *Ros. de Exequutorib. part. 1. cap. 4. n. 33. Mandos. in hanc Regul. quæst. 1. n. 4. & 9. Amayd. de styl. Datar. cap. 20. n. 6. & 7.*

Quatuor requiruntur ad effectum, ut locum sibi vindicet hujusmodi gratia, ut post *Mandos. in hanc Regul.* quæ apud ipsum est in ordine *X. in*
3 *Proœm.* observat *Kochier hic n. 7.* Primo, quod a Prædecessore sint concessæ Litteræ; In hoc enim differt hæc Regula ab altera *de Litteris in forma*
4 *Rationi congruit.* Nam Regula *Rationi congruit* supponit supplicationem tantum signatam, & Litteras non fuisse expeditas ad probandam gratiam ab Antecessore concessam. Regula vero revalidatoria supponit jam Litteras expeditas, & in suo esse perfectas, sed nondum præsentatas Exequutoribus tempore Papæ concedentis; Ideoque Successor suscitat Jurisdictionem Exequutorum, quæ Sede vacante siluit juxta Clementin. *Ne Romani de Elect.* & tradit *Rosa de Exequutor. cap. 4. n.33. Quesad. hic in princip. Amayden. de Stylo Dataria part. 1. cap 20. n. 4. in fine*, ubi quod fuit edita hæc Regula ne partes teneantur expedire novas Litteras, *& n. 5.*

Secundo requiritur, quod Litteræ contineant
5 gratiam, aut Justitiam, quod necessarium fuit declarare, quia, re adhuc integra, mandatum morte mandantis expirat. Et quidem quoad Litteras justitiæ nempe quoad lites, clarum est illas expi-
6 rare morte Papæ concedentis, *Cap. final. §. Officium, de Offic. deleg. in 6. l. mandatum Cod. Mandati, Mandos. ad hanc Regul. quæst. 2. n. 4. Quesad. ibid. Corrad. in prax. dispens. lib. 2. cap. 8. num. 19. Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 12. num. 51. & 52.*

Quo vero ad Litteras gratiæ distinguendum est;
7 nam aut agitur de gratia jam perfecta, & de Litteris expeditis in forma gratiosa, quæ ipsi Oratori diriguntur, & in quibus accessorie tantum datur Exequutor, qui dicitur merus, & habet nudum ministerium exequendi absque ulla cognitione, & Jurisdictionis exercitiu, & in hoc casu sicuti gratia ipsa non extinguitur per obitum Pontificis, *ad Text. in Cap. Si cui nulla 36. de Præbend. in 6. Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 12. n. 32. & seqq. Mandos. ad Regul. 10. quæst. 2. n. 4. Rota decis. 336. n. 27. & 28. part. 4. tom. 2. Recen. & in Nullius, seu Senogallien. Bonorum 13. Maii 1697.*
§. Replicationibus, coram Muto, ita non perimitur 8
potestas data Exequutoribus, quæ veluti gratiæ prædictæ accessoria naturam sequitur principalis, ut est *Text. in Cap. Si super gratia de Offic. Judic. delegat. in 6. cum concordantibus relatis in Hydruntina erectionis Collegiatæ super negocio principali, prima Junii 1696. §. Verum, coram Pio*, ubi agebatur de erectione Collegiatæ cum clausula -- 9
quatenus Dos fuerit assignata -- & dicitur gratiam esse perfectam, & independentem a voluntate Exequutoris, qui probatis redditibus tenetur necessario Gratiam exequi.

Aut agitur de Gratia, quæ non est perfecta,
nec facta ab ipso Papa, sed concessa in forma *Dig* 10
num, & in forma commissaria, qua traditur Exequutori Jurisdictio, & committitur, ut *veris existentibus narratis, & si ita est*, conferat, concedat, dispenset &c. itaut Exequutor debeat, assumere partes Judicis, & procedere cum causæ cognitione, & tunc Litteræ expirant morte Concedentis re integra, *cap. Si cui nullam, de Præbend. in 6.*
itaut Sede vacante Exequutor non possit procede- 11
re ad illarum exequutionem, sed necessario teneatur expectare gratiam revalidatoriam a Pontifice successore concedendam. Ita in terminis hujus Regulæ distinguunt *Mandos. quæst. 2. sub n. 4. Corrad. in prax. dispensat. lib. 2. cap. 8. sub n. 19.* ubi ait in praxi non posse sustineri opinionem illorum, qui
autumant Sede vacante posse ab Ordinariis exequi 12
hujusmodi Litteras, & antequam emanet Regula revalidatoria, subdens, quod licet plura Jura in contrarium perpendi valeant, irritus tamen est quicumque conatus, dum Papa per dictam Regulam revalidatoriam intendit ipsas Litteras jam fuisse extinctas, late *Rosa de Execut. part. 1. cap. 4. fere per tot.* ubi *sub n. 29.* infert ex hac Regula, quod frustra ederetur, & revalidarentur Litteræ, si illæ per obitum concedentis non fuissent extinctæ, neque Exequutoris facultates cessassent.

Hinc deducitur, Dispensationes matrimoniales
Exequutoribus nondum præsentatas ante obitum 13
Pontificis, non posse exequi Sede vacante, sed expectandam esse Regulam revalidatoriam, cum illarum Exequutor sit mixtus, & teneatur cognoscere, an preces veritati nitantur, ut in Curia Neapolitana resolutum fuisse testatur *Genuens. in Prax. cap. 94. Corrad in Prax. dispens. Apostolicar. lib. 2. cap. 8. in fin. Ros. de Execut. lib. 1. cap. 4. n. 16 & seqq. n. 27.* & confert *Rot. in Melphicten. Cappellaniæ 7. Junii 1700. §. Penetrabilius, coram bon. mem. Ansaldo.* Idemque esse in gratia *Si in* 14
evidentem, quam exequi non posse per Exequutorem, si re integra Papa moriatur, firmant *Corrad. ubi supra num. 19. Cardinal. de Luca de Alienat. disc. 1. n. 61. Rota decis. 299. n. 13. coram Dunoz. Senior.*

Sed contrarium, quod Dispensationes matrimo-
niales ante obitum Pontificis Exequutori non præ- 15
sentatæ, possint exequi Sede vacante, ea ratione, quia Exequutor non est voluntarius, sed necessarius, itaut si preces veritati niti reperiantur, teneatur omnino dispensare, firmant *Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 28. n. 87. Sibilia de Gradib. Cognat. part. 1. cap. 1. §. 2. disput. 5. §. Verum pag. mihi 237. de Just. Dispens. matrim. lib. 1. cap. 6. n. 505. & seqq.* ubi testatur plures dispensationes matrimo-

niales fuiffe per Vicarium Generalem *Lucanum*
fuo tempore exequutas, Sede Papali vacante per
obitum tum Urbani VIII. tum Innocentii X. quæ
illis viventibus fuerant ipfi Vicario commiftæ, late
Pafqualig. Quæft. moral. Juridic. 41. *a n.* 6. *Ricc.*
decif. 92. *n.* 12. *part.* 4. licet fupra contrarium pro-
bate videatur *Tondut. refolut. benefic. par.* 2. *cap.* 4.
§. 2. *n.* 17. & 18.
Tertio, requiritur ut intret hæc revalidatio,
16 quod Litteræ fuerint conceffæ infra annum ante
obitum Pontificis, cujus rei rationem affignat *Man-*
dof. quæft. 4. & fequitur *Corrad. dict. lib.* 2. *cap.* 8.
num. 22. quod nempe annus dicitur congruum tem-
pus ad omnia peragenda, quia Jura Canonica,
& Civilia, immo Divina, innumeris propemodum
rebus folita fint præfigere tempus unius anni. Quod
17 fi lapfus fuerit annus, nec magna appareat negli-
gentia impetrantium, & allegetur aliquod impe-
dimentum, propter quod Litteræ non fuerint E-
xequutori præfentatæ, folet expediri revalidatio,
quæ dicitur *Indultum quod Judex procedat ad exe-*
quutionem Litterarum, non obftante obitu Præde-
cefforum, Corrad. in Prax. Difpenf. dicta lib. 2.
cap. 8. *n.* 22. ubi ponit formulam hujufmodi In-
dulti, *Rof. de Execut. dict. cap.* 4. *num.* 34. *Amay-*
den. de ftylo Datariæ lib. 1. *cap.* 20. *per tot.* Et per
hujufmodi Indultum, nec pariter nova Gratia e-
largitur, fed fufcitatur folum Jurifdictio Exequu-
torum, & attenditur Data prioris Gratiæ quoad
validitatem, & conceffionem, *Amayd. de ftyl. Da-*
tar. cap. 20. *n.* 6. & 7.
18 Verum fi magna appareat negligentia, & rei-
terata, utpote quia nec tempore Succefforis, qui
Regulam edidit revalidatoriam, Litteræ fuerint
præfentatæ, tunc difficilius fuccurritur Oratori ob
reiteratam negligentiam, *Corrad. dict. cap.* 8. *n.* 19.
& 20. ubi quod quando petitur revalidari gratia
nimis antiqua, etiam per peculiare refcriptum
fub prædicta forma, confuevit revalidatio denega-
ri ob reiteratam negligentiam, fequitur *Rofa dicto*
cap. 4. *n.* 54.
Hujufmodi tamen gratiam, non attenta reitera-
19 ta negligentia, indulfit fan. mem. Clemens XI.
Cum enim erectio Monafterii B. M. V. *dos Reme-*
dios nuncupati, ex difpofitione *Emanuelis Gomes*
de Elvas pro pauperibus Puellis, in forma Com-
miffaria expedita Anno *Incarnationis Dominicæ*
1634. *quarto Idus Julii Pontificatus fan. mem. Ur-*
bani VIII. Anno XI. exequutioni demandata non
fuiffet, laudatus Pontifex per fuas Litteras com-
mifit Patriarchæ Ulixbonen. *ut non obftante obitu*
præfati Urbani Prædecefforis, & quatenus opus fit,
noftræ, & Cancellariæ Apoftolicæ Regulis, præ-
fertim, quod Litteræ Apoftolicæ per Prædeceffores
noftros emanatæ ulterius exequi non valeant, ad
dictarum Litterarum executionem fervata alias &c.
illarum forma &c. procedas, ut ex litteris expedi-
tis apud Sanctam Mariam Majorem 1718. *Idibus*
Septembris Pontificatus anno XVIII.
Et quarto demum requiritur, quod debitis tem-
20 poribus Litteræ non fuerint coram Exequutore
præfentatæ, nam fi præfentatæ fuerint, poteft
Exequutor ad ulteriora procedere, cum per præ-
fentationem Litterarum expletam tempore habili,
firmata cenfeatur in Exequutore Jurifdictio, ut
diftinguit *Cardinalis de Luca de Alienat. difc.* 1.
n. 61. Quod tamen intellige, dummodo Exe-
21 quutor fecerit aliquem actum Jurifdictionalem, ve-
luti fi unico contextu mandaverit de contentis in
Litteris capi informationem, tali enim cafu res non
amplius dicitur integra, *Cap. Quamvis de Officio*
Delegati in 6. Sibil. de Grad. Cognat. part. 1. *cap.* 1.
§. 2. *difputat.* 5. *verf. Dicimus quarto, Rofa de*
Execut. part. 1. *cap.* 4. *num.* 35. & *part.* 2. *cap.*
7. *num.* 13. *Sanchez de Matrimon. lib.* 8. *difput.*
28. *n.* 20. *Rota decif.* 397. *n.* 24. vel fi Litteræ A-
poftolicæ ante Pontificis obitum, cum partis ci- 22
tatione fuerint jam Exequutori præfentatæ, & co-
ram eodem productæ, *Sibi d. loco cit. Sanchez*
ubi fupra num. 20. & 29. *in fine, Rofa dict. par.* 2.
cap. 7. *n.* 16.
Sed cum vigore hujus Regulæ Judex, cui Lit- 23
teræ Apoftolicæ fuerunt vivente Pontifice præfen-
tatæ, poffit non obftante fupervento illius obitu
ad exequutionem procedere, ortum fuit dubium,
an præfentata Commiffione uni ex Sacræ Rotæ 24
Auditoribus, & expedita, Pontifice vivente, ci-
tatione, poffit exequutio hujus citationis valide fie-
ri poft illius obitum, & Sede Apoftolica adhuc
vacante, itaut totus Proceffus radicatus in hac ita
exequuta citatione, dici debeat invalidus?
Pro fuftinendo actu dicebatur, quod ad effe-
ctum exercitii Jurifdictionis attenditur conceffio ci- 25
tationis facta a Judice delegato, non autem illius
exequutio, cum citatio decreta faciat, ut res non
fit amplius integra, & per confequens morte De- 26
legantis illius Jurifdictio non expiret, *Rofa de Exe-*
cut. part. 2. *cap.* 7. *n.* 16. & 17. *Ubert. de citat.*
cap. 11. *fub n.* 65. *verf. ad hæc autem.* Actus enim
exequutionis citationis, non eft actus jurifdictio- 27
nis, fed unice attenditur dies decretæ citationis,
in quo Judex Delegatus jurifdictionem exercere
dicitur, cum citatio duas habeat partes, unam ju-
rifdictionis, quæ eft Judicis mandantis citari, &
alteram facti, quæ eft Nuncii, feu alterius exe-
quentis, *Ubert. de citat. cap.* 11. *n.* 17. & ad effe-
ctum validitatis quoad Judicem, attenditur dies
decretæ citationis, pro qua ejus Jurifdictio infpici-
tur, *Ubert. d. cap.* 11. *n.* 18. & *feqq.*
Præfertim ubi de tempore exequutæ citationis 28
nota non erat mors Pontificis delegantis, quo ca-
fu facilius fuftinetur proceffus, *Rofa de Executor.*
dicta part. 2. *cap.* 7. *n.* 26. *Ubert. dicta cap.* 11. *n.*
65. *ex capit. Gratum* 20. *de Offic. delegat.*
Cumque Auditorium Sac. Rotæ, cui directa eft
Commiffio, in univerfum dicatur Judex ordinarius, 29
quamvis finguli Auditores fint delegati, *Cardinal.*
de Luca in Relat. Curiæ difc. 32. *n.* 5. & in proce-
dendo fint Judices Ordinarii, quamvis in fenten- 30
tiando fint Delegati, *Fagnan. in cap. Cum olim n.*
71. *de majorit. & obed. Rota coram Emerix decif.*
177. *n.* 1. hinc eft, quod Sede vacante, de jure
poffunt procedere in caufis jam cœptis, & potius 31
de ftylo, quam de jure abftinent a caufis cogno-
fcendis, & terminandis, *Cardin. de Luca de Ju-*
rifdict. difc. 117. *n.* 13. & 14. itaut poft creationem
Papæ fine alia nova Commiffione in caufis proce- 32
dunt, & jurifdictionem exercent, quod clare de-
monftrat facultates non expiraffe, *Cardinalis de*
Luca ubi fupra; & in terminis Congregationum 33
Cardinalium, quarum facultates Sede vacante non
expirant, nec per novum Pontificem renovantur,
Fagnan. in cap. Cum olim. 77. *de Majorit. & Obe-*
dient.
Nec defunt exempla Jurifdictionis exercitæ in
Sac. Rotæ Auditorio Sede vacante, nam præter 34
diverfas Commiffiones, & Appellationes eo tem-
pore præfentatas adeft fub *die* 11. *Maii* 1691. per
obitum Alexandri VIII. Sede adhuc vacante De-
cretum provifionale in Partium contradictorio fa-
ctum *a bon. mem. Emerix* Rotæ Auditore *in Au-*
ximana de Franzonis, & aliud Decretum in eadem
Caufa 8. *Junii* 1691. per Acta *Blondi pag.* 723.
& 724.

Sic etiam tempore Feriarum Acta facta valida
sunt, & exequutioni demandantur, & tamen eo
35 tempore Judices abstinent a jurisdictione, sicuti
tempore Sedis vacantis.

Et demum *Regula XII.* Cancellariæ disponit,
36 quod sufficit si Litteræ tam Gratiæ, quam Justi-
tiæ sint Exequutori præsentatæ cum aliquali De-
creto, videlicet, quod capiatur informatio, ut di-
ximus, ad effectum ut illius jurisdictio non expi-
ret; & quoad non præsentatas, eas revalidat, &
reintegrat Jurisdictionem Exequutoris per obitum
Pontificis suspensam, *Rosa de Executor. par. 7.
cap. 4. n. 33. in fine.*

Exadverso dicebatur, quod Auditores Rotæ li-
37 cet habeant ordinariam cognitionem, tamen non
habent ordinariam Jurisdictionem, sed sunt Dele-
gati, *Scacc. de Appellat. part. 8. sub n. 60.* & hanc
audiendi, & cognoscendi facultatem habent om-
38 nes ex generali illa, & prisca delegatione, cum
primum in eum ordinem sunt adsciti; quamobrem
solemus dicere hanc ordinariam esse, quod illam
quasi a nativitate habeant, & cum ea nasci vi-
deantur, *Vestrius* (post distinctos varios status
Rotæ) *lib. 2. cap. 17. n. 2.*

Igitur cum in hoc tantum sensu habeant ordi-
nariam cognitionem, ac de cætero eorum juris-
dictio sit delegata, inde est, quod mortuo Dele-
39 gante, eorum jurisdictio expiret, vel saltem con-
quiescat, donec novus successor creatus fuerit,
*Bertachin. de Episcop. lib. 4. part. 7. num. 6. inter
tract. magn. tom. 13. part. 2. pag. 219. Vantius de
Nullit. ex defect. Jurisdict. delegat. num. 17. in
fine, Scacc. de Appellat. part. 8. sub num. 60. bon.
mem. Ansald. in præfat. ad suas decis. num. 98. &
9.* Nihilque interest, an id procedat de jure, vel
potius ex stylo antiquissimo Curiæ; quia etiam
40 stylus vim legis habet, *Bald. in l. 1. in fin C. quæ
sit longa Consuetudo, & in leg. de quibus ff. de Le-
gat. Afflict. dec. 135. num. 3. Rot. dec. 40. nu-
mer. 10. part. 16. Rec. & dec. 487. num. 3. coram
Molines.*

Quamobrem sopita jam jurisdictione Rotæ Au-
ditorum Sede vacante, non potuit eo tempore va-
41 lide exequi citatio, quamvis Sede plena com-
missa, sed requirebatur actualis exequutio viven-
te Pontifice delegante, *Salgad. de supplicat. ad
Sanctissimum part. 2. cap. 10. n. 37.* & magis in
specie *Rota coram Seraphin. dec. 176. num. 4. &
42 seqq. repetit. part. 4. Divers. decis. 41.* Facultas
enim citandi dependet a jurisdictione, *Gloss. magn.
in cap. Cum causa vers. Item qualiter de Offic. de-
43 legat. Ubertus de Citat. cap. 11. n. 15.* Et actus
citationis dicitur actus jurisdictionis, *Ubert. n. 18.*
quia quamvis Nuncius, Cursor &c. citet, tamen
Judex dicitur citare, quia ejus commissione illi
citant, *Gloss. in auth. de Hered. & Falcid. §. Illud.
verb. Decreto, Rebuff. de citat. in præfat. n. 59.*
Unde non consideratur actus facti, qualem illi ex-
plicant in exequendo, sed actus juris, seu jurisdi-
ctionis, qui fit a Judice mandante citari, in quo
sensu actus est vere jurisdictionalis, & judicialis
*Leg. 1. ff. de in jus vocan. §. final. Instit. de pœna
temere litig. Salgad. de Reg. protect. part. 2. cap. 9.
n. 85. & 87. Ubert. de citat. cap. 11. Guido Pap.
quæst. 275. n. 2.*

44 Atque ad validitatem citationis jurisdictio citan-
tis inspicitur de tempore illius exequutionis, *Ubert.
de Citat. cap. 11. num. 18.* & nedum tempore ex-
peditionis, sed etiam exequutionis necesse est quod
adsit extremorum habilitas; nam tempore quo ci-
tatio præsentatur Reo, tunc primum Judex cita-
45 tum alloquitur, illi jubet, ut compareat, ut nihil
innovet &c. & ideo Decretum citandi a Judice
relaxatum, est actus præparatorius, & in fieri, &
tunc demum ponitur in facto esse, cum citatio
intimatur, per quem actum intimationis, & non
antea, dicitur quoad Reum lis inchoata, *Clement.
2. Ut lite penden. Ubert. de citat. cap. 12. sub n.
35. vers. Sed quoad Reum, Gonzal. ad regul. 8.
gloss. 9. in adnotatione ad §. 10. num. 135. Rota de-
cis. 1046. num. 2. coram Seraphin. & decis. 304.
num. 13. coram Bichio.* Adeoque si tunc tempo-
ris, quia Sedes vacat, Rota non habet usum Ju-
risdictionis, dari non potest inchoamentum liti,
quæ contra Reum tunc incipit.

Quamvis autem creato novo Pontifice, sine alia
nova Commissione Rota procedat, attamen id so- 46
lum evincit, quod tempore vacationis Sedis Apo-
stolicæ jurisdictio non sit extincta, sed solum
quoad exercitium suspensa; carentia autem, &
suspensio exercitii æquiparantur ad hunc effectum, 47
Ubert. de citat. cap. 11. n. 24. & 86.

Quoad præsentationes factas de Commissioni-
bus diversis Rotæ Auditoribus Sede vacante, no-
tum est, quod istæ revera non præsentantur, sed
Notarii ex se apponunt in eorum Broliardis dictas
præsentationes sub nomine Magistri Cursorum;
nec Sede vacante fuit unquam citatum ad dicen- 48
dum contra Commissionem, quod ostendit tunc
non posse valide exequi citationes.

Decretum vero *bon. mem. Emerix* in Causa *An-
ximana* fuit Decretum provisionale in negocio pa- 49
tiente periculum in mora; agebatur enim de con-
servandis fructibus, ne dilapidarentur. Et de cæ-
tero Rota vix congregata, audito obitu Pontificis
Clementis IX. post lectum primum memoriale ab- 50
stinuit ab aliarum Causarum discussione, ut testa-
tur *idem Emerix decis. 18. n. 1.*

Tempore Feriarum suspensio non est ita absolu-
ta, sicuti Sede vacante, quia Feriis non obstan- 51
tibus, possunt Rotæ Auditores procedere in Cau-
sis Attentatorum, & meri possessorii, & alia per-
agere, *Coccin. adnotat. 261. num. 253. cum seqq.
& num. 368. Rota decis. 133. num. 1. coram Eme-
rix.*

Denique *Regula XII.* Cancellariæ revalidat qui-
dem Litteras a Prædecessore Pontifice concessas, 52
Exequutoribus debito tempore non præsentatas,
sed non revalidat Acta nulliter gesta tempore Se-
dis vacantis, quæ ex integro repetenda sunt post
novi Pontificis assumtionem, *Ubert. de Citat. dicto
cap. 11. sub n. 22.*

In hac Quæstione crederem Processum non esse
nullum, nec circumscribendam Sententiam Rota- 53
lem, ex quo citatio legitimo tempore expedita,
exequuta fuit Sede vacante; Negotium enim cœ-
ptum erat vivente Pontifice, & Rotæ Auditorium
suam jurisdictionem exercere incœperat cum De-
creto citationis, per quod licet dici non possit cœ- 54
ptum negotium quoad Reum, tamen dicitur cœ-
ptum in ordine ad perpetuandam jurisdictionem
Delegati, *Rosa de Execut. part. 2. cap. 7. n. 16.
& 17.*

Supervento autem obitu Pontificis, Rotæ Au-
ditores in Causis jam cœptis retinent eamdem ju- 55
risdictionem, qua licet ex antiquo stylo uti non so-
leant Sede vacante, etiam in Causis jam cœptis,
non tamen hic stylus induxit, ut si ea uti velint, 56
actus sit nullus; Unde semel, atque iterum serva-
tum est, ut nunciato obitu Pontificis, dum essent
Auditores in Rota congregati, prosequuti sunt a-
liarum Causarum discussionem, *Emerix decis. 18.
in princip.*

Quod si idem *Emerix* styli, & rerum ad Rotam
peri-

57 pertinentium peritissimus, & accuratissimus exe-
quutor, Sede vacante Decretum provisionale fe-
58 cit, ita subjecta materia exigente, jam patet, ju-
risdictionem Rotæ non esse quoad usum omnino
sopitam, & posse Rotæ Auditores habitualem,
quam retinent, jurisdictionem, ad usum, & exer-
citium revocare.

Prout si Mandatum Rotale Sedis plenæ tempo-
59 re expeditum, exequutioni post obitum Pontificis
demandatum fuerit, exequutio ex hoc capite non
esset nulla; Neque enim subsistit, quod expedito
60 mandato, Judex functus sit officio suo, nam ju-
risdictio durat donec dubitari potest de effectu exe-
quutionis, aut paritionis sententiæ, *Rota decis.*
338. *n.* 9. *part.* 4. *Tom.* 1. *Recent.* Fortior autem
est actus Decreti provisionalis facti per ipsum Au-
ditorem, aut exequutionis Mandati, quam exe-
quutionis citationis, per quam notificatur Reo,
ut compareat coram Judice, qui de tempore con-
cessionis habebat usum jurisdictionis, quem brevi
reassumere debet. Præcipue cum hæc exequutio
fiat per Ministros inferiores, quibus prohibita non
videtur exequutio citationum debito tempore ex-
peditarum; ut in simili de Ministris inferioribus 61
Congregationum Cardinalium, quarum jurisdictio
Sede vacante quiescit, *Fagnan. in Cap. Cum olim*
n. 83. *de Majorit. & Obedient.*

Et in hac Sententiam inclinabat major pars Suf-
fragantium in Signatura Justitiæ habita 29. *Julii*
1723. *in Barchinonen. seu Gerunden. Juris visitan-
di*, proponente R. P. D. *Furietto* docto, & eru-
dito Prælato. Verum quia in ea Causa omnia Acta
transportata non fuerant, ex hoc capite censuerunt
omnes Sententiam Rotalem esse circumscribendam
cum rescripto -- *Alteri ex integro, & amplius.*

REGULA XIII.

Revocatio Unionum.

ITem rationalibus suadentibus causis ipse D. N. omnes uniones, adnexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, & dismembrationes, etiam perpetuas de quibusvis Cathedralibus, nec non aliis Ecclesiis, Monasteriis, Dignitatibus, Personatibus, Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis, eorumve Domibus, Prædiis, & locis per cessum, vel decessum, aut aliam quamvis dimissionem, vel amissionem qualiacumque fuerint invicem, vel aliis Ecclesiis, Monasteriis, & Mensis etiam Capitularibus, Dignitatibus, Personatibus, Officiis, Beneficiis, ac Piis & aliis locis, Universitatibus etiam Studiorum generalium, & Collegiis, etiam in favorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Ecclesiis, Monasteriis, & Beneficiis, per eos obtentis quomodolibet Apostolica, vel alia quavis [non tamen Concilii Tridentini auctoritate, nec non pro fundatione, seu dotatione, augumento, vel conservatione Collegiorum, & aliorum Piorum, & Religiosorum locorum ad Fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum institutorum] factas, quæ suum non sunt sortitæ effectum: Ac quascumque concessiones, & mandata super unionibus, adnexionibus, incorporationibus, & aliis præmissis taliter faciendis revocavit, cassavit, & irritavit, nulliusque decrevit existere firmitatis. Nec alicui quascumque clausulas, vel adjectiones, aut decreta, quæ Sanctitas Sua pro expressis haberi voluit in quibusvis Apostolicis, etiam quæ Motu proprio, aut ex certa scientia, & consistorialiter processerunt, & emanarunt litteris, etiamsi in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut jus quæsitum fore, quomodolibet contenta adversus revocationem, & irritationem hujusmodi voluit aliquatenus suffragari. Decernens irritum &c.

ARGU-

ARGUMENTUM.

UNiones Beneficiorum ab Antecessoribus Pontificibus expletas, & eorum tempore effectum non sortitas ab antiquissimo tempore Successores revocare consueverunt, & licet olim præservarentur illæ expletæ favore Beneficiorum, quæ obtinent Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, hodie aliter in Regula decernitur. Subjacent ejusdem Regulæ revocationi Uniones etiam Consistorialiter factæ, & munitæ amplissimis clausulis derogatoriis ad futuras Regulas Cancellariæ, & quamvis in earum Litteris adsit clausula, quod ex nunc pro tunc habeantur pro effectuatis, vel quod sortiantur vim contractus. Dismembrationes Beneficiorum, eorumque fructuum, sive in totum, sive in parte, immunes non sunt a revocatione Regulæ. Ab ea tamen excipiuntur Uniones effectum sortitæ in Vita Pontificis, qui Gratiam indulsit; & ubi agitur de unica plurium Beneficiorum Unione, quæ eruitur sive ex eo, quod valor Beneficiorum in unica summa coacervatus, expressus fuerit, sive ex eo quod dispositio unica fuerit concepta oratione, ac structura verborum ab eodem Verbo *Unimus* depenoente, effectuatio quoad unum Beneficium, effectuationem quoad cætera influit; quod tamen locum sibi non vindicat, si in eisdem Litteris plures, & distinctæ Beneficiorum Uniones expletæ fuerint. Quemadmodum non revocat Regula Uniones expletas pro Dote Beneficii, seu loci Pii noviter erecti, nec factas auctoritate Concilii Tridentini, inter quas recensetur Unio Beneficiorum favore Seminarii, pro cujus validitate requiritur quod Seminarium sit erectum, quod Unio expleatur Consilio quatuor Deputatorum, quodque præcedat Taxa super omnibus Beneficiis Diœcesis; & qui illam persolvere tenentur? Permissum tamen non est Episcopo Seminario unire Beneficia Curata, Regularia, etsi Conventu carentia, minusque Hospitalia, aut eorum fructus, quamvis Personæ juxta eorum fundationem contemplatæ, defecerint; quemadmodum nec omnia, aut majorem partem Beneficiorum Diœcesis. Et quid de Beneficiis reservatis, & affectis, maxime si Episcopus fuerit Cardinalis, aut devolutis, seu litigiosis? Et an post factam nonnullorum Beneficiorum Unionem expleri possit aliorum Unio ad effectum omnino tollendi Taxam? Sequuta vero Unione Beneficiorum ex nunc pro tunc, quando, eorum vacatio contingeret, eorum Resignatio ad favorem a Possessoribus expleta, non aliter sustinetur, quam si Papæ expressa fuerit Unio præfata, aut si ipse omnes, & quascumque Uniones suspenderit. Auctoritate itidem Concilii Tridentini unire possunt Episcopi tam Beneficia Curata, vel non Curata, quamvis reservationibus obnoxia, cum Curatis, ob eorum reddituum tenuitatem, quam Beneficia simplicia, non autem curata, etsi habitu solum, pro augumento Distributionum quotidianarum, dummodo istæ una cum fructibus Præbendarum adeo tenues sint, ut pro sustinendo decenti Canonicorum gradu non sufficiant, & dummodo Unio fiat non Massæ Capitulari, vel earumdem Distributionum, sed singulis Præbendis distributive: quod si in Cathedrali, vel Collegiata non adsint Præbendæ distinctæ, adeundus est Pontifex pro Unione. Præbendam itidem primo vacaturam, non tamen reservatam, unire potest Episcopus vigore Concilii Officio Pœnitentiariæ, quemadmodum, & alteram Præbendam in Theologalem erigere; & quid a san. mem. Benedicto XIII. dispositum sit circa hujusmodi Præbendarum erectionem in Pœnitentiariam, & Theologalem, ac Beneficiorum simplicium, etiam reservatorum, Unionem eisdem faciendam? Insuper a revocatione Regulæ excipiuntur Beneficiorum Uniones expletæ ex causa necessaria, & quæ ista dicatur? nec non factæ in augumentum Divini cultus; & examinatur, an hujusmodi generis dici possit Unio facta Mensæ Capitulari pro manutentione Musicæ? Ac etiam excipiuntur Uniones factæ pro fundatione, vel conservatione Collegiorum ad Fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque Artium cultum institutorum, & illæ insuper, quæ factæ fuerunt titulo permutationis, vel alio titulo oneroso. Postremo Regula non procedit quando unus Ordo Religiosorum in totum supprimitur, & ejus Beneficia

ficia alteri uniuntur, nec in Pensionibus alicui Dignitati, Collegio, vel loco Pio, etiam perpetuo, applicatis.

SUMMARIUM.

1 *Uniones tempore Antecessorum Pontificum effectum non sortitas, Successores ab antiquissimo tempore revocare consueverunt.*
Et refertur Constitutio generalis Bonifacii IX. qua similes uniones revocantur. ibid.
2 *Regula Joannis XXIII. & Martini V. dictarum Unionum revocatoriæ, brevibus erant conceptæ verbis, earumque tenor exscribitur.*
3 *In Regulis antiquis excipiebantur Uniones respicientes favorem Cardinalium.*
4 *Sed Paulus III. Regulam immutavit, eique addidit*, etiam in favorem S. R. E. Cardinalium.
5 *Traditur ratio, cui Regula innititur.*
6 *Regula locum sibi vindicat, tametsi Unio expleatur cum clausulis amplissimis, & derogatoriis Cancellariæ Regulis.*
7 *Et quamvis sit munita Decreto, quod non comprehendatur sub quibuscumque Unionum revocationibus.*
8 *Proponitur Clausula, ob quam censeri potest præservata unio, si ante illius effectuationem superveniat Regula revocatoria.*
9 *Regula revocat Unionem effectum non sortitam, quamvis in ejus litteris adesset clausula*, quod ex nunc pro tunc haberetur pro effectuata.
Intellige ut in n. 10. & 11.
12 *Non comprehendit tamen Unionem Beneficii vacaturi expletam cum clausula:* ex nunc pro tunc cedente, vel decedente Beneficiato.
13 *Contrarium, & redditur ratio.*
14 *Subjacent revocationi Regulæ Uniones etiam Consistorialiter expletæ, ut in Regula sancitur.* & n. 15.
16 *Tametsi in Litteris Apostolicis diceretur, quod eadem haberent vim contractus, per quem Papa se obstringeret, ut nulla ex causa ab eo recederet.*
17 *Limita si Unio expleta fuerit ex causa onerosa, & in compensationem.*
18 *Confirmatio Unionis expletæ a Papa inscio revocationis ob illius ineffectuationem, nil relevat pro unione sustinenda.*
Maxime si in Litteris confirmationis adsit clausula -- Dummodo Unio sit in usu -- numer. 19.
20 *Secus vero si Pontifici innotesceret, Unionem remansisse per Regulam revocatam, & adhuc eam confirmaret.*
21 *Regula revocat Uniones etiam a principio validas, quæ suum postea sortitæ non fuerint effectum.*
22 *Quemadmodum Uniones expletas ex justa causa, non tamen necessaria.* & n. 181.
23 *Necnon Uniones factas de Præbendis, & Canonicatibus ad nutum amovibilibus.*
24 *Regula comprehendit nedum dismembrationes Beneficiorum, sed partis quoque eorum fructuum.*
Etiamsi agatur de dismembratione partis fructuum alicujus pii operis, juxta notabilem Decisionem 161. cor. Remboldo. n. 27.
25 *Sed priscis temporibus revocationi Regulæ non subjacebant nisi dismembrationes Beneficiorum, non autem partis fructuum.* & n. 36.
26 *Verba Regulæ* -- eorumque Domibus, Prædiis &c. *addita fuerunt tempore Clementis VIII.*
28 *Revocationi Regulæ non subjacet Unio effectum sortita vel in Vita Pontificis, qui illam indulsit, vel ante renovationem hujus Regulæ a Successore factam.*
29 *Idque concludenter probari debet.*
Et quidem ab eo, qui contendit Unionem fuisse effectum sortitam; non autem a negante effectuationem. n. 32.
30 *Unionem fuisse effectum sortitam, in dubio non præsumitur, quia id in facto consistit.*
31 *Facta non præsumuntur, sed probanda sunt.*
33 *Unio dicitur effectum sortita, quando illius vigore adepta fuit possessio Beneficii.*
34 *Amplia etiamsi facta Unione Beneficii vacaturi cum clausula* -- ex nunc pro tunc &c. -- *illius possessio adepta fuerit vivente adhuc Beneficiato vigore facultatis in Literis Unionis a Pontifice impertitæ.*
35 *Limita si agatur de fructuum dismembratione, Et redditur ratio.*
37 *Sola possessio reddit Unionem effectuatam, etiam absque ulla perceptione fructuum.*
Fructuum tamen perceptio Unionis effectuationem magis firmat, & roborat. n. 38.
39 *Sed quid si omnis adhibitus fuerit conatus pro adipiscenda possessione Beneficii, sed adipisci non valuit, an Unio dici possit effectum sortita?* & n. 40.
41 *Conclusio quod possessio inducit effectuationem Unionis, intelligitur in casu, quo Unio sit in forma gratiosa expedita.*
42 *Ubi agitur de Mandato de uniendo Exequutori directo, possessio non inducit effectuationem Unionis, nisi fuerit adepta de manu Exequutoris rite procedentis, eaque fuerit pacifica, & non controversa.*
43 *Regula locum sibi non vindicat, si facta plurium Beneficiorum Unione, ea in parte, quoad unum nempe, vel duo Beneficia, suum sortita fuerit effectum. Et redditur ratio.* num. 44. & 45.
46 *Intellige quando effectuatio in parte sequuta fuit vivente Pontifice, qui Unionem explevit, secus illo defuncto.*
47 *Intellige etiam, si unica fuerit Unio, secus si plures, & distinctæ, quamvis in iisdem Litteris expletæ, tunc enim per effectuationem unius, inferri nequit ad effectuationem alterius.*
48 *Plurium Beneficiorum Unio tunc unica censetur, quando valor Beneficiorum in unam tantum summam coacervatus, & sub unica summa expressus fuit.*
49 *Vel quando dispositio concepta fuit unica oratione, ac structura verborum pendente ab iisdem verbis* unimus, adnectimus &c. *in fine orationis appositis.*
Constito tamen, quod revera plures sint Uniones diversis locis piis in iisdem Literis expletæ, etiamsi dirigantur ab unico verbo univit, incorporavit &c. *non exinde inferri potest ad unicitatem Unionis, & redditur ratio.* n. 51.
50 *Plures Pensiones unico actu favore alicujus Ecclesiæ, vel Collegii reservatæ, unicam tantum præseferunt reservationem, & non plures, quot sunt summæ expressæ.*

52 *Regula*

52 *Regula non revocat Uniones Beneficiorum expletas pro Dote Dignitatis, Canonicatus, aut alterius Beneficii de novo erecti. Et de ratione.* & n. 184. 185. & 195.

53 *Regula non comprehendit Uniones factas auctoritate Concilii Tridentini.*

Et verba illa Non tamen Concilii Tridentini &c. — *Regulæ primus adjecit Sixtus V.* ibidem. & n. 194.

54 *Beneficiorum simplicium Uniones vigore Concilii expleri possunt pro erectione Seminarii.*

55 *Requiritur tamen pro validitate Unionis, quod Seminarium sit erectum; & quando tale dici possit?*

56 *Reprobatur* Gonzalez, *qui existimat, validam esse Beneficii Unionem, quamvis nec Domus pro Seminario sit præparata, nec Fabrica constructa, nec Pueri introducti.* & n. 57.

58 *Explicatur in quibus terminis admitti posset opinio* Gonzalez.

59 *Expleta Beneficiorum Unione favore Seminarii erecti, exceptio invaliditatis erectionis rejicienda est ad petitorium, & interim danda est Seminario manutentio pro Beneficiis unitis.*

60 *Quemadmodum danda est Oeconomis Manutentio in possessione Beneficii uniti Seminario si illam adepti fuerint tam nomine proprio, quam ipsius Seminarii erigendi, secus si nomine Seminarii tantum.*

61 *Beneficiorum Unio favore Seminarii est remedium subsidiarium, nec valida erit, nisi præcesserit Taxa super fructibus Mensæ Episcopalis, & Capitularis, Dignitatum, Canonicatuum, & Beneficiorum omnium Diœcesis, etiam de Jurepatr.* & n. 83.

62 *Non prohibetur tamen Episcopus loco dismembrationis fructuum a propria Mensa, assignare redditus suos Patrimoniales.*

63 *Sed dismembrare nequit pro Taxa portionem aliquam Bonorum vel a propria Mensa Episcopali, vel a Beneficiis Diœcesis.*

64 *Ex Proventibus, seu Redditibus, qui in fine anni dividuntur inter Capitulares, qui Divinis interfuerunt Officiis pro rata servitii cujuscumque horæ, contribuendum non est pro Taxa Seminarii.*

65 *Quemadmodum nec ex Distributionibus quotidianis.*

66 *Amplia etiamsi omnes Capitularium proventus in Distributionibus præfatis consistant.*

67 *Persolvenda tamen est Taxa ex fructibus Beneficiorum unitorum pro augendis quotidianis Distributionibus.*

68 *A Taxa favore Seminarii immunes non sunt nisi illi, qui nominatim a Concilio Tridentino excipiuntur.*

69 *Taxam præfatam solvere tenentur pro Beneficiis existentibus in Diœcesi, in qua erectum fuit Seminarium, S. R. E. Cardinales, Episcopi Solio Pontificio Assistentes, Prælati Domestici, Familiares Papæ, Cameræ Apostolicæ Clerici, cæterique illius Ministri, & Officiales.*

70 *Beneficiati Locorum, qui vere sunt Nullius cum Territorio separato, contribuere tenentur pro Seminario Diœcesis viciniorís.*

71 *Taxam pro Seminario solvere etiam tenentur Mendicantes pro Beneficiis eorum Conventibus, & Monasteriis unitis.*

72 *Contrarium.*

73 *Ab onere Taxæ exempta sunt vigore Tridentini Collegia, in quibus Seminaria discentium, vel docentium actu habentur, præterquam ratione reddit uum, qui superflui sunt ultra congruam eorumdem Seminariorum manutentionem.*

74 *Beneficia tamen iisdem Collegiis unita, immunia non sunt a solutione Taxæ.*

75 *Nisi speciale concurrat Sedis Apostolicæ Indultum pro eorum exemtione.*

76 *Taxa pro Seminario non est perpetua, sed temporalis, eoque in totum, vel in partem per Beneficiorum Unionem, vel aliunde dotato, in totum, vel in partem remitti debet.*

77 *Seminario jam proviso per Taxam & Unionem Beneficiorum simplicium, non potest Episcopus alia Beneficia unire ad solum effectum omnino tollendi Taxam.*

78 *Redduntur rationes erutæ ex littera, & spiritu Concilii Tridentini, ex Constitut. sa. me. Benedicti XIII. & ex Praxi universali.* & n. 79. & seqq. & n. 84.

Et respondetur eidem Concilio Sess. 23. cap. 18. *demandanti, quod succedente casu effectuationis Unionum, Taxa in totum, vel in parte remitti debeat.* n. 85.

80 *Permittendum non est quod est plus, ad effectum tollendi quod est minus.*

81 *Taxa pro Seminarii manutentione ab initio expleta, potest urgente necessitate Seminarii in futurum etiam augeri.*

82 *Ex Constitut. sa. me. Benedicti XIII. Taxa præscribitur ab initio in summa scutorum trium pro quolibet centenario fructuum Beneficii, & potest, si necessitas urgeat, augeri usque ad summam scutorum quinque pro centenario.*

83 *Nec possunt aliter Ordinarii de novo Beneficia simplicia Seminario unire, quam si per hujusmodi taxam sic adauctam, computatis etiam propriis redditibus Seminarii, & Beneficiorum ei unitorum, sufficienter illius sustentationi provisum non fuerit.*

86 *Pro valida Beneficiorum Unione favore Seminarii requiritur præcisa necessitas expendenda cum consilio quatuor Deputatorum, quorum duo esse debent ex parte Capituli, & duo de Clero Civitatis.*

87 *Nec sufficit Capituli consensus, qui consilio a Deputatis vigore Tridentini præstando, non æquipollet.*

88 *Episcopis permissum non est omnia, aut majorem partem Beneficiorum Diœcesis Seminario unire, sed* aliquot *solum.*

89 *Refertur exemplum revocationis Unionis de mandato Pontificis expletæ ab Episcopo, qui Beneficia quamplurima Seminario univerat.*

90 *Episcopis quoque abutentibus facultate uniendi Beneficia favore Seminarii Pontifices demandare solent, ut ipsis inconsultis, ad Beneficiorum unionem devenire non possint.*

91 *Permissum non est Episcopis Seminariis unire Canonicatus Ecclesiarum Cathedralium, vel Collegiatarum.*

92 *Minusque Ecclesias Parochiales, & Beneficia Curata.*

93 *Etiamsi Beneficia hujusmodi sint tantum habitu, & non actu curata.*

94 *Si in Diœcesi non adsint Beneficia simplicia, potest ad Seminarii favorem fieri provisio etiam respectu Parochialis, vel mediante erectione Vicariæ in ea.*

Vel

Vel mediante impositione Pensionis super fructibus ejusdem Parochialis Seminario persolvenda. n. 95.

96 Beneficia Regularia, etiam Conventu carentia, & in Commendam dari solita, non possunt ab Episcopis Seminariis uniri.

97 Minusque Hospitalia, eorumque fructus, quamvis Personæ juxta eorumdem Hospitalium Institutum contemplatæ, omnino defecerint, aut ad modicum numerum redactæ fuerint. & n. 98. & seqq.

Amplia etiamsi Episcopus Hospitalitatem non supprimat, sed ea præservata, applicare velit Seminario residuum dumtaxat fructuum, quod alias Administratoris commodo cederet. Et de ratione. n. 104.

Sed Apostolica Sedes indulsit aliquando applicationem redditiuum Hospitalis favore Seminarii, salva in totum Hospitalitate, & illius oneribus satisfactis. n. 105.

98 Fructus Hospitalis, deficientibus Personis contemplatis, converti debent in alium pium usum, qui proximior sit ejus instituto, & intentioni Fundatoris.

101 Si Hospitale institutum sit pro Leprosis, & isti non adsint, debent fructus applicari alteri Hospitali, in quo recipiuntur infirmi eo morbo, qui ad Lepram magis accedit.

102 Deficientibus Infirmis, pro quibus erectum fuit Hospitale, fructus converti possunt in alimoniam Senium, pro quibus alterum Hospitale erectum reperitur.

103 Quemadmodum possunt fructus Hospitalis erecti pro Febricitantibus, si isti non adsint, applicari pro illis, qui Pestilentia infecti sunt.

106 Episcopi vigore Concilii Tridentini unire possuns Seminariis Beneficia simplicia, quamvis Sedi Apostolicæ reservata, & affecta.

107 Refellitur Paull. Soave ajens adversus Concilii Decretum opposuisse Archiepiscopum Lancianensem quod illud detrimento fuisset Cancellariæ Apostolicæ.

108 Ex Decretis S. Pii V. primum, deinde Gregorii XIII. Unio Beneficiorum, quæ Sedi Apostolicæ reservata sunt, non aliter sustineri poterat, quam si expleta fuisset ante illorum vacationem.

Sed ex Decreto Clementis VIII. sublata est Episcopis facultas uniendi Seminariis Beneficia obnoxia reservationi fixæ, & continuæ, etiam ante eorum vacationem. & n. 109. 110. & 112.

111 Unio tamen ab ipsis expleta de Beneficio unionis tempore non reservato, rite sustinetur, quamvis postea in Mense reservato vacaverit.

113 Limita si Unio Beneficii non reservati sit expleta de tempore, quo imminebat vacatio in Mense reservato.

114 Quemadmodum nulla erit Unio favore Seminarii facta de tempore infirmitatis Beneficiati.

115 Necnon altera Unio Beneficii per dies ante mortem possessoris expleta favore Præbendæ Pœnitentiariæ.

116 Nequit Episcopus Seminario unire Beneficia reservata, si unire omisit alia, quæ prius ad liberam illius dispositionem vacaverant.

117 Cardinales Episcopi Indulto gaudentes conferendi Beneficia reservata, poterant olim Seminariis unire Beneficia, quæ fixe sunt Apostolicæ Sedi reservata. Et redduntur rationes.

118 Sed hujusmodi facultas sublata fuit eis per Constitutionem LXVI. Urbani VIII.

119 Et Beneficia præfata unire non possunt nec ante, nec post sequutam illorum vacationem. & n. 120.

121 Cardinalibus vigore Constitutionis Urbanæ prohibitum est itidem Seminario unire Hospitalia laicalia, aliaque pia opera, & administrationes, super quibus Pontifex manum apposuit, & ob id Sedis Apostolicæ dispositioni affecta remanserunt.

122 Episcopus Seminario unire non potest Beneficia ad Sedem Apostolicam devoluta.

Non est ei tamen præpedita facultas, etiam post Decretum Clementis VIII. uniendi Beneficia litigiosa. Et plures redduntur rationes.

124 Contrarium, quod Beneficia litigiosa Seminariis per Episcopos uniri non possint.

125 Episcopi Italiæ, Insularumque adjacentium possunt hodie vigore Constitut. san. mem. Benedicti XIII. Seminariis unire Beneficia simplicia, antequam tamen vacaverint, quomodocumque affecta, & dispositioni Sedis Apostolicæ reservata.

126 Sed pro valida dictorum Beneficiorum unione plura requiruntur, quæ recensentur in Notificatione edita ab Eminentissimo Dño Cardinali Corradino.

127 Exscribitur tenor præfatæ Notificationis.

128 Legitime expleta Unione Beneficii favore Seminarii ex nunc pro tunc, quando vacare contigerit, valida est illius resignatio ad alterius favorem a Possessore expleta, si Pontifici Unio præcedens exprimatur, secus vero si reticita fuerit. & n. 129. 130. & 131.

Contrarium quod valida sit resignatio, quamvis nulla Pontifici de Unione facta fuerit mentio. Et de ratione. n. 132.

Sed a priori sententia non recedendum. numer. 133.

134 Suspensa tamen censetur Unio favore Seminarii etiam reticita, si Pontifex in Litteris resignationis quascumque Uniones suspendat.

135 Possunt Episcopi vigore Concilii Tridentini perpetuo inter se unire Ecclesias Parochiales, & alia Beneficia Curata, vel non Curata Curatis propter eorum paupertatem.

Amplia etiamsi Parochiales, & Beneficia Curata, vel non Curata sint Apostolicæ Sedi reservata, & affecta. Ibidem, & num. 162.

136 Et hujusmodi Uniones passim Sac. Congregatio Concilii approbare solet.

137 Si Parochiani se offerant pauperem Ecclesiam Parochialem dotare, vel dirutam restaurare, permissum non est Episcopo ex motivo paupertatis eam alteri Parochiali unire.

138 In Unionibus Ecclesiarum Parochialium vigore Concilii ab Episcopo explendis, Capituli consensus non requiritur.

139 Contrarium. Et redditur ratio.

140 In Beneficiorum Unionibus per Episcopum faciendis, de jure requiritur consensus Capituli.

142 Sed consensus iste necesse non est quod interveniat ante, vel in actu Unionis, sed sufficit, quod post actum jam perfectum accedat.

143 Capitulo irrationabiliter consensum suum præstare

stare renuente, Sacra Congregatio Concilii Episcopis demandare solet, ut absque illo ad Parochialium, vel Beneficiorum Curatorum Uniones deveniant.

144 Sed an in præfatis Unionibus vocandi sint Patroni, Rectores Ecclesiarum, & Plebs: an eorum consensus requiratur, & an iste intervenire debeat in ipso actu Unionis? Remissive.

145 Si in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus adeo tenues sint Præbendæ simul cum Distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui non sufficiant, potest Episcopus cum consensu Capituli nonnulla Benefici: simplicia eis unire.

Amplia quod possit Episcopus ad hujusmodi effectum unire etiam Beneficia reservata, & affecta. dict. n. 145. & n. 162.

146 Unio præfata an expleri possit favore Præbendarum, quas obtinent Canonissæ, si tenues illæ sint?

147 Pro dictæ Unionis validitate requiritur copulativus concursus tenuitatis tam Præbendarum, quam Distributionum, nec sufficit quod Distributiones sint tenues, quando pingues sunt Præbendæ.

148 Si Præbendæ sint pingues, Distributiones tenues, ad ocurrendum harum tenuitati separari debet per Episcopum tertia pars fructuum Præbendarum, aliorumque proventuum Ecclesiæ, eaque in Distributionum augumentum converti.

149 Unio Beneficiorum pro quotidianarum Distributionum augumento, expleri non potest per Episcopum, nisi singulis Præbendis distributive, non autem favore Mensæ Capitularis. & n. 183.

150 Minusque favore Massæ earumdem Distributionum. & num. 195.

151 Amplia etiamsi in Cathedrali, vel Collegiata insigni non adsint Præbendæ distinctæ; sed redditus omnes in Distributionibus consistant.

Sed in hoc casu adeundus est Pontifex pro Unione. n. 154.

152 Distributiones quotidianæ in Ecclesiis illis, in quibus non adsunt Præbendæ distinctæ, loco Præbendarum succedunt.

153 Intellige interpretative, & ex fictione Juris, non vere; & Concilium pro Unione Beneficiorum respexit ad Præbendas, quæ vere sint tales.

154 Episcopis permissum non est unire Ecclesias Parochiales Præbendis Canonicalibus ad effectum augendi Distributiones quotidianas.

Et Sacra Congregatio Concilii sæpe iisdem denegavit Episcopis facultatem deveniendi ad similes Uniones. n. 157.

Amplia etiamsi ageretur non de Unione extinctiva Tituli Parochialis, sed de Unione tantum illius fructuum, remanente ut prius Cura a Parocho administranda. numer. 158. & 159.

155 Ecclesiæ Parochiales, & Beneficia Curata, non veniunt appellatione Beneficiorum simplicium.

156 Si per Unionem Beneficiorum simplicium provideri non possit decenti Canonicorum gradui, supprimi debet aliqua ex Præbendis, illiusque fructus ceteris Præbendis in augumentum Distributionum quotidianarum applicari.

160 Episcopi nec facultate gaudent uniendi Præbendis pro augumento Distributionum Parochiales, & Beneficia habitu tantum Curata.

161 Aut Ecclesias Parochiales ditutas, etiamsi Unio fieret in actu S. Visitationis.

163 Episcopi possunt, & debent vigore Concilii Tridentini Officio Pœnitentiariæ Præbendam primo vacaturam unire.

164 Intellige dummodo Præbenda præfata non sit Apostolicæ Sedi reservata, vel affecta.

165 Expleta tempore habili favore Officii Pœnitentiariæ Unione Præbendæ vacaturæ, si hæc in Mense Apostolico postea vacet, vel reservationi fixæ obnoxia remaneat, reservatio superveniens impedit Unionis effectum.

166 Si nulla in Metropolitanis, vel Cathedralibus Ecclesiis pro Lectoribus Sacræ Theologiæ deputata reperitur Præbenda, primo vacatura ad eum usum perpetuo constituta, & deputata intelligitur.

Quod si Præbenda sufficiens non adsit, uniri possunt fructus alicujus Beneficii simplicis. Ibidem.

167 Dummodo nec Præbenda, nec Beneficium sit Apostolicæ Sedi ı:servatum, vel affectum.

168 Amplia quamvis Unio seu erectio fieret a Cardinali Episcopo gaudente Indulto conferendi Beneficia reservata.

169 De ratione, ob quam Præbendæ reservatæ erigi non possunt in Pœnitentiariam, & Theologalem, Beneficia vero reservata uniri valent Seminario? Remissive.

170 Ex Constitut. san. mem. Benedicti XIII. in Cathedralibus Italiæ, Insularumque adjacentium, in quibus Præbenda Theologalis instituta non reperitur, Præbenda primo vacatura sive Apostolicæ Sedi reservata sit, sive ad Ordinarii collationem pertineat, ipso jure Præbenda Theologalis constituta censetur.

171 Et ubi fructus Theologalis Præbendæ, computatis etiam Distributionibus quotidianis, ad annua scuta sexaginta non ascendant, permittitur Episcopo ei Beneficium aliquod simplex quomodocumque Apostolicæ Sedi reservatum unire pro summa deficiente ad taxam præfatam constituendam.

172 Et hæc idem in dicta Benedictina Constitutione præscribitur quoad institutionem Pœnitentiaris in illis Cathedralibus, in quibus institutus non reperitur.

173 Regula non revocat Uniones Beneficiorum expletas ex causa necessaria; & quæ ista dicatur?

174 Necessitas tamen probanda est ab eo, qui illius prætextu Regulam revocatoriam evitare contendit. & n. 180.

175 Et requiritur quoad ipsam Ecclesiam, non autem respectu Beneficiati, ejusque commodioris sustentationis. & n. 181.

176 Uniones expletæ in Divini cultus augumentum, revocationi Regulæ non subjacent.

177 Intellige dummodo illud sit necessarium, itaut aliter Ecclesia debito servitio destituatur.

178 Proindeque non sufficit necessitas moralis pro Ecclesiæ majestate, & decentiori cultu.

179 Unio Beneficiorum favore Mensæ Capitularis expleta pro manutentione Musicæ, & Canto-

rum,] subjacet revocationi Regulæ. Et redduntur rationes.

182 *Concilium Tridentinum nullibi disponit, quod Mensæ Capitulari uniri possint Beneficia ex causa Musica, & Cantus.*

186 *Regula non revocat Uniones factas pro Dote Ecclesiæ erectæ in Cathedralem, vel Collegiatam.* & n. 187. & 188.

189 *Ex erectione Ecclesiæ Parochialis in Collegiatam Divini cultus augumentum necessario resultat.*

190 *Regula non procedit in Beneficiorum Unionibus expletis pro fundatione, dotatione, augumento, vel conservatione Collegiorum ad Fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum institutorum.*

191 *Rejicitur contraria sententia, quæ irrepsit ex motivo, quod in Regulis nonnullorum Pontificum Parenthesis per errorem Impressorum aperiebatur, & claudebatur in verbis illis* — non tamen Concilii Tridentini auctoritate -- *quando sub ea comprehendi etiam debebant subsequentia verba* -- nec non pro fundatione, seu dotatione &c. -- *ut modo legitur.* & numer. 192. & 193.

194 *In Regulis Sixti V. & Gregorii XV. nulla legebatur Parenthesis, sed continuato sermone disponebatur* -- Non tamen Concilii Tridentini auctoritate, necnon pro fundatione, seu dotatione Collegiorum, & aliorum piorum Locorum factas —

196 *Regulæ dispositio non procedit, si Unio Beneficiorum expleta fuerit titulo permutationis, vel alio titulo oneroso.*

197 *Nec quando unus ordo Religiosorum in totum supprimitur, & ejus Beneficia alteri uniuntur.*

198 *Minusque comprehendit Regula Bona parvorum Conventuum per Innocentium X. suppressorum, & aliis Locis piis applicata.*

199 *Revocationi Regulæ non subjacent Pensiones, etiamsi perpetuo applicatæ fuerint alicui Collegio, vel Loco pio, quia applicatio non importat Unionem.*

200 *Quemadmodum nec Donationes, seu Cessiones ab uno Loco pio auctoritate Apostolica favore alterius Loci pii expletæ.*

1 CONsuevere Summi Pontifices ab antiquissimo tempore revocare Beneficiorum Uniones ab Antecessoribus expletas, & eorum tempore effectum non sortitas. Præ aliis *Bonifacius IX.* in generali Constitutione edita *apud Sanctum Petrum XI. Kalendas Januarii, Pontificatus Anno XIV.* nempe anno 1403. hæc statuit, & sancivit quoad Uniones -- *Item cassamus, irritamus, & annullamus omnes Uniones Ecclesiarum Parochialium, Monasteriorum, etiam Monialium, ac Dignitatum, Personatuum, Præbendarum, & Officiorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum, ac Piorum locorum quorumlibet hactenus sive per Nos, sive per Prædecessorem nostrum immediatum, aut etiam per quosvis Ordinarios factas quibuscumque Ecclesiis, Monasteriis, vel Mensis Episcopalibus, vel Abatialibus, seu Collegiis, Officiis, Dignitatibus, aut Præbendis, seu quibusvis aliis locis, aut Hospitalibus, quæ nondum sint sortitæ effectum, ac etiam illas, quæ sunt sortitæ effectum alias quam per obitum illorum, qui dicta Beneficia unita obtinebant tempore unionum de illis factarum, etiamsi essent factæ Motu proprio, ac etiam illas, quæ factæ fuerunt sine magna necessitate, vel ex falsis, aut nullis causis, etiamsi super ipsis Unionibus lis pendeat indecisa in quacumque instantia fuerit. Et similiter cassamus, irritamus, & annullamus quascumque confirmationes per Nos factas de Unionibus per Ordinarios factis, etiamsi in Litteris Apostolicis super dictis Unionibus & confirmationibus confectis contineretur talis clausula videlicet;* -- *Et si contingeret revocari per Nos Uniones in genere, vel in specie, quod Uniones ipsæ per easdem Litteras factæ, non intelligantur revocatæ* -- Hactenus Constitutio *Bonifacii*, quam excripsit *Ughell. Ital. Sacr. tom. 7. in Archiepiscop. Sypontin. pag. mihi* 452. Et de ea meminit *Rot. cor. Cerro decis.* 587. *num.* 1.

Eandem revocationem verbis adhibitis brevioribus fecerunt *Joannes XXIII.* in suis Regulis 2
Cancellariæ editis Bononiæ, & Martinus V. in iis, quas in crastinum suæ assumptionis *Constantiæ* publicavit. In illis *Joannis XXII.* hæc verba leguntur -- *Item eadem die revocavit omnes Uniones quacumque auctoritate factas, quæ nondum suum sortitæ fuerint effectum* — Et per totidem verba concepta legitur Regula *Martini V.* Habentur utriusque Pontificis Regulæ inter Acta Concilii *Constantiensis* edita ab *Hermanno Vanderhartd tom. 1. pag.* 955. & 966.

Successive id ipsum servatum fuit ab aliis Pontificibus cum ampliori verborum formula. Excipiebantur tamen olim S. R. E. Cardinales his verbis - 3
unionibus, annexionibus, incorporationibus in favorem S. R. E. Cardinalium, quas in suo robore permanere volumus, ex his omnibus dumtaxat exceptis, ut legitur in Regulis *Sixti IV. Innocentii VIII. Leonis X. & Clementis VII.* At sub *Paulo III.* fuit Regula quoad hoc immutata, & abinde 4
dispositum per singulos Pontifices, quod revocatæ sint, & esse censeantur Uniones nondum effectum sortitæ, expletæ *etiam in favorem S. R. E. Cardinalium, seu Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum per eos obtentorum.*

Revocantur igitur per hanc Regulam omnes *uniones, annexiones, incomparationes &c.* de quibusvis Beneficiis, eorumve Domibus, & Prædiis, quæ suum non fuerunt sortitæ effectum tempore Pontificum, qui Uniones præfatas indulserunt. Fuitque Regula edita, quia per Uniones Divinus 5
cultus, Ministrorum numerus, & facultas conferendi diminuitur, *Quæsad. hic in princip.* ubi quod ex eadem ratione fuerunt revocatæ similes Uniones in Concilio Tridentino *Sess. 7. cap. 6. sess. 14. cap. 9. & sess. 25. de reformat. Koebier. ibid. numer. 55. Gonzal. in Reg. 8. gloss. 5. §. 7. num. 4. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 29. num. 31. Massobr. in Prax. haben. Concurs. prælud. 13. dub. 4. num. 2. & seqq. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 15. num. 22. Turricell. de Union. cap. 15. num. 3. Rot. decis. 1. num. 3. de Paroch. coram Crescent. decis. 982. num. 2. coram Seraphin. & decis. 1591. la 2. num. 59. coram Coccin. & dec. 91. n. 19. & seqq. part. 9. & decis. 614. n. 65. part. 4. tom. 3. Recent.*

Ampliatur primo dispositio Regulæ, ut procedat etiamsi Unio haberet clausulas amplissimas, & 6
derogatorias ad futuras Cancellariæ Regulas, nam adhuc esset revocata per novas Regulas publicatas ante Unionis effectuationem, cum in iis clare declaretur non suffragari quascumque clausulas, aut Decreta, quæ Sanctitas sua pro expressis haberi voluit, *Lotter. de Re Benef. lib. 1. qu. 29. n. 25. & seqq. Turricell. de Union. d. cap. 15. num. 4. Rot. decis. 94. n. 2. coram Ludovis. decis. 4. num. 18.*

coram

coram Arguell. & deciſ. 971. *n.* 7. *coram Emerix.*
& dec. 627. *n.* 2. *par.* 3. *deciſ.* 371. *n.* 4. *part.* 9.
Recent. & contra Collegium Rhemenſe Societatis
Jeſu in *Tullen. Beneficii, ſeu Unionis* 13. *Junii*
1672. §. *Et quanquam, coram Taya.* Et ideo, li-
cet periti Curiales quandoque conſulerint, quod
7 expediretur per Cancellariam Unio cum Decreto,
quod non comprehendatur ſub quibuſcumque U-
nionum revocationibus, quæ pro tempore a Sum-
mo Pontifice emanarent, cum ex tunc Papa ſup-
primere dicatur Beneficium unitum ad effectum,
quod non ſubjaceat Regulæ revocatoriæ Unionum,
ut notat *Kochier. hic ſub n.* 18. Nihilominus, ut
bene ait *Corrad. dict. cap.* 15. *num.* 65. *verſic. Hoc*
inſuper, hæc cauthela non eſt tuta, quia Papa ne-
dum revocat omnes, & quaſcumque Uniones ef-
fectum non ſortitas, ſed etiam *Suppreſſiones*, ut
expreſſe diſponitur in Regula.

Exemplum tamen præſervationis Unionis ineffe-
ctuatæ, antequam ſuperveniat nova Regula Can-
cellariæ, depromi poteſt ex tenore Indulti a ſa.
8 mem. *Urbano VIII.* conceſſi *Comiti de Monterey*,
quo elargita ei fuit facultas ſeligendi quæcumque
Beneficia ſimplicia infra ſex menſes abinde citra
vacatura in Diœceſibus *Abulen. Salamantin. Za-*
moren. & Compoſtellan. uſque ad ſummam duca-
torum 1500. eaque uniendi, & incorporandi Col-
legio *Abulen.* aut aliis locis piis, ipſi Comiti, ſeu
ejus Succeſſoribus bene viſis, & ne hujuſmodi
Gratia redderetur revocabilis per hanc Regulam,
voluit quod illa *eſſet ſemper poſterior, quodque in-*
telligeretur facta ſub Data per dictum Comitem,
& ſucceſſores, & Collegiorum prædictorum Admi-
niſtratores quandocumque eligenda. Per quam clau-
ſulam præſervatum fuiſſe caſum, quo ante ſequu-
tam Beneficiorum electionem, ac eorumdem u-
nionem, & applicationem, ſuperveniret nova Re-
gula revocatoria, dixit, *Rota in Salamantina Be-*
neficii 20. *Novembris* 1694. §. *Clarior. coram Urſino.*

Ampliatur ſecundo, etiamſi in Litteris Unio-
9 nis adeſſet Decretum, *quod ex nunc pro tunc ha-*
beretur pro effectuata, quia in novis Regulis ex-
preſſe derogatur Unionibus Beneficiorum cum ſi-
mili Decreto expletis, ibi -- *Etiamſi in eis decretum*
eſſet, illas ex tunc effectum ſortitas eſſe, aut jus
quæſitum fore -- & conſentanee tradunt *Turricell.*
de Union. cap. 15. *num.* 20. *Lotter. de Re Benefic.*
lib. 1. *quæſt.* 29. *n.* 35. *Rot. deciſ.* 627. *in fine part.*
3. *deciſ.* 449. *n.* 12. *&* 27 *part.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 6.
n. 7. *part.* 6. *Recent. deciſ.* 94. *n.* 3. *& deciſ.* 446.
coram Pamphil. & deciſ 971. *n.* 7. *coram Emerix,*
deciſ. 251. *n* 11. *coram Ottbobon.*

Sed in hoc puncto duos caſus diſtinguit *Lotter.*
loco mox laudato *n.* 36. *& ſeqq.* Primus eſt, quan-
10 do Unio non poteſt ſortiri effectum de tempore,
quo expletur, veluti quia aliquid interponitur,
quod impediat illius perfectionem, & ſubmoveat
extremorum habilitatem, & in his terminis clau-
ſula *ex nunc pro tunc* nihil operatur contra futuras
Regulas, cum deficiat extremorum habilitas, &
hic eſt caſus *Deciſionis* 94. *n.* 3. *&* 4. *coram Pam-*
phil. ubi agebatur de Unione Beneficiorum vaca-
turorum, & poſt vacationem infra Menſem ac-
ceptandorum, & ideo cum Unio penderet a fu-
turo eventu acceptationis, talis clauſula operari
non poterat, niſi a die acceptationis, nec retro-
trahi ad diem Datæ, & notant *Adden.* ad dictam
11 *deciſ.* 94. *a n.* 24. Alter caſus eſt, quando nihil
decernitur quod impediat, & ſuſpendat Unionem,
& illius effectuationem, & hoc caſu Unio præfa-
ta tamquam perfecta, ob dictam clauſulam hujuſ-
modi perfectionem operantem, non ſubjacet Regu-
læ reſervatoriæ, ut poſt *Rot. coram Cavaler. deciſ.*
449. *n.* 8. proſequitur idem *Lotter. dict. quæſt.* 29.
n. 38.

An autem dicatur perfecta ab initio Unio facta
ex nunc pro tunc de Beneficio vacaturo cum clau- 12
ſula *cedente, vel decedente Beneficiato?* Affirma-
tive reſpondet laudatus *Lotter. d. quæſt.* 29. *num.* 36.
ea ratione, quod clauſula præfata non ſuſpendit
Unionem, vel illius perfectionem, ſed ſolum e-
juſdem exequutionem, & demonſtrat dumtaxat
tempus omnino exiturum, quo exequutioni de-
mandari debet, *Oldrad. conſ.* 223. *n.* 23. *num.* 9.
& conſ. 257. *Rot. cor. Dunoz. deciſ.* 525. *num.* 9.
uſque ad finem.

Verum quod ſub Regula comprehendatur U-
nio Beneficii vacaturi, quæ fieri non poteſt prout 13
ex nunc, ſed poſtquam vacaverit, & ideo dici-
tur ſemper incerta, firmant *Adden. ad Pamphil.*
dict. deciſ. 94. *n.* 11. *&* 12. ubi quod Unio exple-
ta de Beneficio vacaturo compleri, & perfici non
dicitur, niſi poſtquam Beneficium ipſum cum effe-
ctu vacaverit, *Rota deciſ.* 627. *n.* 7. *part.* 3. *Re-*
cent.

Ampliatur tertio diſpoſitio Regulæ, ut locum
ſibi vindicet in Unionibus etiam Conſiſtorialiter 14
factis. Licet enim *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 2.
cap. 15. *n.* 65. *circa finem*, ſentiat, hujuſmodi U-
niones non ſubjacere cenſuræ Regulæ revocatoriæ,
cum illarum reſpectu præſumantur omnia matu-
re perpenſa in eodem Conſiſtorio, per cujus orga-
num editæ proviſiones, aliæque conceſſiones, om-
nem fraudis, & ſiniſtræ machinationis ſuſpicionem
excludunt. Nihilominus ceſſat ambigendi ratio 15
quæcumque ex tenore Regulæ, qua diſponitur
revocationi obnoxias eſſe *Unionum Litteras, quæ*
motu proprio, aut certa ſcientia, aut Conſiſtoriali-
ter proceſſerunt, & emanarunt.

Ampliatur quarto, etiamſi in Litteris Apoſtoli-
cis expreſſum eſſet, quod Unio haberet vim con- 16
tractus, per quem Papa ita ſe declararet obſtri-
ctum, ut nulla ex cauſa liceret ab eo recedere. Et
duplex aſſignatur hujus ampliationis ratio. Prima,
quod confeſſio iſta cenſetur potius emiſſa ad ſub-
ſtinendam validitatem actus, illumque reddendum
irrevocabilem, quam quod evincat verum contra-
ctum interceſſiſſe. Altera, quia in materiis Bene-
ficialibus non cadit verus contractus inter Princi-
pem, & ſubditum, cum omnes expediantur per
viam Gratiæ, & licet aliquando pro illis ſolvatur
Compoſitio, hæc non tollit quin in ſubſtantia *Gra-*
tiæ ſint, *Rot. deciſ.* 52. *per tot. coram Puteo, & de-*
ciſ. 6. *de Privileg coram Mohedan. & deciſ.* 1136.
part. 3. *lib.* 3. *diverſ.* quas Deciſiones refert *Man-*
doſ. licet nihil firmet, *in hanc Regul. quæſt.* 9. *Garc.*
de Beneſ. par. 12. *cap.* 2. *n.* 299. ubi tamen ait,
id non procedere in Unione facta ex cauſa ſervi- 17
tiorum, aut meritorum remuneratoria, *Lotter. de*
Re Beneſ. d. quæſt. 29. *num.* 23. ubi diſtinguit inter
Unionem factam ex cauſa veri contractus, ac rea-
liter initi, & inter contractum factum ex clauſula
roborativa actus, ut in prima ſpecie Unio non
comprehendatur ſub revocatione, ſecus in ſecunda,
Turricell. de Union. dict. cap. 15. *n.* 6.

Quinto ampliatur etiamſi Papa confirmaverit
Unionem jam revocatam per Regulam, ignarus 18
ejuſdem revocationis, nihil enim confirmatio præ-
fata deſervire poſſet pro Unione ſuſtinenda, ma-
xime ſi in Litteris confirmatoriis adeſſet clauſula,
dummodo unio eſſet in uſu. Turricell. de Union. 19
dict. cap. 15. *n.* 7. *Corrad. in prax. Benefic. lib.* 2.
cap. 15. *n.* 65. *verſic. In alia*, ubi quod non datur
confirmatio, quando Unio fuit jam per Regulam

revocata. Et adest Notabile Cancellariæ his verbis
conceptum - *ubi petitur confirmatio Unionis, quæ*
non est sortita effectum, & quæ fuit revocata per
Regulas, nova Papæ Signatura Confirmationis,
nihil relevat - quod Notabile refertur *a Rot. dec.*
20 608. *n.* 27. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* Quod tamen lo-
cum sibi non vindicaret, si Papæ innotesceret U-
nionis ineffectuatio, & adhuc eam confirmaverit,
Turricell. dict. cap. 15. *n.* 8. *Rot. d. dec.* 608. *n.* 29.
part. 4. *tom.* 3. *Rec.*
Sexto ampliatur censura Regulæ, ut procedat
21 etiamsi Unio esset a principio valida, quia Regu-
la Uniones etiam validas, & quæ suum sortitæ
non fuerunt effectum, infringit; & stat bene si-
mul, quod Unio ab initio fuerit valida, & uti non
effectuata obnoxia postea remaneat Regulæ revo-
catoriæ Unionum, *Turricell. de Union. dict. cap.*
15. *n.* 11. *Card. de Luc. de Beneficiis disc.* 45. *n.* 8.
Adden. ad Pamphil. decis. 94. *n.* 10. *Rot. dec.* 337.
num. 38. *part.* 9. *& dec.* 174. *n.* 8. *part.* 10. *Re-*
22 *cent.* & de Unione facta ex justa causa, non ta-
men necessaria, *decis.* 200. *num.* 11. *& seqq. coram*
Peutinger.
Septimo, comprehenduntur sub revocatione Re-
23 gulæ Uniones quoque expletæ de Præbendis, &
Canonicatibus ad nutum amovibilibus; Cum enim
per Unionem extinguantur, & supprimantur Præ-
bendæ, & Canonicatus præfati, locum proinde
sibi vindicant verba Regulæ, quæ comprehendunt
omnes suppressiones, & extinctiones Beneficio-
rum, *Turricell. dict. cap.* 15. *num.* 9. *Rot. decis.* 2.
per tot. de Constit. cor. Mohedano.
Ampliatur octavo dispositio Regulæ, ut proce-
24 dat nedum in Beneficiorum *dismembrationibus*,
de quibus expresse eadem Regula loquitur, & ei
inhærendo *Gonzal. in Regul.* 8. *glos.* 7. *n.* 53. *Rot.*
decis. 757. *n.* 2. *part.* 3. *dec.* 446. *n.* 21. *part.* 4.
tom. 2. *Recent.* cum aliis in *Ripana Præpositura* 6.
Maii 1654. §. *Final. cor. Albergato*, sed etiam in
25 dismembratione partis fructuum Beneficii. Quam-
vis enim secundum tenorem Regulæ antiquæ, quæ
erat restricta ad Uniones Beneficiorum Ecclesiasti-
corum, aliqua subesse posset super hoc dubietas,
per ea quæ tradit *Mandos. in hanc Regul. quæst.* 2.
Cessat tamen hodie omnis ambigendi ratio prop-
ter verba, quæ in eadem Regula a temporibus
26 Clementis VIII. apponi consueverunt - *Eorumque*
Domibus, Prædiis &c. quæ aperte innuunt, revo-
cationi subjectam remanere etiam dismembratio-
nem partis fructuum Beneficii, quæ suum non sit
ante novæ Regulæ publicationem sortita effectum,
Lotter. de Re Benef. lib. 1. *quæst.* 29. *n.* 28. *Turri-*
cell. dict. cap. 15. *n.* 10. *Rot. decis.* 757. *n.* 3. *part.* 3.
decis. 446 *n.* 21. *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 614. *n.* 62.
part. 4. *tom.* 3. *Recent. dec.* 1591. *in* 2. *num.* 56. *&*
seqq. coram Coccin. Et notabilis est *Decisio* 621. *co-*
27 *ram Rembold.* in cujus themate agebatur de dis-
membratione partis fructuum cujusdam piæ Elee-
mosinæ panis pro sustentatione Pauperum Civitatis
Gerunden. institutæ, quam san. mem. Gregorius
XIV. applicaverat Mensæ Capitulari Cathedralis
pro perpetua manutentione Musicorum in eadem
Cathedrali. Quia vero Litteris Apostolicis super
dicta dismembratione non adhuc exequutioni de-
mandatis, obiit laudatus Pontifex, Rota censuit
dismembrationem præfatam, & respective appli-
cationem dictæ partis fructuum remansisse revo-
catam per superventam Regulam XIII. Succes-
soris Pontificis revocatoriam omnium, & quarum-
cumque dismembrationum, & applicationum ne-
dum Beneficiorum, sed etiam Officiorum, pio-
rumque locorum.

Hi sunt præcipui casus, qui comprehenduntur sub
dispositione Regulæ Unionum revocatoria; Agen-
dum nunc est de illis, in quibus Regula locum
non habet. Prior est, si Unio fuerit effectum
sortita in Vita Pontificis, qui gratiam indulsit, vel 28
ante renovationem hujus Regulæ per Pontificem
successorem factam, *Gonzal in Regul.* 8. *gloss.* 15.
§. 7. *n.* 52. *Garc. de Benefic. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 281.
Turricell. de Union. cap. 15. *n.* 14. *Rot. decis.* 90.
n. 7. *part.* 4. *tom.* 2. cum aliis *dec.* 305. *n.* 7. *part.*
11. *Recent.* Et est præcise probandum, quod U-
nio fuerit effectum sortita in Vita illius Pontificis, 29
qui eam explevit, alias illo vivente non effectua-
ta, revocatur per Regulam Cancellariæ superve-
nientem, *Turricell. dict. cap.* 15. *num.* 21. *Majo-*
br. in Prax. haben. Concurs. prælud. 13. *dub.* 4.
n. 7. *&* 8. *Rot. decis.* 46. *n.* 5. *part.* 12. *& decis.* 49.
n. 8. *coram Merlino.*
Quod Unio fuerit effectum sortita, in dubio non 30
præsumitur, quia id in facto consistit, & facta
non præsumuntur, sed probari debent, *Cap. Li-* 31
cet de Constit. in 6. *Leg. in Bello* §. *Facta ff. de Post-*
lim. revers. leg. Quæcumque §. *final. ff. de Publi-*
can. Adeout onus probandi Unionis effectuatio-
nem incumbat illi, qui contendit eam sequutam 32
fuisse, non autem neganti, *Mandos. in hanc Re-*
gul. quæst. 7. *Rota decis.* 627. *num.* 3. *part.* 3. *Re-*
cent. & in Tullen. Beneficii, seu Unionis 13. *Ju-*
nii 1672. §. *Et quamquam, &* §. *final. coram*
Taya.
Dicitur tamen unio effectum sortita, quando
illius vigore fuit adepta Beneficii possessio, *Sot.* 33
hic num. 5. ubi quod super hoc emanavit quædam
Extravagans Martini V. quæ declarat istam Regu-
lam in quantum dicit *nisi sint sortitæ effectum*, idem
importare ac si dixerit - *quando non est sequuta pos-*
sessio, & ibidem *Rochier. n.* 21. sequitur *Garc. de*
Benefic. part. 12. *cap.* 2. *n.* 281. *& seqq.* ubi plures
laudat Rotæ Decisiones, *Corrad. in Prax. Benefic.*
lib. 2. *cap.* 15. *num.* 30. *Turricell. dict. cap.* 15.
num. 15. *Mandos. hic quæst.* 5. *Rota decis.* 90. *n.*
7. *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 371. *n.* 12. *part.* 10. *decis.*
7. *num.* 9. *part.* 6. *Recent.* Id quod locum sibi 34
vindicare, etiamsi facta Unione ex *nunc pro tunc*
de Beneficio non adhuc vacante, possessio adep-
ta fuerit vivente Beneficiato, vigore facultatis per
Pontificem indultæ in Litteris Unionis, existimat
Massobr. in prax. haben. Concurs. prælud. 13. *dub.*
4. *n.* 15. *& seqq.*
Hanc sententiam admittit *Lotter.* quando agitur
de Unione, adnexione, vel alia dispositione, quæ 35
sit prioris tituli extinctiva, tunc enim illius effe-
ctuatio consumta censetur per adeptionem posses-
sionis; secus quando agitur de simplici dismem-
bratione fructuum, remanente intacta substantia
tituli, quia laudata *Extravagans Martini V.* non
percutit fructuum dismembrationem, quæ antiqui-
tus non cadebat sub Regula, & inspecta juris di-
spositione, nil obstat quin etiam ante adeptam 36
possessionem Unio possit effectuari, & effectuata
dicatur, si Princeps ita decreverit, ut *in quæst.* 29.
n. 27. *& seqq. lib.* 1.
Neque ad hunc effectum necessaria est percep-
tio fructuum, nam statim ac possessio adepta est, 37
dicitur Unio suum sortita effectum, *Rot. decis.* 305.
n. 2. *part.* 11. *Recent. Garc. de Benefic. dict. cap.* 2.
num. 290. *Corrad. dict. cap.* 15. *n.* 30. *&* 31. qui
referunt Rotæ Decisionem in una *Perusina coram*
Blanchetto, in qua resolutum fuit, quod Unio fa-
cta de Beneficio cum licentia Beneficiati, qui sibi
fructus reservavit, statim sortitur effectum, adep-
ta possessione, ante fructuum perceptionem, itaut
non

non revocetur per hanc Regulam supervenientem
durante adhuc reservatione fructuum. Sed quam-
38 vis ad hunc effectum non requiratur perceptio fru-
ctuum, si tamen ea interveniat, multo magis ex-
inde ostenditur gratiæ effectuatio, *Turricell. dict.
cap. 15. sub n. 15. Rot. decis. 90. n 8. part. 4. tom.
2. Recent.*
An autem requiratur præcise possessio, vel suf-
39 ficiat, quod omnis adhibita fuerit diligentia pro
ea adipiscenda, quamvis adipisci non valuerit?
Sot. hic existimat tunc non dici effectum sortitam
Unionem, quando stat per illum, cujus favore
expleta fuit Unio, quominus possessionem adipis-
catur; quod si pro ea adipiscenda factum fuit to-
tum id, quod fieri poterat, & nihilominus ex im-
pedimento ab altero præstito adipisci non valuit,
considerari debet pro adepta ad effectum, ut U-
nio non censeatur per Regulam revocata, ad *Text.
in Cap. Imputari, & Cap. Cum non stat per eum,
de Regul. Jur.* in 6. subdens hoc allegasse in Rota,
sed nescire quid determinatum fuerit; *Garcias* au-
40 tem ubi supra *num.* 293. reprobat *Sotum*, sed im-
merito, & nihil allegat ad fundandam suam opi-
nionem.
Sed quod dictum est, ex possessione præsumi
41 effectuationem Unionis, intelligendum venit, ubi
agitur de Unione in forma gratiosa expedita, se-
cus ubi agitur de Mandato de uniendo, directo
42 certo Exequutori cum clausula *vocatis vocandis*;
tunc enim possessio non inducit præsumptionem effe-
ctuationis Unionis, nisi probetur, quod adepta
fuerit de manu ejusdem Exequutoris rite, & legi-
time procedentis, quodque fuerit pacifica, &
non controversa, ut resolutum fuit per *Rot. in Tul-
len. Beneficii, seu Unionis* 12. *Junii* 1672. *cor.
Taya.*
Secundo, Regula locum non habet in Unioni-
43 bus, quæ suum in parte sortitæ sint effectum, ita-
ut si Papa plura Beneficia insimul, & unico actu
alteri Beneficio, vel loco pio univerit, effectuatio
quoad unum præfefert effectuationem quoad reli-
qua: Tum quia intentio Papæ unientis est indi-
44 vidua, eaque ex Unione partis tantum Benefi-
ciorum adimpleta non remanet. Tum quia indivi-
duus est etiam actus Unionis plurium Beneficio-
rum, qui proinde non potest pro parte valere, &
pro parte non; unde effectuatio quoad partem in-
fluit complementum quoad totum, ne alias stan-
45 te individuitate Gratiæ, & Causæ, una & eadem
res diverso jure censeatur contra regulam *Text. in
leg. Cum qui Ædes ff. de Usucap. Cap. cognovimus
12. quæst. 2. Cap. Quia circa 22. de Privileg. Cap.
Cum in tua 30. de Decimis*, & firmant communi-
ter *Card. de Luc. de Benefic. Disc. 43. n. 4. & Dis-
curs. 49. n. 8. Spad. cons. 87. n. 6. lib. 2. Garc. de
Benefic. lib. 2. cap. 15. num. 31. & seqq Turricell.
de Union. dict. cap. 15. num. 19. Rot. decis. 408.
n. 6. & decis. 449. n. 7 cor. Cavaler. & decis. 190.
n. 9. cor. Reverendiss. Crispo, & decis 40. §. Effe-
ctuatio cor. Molines, & decis. 196 num. 8. & seqq.
part. 7. & dec. 109. n. 1. & per tot. part. 6. Recent.
& in Faventina Beneficii 10. Junii 1707. §. Ea-
dem, & seqq. cor. Rmo Aldrovando, & in Accerra-
na Beneficii super Exequutione Literarum Aposto-
lic. 6. Junii 1710. §. Id etenim, cor. clar. mem. Card.
Priolo.* Animadvertendum tamen principium istud
46 quod Unio effectuata in parte influat effectuatio-
nem in totum, procedere solum quando est effe-
ctuata in parte vivente Pontifice, qui univit, a-
lias Unio non effectuata eo vivente, revocatur per
subsequentes Regulas Cancellariæ, ut diximus su-
pra *n.* 5. & præter ibi citatos *Massobr. in Prax. ha-
ben. Concurs. prælud. 13. dub. 4. n. 7. & 8. Rot. de-
cis. 46. num. 5. part. 12. & cor. Merlin. decis. 49.
n. 8.*
Quod si fuerint plures, & distinctæ Uniones de 47
diversis Beneficiis, aut locis piis, etiam in eisdem
Litteris expletæ, tunc per effectuationem unius,
inferri non potest ad effectuationem alterius, cum
non sit unica Gratia, & unica Unio, sed tot sint
Uniones, quot sunt loca pia, seu Beneficia, qui-
bus distributive facta est Unio, ad instar Senten-
tiæ continentis plura capita separata, sive ad instar
scripturæ plures Gratias distinctas continentis, quæ
non unica Sententia, seu Scriptura reputantur,
sed plures, quot nempe sunt distincta capita, quæ
continent, *Card. de Luc. de Benefic. Discurs. 43.
n. 4. Corrad. in Prax. Benefic. cap 15. n. 32. &
seqq. lib. 2. Turricell. de Union. dict. cap. 15. num.
20. Rot. decis. 109. num. 8. & seqq part. 9. & dec.
296. n. 9. part. 7. Recent. & in Acerrana Benefi-
cii super Exequutione Litterarum 6. Junii 1710.
§. Etenim, cor. cl. me. Card. Priolo.*
Dicitur autem facta unica plurium Beneficio-
rum Unio, vel quando eorum valor in unam tan- 48
tum summam fuit coacervatus, & sub unica sum-
ma expressus, non autem distincte, & separate
narratus, *Corradus, Turricell. & Card. de Luc.*
ubi supra, *Rot. decis. 196. n. 11. part. 7. decis. 308.
n. 6. decis. 449. n. 7. decis. 500. n. 5. cor. Cavaler.
& decis. 40. n. 17. cor. Molines. & in Faventina
Beneficii 10. Junii 1707. §. Eadem cor. Reveren-
diss. Aldrovando, & in dicta Acernen. Beneficii
cor. cl. me. Card. Priolo §. Id etenim.*
Vel si dispositio concepta fuerit unica oratione,
ac structura verborum pendente ab iisdem verbis, 49
unimus, adnectimus, & incorporamus, in fine o-
rationis appositis, *Corrad. dict. cap. 15 n. 33. Tur-
ricell. cap. 15. n. 22. Rot. decis. 354. n. 7. & seqq.
part. 4. tom. 2. Recent. & decis. 109. part. 6* ubi de
pluribus Pensionibus unico actu uni Ecclesiæ re- 50
servatis, quod dicatur unica reservatio, non ob-
stante quod plures summæ fuerint expresse, & in
dicta *Faventina Beneficii §. Eadem.*
Quod si plures revera fuerint Uniones diversis
locis piis factæ, etiamsi orationes dirigerentur ab 51
unico verbo *univit, & incorporavit*, non exinde
inferri posse ad unicitatem Unionis, quia in jure
novum non est, quod plures orationes distinctæ,
ab unico verbo regantur; id enim fieri solet ad e-
vitandam fastidiosam repetitionem ejusdem verbi,
& brevioris sermonis gratia, subintelligendo ta-
cite idem verbum principale *unimus, vel incorpo-
ramus*, quod fungitur vice plurium, in singulis
orationibus, ne illæ imperfectæ remaneant, &
hæc tacita verbi repetitio diversitatem orationum
inducit, *Cephal. consil. 77 n. 5. & seqq. Bellon. de
Jur. accresc. cap. 5. quæst. 16. n. 36. & 37. Card.
de Luca de Emphyt. discurs. 17. n. 7. Mans. con-
sult. 208. n. 31. versic. Nec dici potest, & consult.
336. num. 11. & consultat. 648. num. 4. Rot. coram
Dunozett. decis. 742. num. 22. versic. Et in conces-
sione.*
Tertio exemptæ sunt a censura Regulæ Uniones
expletæ pro erectione alterius Beneficii, Canoni- 52
catus, Dignitatis, aut loci pii; Quemadmodum
enim Regula non revocat, nec annullat ipsam e-
rectionem jam effectum sortitam, & in qua ere-
ctione gratia principaliter consistit, ita neque revo-
cat Unionem expletam pro dote Beneficii, aut lo-
ci pii noviter erecti, quæ est actus consequutivus,
sine quo non posset subsistere erectio a Pontifice
principaliter volita, & demandata, ut firmant com-
muniter *Card. de Luc. de Benefic. disc. 43. num 15.*

Lotter. de re Benef. lib. 1. quæst. 29. n. 16. Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib. 3. cap. 16. n. 16. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 15. num. 35. & seqq. Spad. consil. 87. lib. 2. Massobr. in Prax. haben. Concurs. Prælud. 13. Dub. 4. n. 22. Adden. ad Gregor. decis. 419. n. 6. versic. Hinc est, Turricell. de Union. cap. 15. n. 40. ubi plures refert antiquas Sic. Rotæ Decisiones, Rot. coram Seraphin. decis. 982. n. 1. cor. Buratt. dec. 743. n. 9. ibique Adden. n. 11. & decis. 787. n. 1. ubi quod hoc casu non est necessaria probatio, quod Dos fuerit necessaria, & coram Cavalerio decis. 449. num. 6. & in Faventina Beneficii 10. Junii 1707. §. Minus probatio, ac §. Et quemadmodum cor. Reverendiss. Aldrovando. Et ita aliàs in praxi servatum fuit, ut infra n. 185.

53 Quarto excipit Regula Uniones factas auctoritate Concilii Tridentini, quæ etsi effectum non fortitæ tempore Pontificis concedentis, per Successorem non revocantur, ut clare disponitur in Regula -- ibi - Non tamen Concilii Tridentini auctoritate &c. factas - quæ verba primus eidem Regulæ adjecit Sixtus V. nec in Antecessorum Regulis leguntur, Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 29. num. 14. & 24. Kochier. ad hanc Regul. n. 16. Card. de Luc. ad Concil. disc. 8. n. 22. Adden. ad Pamphil. decis. 94. n. 14. Rot. decis. 190. num. 9. cor. Reverendiss. Crispo, & in Faventina Beneficii 10. Junii 1707. §. Minus, cor. Reverendiss. Aldrovando.

Ex pluribus Causis decrevit Concilium Tridentinum fieri posse Beneficiorum Uniones, quarum
54 altera est pro erectione Seminarii Puerorum, ut in
Sess. 23. cap. 18. de Reformat. Et pro hujusce Unionis forma plura observanda veniunt. Primo e-
55 nim requiritur, quod Seminarium sit erectum,
nam Seminario erigendo, Beneficiorum Unio fieri non potest. Seminarium vero tunc dicitur erectum, quando fuit præparata Domus, & ibi formaliter institutum Collegium Puerorum, ipsique cum Magistris actu introducti, & electi Canonici pro illius directione, nec non Consultores pro instituendis taxis, juxta Decretum Sac. Congregationis Concilii in Giennen. de anno 1588. confirmatum per Breve sa. me. Sixti V. sub Datum 26. Octobris ejusdem anni, quod per extensum refert Garc. de Benef. part. 12. cap. 2. num. 193. & in Nullius 8. Junii 1595. per hæc verba -- Item censuit Unionem Beneficiorum ab Episcopo factam Seminario re ipsa nondum erecto nullam, & irritam esse -- Et in altera Causa Nullius 3. Martii 1597. ibi -- Sacra Congregatio censuit non posse uniri Beneficia Seminario, si juxta formam ipsius Concilii Unionis tempore minime erectum fuerit, utpote nec Magistris, nec Scholaribus actu existentibus -- Et in Lycien. Unionis 16. Maii 1711. Decretisque præfatis inhærendo communiter tradunt Garcias loco citat. & in addit. n. 196. Fermosin. tract. Criminal. part. 1. ad tit. de Magistr. Cap. Quia 4. quæst. 2. pag. mihi 361. n. 13. & seqq. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 4. cap. 8. a num. 32. & plur. seqq. Clericat. de Benefic. discord. 76. n. 3. Monacell. tom. 1. tit. 12. num. 3. Monacell. tom. 1. tit. 12. num. 2. Lotter. lib. 1. quæstion. 29. n. 47. & seqq. Frances. de Eccles. Cathedr. cap. 28. n. 424. Barbos. de Offic. & Potestat. Episcop. allegat. 77. n. 23. Card. de Luc. ad Concil. disc. 25. n. 15. alter de Luc. ad Gratian. discept. 358. num. 15. Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 8. §. 1. n. 37. & adnot. 29. §. Unico n. 42. Rot. decis. 472. n. 1. & seqq. cor. Merlin. decis. 1365. n. 1. cor. Coccin. decis. 361. n. 3. & seqq. part. 2. decis. 373. part. 4. tom. 2. Rec. ubi Adden.

Hanc Sententiam admittit Gonzal. in Regul. 8. gloss. 5. §. 7. n. 68. & seqq. sed num. 75. & seqq.
ait illam procedere, ubi constaret de fraude, & 56
quod sub aliquo prætextu, & quæsito colore facta fuerit Unio futuro Seminario; sed fraude cessante, & servata in reliquis forma Concilii, ex pluribus rationibus autumat Unionem esse validam, quamvis nec Domus sit emta, nec fabrica constructa, nec Pueri introducti, & Gonzal. sequuntur Gratian. discept. 278. n. 40. & discept. 368. n. 5. Amostaz. de Caus. piis lib. 4. cap. 12. n. 41. & seqq. Adden. ad Gregor. decis. 258. n. 10.

Sed opinio Gonzalez, & sequacium tamquam 57
nova, & contra resolutiones Sacræ Congregationis, Rotæ Decisiones, & communem Doctorum Sententiam, semper rejecta fuit, ut apparet ex lectura DD. quos mox laudavimus, quique in specie Gonzalez, ejusque Asseclas, reprobant. Resistit ei quoque apertissima juris ratio; licet enim fieri possit dispositio ad favorem futuri Collegii, impossibile tamen est, quod id accidat per viam Unionis, hæc enim cum expleri debeat per accessum, seu conjunctionem unius ad aliud, conjunctio hujusmodi haud sequi potest, non data existentia subjecti, cui fiat, ut præceteris advertunt Fermosin. ubi supra n. 17. & seqq. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 29. n. 47.

Unico tantum casu admitti posset opinio Gon-
zalez, quando nempe Domus jam emta fuisset, 58
& licet Pueri non adhuc introducti, nihilominus expleatur Unio pro comparandis necessariis ad manutentionem Seminarii, itaut eo tantum animo sit dilata introductio Puerorum, ut in primo ingressu habeant parata omnia necessaria pro eorum manutentione, & ne ibi prima die remaneant jejuni; adeout videatur congruum aliquod intervallum assignandum inter præparationem Domus, provisionem alimentorum, & introductionem Puerorum, Antonell. de Loco legal. lib. 1. cap. 2. quæst. 20. n. 242. §. Nec desunt, Rubeus in Addit. ad decis. 373. num. 14. & seqq. part. 4. tom. 2. Recent. Rot. decis. 837. sub n. 3. cor. Merlino. Secus vero, quando post sequutam Beneficiorum Unionem, nec in anno, quo facta fuit Seminarii destinatio, nec post aliud temporis intervallum, aliquid expletum sit circa introductionem Puerorum, aut circa eorum gubernium, vel bonorum administrationem, ut prosequuntur Rubeus, & Rota cor. Merlino locis laudatis.

Sed illud animadvertendum, quod aliud est
Seminarium non fuisse erectum, aliud vero fuisse 59
erectum, sed minus valide. Ubi enim objicitur erectionem fuisse invalidam, id rejiciendum est ad petitorium, & interim Seminario danda est manutentio pro Beneficiis unitis, Rot. dec. 1046. cor. Cocci. quam sequitur Lotter. d. lib. 1. quæst. 29. n. 53. & seqq. Prout etiam danda manutentio, si per
Oeconomos apprehensa fuerit possessio Beneficio- 60
rum Unitorum tam nomine proprio, quam Seminarii erigendi, secus in nomine Seminarii tantum, nam quando Seminarium non existit, considerari non potest actus aliquis ipsius favore, Lotter. dict. quæst. 29. n. 52. & 53. Rot. decis. 373. num. 5. & seqq. part. 4. tom. 2. Rec. & decis. 837. num. 9. cor. Merlino.

Insuper, ut valide fieri possit Beneficiorum U-
nio favore Seminarii, requiritur, quod præcedat 61
dismembratio, seu detractio partis fructuum ipsius Mensæ Episcopalis, & Capitularis, Dignitatum, Canonicatuum, & Beneficiorum omnium etiam Jurispatronatus, ut præscribitur a Concilio dict. Sess. 23. cap. 18. quam fructuum dismembrationem

nem Doctores passim *Taxam* appellant, eaque
non expleta, Unio Beneficiorum nullo modo sub-
sistit, *Lotter. lib.* 1. *quæst.* 29. *num.* 61. *Gonzal. in*
Regul. 8. *gloss.* 5. §. 7. *num.* 42. *Barbos. allegat.* 77.
n. 2. *Adden. ad Rot. dec.* 473. *n.* 23. *&* 24. *part.*4.
tom. 2. *Recent. Rot. decis.* 361. *n.* 7. *part.* 2. *decis.*
101. *n. & decis.* 833. *n.* 5. *part.* 15. *Recent.* Nisi
62 forte loco dismembrationis partis fructuum a pro-
pria Mensa, Episcopus pinguius mentem Concilii
adimplendo, assignasset pecunias, & redditus ex
proprio Patrimonio, *Lotter. dict. quæst.* 29. *n.* 61.
in fine, ubi allegat Resolutionem Sacræ Congre-
gationis Concilii. *Fermosin. tractat. Criminal.*
part. 1. *tit. de Magistr. Cap. Quia* 4. *quæst.* 2. *Rot.*
decis. 101. *n.* 9. *part.* 15. *Recent.*

Quod si Episcopus portionem aliquam bonorum
63 a Mensa Episcopali, vel a Beneficiis dismembran-
do, eam Seminario applicaverit, non censetur
satisfecisse dispositioni Concilii, quod mandat por-
tionem favore Seminarii detrahendam esse ex fru-
ctibus Mensæ Episcopalis, & Beneficiorum, non
ex illorum Bonis, cum dismembratio ista sit ve-
ra, & realis alienatio bonorum Ecclesiæ Episco-
pis interdicta. Et ita decrevit Sacra Congrega-
tio Concilii in *Aversana* 6. *Decembris* 1703. *ad*
secundum, & in *Lycien.* 16. *Maii* 1711. dum in
utroque casu improbata simili bonorum applica-
tione favore Seminarii, mandavit fieri *Taxam*,
prout de jure.

Non comprehendit tamen laudatum Tridentini
64 Decretum *Sess.* 23. *cap.* 18. Proventus, seu red-
ditus, qui in fine anni dividuntur inter illos Capi-
tulares tantum, qui Divinis interfuerunt Officiis
pro rata servitii cujuscumque horæ, cum isti pro-
ventus vere, & proprie sint distributiones quoti-
65 dianæ, ex quibus pro Taxa Seminarii contribuen-
dum non est, ut pluries resolutum fuit a Sacra
Congregatione Concilii, præsertim in *Sabinen.*26.
Martii 1640. *in Limana* 20. *Junii* 1622. *in Poli-*
castren. Taxæ Seminarii 1663. *& in Prænestina* 29.
Januarii 1724. & firmant communiter *Ganzalez*
in Regul. 8. §. 7. *Proœm. num.* 170. *Ventrigl. in*
Prax tom. 2. *adnot.* 29. §. 2. *num.* 15. *Monet. de*
Distribution. part. 3. *quæstion.* 9. *n.* 14. *Barbos. al-*
legat. 77. *num.* 13. *Gavant. in Manual. Episcop.*
Verb. Seminarium n. 27. *Zerol. in Prax. Episcop.*
part. 1. *Verb. Distributiones* §. 5. *Panimoll. decis.*
27. *n.* 5.

Quod locum sibi vindicat etiamsi omnes Capi-
66 tularium proventus in præfatis Distributionibus
quotidianis consisterent, nam tali casu ad effectum
contribuendi favore Seminarii, proventus præfati
loco Præbendæ non succedunt, ut sæpe respondis-
se Sacram Congregationem Concilii testatur *Fa-*
gnan. in Cap. Cum olim a n. 35. *usque ad finem de*
verb. signific. Pignatell. consult. 81. *a n.* 5. *tom.*9.
67 Pro Beneficiis tamen unitis ad effectum augendi
distributiones quotidianas, deberi Taxam, rescri-
psit eadem Sacra Congregatio *in Narnien. Con*
tributionis Seminarii 2. *Aprilis*, *&* 30. *Maii* 1661.
lib. 22. *Decret. pag.* 483. *&* 526. *in Lucana* 19.
Januarii 1686. *lib.* 35. *Decret. pag.* 13. *a terg. &*
in Bovinen. 12. *Januar.* 1709. *ad* 11. Et decer-
nitur in Instructione de Mandato *sa. me. Benedi-*
cti XIII. emanata, & ad Episcopos Italiæ, Insu-
larumque adjacentium transmissa §. 2. *n.* 8. im-
pressa penes *D. Advocat. Ursayam tom.* 6. *part.* 2.
discept. 27.

An hujusmodi vero Taxa favore Seminarii,
68 non sunt exemti, nisi illi, qui nominatim excipiun-
tur a Concilio Tridentino dicta *Session.* 23. *cap.*18.
unde ad illius solutionem pro Beneficiis, quæ ob-
tinent in Diœcesi, in qua erectum est Seminarium,
tenentur S. R. E. Cardinales, Camerales, Præ- 69
lati Domestici, & Episcopi Cappellæ Pontificiæ
assistentes, ut ex pluribus Sacræ Congregationis
Concilii Resolutionibus, quas congerunt *Barbos.*
ad dict. cap. 18. *num.* 16. *&* 24. *Pignatell. tom.* 1.
consult. 221. *n.* 11. *lib.* 1. *Crispin. Visit. Pastoral.*
part. 2. §. 31. *Panimoll. decis.* 27. *n.* 2. Et quoad
Episcopos Assistentes, & Prælatos domesticos,
eadem Sacra Congregatio in *Cæsenaten. Taxæ Se-*
minarii 19. *Aprilis* 1704. *&* 27. *Junii* 1705.
Quemadmodum in antiquo Codice M. S. Resolu-
tionum Sac. Congregationis, Decretum invenio
editum *in Romana* 13. *Februarii* 1646. quo præ-
cipitur Prælatos, Familiares Papæ, & S. R. E.
Cardinales, quamvis Camerales, teneri ad contri-
butionem pro Seminariis, nec eis suffragari Privi-
legia exemtionis, nisi in ijs fuerit facta specialis,
& individua derogatio *Concilii Lateranensis*, nec
non expressa mentio quasi possessionis exigendi an-
te hujusmodi Privilegia contributionem pro Se-
minario ex Beneficiis, & Pensionibus obtentis.
Verum opus est, quod hujusmodi Decretum re-
cognoscatur in fonte, ut videri possit cuinam *Con-*
cilio Lateranensi sit derogandum, nam hactenus
non inveni, quale Lateranense Concilium de Se-
minarii Taxa loquatur. Et novissime id ipsum
sancitum fuit a san. mem. Benedicto XIII. in sua
Constitutione, quæ incipit *Credita Nobis* §. *Cum*
itaque impress. *in Appendic. ad Concil. Roman.*
pag. 415. Et in supralaudata Instructione §. 1.
num. 5.

Nec Beneficiati illorum locorum, qui vere sunt
Nullius cum Territorio separato ab onere Taxæ 70
sunt exemti, sed illam persolvere tenentur Semi-
nario Diœcesis vicinioris, ut usque de anno 1593.
resolutum fuit a sæpe laudata Sacra Congregatio-
ne Concilii *in Nullius Castri Durantis*, *seu Urbi-*
naten. die 13. *Novembris*, *ut in lib.* 7. *Decret. pag.*
135. ubi hæc verba leguntur - *Visum fuit Sanctis-*
simo Domino Nostro Abbatem Castri Durantis, *&*
Beneficiatos illius jurisdictionis teneri contribuere
Seminario Urbinati, *cum Concilium Tridentinum*
voluerit, *pro Seminariis detrahendam esse Portio-*
nem aliquam ex illius Beneficiis, *quæ Nullius Diœ-*
cesis sunt. Verum voluit Sanctitas Sua Seminarium
Urbinatense debere recipere aliquot Pueros jurisdi-
ctionis dictæ Abbatiæ habito respectu ad summam
contribuendam - Et in *S.Severini* 26. *Aprilis* 1602.
per hæc verba -- *Congregatio censuit Abatias*, *qua-*
rum Titulares se Nullius Diœcesis esse prætendunt,
ad contributionem Seminarii, *etiam si tales existant*
omnino teneri.

Insuper pro Seminario contribuere tenentur e-
tiam Mendicantes pro Beneficiis eorum Conven- 71
tibus, & Monasteriis unitis, ut ex Resolutione
Sac. Congregationis Concilii, quæ in meo Codice
ad *Sess.* 23. *cap.* 18. ita legitur -- *An a Monasteriis*
Mendicantium Bona immobilia possidentium possit E-
piscopus quicquam pro Seminario exigere; *Congre-*
gatio censuit non posse, *nisi probaverit Uniones Be-*
neficiorum, *aut perceptiones fructuum*, *aut alio-*
rum redditnum Ecclesiasticorum -- Et in *Patavina*,
ibi -- *Quarto reperiuntur Monasteria aliqua Mo-*
nialium ex ordine Mendicantium, *quæ ex Privile-*
gio Bona immobilia in communi possident, *sed quo*
titulo illa possideant, *an scilicet per Uniones*, *vel*
alia ratione ignoratur. Ad quartum *Congregatio*
censuit, *nisi probaverit Uniones Beneficiorum*, *non*
posse quicquam a Mendicantibus pro Seminario exi-
gere, de quo Decreto meminit *Monacell. tom.* 1.
pag. 252. *n.* 4. *Episcop. de Aste in Visit. Pastoral.*
pag. 509.

pag. 509. Et contra PP. Conventuales *S. Salvatoris in Unda*, quod contribuere teneantur pro Beneficiis eorum Conventui unitis favora Seminarii *Cornetani*, eadem Sac. Congregatio in *Cornetana Taxæ Seminarii* 28. *Junii* 1696. *libr.* 46. *Decretor. pag.* 207. Et firmant *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *adnot.* 29. *n.* 35. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 35. & 38. *Francesf. Ecclesf. Cathedr. cap.* 28. *n.* 370. *Barbosf. Verb. Mendicantes collect.* 468. *n.* 12. & *ad Concil. Session.* 23. *cap.* 18. *n.* 20. *D. Ursaya tom.* 5. *part.* 2. *discept.* 24. late *Pignatell. consult.* 223. *tom.* 1. ubi etiam de Beneficiis unitis Collegio *Societat. Jesu*, redditque rationem, quod Beneficium transit cum onere suo, cui vigore Concilii obnoxium reperitur, *Panimoll. decis.* 27. *num.* 3. ubi eamdem reddit rationem, refertque io Tribunali Cardinalis Vicarii Urbis fuisse decisum, *PP. Ordinis Prædicatorum* teneri pro Beneficiis unitis eorum Monasteriis contribuere pro Taxa debita Seminario *Romano*, eamdemque resolutionem fuisse a Pontifice approbatam.

Sed contrarium, quod Mendicantes pro Bene-
72 ficiis unitis eorum Monasteriis contribuere non teneantur favore Seminarii, cum per Unionem immutatus fuerit status Beneficiorum, declaravit san. mem. *Gregorius XIII. in una Carpentoraten.* teste *Nicol. Institut. Canon. lib.* 5. *tit.* 5. *n.* 21. *pag.* 207. & adsunt plures Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii *in Romana* 17. *Decembris* 1591. per hæc verba -- *Congregatio censuit, portionem, quam Seminaria contribuere tenebatur legitime Beneficium, quod unitum postea fuit Monasteriis, vel Mendicantium, vel eorum, qui iisdem, ac Mendicantium gaudent Privilegiis, non posse amplius exigi, propterea, quod Beneficii status immutatus sit* -- Et io *Messanen.* 2. *Augusti* 1596. *ad* 5. Et in *Bracharen.* 14. *Aprilis* 1597. de qua meminit *Pignatell. Consultat.* 223. *tom.* 1. Et in *Romana* 21. *Junii* 1629. ubi Sacra Congregatio censuit servandum esse Decretum felic. record. *Gregorii XIII.* Et in *Agrigentina* 29. *Maii* 1649. ibi -- *Sacra Congregatio censuit, servandam esse declarationem in Carpentoraten. jussu felic. record. Gregorii XIII. editam, Regulares scilicet Mendicantes non teneri Seminario contribuere pro Beneficiis Conventibus Mendicantibus unitis* -- de quo Decreto meminit *Eminentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom.* 4. *pag.* 347. *num. final. Nicol. ubi supra, Pignatell. tom.* 9. *consultat.* 81. *n.* 23.

Ut etiam quamvis Concilium Tridentinum di-
73 cta *Sess.* 23. *cap.* 18. eximat ab onere Taxæ Collegia, io quibus Seminaria discentium, vel docentium ad commune Ecclesiæ bonum promovendum actu habentur, præterquam ratione reddit.uum, qui superflui essent ultra convenientem ipsorum Seminariorum sustentationem; oon eximit tamen Be-
74 neficia, quæ eis unita reperiuntur, ut contra Collegium Romanum Societatis Jesu, quod inter Collegia discentium, & docentium secundum non obtinet locum, rescripsit Sacra Congregatio Concilii io *Camerinen.* 31. *Januarii* 1582. *lib.* 4. *Decret. pag.* 66. ut refert *Pignattell. consult.* 121. *n.* 5. *tom.* 1. juxta impressionem Romanam. Et cum anno 1723. Collegium Sancti Bonaventuræ, erectum io Monasterio Patrum Minorum Conventualium Urbis, persolvere detrectasset Taxam favore Seminarii *Veliternen.* a clar. mem. *Cardinali Tanario* ejusdem Ecclesiæ Episcopo impositam super fructibus Beneficii in Cathedrali erecti, & præfato Collegio uniti, proposito in Sacra Congregatione Concilii Dubio -- *An Beneficium Beatæ Mariæ Virginis, erectum in Cathedrali Ecclesia Veliterna, & per sa. me. Sixtum V. unitum Collegio Sancti Bonaventuræ Urbis, sit subjectum Taxæ favore Seminarii* -- *die* 24. *Aprilis ejusdem anni*, prodiit rescriptum *affirmative*, & die 31. sequentis Julii perstitum fuit *in Decisis*. Nisi specialiter indul- 75
tum esset a Sede Apostolica, quod Collegia præfata ratione Beneficiorum, quæ eis unita reperiuntur, contribuere non teneantur pro Taxa Seminarii, ut favore Collegii *Clementini* Urbis erecti a san. mem. *Clemente VIII.* cum exemtione *a Contributionibus a Sacro Concilio Tridentino præfixis*, respondit eadem Sacra Congregatio *die* 26. *Februarii* 1639. ut in *lib.* 16. *Decret. pag.* 152. *a tergo*, ibi -- *Sacra &c. Censuit Collegium Clementinum ex Privilegio per san. mem. Clementem VIII. eidem concesso, exemtum esse a contributione Seminarii ratione Bonorum Prioratus Sancti Ægidii Diœcesis Civitatis Castelli.*

Ceterum Taxa, seu contributio pro Seminario
non est perpetua, sed temporalis, quamdiu Semi- 76
narii necessitas eam exposcat; *Succedente vero casu, quo per Uniones Beneficiorum effectum suum sortientes, vel aliter, Seminarium in totum, vel in partem dotatum reperiatur, tunc Portio ex singulis Beneficiis, ut supra detracta, & incorporata, ab Episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum, vel parte remittatur* -- sunt verba Concilii Tridentini *dict. Session.* 23. *cap.* 18. *de Reformat.* ad cujus tramites pluries respondit Sacra Congregatio ejusdem Concilii, prælertim in *Romana* 26. *Januarii* 1697. & in *Melevitana* 31. *Julii*, & 2. *Octobris* 1706. & 2. *Augusti* 1710. & tradunt *Bertachin. Vot. decis.* 118. *Card. de Luc. de Benefic. discurs.* 87. *n.* 7. *Francesf. de Ecclesf. Cathedral. cap.* 28. *n.* 421. & 494.

An autem Seminario jam ab initio proviso per
Taxam, & Unionem Beneficiorum, possit Epi- 77
scopus alia Beneficia unire ad solum effectum onus ejusdem Taxæ omnino tollendi, indecisum reliquit *Rota in Tudertina Beneficii* 9. *Junii* 1721. *cor. bon. mem. Cerro*, licet inclinare videatur in Sententiam negativam, quam & Ego probabiliorem existimo, tum inspecta Littera Concilii Tridentini, ejusque spiritu, tum Constitutione san. mem. Benedicti XIII,
tum demum praxi universali. Et quidem ad tra- 78
mites Concilii, Taxa super Beneficiis est prima provisio ab eo demandata in sustentationem Seminarii, Unio vero Beneficiorum est remedium mere subsidiarium volitum, postquam Taxa præcesserit, eaque insufficiens ad substentationem præfatam detegatur, ut supra diximus. Porro si Episcopis permissum esset Beneficia Seminario unire ad effectum tollendi Taxam, hæc dici oon posset primo concupita pro illius manutentione, sed potius econverso dicenda foret subsidiaria contra litteram Concilii, quæ priori loco illam demandavit, ut ponderat *Rot. in dicta Tudertina Beneficii §. Præterea.*

Adstipulatur spiritus Conciliaris dispositionis.
Cum enim Taxa sit merum onus adjectum singu- 79
lis Beneficiis, quæ, ea non obstante adhuc sunt collativa, vel ad Pontificis, vel ad Ordinariorum dispositionem; unio vero præseferat suppressionem, & mortem eorumdem Beneficiorum, nemo est, qui non videat, quam a Concilii mente aberret, quod ad effectum reddendi Beneficia immunia ab onere Taxæ, demandare voluerit perpetuam eorum suppressionem, & sic contra juris Regulas
permittere quod est plus, ad effectum tollendi, 80
quod est minus, ut prosequitur *Rota in dicta Tudertina §. Et demum.*

Id ipsum clare suadet Constitutio *san. memor.*

Bene-

Benedicti XIII. quæ inhærendo communi Docto-
81 rum Seotentiæ autumantium, quod urgente necessitate Seminarii, Taxa in futurum etiam augeri possit, ex relatis per *Monacell. tom.* 1. *tit.* 12. *formul.* 2. *n.* 7. *Carrad. in Prax. Benefic. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 19. *Pax Jardan. Elucubrat. divers. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 23. postquam mandavit, quod Taxa
82 præscripta in summa scutorum trium pro quolibet centenario proventuum Beneficii augeri possit, si necessitas urgeat, usque ad summam quinque pro centenario, statuit, *quod si computatis propriis Seminarii redditibus, nec non Beneficiorum antea cum effectu illi unitorum, per hujusmodi etiam Taxam erectiani, & sustentationi Seminarii sufficienter pro-*
83 *videri nequiverit, tunc & eo casu, ac in subsidium tantum, Ordinarii locarum eidem Seminaria unire, & applicari possint, ac debeant Beneficia simplicia cujuscumque qualitatis &c.* ut in §. *Quod si ejusdem Canstitut.* Si igitur juxta Constitutionem præfatam urgente necessitate Seminarii jam per Taxam, & Unionem Beneficiorum aliqualiter provisi, potius demandatur augumentum ejusdem Taxæ, quam aliorum Beneficiorum Unio: Si hæc præscripta fuit solum in casu, quo nec per dictum augumentum consultum esset congruæ Seminarii manutentioni; pronum est intelligere, quod nequeat nova Beneficiorum Unio expleri ad effectum tollendi omnino Taxam, nam alias Pontifex non illius augumentum, sed novam eorumdem Beneficiorum Unionem primario demandasset.

Et demum concurrit praxis universalis, dum
84 vigere adhuc inspicimus Taxam pro Seminariis in omnibus fere Diœcesibus, in quibus illa erecta reperiuntur; quando si permissum esset Episcopis Beneficia unire ad effectum tollendi Taxam, hæc amplius non vigeret in illis saltem Diœcesibus, in quibus Seminaria ab antiquo tempore erecta fueruot, & Beneficiorum simplicium copia non deest, nam sublata fuisset per eorumdem Beneficiorum Unionem, ut perpendit *Rot. in dict. Tudertina Beneficii* §. *Insuper.*

Non obstat, quod Unio Beneficiorum censeri debeat principaliter destinata ad integram dotationem Seminarii, semel ac Concilium *dicto cap.* 18.
85 *sess.* 23. sancivit, quod succedente casu effectuationis Unionum, taxa *in totum, vel in parte remittatur.* Siquidem remissio Taxæ non est restricta ad solum casum effectuationia Unionum, sed complectitur quoque alios casus dotationis Seminarii aliunde provenientis, quales esse possunt Legata, Donationes, Iostitutiones &c. ut ex verbis *dict. cap.* 18. supra transcriptis. Unde dum ex aliis titulis Seminarium integram Dotem consequi potest, nun bene infertur, quod Concilium voluerit referre ad solas Uniones casum integræ Dotationis, sed potius ad illas referri debet alter casus Dotationis in parte, de qua pariter ibidem loquitur Concilium. Vel saltem casus totalis Dotationis considerari debet uti mixtus ex Unionibus, & aliis titulis ibidem in genere expressis. Alias enim laudatum Conciliare Decretum manifestam contineret contradictionem, nam eo ipso, quod pro Congrua Seminarii sustentatione superius primo loco assignavit contributiones generales, & deinde in subsidium Uniones aliquot Beneficiorum, ordine inverso, Uniones essent principales, & contributiones subsidiariæ. Et ulterius si Beneficiorum Unio deservire deberet pro integra Seminarii manutentione, illud sequeretur absurdum, quod magna eorum strages in qualibet Diœcesi fieret contra ejusdem Concilii præscriptum, quod non omnia, sed *aliquot* Beneficia uniri posse Seminariis mandat, ut mox dicemus. Proindeque ad effectum evitandi tum expositam in Decreto Conciliari contrarietatem, tum ponderatum absurdum, dicendum est, sensum Concilii extitisse, quod si forta Taxa imposita super Beneficiis detegatur gravis, & excessiva, possit Episcopus per Unionem aliquot Beneficiorum illam exonerare in parte, & quod exoneratio fieri debeat in totum, quando aliunde, junctis etiam Beneficiis, Seminarium integram Dotem acquisiverit.

Tertio pro valida Beneficiorum Unione Seminario facienda, requiritur, ut instet præcisa necessitas expendenda cum consilio quatuor Deputato 86
rum, quorum duo esse debent ex parte Capituli, & duo de Clero Civitatis, itaut uno tantum eorum deficiente, nulla, & irrita sit Unio, cum eorum consilium sit pro forma a Tridentino requisitum, *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 29. *n.* 60. ubi quod utrumque requiritur, idest consilium Deputatorum, & præcisa necessitas, *Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *adnotat.* 29. *n.* 43. *Clericat. de Benef. discord.* 76. *num.* 18. *Barbos. de Episcop. allegat.* 77. *n.* 33. cum aliis penes *Rot. in Nucerina Paganorum Beneficii* 6. *Junii* 1702. §. *Hoc autem cor. Reverendiss. Crispa, &* 28. *Novembris ejusdem anni* §. *Patuit, coram eodem*, inter impress. *decis.* 149. *&* 171. In quibus Decisionibus firmatur ulterius, quod pro validitate Unionis Beneficiorum favore Seminarii consensus Capituli non æquipolleat con- 87
silio a Deputatis vigore Tridentini præstando; quodque consilium hujusmodi præstari debeat collegialiter in ipso actu, quo Unionis Instrumentum celebratur.

Ceterum permissum non est Episcopis omnia, aut majorem partem Beneficiorum Seminariis u- 88
nire, dum Concilium utitur dictione *aliquot*, ibi-- *Nec non uniendo Beneficia aliquot simplicia* -- & consentanee firmant *Barbos. ad dict. cap.* 23. *n.* 25. *& decis. Apostal.* 62. *n.* 7. *& de Episcop. allegat.* 77. *num.* 28. *Fermosin. Tract. Criminal. part.* 1. *tit. de Magistr. Cap. Quia* 4. *quæst.* 2. *n.* 21. *Pignatell. tom.* 9. *consult.* 81. *num.* 49. *Ricc. in Prax. tom.* 1. *decis.* 720. *n.* 10. *Pax Jordan. lib.* 10. *tit.* 32. *n.* 47. *& seqq. Ventrigl. in Prax. part.* 2. *adnat.* 29. *n.* 45. *Rot. in Tudertina Beneficii* 9. *Junii* 1721. §. *Insuper, car. bon. mem. Cerro.* Hinc
cum Episcopus *Aretinus* de anno 1638. 1641. & 89
1642. ex sexaginta Beneficiis liberæ collationis, quæ aderant in ejus Diœcesi, viginti quatuur univerit Seminario, contendere cœperunt Datariæ Ministri occasione vacationis alterius ex unitis, supradictam tot Beneficiorum Unionem non rite expletam fuisse, ex quo Tridentinum non mandat fieri stragem Beneficiorum favore Seminarii, sed solum permittit *aliquot* ex illis posse ei uniri; unde examinato negocio in Congregatione Datariæ, ea capta fuit resolutio, ut Unio præfata suum sortiri deberet effectum tantummodo quoad septem Beneficia, quo jam per obitum Possessorum incorporata reperiebantur Seminario, secus vero quoad reliqua, quæ non adhuc vacaverant. Quam resolutionem apprubavit *san. mem. Alexander VII.* eamque in Cancellaria Episcopali registrari mandavit, ut ex litteris *clar. memor. Cardinalis Carradi*, tunc temporis Pro datarii ad Episcopum Aretinum scripta sub *Datum* 18. *Februarii* 1661. Verum cum defuncto *san. memor. Alexandra VII.* idem Episcopus anno 1669. supplicasset *san. mem. Clementi IX.* ut supradictam Unionem Beneficiorum a se factam favore Seminarii de annis 1638. 1641. & 1642. ratam haberet, & interea

alia

alia tria Benefi ia eidem Seminario applicasset, recol. mem. Cardinalis *Otthobonus* tunc Pro-datarius, Episcopo præfato de ordine Pontificis, in hunc, qui sequitur modum *die* 27. *Martii* 1669. scripsit -- *Non approva Nostro Signore merendo a quello, che risolve la san. mem. di Alessandro VII. che abbia effetto l'unione de' Beneficj fatta da V. S. Illustrissima al suo Seminario, come alla lettera, che ne le scrisse il Cardinal Corrado di buona memoria, e perche s'intende, che abbia essa anche unitò al medemo Seminario li trè seguenti Beneficj nella sua Diocesi uno &c. Sua Santità mi commanda, di scrivere a V. S. Illustrissima, che si compiaccia di dissunire li sudetti Beneficj, accio possa aver effetto la provista fattane dalla Santità Sua &c.* Et in præfatarum Litterarum exequutionem, celebratum fuit publicum Instrumentum, in quo iisdem Litteris insertis, R. P. D. Thomas Salviatus Episcopus Aretinus *separavit, dismembravit, & omnino levavit, ac a vinculo Unionum omnino separavit præfata Beneficia revocans, cassans, annullans Uniones præfatas &c.* ut latius ex Instrumento præfato rogato *ab Angelo Lauro* Curiæ Episcopalis Aretinæ Cancellario *die* 8. *Aprilis* 1669.

90 Episcopo quoque *Feretrano*, qui sua abutebatur facultate uniendi ad libitum Beneficia Seminario, laudatus Cardinalis *Corradus de anno* 1663. de Pontificis mandato Litteras dedit, ut imposterum ab uniendo Beneficia se abstineret sine licentia ejusdem Pontificis. Eamdemque inhibitionem Episcopo successori renovavit clas. mem. Cardinalis *Carpineus* de ordine *san. mem. Clementis XI.* ut ex illius epistola sub Datum 11. *Novembris* 1670. in qua ulterius demandatur ejusdem inhibitionis registratio in Cancellaria Episcopali.

91 Insuper non potest Episcopus Seminario unire Canonicatus in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis residentiam requirentes, *Clericat. de Benefic. discord.* 76. *n.* 9. nec Beneficia Parochialia, &
92 Curata, cum facultas ei impertita a Tridentino *dict. cap.* 18. *sess.* 23. sit restricta ad Beneficia simplicia *tantum*, unde Beneficia Curata immutare, & ad simplicia reducere omnino prohibetur, ut sancitur ab eodem Concilio *Sess.* 25. *cap.* 16. *de Reformat.* & conferunt *Text. in Cap. Majoribus, & Cap. Vacantibus, de Præbend.* ac decrevit Sacra Congregatio ejusdem Concilii in *Ravellen.* 15. *Julii* 1645. *Card. de Luc. de Parochis disc.* 35. *n.* 4. *Fagnan. in Cap. Extirpanda* §. *Qui vero num.* 59. *de Præbend. Clericat. de Benefic. discord.* 76. *numer.* 9. *Rot. dec.* 233. *n.* 7. *part.* 6. *dec.* 320. *num.* 7. *part.* 12. *decis.* 165. *n.* 5. *part.* 13. *decis.* 225. *num.* 1. *part.* 15. *Recent.* Id, quod locum sibi
93 vindicat, etiam si Beneficia sint tantum habitu, & non actu Curata, ut decrevit Sacra Congregatio Concilii in *Cathacen.* 23. *Februarii* 1616. per hæc verba -- *Sacra &c. censuit, non potuisse Episcopum unire Seminario Parochialem, quamvis habitu tantum, & non actu, unionis tempore existeret* -- pluresque alias Resolutiones refert *Fagnan. in dict. Cap. Extirpanda* §. *Qui vero n.* 55. *de Præbend. Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 23. *Lotter. de Re Benefic. libr.* 1. *cap.* 20. *n.* 162. *Rot. dict. decis.* 226. *n.* 2. & 3. *part.* 15. *Recent.* & *decis.* 59. *n.* 2. *coram Rmo Crispo.*

Verum si in Diœcesi non adsint Beneficia sim-
94 plicia, potest ad Seminarii favorem expleri provisio, etiam respectu Parochialium, vel mediante erectione Vicariæ in Ecclesia Parochiali, ut fieri mandavit Sacra Congregatio Concilii in *Burdigalen. die ultima Julii* 1625. Vel mediante impo-
95 sitione Pensionis super eadem Ecclesia Seminario solvenda, ut eadem Sacra Congregatio in *Eugubina* 24. *Maii* 1601. Quas Resolutiones habeo in Codice *M. S. Decretorum Sac. Congregationis tom.* 1. *pag.* 1548.

Prout etiam uniendi facultas non extenditur ad
Beneficia Regularia, etiam Conventu carentia, 96
& in Commendam dari solita, quia per Commendam non desinunt esse Regularia, *Fagnan. in Cap. in Ecclesiis n.* 18. *de Cappell. Monach. Fermosin. Tractat. Criminal. part.* 1. *tit. de Magistr. Cap. Quia* 4. *quæstion.* 2. *pag. mihi* 362. *Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *adnotat.* 29. §. *Unico n.* 45.

Hospitalia itidem, eorumque fructus haud per- 97
missum est Episcopis Seminario unire, quamvis Personæ, juxta eorumdem Hospitalium Institutum, contemplatæ, omnino defecerint, aut ad modicum numerum redactæ fuerint. Licet enim in hisce casibus Concilium Tridentinum *Sess.* 25. *cap.* 8. 98
permittat, quod Hospitalium fructus converti possint in alium pium usum, qui proximior sit eorum institutioni, & intentioni Fundatorum, ac pro loco, & tempore utilior, ut explicando litteram Concilii, advertunt *Nicol. Institut. Canon. de Relig. Domib. num.* 5. *Monet. de Commun. ultim. volunt. cap.* 3. *n.* 82. & *cap.* 5. *num.* 327. *Zyp. consult. Canon. lib.* 3. *consult.* 1. *n.* 14. §. *Sed demus consult.* 2. *in fine.* Unio nihilominus ad commo-
dum Seminarii non concernit pium usum proxi- 99
miorem intentioni Fundatoris. Cum enim Seminariorum institutum sit erudire Pueros in Grammatica, aliisque scientiis, necnon in Sacris Ritibus, Cœremoniis, & Sacramentorum administratione, juxta præscriptum ejusdem Tridentini Concilii *Session.* 23. *cap.* 18. *de Reformat.* Hujusmodi porro institutum nihil commune habet cum opere pietatis, quod exhibetur Infirmis, aut Viatoribus Sacras Peregrinationes suscipientibus, pro quibus erecta sunt Hospitalia, ut bene advertit *Zypeus ubi supra*, & articulo mature discusso, *Rota* me scribente *in Bononien. Hospitalis* 6. *Junii* 1707. §. *Ceterum, & seqq. cor. bon. mem. Lancetta*, inter impress. *decis.* 494. & latius 16. *Decembris ejusdem anni* §. *Huic Unionis nullitati, & plurib. seqq. cor. Omaña.*

Et quamvis Concilium laudata *Sess.* 25. *cap.* 8. post demandatam applicationem fructuum Hospitalis in usum proximiorem ejus instituto, & pro loco, & tempore utiliorem, subjungat, *prout Or-
dinario, cum duobus de Capitulo, qui rerum usu* 100
peritiores, sint per ipsum deligendis, magis expedire videbitur; non exinde inferri potest, quod dici debeat repositum in libero Episcopi arbitrio convertere fructus Hospitalis in quemcumque pium usum, qui pro loco, & tempore sibi videatur utilior, quamvis instituto proximior non sit, & sic illos Seminario applicare, sed hujusmodi arbitrium famulari debet Fundatorum voluntati, ac dispositioni Conciliari, & intelligendum est retento eodem themate, quod nempe sit usus proximior, & inter plures proximiores, utilior, ut advertit *Zypeus lib.* 3. *dict. consult.* 1. *sub n.* 14. & prosequitur *Rot. in dicta Bononien. Hospitalis cor. Omaña* §. *Nec respondere*, ubi una cum *Zypeo* loco mox
laudato, exemplificat usum utiliorem inter plures 101
proximiores, in casu quo extaret Hospitale institutum pro Leprosis, istique non adessent, tunc enim posset Episcopus applicare fructus uni ex aliis Hospitalibus, in quo reciperentur Infirmi eo morbo, qui ad Lepram pro suo judicio magis pro-
xime accederet. Similiter si non adessent Infirmi, 102
qui reciperentur in Hospitali pro illis erecto, fructus converti possent in alimoniam Senium,

pro

pro quibus aliud Hospitale reperitur institutum ,
ut tradunt *Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 5.
num. 327. Ugolin. de Offic. & Potestat. Episcop.*
103 Et demum si in Hospitali pro Febricitantibus ere-
cto , nulli ex illis reperirentur , posset Ordinarius
convertere fructus pro cura , & gubernio illorum,
qui pestilentia infecti sunt , ut consuluit *Palma con-
sult. 60. n. 21.*

Amplia principalem Conclusionem , ut procedat
104 etiamsi Episcopus Hospitalitatem non supprimat ,
sed ea præservata , applicare velit Seminario resi-
duum dumtaxat fructuum , quod alias in Bursam
Administratoris cadere deberet. Nam si juxta Con-
cilii dispositionem non potest Ordinarius integros
fructus erogare in usus pios , qui instituto per Fun-
datorem volito , non sint proximiores , ita nec va-
let eorum superextantem partem in extraneam
causam applicare. Quod enim juris est in toto ,
ejusdem juris ratio esse debet quoad partem, ad
*Text. in leg. 1. §. Si stipulanti ff. de Verbor. oblig.
Cap. Plus 35. Cap. In toto 30. de Regul. Jur. in 6.
Zypeus consult. seu Respons. Can. lib. 3. respons. 2.
in fine.* Quod si Concilium applicationem fru-
ctuum Hospitalis erecti pro Infirmis , vel Peregri-
nis mandat fieri in usum proximiorem , etiam in
casu , quo perpauci Peregrini confluerent , aut
pauci adessent Infirmi ; signum evidens est , quod
non secus de partiali fructuum applicatione , ac de
integra , disponere voluit , ut bene ratiocinatur
Rot. in dicta Bononien. Hospitalis 16. *Decembris*
105 1707. *§. Nec modo , cor. Omaña.* Aliquando ta-
men Sacra Congregatio Concilii pro Seminarii e-
rectione induisit applicationem reddituum Hospi-
talis , salva in totum Hospitalitate , & satisfactis
oneribus , ut in *Melevitana Erectionis Seminarii*
12. *Februarii* 1690. *libr.* 40. *Decretor.*

An autem possit Episcopus vigore Concilii u-
106 nire Seminario Beneficia Sedis Apostolicæ dispo-
sitioni reservata , & affecta? Plura jura sunt ob-
servanda , & distinguenda. Primum est illud
Concilii Tridentini *Sess. 23. cap. 18. de Reformat.* quo
Episcopis indulgetur facultas uniendi Seminario
Beneficia aliquot simplicia , quamvis Sedi Aposto-
licæ reservata , & affecta , ibi -- *Quod locum ha-
beat , etiamsi Beneficia sint reservata , & affecta* --
107 Adversus hoc Decretum opposuisse *Archiepisco-
pum Lancianensem* , ait *P. Paull. Soave in Histor.
Concil. lib. 6. pag. mihi 510. & seqq. in 4.* quod
detrimento id fuisset Cancellariæ Magistratibus ,
qui sua inde emolumenta coemerant , adeoque illis
juste spoliari non poterant , sed eam curam esse
relinquendam Romanæ Curiæ , ubi rationes om-
nium expenderentur ; ab Archiepiscopo tamen
Messanen. admonitum fuisse , nihil injussu Pontifi-
cis confictum iri. At fabellam hanc refellit cum
Pallavicino , *Redingius in Histor. Concil. Can. 3. ad
Sess. 21. tractat. 8. sect. 3. n. 25. pag.* 180. ex Sen-
tentia ipsius Archiepiscopi *Lancianensis* , in qua
nec verbum quidem legitur de his , quæ *Soave* op-
ponit , sed id quod propositum fuerat , ille simpli-
citer comprobavit.

Verum quia Episcopi hujusmodi facultate abu-
tebantur , dum ut plurimum Beneficia simplicia ,
quæ in suis Mensibus vacabant , & ad eorum per-
tinebant collationem , propriis Familiaribus , &
benevolis personis conferebant , ea vero , quæ
Summo Pontifici erant reservata , & affecta , Se-
minario unire satagebant ; hinc *S. Pius V.* primum,
108 deinde san. mem. *Gregorius XIII* decreverunt --
*In Unionibus factis , seu faciendis Seminariis ,
quod Uniones de Beneficiis reservatis validæ sint ,
si modo fuerint factæ ante ipsorum vacationem ,
quod si post vacationem factæ reperiantur , nullæ
sint , & provisi a Sede Apostolica mitti debeant in
possessionem dictorum Beneficiorum.* -- Quæ Decreta
referunt *Garc. de Benefic. part. 12. cap. 2. n. 102.
& seqq. Corrad. in Prax. lib. 4. cap. 8. num. 40.
§. Et alias.*

At quia neque per has declarationes sufficienter
consultum erat indemnitati Sedis Apostolicæ , nam
Episcopi sedulo perquirentes Beneficia certo Sedi
Apostolicæ reservata , & affecta , vel ratione Fa-
miliaritatis Papæ , & Cardinalium , vel quia illa
obtinentes essent Protonotarii Subcollectores &c.
Beneficia præfata statim ante vacationem Semina-
rio uniebant , ut cum vacassent , a Papa conferri
non valuissent , hinc Sacra Congregatio Concilii 109
die 22. *Februarii* 1602. censuit , *de cetero ad ob-
viandas fraudes oportere decerni , ut non possint
etiam ante vacationem uniri Seminario Beneficia ,
quæ obtineant Personæ , quæ ob familiaritatem Car-
dinalium , vel aliam rationem tales sint , ut quo-
cumque tempore decedant ea fore affecta Apostoli-
ca Sedi.* Et die 26. *Februarii* san. mem. *Clemens
VIII.* sententiam Congregationis approbando ,
Decretum edidit eidem omnino uniforme , quod
referunt per extensum *Fagnan. in cap. Sicut nostro
num. 37. de Excessib. Prælator. Clericat. de Be-
nefic. discord. 76. n. 11. Garc. de Benefic. part. 12.
cap 2. n. 106. Monacell. tom. 1. tit. 2. formul. 9.
num. 4.*

Ex præfatis autem juribus ea insurgit communi-
ter recepta distinctio , quod aut agitur de reserva- 110
tione fixa , continua , & invariabili , itaut quo-
cumque tempore , & loco succedat Beneficiorum
vacatio , eorum provisio spectet ad Sedem Aposto-
licam , ut sunt Beneficia vacantia per obitum Fa-
miliarium Pontificis , aut Cardinalium , Officia-
lium , Protonotariorum &c. & tunc potestas u-
niendi Beneficia sic affecta , & reservata genera-
liter , & indefinite est Episcopis interdicta. Aut 111
agitur de reservatione discontinua , & eventuali ,
quæque potest esse , & abesse , ut est illa ratione
Mensis , & loci , & tunc recte possunt Episcopi
Beneficia ante eorum vacationes Seminariis unire ,
dum adhuc incertum est , an vacatio in suis , vel
in Apostolicis Mensibus , in Curia , vel extra eam
sequi debeat. Ita communiter præ ceteris distin-
guunt *Fagnan. loco cit. Gonzal. in Regul. 8. Gloss.
5. num. 136. Clericat. Discord. 76. n. 10. Garc. de
Benefic. part. 12. cap. 2. num. 102. & seqq. Ven-
trigl. in Praxi tom. 2. adnot. 8. 6. 1. n. 30. Barbos.
ad Concil. cap. 18. num. 42. & seqq. Lotter. lib. 1.
quæst. 28. n. 185. & seqq.* ubi reddit rationem , *Cor-
rad. in Praxi lib. 4. cap. 8. n. 38 & seqq. & n. 45.
Card. de Luca de Benef. disc. 7. n. 5. Turricell de
Union. cap. 6. num. 31. & 32. Adden. ad Gregor.
dec. 419. n. 7. Rot. dec. 201. n. 5. part. 2. decis.
433. n. 1. & 36. part. 9. & decis. 351. n. 6. part.
19. & decis. 423. coram Royas , & decis. 173. n. 6.
coram Cerro , & decis. 131. n. 10. cor. cl. me. Card.
Caprara* , ubi nulla declarata fuit Unio facta Semi- 112
nario de Beneficio illius , qui Protonotarius crea-
tus fuerat paucis diebus ante obitum , & nondum
præstiterat juramentum.

Quod si Unio de Beneficio , etsi reservationi
personali non obnoxio , facta fuerit per Episcopum
ante illius vacationem , sed de tempore , quo im- 113
minebat vacatio in Mense reservato , adhuc ob
fraudis suspicionem esset nulla , *Card. de Luca de
Benefic. disc. 6. n. 7.* & ob dictam suspicionem frau-
dis S. Congregatio Concilii nullam declaravit
quamdam Unionem Beneficii simplicis factam Se- 114
minario de tempore infirmitatis Beneficiati, ut apud

Nicol. in Floscul. verb. Seminarium, ante num. 12.
115 Et de nullitate Unionis Beneficii biduo ante mor-
tem possessoris expletæ favore Præbendæ Pœni-
tentiariæ, *Rota in Jacen. Canonicatus Pœniten-
tiarii* 29. *Novembris* 1688. *§. Ceterum, cor.
Manuel. &* 28. *Maii* 1689. *§. Eoque magis, cor.
Ursina.*

Idem dicendum est, si Episcopus alia Benefi-
cia, quæ in suis mensibus vacaverant, Seminario
116 unire prætermisisset; Si enim, ut libere de Bene-
ficiis præfatis disponeret, ea Seminario non uni-
vit, nec vacantia in Mense reservato unire pote-
rit, cum fraus, & Sedis Apostolicæ præjudicium
in hoc adesse censeantur, ut post *Garc.* firmant
Fermosin. Tract. criminal. part. 1. *ad tit. de Magi-
str. cap. Quia* 4. *Quæst.* 2. *pag. mihi* 362. *n.* 19.
Pignatell. tom. 9. *consult.* 81. *num.* 72. *Gonzal. in
Regul.* 8. *Gloss.* 5. *§.* 7. *n.* 75. *Corrad. in Prax. Be-
nef. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 66. *& lib.* 4. *cap.* 8. *sub n.*
40. *§. Nec quidem.*

Sed an posito Decreto *Clementis VIII.* interdi-
cente, ut diximus, Unionem favore Seminarii,
Beneficiorum, quæ tempore Unionis sunt reser-
117 vata, possint Cardinales Beneficia sic reservata
Seminariis unire? Actum fuit alias de hoc Arti-
culo in Sacra Congregatione Concilii in una *Tu-
dertina Unionis* ad instantiam *Cardinalis Santes*
Episcopi *Tudertini*. Plura super eo congessit Car-
dinalis *Ubaldinus* in suo Voto, quod tacito Au-
ctoris nomine per extensum transcripsit *Fagnan. in
cap. Sicut unire a n.* 38. *ad* 46. *de Excessib. Præ-
lat.* & in illius Voti sequelam resolutum fuit, posse
Cardinalem Indulto gaudentem conferendi Bene-
ficia reservata, & affecta, eadem Seminario uni-
re; & ita adnotatum inveni in libro Resolutio-
num S. Congregationis ad usum *Card. Paulutii*
Sen. his verbis -- *Die* 22. *Januarii* 1622. *Congre-
gatio Concilii omnium Cardinalium Voto censuit
respondendum*, Posse, *moti rationibus, & aucto-
ritatibus adductis ab Eminentissimo Cardinali Ubal-
dino.* Idque etiam confirmavit eadem Sacra Con-
gregatio in *Patavina* 15. *Aprilis* 1628. & tradunt
Fermosin. tractat. Crimin. loco mox laudato num.29.
Barbos. ad Concil. Sess. 23. *cap.* 18. *num.* 46. *Rota
dec.* 627. *cor. Cavaler.*

Verum hæc sententia non amplius hodie locum
118 sibi vindicat ob superventam Constit. *san. me. Ur-
bani VIII.* in ordine *la* 66. qua cavetur S. R. E.
Cardinales Indultarios, aliosque Indulta Aposto-
lica conferendi Beneficia reservata habentes, non
posse Beneficia quomodolibet reservata, & S. Se-
di affecta tempore Unionis, Seminariis Puerorum
unire; & cohærenter ad eandem Constitutionem
Fagnan. in dict. cap. Sicut unire sub n. 48. *de ex-
cess. Prælat.* ubi ea per extensum legitur, *Corrad.
in Prax. Benef. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 43. *&* 44. *Card. de
Luc. de Benefic. disc.* 7. *per tot. Pignatell. tom.* 9.
consult. 81. *n.* 44. *Clericat. de Benefic. discord.* 76.
n. 11. *Scopp. ad Fabr. lib.* 1. *tit.* 2. *Explanat.* 48.
n. 17. *Rot. decis.* 307. *n.* 11. *part.* 13. *Recent. & in
Bononien. Hospitalis dec.* 494. *n.* 18. *coram Lan-
cetta, &* 16. *Decembris* 1707. *§. Nullitatem, co-
ram Omaña.*

Quæ *Urbani* Constitutio procedit nedum in U-
119 nionibus factis antequam evenerit casus vacatio-
nis Beneficii reservati, ut sentire videtur *Cardinal.
de Luc. de Benefic. disc.* 7. *n.* 4. sed etiam post se-
120 quutam illius vacationem, dum inibi Cardinali-
bus interdicitur unire Beneficia *quomodolibet tem-
pore Unionis reservata, & effecta*, & sic tam Be-
neficia, quæ unionis tempore erant vacantia, quam
illa, quæ erant plena, cum in utroque casu eadem
militet prohibitionis ratio, ut reprobando *Cardi-
nalem de Luca* dixit *Rota in dicta Bononien. Ho-
spitalis, coram Omaña §. Nullitatem.*

Ac insuper præter Beneficia tempore Unionis
quomodolibet reservata, & affecta, amplectitur
etiam laudata Constitutio Urbani VIII. Hospitalia 121
laicalia, aliaque Pia opera, & Administrationes,
super quibus Papa manus apposuit, & ob id Sedis
Apostolicæ dispositioni affecta remanserunt. Si
enim Pontifex præfatus Cardinalibus ademit facul-
tatem uniendi Beneficia Ecclesiastica reservata &
affecta, de quibus tantummodo eorum loquitur
Indultum, multo magis interdixisse eis dicendum
est potestatem uniendi Hospitalia laicalia, piasque
Administrationes, super quibus Pontificia manus
imposita fuit, & de quibus Indultum ipsum non
loquitur, quodque veluti stricti Juris de casu ad
casum extendi non potest, *Rot. in dicta Bononien.
Hospitalis coram Lancetta decis.* 494. *n....&* 16.
Decembris 1707. *§. Nullitatem, cor. Omaña.*

Eadem ratione qua Episcopus unire non potest
Seminario Beneficia tempore Unionis reservata,
& affecta, nec unire potest Beneficia ad Sedem 122
Apostolicam devoluta, propter jus eidem Sedi ac-
quisitum de illis libere disponendi, cum data de-
volutione, jam sint Pontificis favore affecta, *Ze-
rol. in prax. Episcop. verb. Unio §.* 7. *versicul. Se-
cundum dubium, Corrad. in Prax. Benef. lib.* 4.
cap. 8. *n.* 40. *§. Hic vero, Pignatell. tom.* 9. *con-
sult.* 81. *n.* 146. *Selva de Benefic. part.* 3. *quæst.* 11.
qual. 14. *Barbos. ad Concil. session.* 21. *cap.* 5. *n.* 13.
Ventrigl. in prax. tom. 2. *adnot.* 8. *§.* 1. *n.* 31. Et
resolutum fuit a Sacra Congregatione Concilii *in
Sulmonen.* 13. *Junii* 1711.

Sed quid dicendum de Beneficiis litigiosis, an 123
Episcopus possit ea Seminario unire? *Fagnan. in
dict. cap. Sicut Unire a n.* 51. usque ad finem, ex
mente Sac. Congregationis Concilii firmat, Unio-
nem Beneficii litigiosi sive ante, sive post Decre-
tum *Clementis VIII.* expletam, esse validam. Pri-
mo quia non potest dici facta in fraudem Sedis A-
postolicæ, cum incertum sit, an finita lite, con-
ferri debeat a Papa, vel ab Ordinario, & contin-
gere potest, quod vacet extra Curiam, & spectet
ad Ordinarium, *Clementin. I. Ut lit. pendent.* Se-
cundo, quia Decretum *Clementis VIII.* loquitur
de Beneficiis reservatis; Minus autem est Benefi-
cium esse litigiosum, quàm reservatum, nam per
litem non abdicatur prorsus ab Ordinario confe-
rendi facultas, sed suspenditur tantum usque ad il-
lius exitum, *cap.* 2. *Ut lit. pendent. in* 6. At per Re-
servationem omnino tollitur Ordinario facultas con-
ferendi, & Beneficium remanet perpetuo affectum,
Extravag. ad Romani de Prabend. Tertio, quia
præfatum Decretum *Clementinum* loquitur de illis
Beneficiis, quæ quocumque mense vacaverint, cer-
tum est fore Sedi Apostolicæ affecta; litigiosa ve-
ro Beneficia nullo modo sunt affecta, si lite finita
eorum vacatio sequatur in Mense Ordinarii, ergo
in illis non adest ea certitudo reservationis, quam
Decretum *Clementinum* requirit.

Contrariam sententiam, quod Episcopus unire 124
non possit Seminario Beneficia litigiosa tuetur *Fer-
mosin. Tract. Crimin. ad tit. de Magistr. cap. Quia*
4. *quæst.* 2. *pag. mihi* 362. *n.* 28. Et ita fuisse per
Rotam resolutum in una *Corduben. Præstimoniorum
coram Rembold. Navar. & Manzaned.* subsequutis
tribus sententiis Rotalibus, habetur apud *Ubald.
dec.* 821. *n.* 2. *& seqq.*

At hæc, quæ diximus circa prohibitam Epi-
scopis facultatem uniendi Seminariis Beneficia
unionis tempore reservata, & affecta vigore De-
creti

creti *Clementis VIII.* etiamsi essent S. R. E. Cardinales, Indultoque fruerentur conferendi Beneficia reservata & affecta, ut sancitum fuit a san. mem. Urbano VIII. in laudata sua Constit. LXVI. Hæc, inquam, hodie locum sibi non vindicant in
125 Italia, Insulisque adjacentibus ob novissimam Constitutionem *san. mem. Benedicti XIII.* quæ incipit *Credita Nobis*, impressam in Appendice *ad Concil. Rom. pag. mihi 415.* Postquam enim laudatus Pontifex in Constitutione præfata demandavit Taxæ confectionem ad formam Concilii, tam pro erectione novi Seminarii, quam pro supplemento reddituum ejusdem jam erecti, ut *in §. Cum itaque*, & postquam præscripsit dictæ Taxæ quantitatem in scutis tribus pro centenario proventuum Beneficiorum, & si necessitas urgeret, in scutis quinque, ut in §. *Porro*, decrevit, *quod si in aliqua Diœcesi* (sunt verba ejusdem Constitutionis) *computatis propriis Seminarii redditibus, si qui sint, necnon Beneficiorum antea cum effectu illi unitorum, ac fructibus parvorum Conventuum suppressorum, praecedenter applicatis &c. per hujusmodi etiam taxam erectioni, & sustentationi Seminarii &c. sufficienter provideri nequiverit; tunc & eo casu, ac in subsidium tantum, Ordinarii locorum eidem Seminario unire, & applicare possint, ac debeant Beneficia simplicia cujuscumque qualitatis, & Dignitatis fuerint, etiam Jurispatronatus Ecclesiastici, vel quomodocumque affecta, & dispositioni Sedis Apostolicæ reservata, sine tamen ullo Divini cultus, ac illa obtinentium præjudicio. Hæc porro unio fiat statim, & ante eorumdem Beneficiorum vacationem &c. ipsaque Unio statim ac Beneficia prædicta quomodocumque vacaverint, debitum, atque integrum sortiatur effectum, fel. rec. Clementis VIII. ac Urbani pariter VIII. necnon aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, vel Decretis in contrarium facientibus non obstantibus.*

126 Plura igitur ad tramites laudatæ Constitutionis Benedictinæ præcedere debent ad effectum, ut rite valeant Ordinarii Italiæ, Insularumque adjacentium, Beneficia S. Sedi reservata, & affecta Seminario unire. Primo quod conficiatur taxa juxta formam præscriptam a Concilio Tridentino *cap. 18. sess. 23. de reformat.* Secundo, quod dicta Taxa juxta locorum qualitatem respondere debeat summæ scutorum trium pro quolibet centenario Proventuum Beneficii, etsi necessitas urgeat, augeri etiam debeat usque ad summam quinque pro centenario. Tertio quod hæc nova Taxa confici debeat, etiam si adesset antiqua, minor quantitate jam expressa, quæ pro congrua Seminarii manutentione non sufficeret. Quarto demum, quod nova Taxa præfata approbari debeat a Congregatione Seminariorum nuncupata per eandem Constitutionem erecta. Ita quidem, ut si hæc omnia adamussim præcedenter adimpleta non fuerint, Unio de Beneficiis reservatis, & affectis Sedi Apostolicæ, per Ordinarios favore Seminariorum expletæ, nullæ sint, & irritæ, nec impedire valeant exequutionem Apostolicarum Provisionum de iisdem Beneficiis a Sede Apostolica factarum. Ut explicando veram, ac genuinam laudatæ Constitutionis dispositionem, Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinalis *Corradinus* san. mem. Benedicti XIII. Pro-Datarius, de ejusdem Pontificis oraculo, sequentem edidit Notificationem.

NOTIFICAZIONE.

„ *Pietro Marcellino* del Tit. di S. Maria in 127
„ Trastevere, della S. R. C. Prete Cardinal Corradini della Santità di N. S. Pro Datario.

„ Avendo Sua Santità, doppo la nota Constituzione publicata nel tempo del Concilio Romano per regolare li Seminarj, udito, che molti Arcivescovi, e Vescovi habbino uniti alli loro Seminarj, che in vigore del Sag. Concilio Tridentino sono eretti, o devono erigersi nelle loro Catedrali, alcuni Beneficj alli Romani Pontefici riservati, sotto pretesto, che la Tassa fatta in conformità del medesimo Sag. Concilio Tridentino nel *Cap. 18. sess. 23. de reformat.* non sia sufficiente al mantenimento degli Alunni, e dell'altre spese necessarie per la manutenzione de' sudetti Seminarj, senza riflettere alla chiara disposizione di detta Costituzione promulgata da Sua Beatitudine, che comincia, *Credita nobis*, & è la 27. nell'Appendice al detto Concilio Romano, nella quale s'ordina, prima del §. *Cum itaque*, che si faccia la detta Tassa; indi nel §. *Porro*, che la detta Tassa debba farsi alla raggione per lo meno di tre scudi annui per ogni centinaro di frutti, e se non fosse sufficiente, si debba accrescere fino alla somma di scudi cinque per ogni centinaro. Di più che questa nuova Tassa nella somma in detta Costituzione, comme sopra espresso, debba farsi quando ancora vi sia la Tassa antica, minore della stabilita come sopra, la quale non basti per il mantenimento del Seminario, e che la medema Tassa debba approvarsi dalla Congregazione da Sua Beatitudine nella medema Costituzione nel §. *Cum autem*, eretta. Ma solamente riflettendo al §. di detta Costituzione. *Quod si in aliqua Diœcesi*, ove s'ordina, che non essendo sufficienti al sostentamento del Seminario li frutti provenienti dalla Tassa antica, e dalli Beneficj uniti al Seminario, e dalli piccioli Conventi suppressi al medemo applicati, possano gl'Ordinarj *in Subsidium* unire alli loro Seminarj li Beneficj semplici, benchè affetti, e riservati alla S. Sede come se nel medemo §. *Quod si in aliqua* la Santità Sua non si fosse espressa letteralmente, come ha fatto, che la detta Unione possa solamente farsi nel caso, nel quale li frutti de Beneficj uniti, e che si ricavano dalla tassa antica, e che si possono, e devono ritrarre dalla nuova Tassa da farsi in conformità di detta Costituzione, non bastino per il mantenimento del Seminario, come chiaramente mostrann quelle parole; *Quod si in aliqua Diœcesi, computatis propriis Seminarii redditibus, si qui sint, necnon Beneficiorum antea cum effectu illi unitorum, ac fructibus parvorum Conventuum suppressorum, pracedenter applicatis &c. per hujusmodi etiam Taxam erectioni, & substentationi Seminarii, ad necessitatem utmirum unius cujusque Diœcesis, & Alumnorum, non autem ad pompam, & voluptatem, sufficienter provideri nequiverit, tunc, & eo casu in* Subsidium *tantum Ordinarii locorum eidem Seminario unire, & applicare possint, ac debeant Beneficia simplicia &c. quomodocumque affecta, & dispositioni Sedis Apostolicæ reservata.*

„ Perciò Sua Beatitudine, con ordine datoci a bocca, ci ha comandato di publicare la presente Notificazione, colla quale si fa sapere a tutti gl'Ordinarj, che in vigore di detta Costitu-

„ zione , *Credite nobis* , non possono , ne devono
„ unire li Beneficj semplici affetti , o riservati alla
„ S. Sede , alli loro Seminarj , benchè li frutti , e
„ proventi alli medemi Seminarj appartenenti , e
„ provenienti dalla Tassa antica , da Beneficj le-
„ gittimamente uniti , & da Conventi suppressi
„ applicati al medemo Seminario , o da altre ren-
„ dite , non siano sufficienti per il mantenimento ,
„ *se prima non avranno fatta la nuova Tassa* , in
„ conformita di detta Costituzione , e questa non
„ sia prima approvata dalla Congregazione parti-
„ colare nella detta Costituzione al §. *Cum autem*,
„ deputata , dimodochè accresciuta sino alla som-
„ ma di scudi cinque annui per ogni centinaro ,
„ le rendite del Seminario antiche , con le nuove ,
„ provenienti da questa nuova Tassa , non bastino
„ per il sollentamento del medesimo Seminario ;
„ Essendo questa la vera , e sincera disposizione
„ di detta Costituzione , così da S. Santità publi-
„ cata per toglier di mezzo ogni abuso , che po-
„ tesse pratticarsi in pregiudizio delle affezioni , e
„ riserve Apostoliche , & insieme le future liti a'
„ Seminarj circa la sussistenza delle Unioni fatte ,
„ o da farsi come sopra.

„ Ci ha di più commandato , che notifichia-
„ mo , come facciamo con il presente Editto , a
„ tutti gl' Ordinarj in nome della Santita Sua ,
„ che tutte l'Unioni de' Beneficj affetti , o riser-
„ vati , da loro fatte prima , che sia stata fatta la
„ detta nuova Tassa , e quella dalla detta Congre-
„ gazione particolare approvata , come fatta da
„ medemi contro il tenore di detta Costituzione ,
„ e non osservata la forma ivi prescritta & in que-
„ sta Notificazione spiegata , sono nulle nè posso-
„ no impedire l'esecuzione delle Lettere Aposto-
„ liche , nelle quali sono de' medesimi Beneficj ,
„ nullamente , come sopra , uniti , provedute al-
„ tre Persone : Sicchè gl'Esecutori dati in dette
„ Lettere , debbano liberamente , e speditamente
„ dare il possesso de' Beneficj , come sopra uniti ,
„ alli Provisti Apostolici , come se le dette Unio-
„ ni non fossero state fatte , e detti Beneficj fos-
„ sero vacanti. Volendo , e decretando , che la
„ presente Notificazione affissa , e pubblicata nel-
„ la Dataria Apostolica , & altri luoghi soliti di
„ Roma astringa ogn'uno , come se li fosse stata
„ personalmente intimata. Dat. dalla Dataria A-
„ postolica li 20. Luglio 1727.

„ *P. Card. Corradini Pro - Datario.*

Ceterum legitime facta Unione Beneficiorum
Seminario ex *nunc pro tunc* , quando per cessum ,
vel decessum Possessorum vacare contigerint , ori-
128 tur quæstio an Beneficium sic unitum valide resi-
gnari possit in Manibus Pontificis ad alterius favo-
rem , itaut Unio suspensa remaneat , & suum non
possit sortiri effectum nisi post obitum Resignatarii.
Et in hac quæstione distinguendum est , quod aut
129 in Resignatione Beneficii uniti , Resignans expri-
mit Papæ Unionem Beneficii antecedenter factam ,
& tunc Resignatio est valida , quia Papa scivit U-
nionem , & adhuc eam voluit suspendere admitten-
130 do Resignationem. Aut in Resignatione nulla fa-
cta fuit mentio de Unione Beneficii , quod resi-
gnatur , & tali casu resignatio remanet nulla , &
subreptitia ex defectu intentionis Papæ , quem men-
tio Unionis , vel retraxisset , vel difficilius induxis-
set ad ei præjudicandum circa suspensionem , vel
dilationem effectuationis ejusdem Unionis , juxta
originariam distinctionem *Jo. Andr. ad Speculator.
lib. 4. in Rubr. de Præbend. litt. A. in fine, Felin. in cap.
In nostra sub n. 23. de Rescript.* ubi optimam assi-
gnat rationem , quod alias *Unio remaneret ineffi
cax propter frequentes impetrationes , quod esset ab-
surdum , cum Unio ista recipiat causam necessariam
&c. nisi fiat mentio de Unione , quia Papa non in-
tendit per suas Litteras præjudicare juri alteri quæ-
sito , nisi exprimat hoc in Litteris , sive sit præjudi-
cium extinctivum , sive dilativum ; ergo cum hic au-
ferat jus alterius saltem ad tempus , videtur , quod
non valeat , ad idem cap. Tibi qui , de Rescript. in
6. & cap. Capitulum supra eodem , ubi plus est, quod
Papa non intendit tollere jus ad rem primi Impe-
trantis , nisi de eo fecerit mentionem , etiamsi sit
præjudicium dilativum , ut quod secundus præfera
tur primo ; ergo multominus debemus intelligere , ut
auferat licet temporaliter effectum juris quæsiti in
re per Unionem. Corrad. in Prax. Benef. lib. 4.
cap. 8. n. 8. Clericat. de Benefic. discord. 14. n. 9.
& discord. 76. n. 13.* cum aliis apud *Piton. Discept.
Eccles. 78. n. 10. & seqq. Paris. de resignat. lib. 2.
quæst. 9. n. 13. & seqq.* Maxime quia Concilium 131
Tridentinum *d. sess. 23. cap. 18. de Reformat.* sta-
tuit , Uniones Beneficiorum favore Seminarii ex-
pletas , nequaquam suspendi posse per Resignatio-
nem : unde eo magis Papa se difficilem redderet
ad Resignationem admittendam , si ei innotesceret
Unio Beneficii antea expleta ad Seminarii favorem.
Et ob id Pontifices satis raro præjudicare solent U-
nionibus favore Seminariorum etiam circa dilatio-
nem , & suspensionem , ut testatur *Rebuff. in Prax.
Benefic. tit. de revoc. Union. n. 32. Corrad. ubi su-
pra n. 8. versic.* Et in terminis *Piton. dict. discept.
78. n. 11. & 12.*

Et quamvis *Rot. dec. 149. & 171. cor. Rmo Crispo*
vandato censuerit Resignationem Beneficii Semi- 132
nario uniti , etsi de Unione nulla Pontifici facta
fuisset mentio , tum ea ratione , quod Resignatio
conditionalis ad favorem certæ Personæ , ad diffe-
rentiam simplicis , de qua existimat intelligendum
esse Concilium Tridentinum *d. sess. 25. cap. 18.*
non inducit veram Beneficii vacationem cum Resi-
gnanti de jure ex multis causis competere possit re-
gressus ad Beneficium resignatum ; Tum ex eo ,
quod Resignatio præfata non affert considerabile
præjudicium Seminario , cui fuit unitum Benefi-
cium , cum effectus Unionis solummodo suspenda-
tur pro illa vice , durante vita Resignatarii , & ce-
teroquin dari possit casus , quod Resignatarius Re-
signanti præmoriatur. Nihilominus recedendum 133
non videtur a priori sententia , quam postea sequu-
ta fuit *Rota in Tudertina Beneficii 9 Junii 1721.
§. Neque vero. coram bon. mem. Cerro.* Et Unio-
nis reticentia tunc solum præservare potest validi- 134
tatem Resignationis , si Papa in Litteris Apostoli-
cis omnes , & quascumque Uniones suspendat , ut
decrevit *Sac. Congregatio Concilii* 19. *Septembris*
1625. per hæc verba -- *Congregatio sæpius censuit ,
si in Litteris Resignationis a Sede Apostolica expe-
ditis apposita est clausula cum suspensione quarum-
cumque Unionum , intelligi etiam suspensas Unio-
nes factas Seminario , quamvis nulla illius mentio
habita fuerit* -- & cohærenter tradunt *Fagnan. in
Cap. Sicut unire n. 27. de Excessib. Prælat. Clericat.
Discord. 13. n. 9. Rot. decis. 308. n. 2. part. 1. Re-
cent.* cum aliis plene relatis *in decis. 713. n. 4. co-
ram Merlin.*

A prima Causa , propter quam auctoritate Con-
cilii Tridentini permissum est Episcopis unire Be-
neficia , nempe pro erectione , & sustentatione
Seminarii , progredimur ad secundam , quæ con-
sistit in Paupertate Ecclesiarum Parochialium , 135
aliorumque Beneficiorum Animarum Curam
adne-

adnexam habentium. *Ut enim Ecclesiarum status, ubi Sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate ministretur, possunt Episcopi etiam tamquam Apostolicæ Sedis Legati, juxta formam juris; sine tamen præjudicio obtinentium, facere uniones perpetuas quarumcumque Ecclesiarum Parochialium, & Baptismalium, & aliorum Beneficiorum Curatorum, vel non Curatorum cum Curatis propter earum paupertatem, & in ceteris casibus a jure permissis, etiam si dicta Ecclesia, vel Beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercumque affecta* -- ut per hæc Verba sancitur in *Sess.* 21. *cap.* 5. *de Reform.* & cohærenter ad Conciliarem Dispositionem *Fagnan. in cap. Sicut unire num.* 31. *de Excess. Prælat. Clericat. Discord.* 76. *num.* 24. *Quasad. ad banc Regul. Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *n.* 134. *Turricell. de Union. cap.* 6. *n.* 18. *& seqq. Sanchez. ad Præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 181. cum aliis penes *Barbos. ad Concil. dict. sess.* 21. *cap.* 5. *n.* 1.

Et passim Sacra Congregatio Concilii approba-
136 re solet Uniones Ecclesiarum Parochialium ob earum paupertatem, aliisque de causis a jure permissis, ab Episcopis invicem expletas, si modo unus Rector valeat omnibus illis Ecclesiis inservire, habita ratione Vicinitatis locorum, & numeri Parochianorum, ut in *Verulana Parochialis* 1. *Decembris* 1708. & 11. *Martii* 1709. *in Aquilana* 14. *Maii* 1711. & *in alia Aquilana* 9. *Aprilis* 1712. ubi de Unione duarum Parochialium, ex quo earum Ecclesiæ Terræmotu dirutæ erant, & *in Zamoren.* 3. *Decembris* 1712. & 3. *Septembris* 1713. ubi cum diu vacasset ejusdem Diœcesis Parochialis, & pluries renovatis Ædictis nemo pro ea assequenda in Concursu comparuisset propter illius redditumm tenuitatem, Sac. Congregatio censuit uniri posse. Et *in Reatina Unionum Parochialium* 4. *Augusti* 1714. Sac. Congregatio approbavit Unionem trium Parochialium ab Episcopo factam, attenta impotentia Parochianorum reædificandi earum Ecclesias impetu Terræmotus Solo æquatas, necnon tenuitate reddituum earumdem, & *in Fulginaten.* 21. *Novemb.* 1722. & 30. *Januarii* 1723. in qua Sacra Congregatio censuit, locum esse Unioni plurium Parochialium ob earum paupertatem, & *in Cæsenaten.* 31. *Julii ejusdem anni.*

Quod si Parochiani se offerant vel Ecclesiam
137 Parochialem restaurare, vel Sacris Supellectilibus, si destituta sit, ornare, aut congruam sufficientem pro Rectore assignare, tunc Episcopo permissum non est ex motivo paupertatis Ecclesiam præfatam alteri Parochiali unire, sed congruum tempus præfigere debet Parochianis ad promissa adimplendum, ut decrevit Sacra Congregatio Concilii in *Aversana* 5. *Aprilis* 1704. *ad* 1.

An autem in Unionibus per Episcopum faciendis vigore Tridentini *dict. Cap.* 5. *Sess.* 21. *de Re-*
138 *format.* requiratur consensus Capituli? sunt qui existimant non requiri, ea ducti ratione, quod Episcopi hujusmodi Uniones explent vigore facultatis ipsis a Concilio impertitæ etiam tamquam Delegati Sedis Apostolicæ, quæ ad consentium præfatum adhibendum non adstringitur, *Navarr. cons.* 10. *de Offic. & Potest. Judic. delegat. Ricc. in Prax. Fer. Eccles. part.* 1. *resolut.* 388. *n.* 4. *Gallemart. ad Concil. cap.* 5. *sess.* 21. *de Reformat. Zarola in Prax. Episcop. part.* 2. *verb. Unio* §. 9.

Sed contraria opinio verior est, & magis recep-
139 ta. Non enim Concilium laudato *cap.* 5. delegat absolute, & simpliciter Episcopis facultatem uniendi Beneficia Curata Curatis, vel simplicia Curatis, sed eam impertitur juxta formam Juris, ibi -- *possint Episcopi, etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegati juxta formam Juris, sine tamen præjudicio obtinentium facere Uniones perpetuas &c.* -- De jure autem in Unionibus Beneficiorum 140
per Episcopum faciendis omnino requiritur consensus Capituli, ut sancitur in *Clem. Si una de Reb. Eccles. non alien.* Proindeque si Episcopi devenienddo ad Unionem Parochialium, etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegati tenentur vigore Concilii servare formam Juris, debent utique consensum Capituli a Jure requisitum adhibere, & ita 141
firmant *Fagnan. in cap. Ad Audientiam il* 1. *sub n.* 53. §. *Similiter de Eccles. Ædific. Monacell. in Formular. tom.* 1. *tit.* 2. *form.* 7. *n.* 2. *Turricell. de Union. cap.* 9. *n.* 4. & 14. *Card. de Luca de Benefic. disc.* 45. *num.* 3. *Scopp. ad Codic. Fabr. libr.* 1. *tit.* 2. *Explanat.* 48. *num.* 21. *Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *adnot.* 8. §. 2. *num.* 3. *Pignatell. Consultat.* 30. *n.* 6. *tom.* 8. *Clericat. de Benef. Discord.* 76. *n.* 25. *& seqq. Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 183. *Ricc. Decis. Cur. Archiepiscop. Neapol. part.* 4. *decis.* 198. *num.* 15. *Garc. de Benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 158. *& seqq. Pax Jordan. Lucubrat. Canon. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *n.* 69. *Rot. decis.* 1078. *num.* 5. *coram Seraphin. & decis.* 222. *num.* 5. *& seqq. part.* 9. *Recent.* Sicque etiam decrevit Sacra Congregatio Concilii 20. *Novembris* 1600. his verbis -- *Congregatio censuit, Episcopum in Unione facienda vigere Decreti ejusdem Concilii Sess.* 21. *cap.* 5. *teneri adhibere consensum Capituli, quod si illum consensum in Unione prætermiserit, Unionem nullam, atque irritam esse.* Quod Decretum habeo in antiquo Codice. Resolutionum Sac. Congregationis ad usum cl. mem. *Cardinalis Paulutii Sen.* in quo legitur ulterius alterum Decretum ejusdem Sac. Congregationis in *S. Severini* 19. *Decembris* 1620. his verbis - *Cum Sess.* 21. *cap.* 5. *caveatur, Episcopum juxta formam Juris posse simplicia Beneficia unire Curatis, & Curata Curatis, quæritur, an in hoc consensus Capituli requiratur, cum ex Clement. Si una de Reb. Eccles. non alienan. consensus Capituli in hoc casu requiri videatur, de quo in Concilio nulla mentio est habita. Congregatio censuit requiri, juxta tamen terminos Clementin. Si una de Rebus Eccles. non alienan.*

Non est autem necessarium, quod Capituli
consensus interveniat ante, vel in ipso actu Unio- 142
nis, sed sufficit, quod accedat post actum jam perfectum, *Gonzal. in Cap. Sicut unire num.* 5. *de Excess. Prælat. Scopp. ad Cod. Fabr. libr.* 1. *tit.* 2. *Explanat.* 48. *n.* 22. *Turricell. de Union. cap.* 9. *num.* 8. *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *adnotat.* 8. §. 2. *num.* 8. *Engel. in Jus Canon. libr.* 3. *tit.* 12. *sub num.* 11. *Fragos. de Regim. Reipub. Christ. part.* 2. *libr.* 9. *disputat.* 20. §. 6. *num.* 14. *Garc. de Benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 147. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 70. *Gratian. discept.* 278. *n.* 32. *Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 183. late *Rot. dec.* 318. *n.* 41. *& seqq. part.* 5. *Recent.* cum aliis *in decis.* 190. *num.* 13. *cor. Reverendiss. Crispo.*

Quod si Capitulum irrationabiliter consensum
præstare detrectet, de facili Sacra Congregatio 143
Concilii Episcopis indulget, ut non obstante illius dissensu, ad Unionem deveniant; Non enim esse debet in potestate Capituli Unionem hanc a Concilio adeo provide demandatam, vel retardare, vel impedire, ut ponderant *mox laudati DD.* Hinc cum Episcopus *Fulginaten.* nonnullas suæ Diœcesis Ecclesias Parochiales redditu tenues, & Animarum numero haud refertas, parumque inter

ſe diſſitas, inſimul unire ſtatuiſſet vigore Conci-
lii dicta Seſſ. 21. cap. 5. & Capitulum, cui nego-
tium propoſuerat, Unioni annuere recuſaſſet, Sa-
cra Congregatio die 21. Novembris 1722. Cauſa
extra folium propoſita, eſſe locum Unioni reſcrip-
ſit, & die 30. Januarii Cauſa in folio deſcripta,
perſtitit in Deciſis.

An autem in præfatis Unionibus vocandi ſint
144 Patroni, Rectores Eccleſiarum, & Plebs, & an
eorum conſenſus requiratur, ipſeque intervenire
debeat in ipſo actu Unionis, vel ſufficiat, quod
ſubſequatur, examinabimus infra Comment. in Re-
gul. XXII.

Tertia cauſa, ob quam auctoritate Concilii Tri-
145 dentini permiſſum eſt Epiſcopis devenire ad Be-
neficiorum Unionem, decernitur in Seſſ. 24. cap.
15. ibi -- In Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis
inſignibus, ubi frequentes, adeoque tenues ſunt
Præbendæ ſimul cum Diſtributionibus quotidianis,
ut ſubſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci,
& Perſonarum qualitate non ſufficiant; liceat E-
piſcopis cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimpli-
cia Beneficia, non tamen Regularia, iis unire &c.
non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus, &
Privilegiis, aut quacumque reſervatione generali,
146 vel ſpeciali, aut affectione &c. Quam Beneficio-
rum ſimplicium Unionem vigore Concilii expleri
poſſe etiam favore Præbendarum, quas obtinent
Canoniſtæ, ſeu Canonicæ in eorum Collegiis,
quæque tenues ſint, tradit Zypeus Conſult. Can.
lib. 3. tit. de Regul. Conſult. 17. per tot. Rota dec.
74. n. 26. & n. 29. cor. Malines, ubi quod Unio fit
extinguendo titulum Beneficii, quæ ſæcularizata
remanent, & ſic extincta uniuntur Collegiis præ-
fatis.

Ad tramites igitur mox recenſitæ Conciliaris
diſpoſitionis, ut deveniri poſſit ad Beneficiorum
Unionem in quotidianarum Diſtributionum augu-
mentum, requiritur copulativus concurſus tenui-
147 tatis tum earumdem Diſtributionum, tum Præben-
darum, quemadmodum clare indigitant verba illa --
tenues ſunt Præbendæ ſimul cum Diſtributionibus
quotidianis -- nec ſufficit, quod Diſtributiones ſint
tenues, quando pingues ſunt Præbendæ, ut ex
mente S. Congregationis Concilii probant Garc.
de Benef. part. 12. cap. 2. num. 172. Ventrigl. in
Prax. part. 2. adnotat. 8. §. 1. num. 18. Barboſ. in
Summ. Apoſtol. Deciſ. collect. 730. num. 2. Adden.
ad deciſ. 576. a n. 77. & plurib. ſeqq. part. 4.
tom. 3. Recent. Rot. deciſ. 281. numer. 4. part. 9.
tom. 1. deciſ. 453. num. 8. eadem part. 9. tom. 2.
deciſ. 53. n. 9. part. 11. deciſ. 169. num. 4. & de-
148 ciſ. 200. num. 8. cor. Pentinger. Sed in caſu, qun
Diſtributiones ſunt tenues, pingues vero Præben-
dæ, tunc ad occurrendum tenuitati Diſtributio-
num, Concilium Tridentinum Seſſ. 21. cap. 3. de
Reformat. aliud mandat adhiberi remedium, videli-
cet, quod ex fructibus Præbendarum, aliorumque
proventuum Eccleſiæ ſeparetur per Epiſcopum ter-
tia pars, convertenda in earumdem Diſtributionum
augumentum, quod ſane remedium adhibendum
eſſe cenſuit Sac. Congregatio in Hieracen. ut in
lib. 1. Decret. pag. 92. a tergo his verbis -- Cum Seſſ.
24. cap. 15. caveatur Epiſcopum cum conſenſu Ca-
pituli, ubi tenues ſunt Præbendæ, poſſe aliqua Be-
neficia ſimplicia unire Præbendis, an ſimiliter poſſit
unire aliqua Beneficia ſimplicia ubi Præbendæ ſunt
tenues, aut nullæ in Capitulo, Diſtributionibus quo-
tidianis, cum Diſtributiones ſint in Eccleſia tenues?
Congregatio cenſuit, poſſe ex Decreto Concilii Seſſ.
24. cap. 15. quando ſcilicet & Præbendæ, & Di-
ſtributiones ſunt tenues, at ubi ſolæ Diſtributiones
ſunt tenues, uti dumtaxat poſſe remedio Decreti
Seſſion. 21. cap. 3. -- aliaſque Reſolutiones refertur
Galemart. ad Concil. cap. 15. in Declarat. ſub n. 1.
ibi -- Id licere cenſuit Congregatio &c. dummodo te-
nues ſint Præbendæ, ſecus ſervandum eſſe Decre-
tum Seſſ. 21. cap. 3. - Cardinal. Bellarmin. ad
idem Concil. Seſſ. 24. cap. 15: de Reform. in De-
claration. ibi -- Item non poſſunt fieri Uniones Di-
ſtributionibus quotidianis, ubi ſunt tenues, & Præ-
bendæ non tenues, ſed ſervetur cap. 3. Seſſion. 21. --
Barboſ. ad idem Concil. Seſſ. 24. cap 15. num. 19.
& in Summ. Apoſtolic. Deciſ. collect. 730. num. 2.
Garc. de Benef. part. 12. cap. 2. n. 171. Ventrigl.
in Prax. dict. adnot. 8. §. 1. tom. 2. n. 18. Pax Jor-
dan. Lucubrat. Canon. part. 2. lib. 10. tit. 29. n.
26. in fine, Murg. de Benef. quæſt. 7. num. 31. in
fine, Pignatell. Conſult. Canon. 115. num. 42. tom.
9. Monet. de Diſtribution. part. 1. quæſt. 5. ſub n.
25. & part. 13. quæſt. 6. n. 31. Adden. ad deciſ.
576. n. 73. & ſeqq. part. 4. tom. 3. Rot. deciſ. 337.
num. 31. & ſeqq. part. 9. & deciſ. 53. n. 9. & 10.
part. 11.

Permiſſum itidem non eſt Epiſcopis pro quoti-
dianarum Diſtributionum augumento Beneficia u- 149
nire vel Menſæ Capitulari, vel Maſſæ earumdem
Diſtributionum, ſed unio præciſe explenda eſt ſin-
gulis Præbendis diſtributive, ut denotant verba
illa Concilii, iis unire, ſcilicet ſingulis Præben-
dis, de quibus mentionem explicitam immediate
fecerat, ut in terminis prohibitæ Unionis favore
Menſæ Capitularis, re mature examinata, decre-
vit Sac. Congregatio Concilii die 29. Novembris
1601. his verbis -- Propoſito Dubio, an Epiſcopus
ex Decreto Concilii cap. 15. Seſſ. 24. poſſit unire Be-
neficia ſimplicia nedum Præbendis Canonicorum Ca-
thedralis Eccleſiæ, ſed etiam ipſi Capitulo, ſeu Ca-
pitulari Menſæ, ubi frequentes, adeoque tenues
ſunt Præbendæ, ut ſuſtinendo decenti Canonicorum
gradui non ſufficiant. Congregatio habita in Ædi-
bus Vaticanis ex communi ſententia decrevit, ne-
quaquam Epiſcopum poſſe hujuſmodi Beneficia uni-
re Capitulo, ſeu Capitulari Menſæ, idque ſi fece-
rit, nullam eſſe Unionem. Quam Congregationis
ſententiam die 19. Decembris 1601. SSmus D. N.
ad ſe relatam approbavit. & communiter firmant
Fagnan. in Cap. Expoſuiſti ſub n. 30. de Præben.
Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 29. n. 45. Gon-
zal. ad Regul. 8. Gloſſ. 37. n. 24. & ſeqq. Garc. de
Benef. part. 12. cap. 2. n. 171. & 176. Carrad.
in Prax. Benef. lib. 2. cap. 8. n. 57. Barboſ. de
Poteſt. Epiſcop. Allegat. 67. num. 9. & de Jur. Ec-
cleſ. univ. libr. 3. cap. 16. num. 35. & ad Concil.
Seſſ. 24. cap. 15. n. 18. & ibi etiam Gallemart. in
Remiſſ. verb. Iis unire, Scopp. ad Col. Fabr. lib. 1.
titul. 2. explanat. 48. n. 18. Card. de Luc. de Be-
nef. Diſc. 44. n. 2. & ſeqq. & Diſc. 45. n. 3. alter
de Luc. ad Gratian. diſcept. 278. n. 13. Ventrigl.
in Praxi tom. 2. adnot. 8. §. 1. n. 26. ibique Ad-
den. n. 12. Ricc. Collect. Deciſ. part. 4. collect. 1066.
in fine, Rot. cor. Cavaler. deciſ. 439. num. 5. & in
Recent. deciſ. 565. per tot. part. 2. deciſ. 196. n. 1.
& 2. part. 7. & deciſ. 281. n. 1. part. 9. Et in ter- 150
minis prohibitæ Unionis faciendæ favore Maſſæ
Diſtributionum, Cardinal. Bellarmin. in Decla-
rat. ad Concil. Trident. dict. Seſſ. 24. de Reforma-
tion. cap. 15. Turricell. de Union. cap. 5. num. 29.
Rot. deciſ. 281. num. 12. part. 9. & deciſ. 337. n.
33. & 34. ead. part. 9. tom. 2. & deciſ. 200. num.
24. & 28. cor. Peninger. ubi quod ita tenuit Sac.
Congregatio re diligenter examinata, & ad
SSmum relata.

Quod locum ſibi vindicat etiamſi in Cathedrali,
vel

151 vel Collegiata insigni non adessent Præbendæ di-
stinctæ, sed redditus omnes consisterent in Distri-
butionibus quotidianis: Licet enim in his terminis
152 videantur Distributiones subrogatæ loco Præben-
darum, quia alias esset dare Canoniam sine Præ-
benda, unde dici queat, ut quemadmodum ex
Concilio potest Episcopus Beneficia unire Præben-
dis, ita possit unire Massæ Distributionum, quæ
resolvitur in Præbendas Juris interpretatione. Ni-
hilominus quidquid sit ad alios Juris effectus, hoc
unum certum est, quod ad illum Unionis vigore
cap. 15. *Sess.* 24. Distributiones non sunt æquatæ
153 Præbendis, nec illarum loco succedunt, quia fa-
cultas data Episcopis est præcise restricta ad U-
nionem faciendam Præbendis, quæ sint tenues,
proindeque stricte intelligenda est de Præbendis,
quæ vere sint tales, nec protendi valet ad Præben-
das interpretativas ex fictione Juris, ut in his ter-
minis communi PP. consensu resolutum fuit a Sac.
Congregatione Concilii in *Calven.* 12. *Decembris*
1609. teste *Fagnan. in cap. Exposuisti num.* 31. *de
Præbend.* ubi quod in casu, quo Præbendæ non sint
distinctæ, & Distributiones sint tenues, adeundus
est Summus Pontifex pro Unione, *Pignatell. Con-
sult.* 108. *n.* 9. *tom.* 1. *Gabriel. cons.* 178. *n* 3. *&
seqq. lib.* 2. *Barbos. in Summ. Apostol. Decis. col-
lect.* 170. *n.* 1. *Ventrigl. in Praxi tom.* 2. *adnotat.* 9.
§. 1. *n.* 26.

Insuper non possunt Episcopi unire Ecclesias Pa-
154 rochiales Præbendis Canonicalibus ad effectum au-
gendi Distributiones quotidianas. Tum quia Con-
cilium *dict. cap.* 15. *Sess.* 24. solum eis impertitur
facultatem uniendi Beneficia aliquot *simplicia*,
155 quorum appellatione certum est non comprehendi
Parochiales, aliaque Beneficia Curata, quæ spe-
ciali nota indigent. Tum quia Concilium consi-
derando casum, quod per Unionem Beneficiorum
simplicium provideri non posset decenti Canoni-
156 corum gradui, mandavit, ut aliquibus ex Præ-
bendis suppressis, illarum fructus, & proventus,
reliquarum Præbendarum Distributionibus quoti-
dianis applicentur; unde nulla subest ratio, cur
deveniri debeat ad Unionem Parochialium ab eo-
dem Concilio cæteroquin semper improbatam, ut
in *cap.* 3. *Sess.* 24. *de Reformat.* ibi -- *Ecclesiæ Pa-
rochiales Monasteriis quibuscumque, aut Abatiis,
seu Dignitatibus, sive Præbendis Ecclesiæ Cathedra-
lis, vel Collegiatæ, sive aliis Beneficiis simplicibus
non uniantur* - & tradunt communiter *Fagnan. in
Cap. Præposuisti n.* 11. *& in cap. Extirpandæ §. Qui
vero num.* 55. *de Præben. Garc. de Benef. part.* 12.
cap. 2. *n.* 87. *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloss.* 5. §. 7. *n.* 87.
Vivian. de Jurepatr. libr. 14. *cap.* 5. *n.* 38. *Ven-
trigl. in Prax. tom.* 2. *adnot.* 8. §. 1. *num.*

Nec Sac. Congregatio Concilii indulgere solet,
157 ut uniones hujusmodi Parochialium favore Præben-
darum in augumentum quotidianarum distributio-
num expleantur; hinc *in Celsonen.* 19. *Januarii*
1647. rescripsit -- *Unionem Parochialium pro augu-
mento Distributionum quotidianarum non esse conce-
dendam* -- & die 5. *Decembris* ejusdem anni meruit
idem Rescriptum confirmari per hæc verba -- *Stan-
dum in Decretis sub die* 19. *Januarii proxime præ-
teriti, scilicet Unionem Parochialium pro augumen-
to Distributionum quotidianarum non esse conceden-
dam, sed utendum remediis a Sacro Concilio præ-
scriptis cap.* 15. *Sess.* 24. *de Reformat.* -- ut *in lib.
Decret. pag.* 279. *&* 404. Idemque denuo resolu-
tum in *Cracovien Unionis* 13. *Novembris* 1677. &
in Leyrien. Unionis 15. *Maii* 1682.

Id quod locum sibi vindicat, etiamsi ageretur
158 non de Unione extinctiva Tituli Parochialis, sed
tantum de Unione fructuum ejusdem, remanente,
ut prius, Cura a Parocho administranda, *Barbos.
de Episcop. part.* 3. *allegat.* 60. *n.* 31. *& ad Concil.
Sess.* 24. *cap.* 13. *Cardinal. Bellarmin. ad Concil.
dict. cap.* 13. §. *Item Episcopus*, *Murga de Bene-
fic. quæst.* 5. *num.* 3. *Garc. de Benefic. part.* 12. *cap.*
2. *n.* 88. *Ventrigl. in Praxi adnot.* 8. *n.* 15. *tom.* 2.
Nihil enim interest, an Unio sit extinctiva Titu- 159
li, vel æque principalis, cum hæc quoque a Con-
cilio prohibeatur, *Fagnan. in cap. Proposuisti nu-
mer.* 14. *& seqq. de Præben. Rot. decis.* 59. *num.* 1.
§. *Nec non*, *cor. Reverendissimo Crispo.* Et resolu-
tum fuit a Sac. Congregatione ejusdem Concilii in
Asloricen. 16. *Maii* 1711. Cum enim Capitulum
Cathedralis Ecclesiæ *Asloricen.* inconveniens illud
animadvertisset, quod *Hora primæ* pauci, vel nul-
li Præbendarii interesse curabant, ex quo nullæ di-
ctæ *Horæ* assignatæ reperiebantur Distributiones,
& ob paupertatem Mensæ Capitularis, Præbenda-
rum tenuitatem, ac defectum Beneficiorum simpli-
cium uniendorum, nullus suppeteret modus unde
posset portio aliqua in ejusdem *Horæ* distributio-
nem assignari, propterea que supplicasset fa. mem.
Clementi XI. pro Unione cujusdam Parochialis
Mensæ Capitulari, ad effectum, ut fructus appli-
carentur Canonicis in dicta prima *Hora* interessen-
tibus, Sacra Congregatio, ad quam preces remis-
sæ fuerunt, post auditum Episcopum *Asloricen.*
qui supradicta confirmando, existimabat sufficere,
quod citra extinctionem Tituli Parochialis, medie-
tas fructuum applicaretur Capitulo, ad effectum
eos distribuendi Canonicis dictæ *primæ Horæ* inter-
essentibus, reservata altera medietate Parocho pro
tempore; Sacra inquam Congregatio, Capituli
precibus annuendum non esse censuit, nam pro-
posito Dubio -- *An, & quomodo Oratorum preci-
bus sit annuendum in casu &c* -- responsum fuit *Ne-
gative.*

Quemadmodum nec Episcopis permissum est u-
nire Præbendis Canonicorum pro augumento quo- 160
tidianarum Distributionum Parochiales, quæ ha-
bitu tantum, etsi non actu, tales sint, ex firma-
tis per *Rot. decis.* 59. *n.* 1. *coram Reverendiss. Cri-
spo*, & resolvit Sac. Congregatio Concilii *in The-
lesina Unionis* 7. *Julii* 1703. *&* 8. *Augusti* 1704.
ubi nullam, & irritam declaravit Unionem cujus-
dam Parochialis expletam favore Præbendarum
Canonicalium ob tenuitatem redditum, & Distri-
butionum quotidianarum, quamvis contenderetur,
Ecclesiam esse habitu, & non actu Parochialem,
eamque dirutam: Et quod Ecclesiæ Parochiales 161
dirutæ uniri non possint pro augumento dictarum
Distributionum, etiamsi Unio fieret in actu Visita-
tionis, declaraverat antea eadem *Sac. Congregatio
in Tropien.* 15. *Junii* 1645.

Ceterum, quoad Uniones in duobus mox re-
censitis casibus explendas, sive Ecclesiis Parochia-
libus vigore *Cap.* 5. *sess.* 21 *de Reformat.* sive Præ-
bendis Canonicalibus in augumentum quotidiano-
rum Distributionum vigore alterius *Cap.* 15. *sess.* 24.
salva etiam hodie remanet Episcopis facultas uni- 162
endi Beneficia, unionis tempore Sedi Apostolicæ
reservata, & affecta, cum facultas hujusmodi sub-
lata non sit per laudatum Decretum *Clementis VIII.*
quod unice prohibet uniri Seminariis Beneficia,
quæ certo sunt Unionis tempore reservata, & affe-
cta, non autem in ceteris casibus a Concilio per-
missis, ut advertit *Fagnan. in cap. Sicut unire n.*
37. *in fine de Excessib. Prælator.*

Quarto Causa ob quam vigore Concilii Triden-
tini permissum est devenire ad Beneficiorum U- 163
nionem, respicit favorem Officii Pœnitentiariæ, cui

debet Episcopus Præbendam primo vacaturam unire, *ut in sess. 24. cap.* 8. *de ref.* Quam Unionem præservatam censeri in nostra Regula, præ cæteris tradit *Garc. de Benef. part.* 5. *cap.* 4. *n.* 126. ubi refert geminas Resolutinnes Sac. Congregationis Concilii. Verum quia Coocilium non iodulsit Episcopis facultatem uniendi Pœnitentiariæ Præbendam etiam *reservatam & affectam*, sicuti impertitus fuit in aliis casibus mox recensitis, hinc com-
164 munis invaluit opinio, non posse illos ad unionem Præbendarum, quæ sint Apostolicæ Sedi reservatæ, & affectæ devenire, ut primo declarasse Congregationem Coocilii tempore *S. Pii V.* testata fuit eadem Sac. Congregatio in Litteris de mandato san. mem. Gregorii XIII. ad Hispaniarum Nuncium scriptis, de quibus mox dicemus, & firmant communiter *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 128. *Barbos. de Offic. & Potest. Episcop. part.* 3. *Allegat.* 55. *n.* 3. *& ad Concil. sess.* 24. *cap.* 8. *n.* 3. *Gallemart. ibidem n.* 2. *&* 4. *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 109. *usque ad fin. Nicol. in Floscul. verb. Pœnitentiaria n.* 2. *lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 13. *&* 19. cum aliis penes *Rot. in Jacen. Canonicatus coram Emerix decis.* 855. *n.* 3. *&* 24. *Manuel &* 28. *Martii* 1689. *§. Nitebantur, coram Ursino*, in quibus Decisionibus ea redditur ratio, quod si Concilium comprehendere voluisset Præbendam reservatam, vel affectam, id expressisset, quemadmodum expressit *in sess.* 21. *cap.* 5. *sess.* 23. *cap.* 8. *sess.* 24. *cap.* 15. *de reformat.*

Quinimo, etiamsi Unio Præbendæ favore Officii Pœnitentiariæ facta fuerit tempore habili, si
165 postea vacaverit in Mense reservato, aut alicui Reservationi personali obnoxia remanserit, Reservatio hæc superveniens impedit effectum Unionis, ut resolvit *Sac. Congregatio Concilii in Colimbrien.* 12. *Augusti* 1596. ibi -- *Congregatio censuit, institutionem Pœnitentiariæ factam ab Episcopo in Cathedrali cum Unione Præbendæ proxime vacaturæ, intelligendam esse de Præbenda vacante in Mensibus non reservatis. Rot. dec.* 4. *&* 6. *de Reb. Eccles. non alien. in antiq. & decis.* 173. *n.* 5. *coram Cerro*, & in laudatis Decisionibus *Jacen. Canonicatus coram Emerix, Manuel. & Ursino.*

Pariformiter ejusdem Sacri Tridentini Concilii Decretum *in cap.* 1. *sess.* 5. quo sancitur, ut in Ec-
166 clesiis Metropolitanis, vel Cathedralibus, ubi nulla Præbenda pro Lectoribus Sac. Theologiæ deputata reperitur, Præbenda quomodocumque, præterquam ex causa Resignationis, primo vacatura, ad eum usum ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur, & quatenus in ipsis Ecclesiis, vel non sufficiens Præbenda foret, fructus alicujus Beneficii simplicis ei uniantur; locum sibi non vin-
167 dicat in Præbenda, aut Beneficio vacante in Mense Apostolico, aut Sedi Apostolicæ quoquo modo reservato, & affecto, ex eadem prorsus ratione, quod Concilium ubi voluit Beneficia reservata comprehendere, expresse dixit, ut in aliis Decretis supra laudatis. Et ita pluries constanter resolvit Sac. Congregatio Concilii, præsertim in *Gadicen.* & *Oxomen.* de annis 1573. & 1574. quas Resolutiones in antiquo Codice Decretorum ejusdem Sac. Congregationis, sic adnotatas habeo -- *Episcopus Gadicen. declarari postulavit, an Decretum Concilii cap.* 1. *sess.* 5. *statuens, Præbendam primo vacaturam ipso facto intelligi reservatam pro munere Theologi, habeat locum in Præbendis in Mense reservato vacantibus. Sac. Congregatio die* 24. *Februarii* 1573. *censuit, non habere locum. Idem eadem Sac. Congregatio decrevit in Causa Oxomen. in qua, relatione facta, Greg. XIII. die* 4. *Maii* 1574. *Sanctitas sua voluit id scribi Nuncio Apostolico Hispaniarum, & in Litteris expresse dici, quod tempore Pii V. declaratum fuit, Concilium non comprehendere Præbendas vacantes in Mensibus reservatis. Quare ad Congregationem Generalem delata die* 17. *Maii* 1574. *cum esset consideratum, quod tempore Pii V. fuit declaratum Decretum Concilii de Præbenda Pœnitentiaria non comprehendere vacantem in Mensibus reservatis, & postea tempore Gregorii XIII. illius exemplo decisum fuisse idem de Theologali Præbenda. Congregatio censuit, etsi declaratio de Præbenda Theologali fuerit facta sub Gregorio XIII. tamen quia illa de Præbenda Pœnitentiaria facta fuit sub Pio V. dicendum in Litteris ad Nuncium, jam diu san. mem. Pium V. etiam ex sententia Congregationis Concilii declarasse cap.* 8. *sess.* 24. *de Præbend. Pœnitent. non comprehendere Canonicatus, & Præbendas vacantes in Mensibus reservatis Sedi Apostolicæ, eadem ratione Sanctiss. D. N. ex sententia ejusdem Sac. Congregationis superioribus annis declarasse cap.* 1. *sess.* 5. *quatenus de Præbenda Theologali disponit, non comprehendere eas, quæ in iisdem Mensibus reservatis vacent.* Idemque resolutum in *Bergomen.* 1. *Decembris* 1580. *& in Majoricen. de Mense Septembris* 1585. *& in Volterrana* 16. *Junii* 1591. & in *Luccorien.* 27. *Aprilis* 1595. *& in Valentina* 21. *Maii* 1596. *ad* 2. *& in Savonen.* 15. *Martii* 1601. *& in altera Savonen.* 23. *Decembris* 1623. Et cohærenter ad resolutiones præfatas *Fagnan. in Cap. Quia nulla in fin. de Magistr.* ubi etiamsi erectio fieret
a Cardinali Episcopo gaudente Indulto conferendi 168
Beneficia vigore mensium reservata, ut decrevit eadem Sac. Congregatio in dicta *Bergomen. prima Decembris* 1580. *Eminentiss. Petra in Constit. Apostol. tom.* 4. *pag.* 248. *num.* 23. *Corrad. in Prax. Beneficial. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 22. *&* 23. ubi rationem reddit quare Tridentinum non idem statuerit in erectione Præbendarum Theologalis, & 169
Pœnitentiariæ, quoad Præbendas reservatas, quod sancivit in unione Beneficiorum etiam reservatorum favore Seminarii. *Garc. de Benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 128. *& seqq. Pax Jordan. Lucubrat. Canon. lib.* 7. *tit.* 3. *numer.* 13. *Barbos. de Canon. cap.* 27. *num.* 11. *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *adnot.* 12. *§.* 1. *n.* 19. *Pignatell. tom.* 3. *consult.* 62. *n.* 25. & novissime *Rot. in Bitecten. Beneficiorum* 14. *Januarii* 1732. *§. Qua de re, coram R. P. D. Rezzonico.*

At hæc quæ diximus de prohibita erectione Præbendarum, quæ sint Apostolicæ Sedi reservatæ in Pœnitentiariam, & Theologalem, non amplius hodie locum sibi vindicant quoad similes erectiones faciendas in Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis Italiæ, Insularumque adjacentium. Agnoscens enim san. mem. *Benedictus XIII.* quod provida Concilii Tridentini dispositio in aliquibus Cathedralibus neglecta adhuc, debitæque exequutioni demandata non fuerat, hinc perpetuo valitura Constitutione, quæ incipit, *Pastoralis*, sub datum *Decimoquarto Kalendas Junii* 1725. impressa post Concilium Romanum *in Append. p.*
173. decrevit, & mandavit, *ut in Cathedralibus* 170
quibuscumque Italiæ, Insularumque adjacentium, in quibus Præbenda Theologalis hactenus instituta non fuerit, Præbenda primo vacatura post ejusdem præsentis Constitutionis publicationem, sive ad Nos, Sedemque Apostolicam, sive ad Ordinarium illius collatio, atque provisio pertineat, ipso jure, & absque ulla alia declaratione sit, ac esse censeatur Præbenda Theologalis constituta &c.
Quodque ubi *Præbenda Theologalis, computatis* 171

etiam

etiam ..., *quotidianis*, *ad annuum saltem redditum scutor. 60. ...* *non ascendat*, *pro summa ad hanc taxam conficiendam deficiente*, *iidem Episcopi unire possint*, *& ... dem Præbendæ aliquod simplex Beneficium*, *cujus supplemento prædicta summa conficiatur*, *primo vacaturum in quocumque Mense qualitercumque*, *ac quomodocumque Sedi Apostolicæ affectum*, *& reservatum &c.* ut legitur in §. *Cum itaque*, *& §. Quoniam* ejusdem Constitutionis. Et hæc, quæ de Præbenda Theologali, & Sacræ Scripturæ lectione, sancita fuerunt, extendit laudatus Pontifex, & adamussim servari voluit quoad institutionem
172 Pœnitentiarii in illis Cathedralibus, in quibus nondum fuerit institutus, ejusque honestam sustentationem, ut in eadem Constit. §. *Postremo.*

Expositis Causis, ob quas permittuntur a Concilio Tridentino fieri Beneficiorum Uniones a Regula præservatæ, prosequimur ceteras exceptiones in eadem Regula contentas. Et quinto loco exci-
173 piuntur Uniones expletæ ex causa necessaria, quales sunt illæ factæ Ecclesiis, & piis Locis ob necessitatem servitii earumdem, & ne propter redditūum tenuitatem debito servitio destituta remaneant; Quemadmodum enim a censura Regulæ sunt immunes Uniones expletæ auctoritate Concilii, ita exemptæ esse debent Uniones ex causa necessitatis factæ, cum necessitas sub lege non cadat *ad Text. in leg. Non solum §. fin. de Excusat. Cap. Licet, de Feriis, Cap. exiit de Verbor. signific. Adden. ad Gregor. decis. 419. num. 6. Adden. ad Pamphil. dec. 94. n. 13. Turricell. de Union. cap. 15. numer. 28. Kochier. ad hanc Regul. n. 17. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 29. n. 15. Rot. decis. 200. n. 2. coram Peutinger.* ubi quod
174 hæc necessitas probanda est ab allegante, *& decis. 6. coram Celso. & decis. 109. n. 17. part. 6. & decis. 206. n. 6. part. 8. & dec. 91. n. 1. part. 9. Recent.*

Et quidem hæc præcisa necessitas requiritur quoad Ecclesiam, ne propter tenuitatem redditūum deficiat, qui velit Beneficium acceptare, & Ec-
175 clesiæ inservire, non autem respectu Beneficiati, ejusque commodioris sustentationis; Uniones enim hoc solum intuitu expletas, obnoxias esse censuræ Regulæ, tradunt *Turricell. de Union. dict. cap. 15. num. 34. & seqq. & numer. 49. Lotter. dict. quæst. 29. num. 17. & seqq. Card. de Luc. de Benefic. disc. 43. & seqq. Adden. ad Pamphil. dec. 94. num. 18. & seqq. Rot. dec. 200. fere per tot. coram Peutinger. & decis. 169. n. 3. & seqq. & n. 17. coram eodem, & decis. 100. n. 3. & 4. coram Arguelles, & decis. 406. n. 8. & seqq. part. 16. & decis. 96. n. 2. & 3. cor. Celso.*

Sexto, Regula non comprehendit Uniones fa-
176 ctas in Divini cultus augumentum, *Spad. cons. 87. num. 2. lib. 2. Turricell. de Union. cap. 15. num. 37. Adden. ad Gregor. decis. 419. n. 6. Rot. dec. 89. num. 13. coram Peutinger. & decis. 124. num. 13. coram eodem, & dec. 817. num. 2. part. 12.*
177 *Rec.* Id quod locum tantummodo sibi vindicat, dummodo augumentum cultus Divini sit necessarium, itaut aliter Ecclesia debito servitio destitueretur, nam alias Regula revocatoria esset superflua, dum, ut plurimum, Uniones fieri solent pro cultus Divini augmento, *Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 29. n. 15. Turricell. dict. cap. 15. n. 42. & 49. Card. de Luc. ad Concil. disc.*
178 *8. num. 22.* ubi quod non sufficit necessitas moralis pro Ecclesiæ Majestate, & decentiori cultu, *Adden. ad Pamphil. decis. 94. n. 16. & seqq. Adden. ad Buratt. decis. 734. num. 13. Adden. ad Gregor. decis. 419. sub num. 16. Rot. coram Peutinger. decis. 169. num. 2. & seqq. & a n. 16. usque ad finem, & coram Arguelles decis. 4. numer. 19. & decis. 261. numer. 15. coram Otthoboni.*

Hinc ... stiensis, & V. mem. Cardinalis *Jesualdus* Hodecore Ecclesiæ Cath. Episcopus pro servitio, & Portiones pro duobus Presbyteris in ea erexisset figurato peritis, dictisque Portionibus in cantu univerit, & incorporaverit Beneficia; itidem ... Mensæ Capitulari alterum univerit Beneficium annui redditus ducatorum quindecim pro *faciliori duorum Cantorum manutentione*; Orta fuit controversia, an præfatorum Beneficiorum Unio, quæ ad majorem cauthelam a san. mem. *Clemente VIII.* auctoritate Apostolica approbata, & confirmata extiterat, quæque suum non fuerat sortita effectum, revocata remanserit per hanc Regulam, itaut eorumdem Beneficiorum collatio ad Sedem Apostolicam spectaret? Et pro veritate consultus a cl. me.
Cardinali *Sacripantes* san. me. Clementis XI. Pro- 179
datario, affirmative respondi, quoad Unionem Beneficii factam Mensæ Capitulari pro manutentione Cantorum; Non enim expleta dici poterat in augumentum cultus Divini ex causa necessaria, quia Canonici ipsi aut tenebantur per se canere, aut ex propriis redditibus Musicam manutenere, proindeque non resultabat ex Unione præfata tale augumentum cultus Divini, ut non esset locus Regulæ, juxta punctualem Decisionem 621. *n. 15. & 16. coram Rembold.*

Præsertim, quia non docebatur, Mensam Capitularem *Veluernen.* tunc temporis fuisse adeo redditibus destitutam, ut erogare non valuisset annuos ducatos quindecim pro manutentione duorum Cantorum, prout regulariter pertinet ad illum, qui in necessitate Dotis se fundat, & prætextu
necessitatis regulam revocatoriam evitare præten- 180
dit, concludenter evincere, *Turricell. de Union. cap. 15. n. 30. Rot. in Barchinonen. Beneficii 11. Maii 1668. §. His præmissis & 19. Novembris ejusdem anni §. Accedit, coram Rondinino.* Et in ipsa Bulla *Clementis VIII.* uniebatur Beneficium Mensæ Capitulari pro *faciliori manutentione duorum Cantorum*, & sic unio expleta fuerat non ex causa necessaria, sed pro majori commoditate Mensæ Capitularis; proindeque comprehendebatur sub Regula, quæ solum præservat Dotem necessariam,
& revocat Uniones factas augumentative, ac pro 181
faciliori, & commodiori augumento, *Turricell. de Union. cap. 15. n. 27. & 34. Card. de Luc. de Benef. disc. 43. n. 3. Adden. ad decis. 576. n. 83. & seqq. part. 4. tom. 3. Recent.* cum aliis supraallegatis.

Nec applicari dicebam conclusionem, super qua ex parte Capituli præcipue insistebatur, quod nempe non requiratur præcisa necessitas, quando Unio facta est auctoritate Concilii Tridentini; Nullibi enim Concilium Tridentinum disponit,
quod possit fieri Unio Mensæ Capitulari ex cau- 182
sa Musicæ, & Cantus; Immo data etiam tenuitate Præbendarum Canonicalium, propter quam servitium Ecclesiæ destitutum remaneat, non permittit fieri Unionem ipsi Mensæ Capitulari in genere, sed facienda est singulis Præbendis distributi- 183
ve, ut diximus supra. Eoque magis, quia Concilium non permittit supprimi, & extingui Beneficia simplicia, eorumque Titulos, sed tantum uniri Præbendis, ideoque cum in Unione, de qua agebatur, processum fuerit per viam suppressionis, quæ est extinctiva Tituli, non poterat dici facta Unio,

Unio, fervata forma Concilii, *Rot. d. decif.* 200.
n. 21. *& feqq.*
Econtra vero, eodem fenfu veritatis retento,
cenfui, revocatam non remanfiffe Unionem Bene-
ficiorum expleram favore Portionum, & revocans
vo erectæ fuerant. Regula extas in vira Pontifi-
Uniones effectum miniet in illis Unionibus, quæ
cis viventis . Annus, Præbendia, Beneficiis, aut
fium jam erectis, & in rerum natura præexi-
-4 itentibus. Sed quando Papa de novo erigit Be-
neficium, & pro illius Dote, ac fuftentatione no-
vi Beneficiati unit, & adnectit aliud Beneficium,
tunc quemadmodum cenfuræ Regulæ non fubjacet
ipfa erectio jam effectum fortita, ita nec Unio
pro Dote Beneficii noviter erecti expleta, ut dixi-
mus fupra *n.* 52. Et in terminis hujus limitationis
verfabatur quæftio; Etenim *Clemens VIII.* appro-
bando erectionem Portionum, tunc factam a Car-
dinali *Jefualdo*, pro potiori cauthela de novo ere-
185 xit, & inftituit dictas Portiones in Cathedrali,
eifque Beneficia univit; ergo ficut ipfa erectio
Portionum tunc effectum fortita non cadit fub re-
vocatione Regulæ, ita nec cadit Unio pro Dote di-
ctæ erectionis facta, utpote quia confiderari debet
acceffòria, & fine qua erectio fubfiftere minime
poterat, juxta fupradictam communiter receptam
Theoricam. Et juxta præmiffa fervatum fuit.

At quemadmodum, ut diximus, revocationi
Regulæ non fubjacet Unio Beneficiorum expleta
pro Dote alterius Beneficii, feu Dignitatis, ita po-
tiori jure fub ea non comprehenditur Unio Bene-
186 ficiorum facta pro Dote Ecclefiæ erectæ in Cathe-
dralem, ex qua erectione maximum refultat Di-
vini Cultus augumentum, ut late probat *Spad.*
confil. 87. *lib.* 2. & ibidem *Rot. in Gerunden. Unio-*
nis n. 11. *&* 12. Et de Unione facta pro erectione
187 Ecclefiæ Collegiatæ, *Rot. in Faventina Beneficii*
10. *Junii* 1707. *§. Minus*, *& §. Quemadmodum*,
cor. Reverendiff. Aldrovando. Quemadmodum fi
188 Ecclefia Parochialis erigatur in Collegiatam, &
occafione dictæ erectionis fiat Unio Beneficiorum,
ex quo Dos, quam prius Parochialis habebat, non
fit congrua, & fufficiens pro Dote Collegiatæ,
talis Unio tanquam expleta ex caufa neceffaria,
immunis eft a difpofitione Regulæ, *Adden. ad*
Gregor. dict. decif. 419. *num.* 6. *in fine*, *Turricell.*
de Union. dict. cap. 15. *n.* 43. ubi perpendit, quod
189 augumentum Cultus Divini neceffario refultat ex
erectione facta Parochialis in Collegiatam, cum
Ecclefia, cui prius inferviebatur per unum, aut
duos, poft erectionem in Collegiatam deferviatur
per plures, *Rot. decif.* 200. *n.* 19. *cor. Peutinger. &*
decif. 436. *n.* 3. *cor. Cavaler. & decif.* 1573. *n.* 24.
cor. Coccin.

190 Septimo Regula locum non habet in Unioni-
bus factis pro fundatione, Dotatione, augumen-
to, vel confervatione Collegiorum ad fidei Ca-
tholicæ defenfionem, & propagationem, bona-
rumque Artium inftitutorum, ut clare difponitur
in Regula, & cohærenter tradunt *Turricell. de*
Union. cap. 5. *n.* 55. *Vermigliol. confil.* 476. *num.* 5.
ubi de Unione facta Collegio Germanico pro fidei
propagatione, *Spad. conf.* 47. *lib.* 3. ubi de Unio-
ne Parochialis, *Mandof. ad hanc Regul. quæft.* 3. *in*
princip. Rot. decif. 411. *n.* 4. *cor. Cavalerio.*

Et quamvis *Rota* aliquando fuerit in fenfu, U-
191 niones etiam ex recenfitis caufis factas, & effe-
ctum non fortitas in vita Pontificis, qui illas exple-
vit, immunes non effe a revocatione Regulæ, per
quam folum præfervatæ cenfentur illæ, quæ factæ
fuerunt vigore Concilii Tridentini, ex relatis per
Turricell. de Union. dict. ... num. 52. *Spad.*
confil. 17. *lib.* 2. *Adden. ad Gregor. dict.*
decif. 419. *fub n.* 6. *Rot. decif.* 94. *num.* 6. *& decif.*
.. num. 5. *& coram Pamphil.* Id tamen ex eo
proceffit, quia in Regulis nonnullorum Pontificum 192
Parenthefis aperiebatur, & claudebatur in verbis
illis (*non tamen Concilii Tridentini auctoritate*)
ut legitur in Regulis Clementis VIII. & Leonis
XI. nec non Pauli V. apud *Quarant. in Sum-*
mar. Bullar. tom. 4. *pag.* 16. & Urbani VIII.
Bullar. tom. 4. *pag.* 16. & apud *Maffobr. in Prax.*
haben. Concurf. prælud. 13. *dub.* 4. *n.* 20. *&* 21. &
advertit, *Rot. decif.* 169. *n.* 14. *&* 15. *cor. Peutin-*
ger. quod per errorem in impreffione dictarum Re- 193
gularum irrepfiffe exiftimo, dum Parenthefis non
debebat effe reftricta ad verba *non tamen &c.* fed
fub ea comprehendi etiam debebant omnia fubfe-
quentia verba, *nec non pro fundatione, feu dota-*
tione &c. cum vix quifquam fibi perfuadere poffit,
quod ii Summi Pontifices voluerint, præfervando
folas Uniones factas vigore Concilii, revocare U-
niones expletas pro fundatione piorum Locorum
inftitutorum ad Fidei propagationem, & ideo ex
vitio Scriptoris id contigiffe refert *Lotter. de Re*
Beneficiar. lib. 1. *quæft.* 29. *n.* 15. *&* 16. fubdens
etiam juxta antiquas Regulas id fuiffe a Rota re-
folutum in *decif.* 411. *n.* 4. *cor. Cavaler.* Et com-
probatur ex Regulis tam antecedentibus, quam
fubfequentibus. Et quidem in antecedentibus Re- 194
gulis *Sixti V.* qui primus dicta verba addidit, ut
fupra diximus, & illis *Gregorii XIV.* nulla lege-
batur Parenthefis, fed continuato fermone difpo-
nebatur, *non tamen Concilii Tridentini auctoritate,*
necnon pro fundatione, feu Dotatione Collegiorum,
& aliorum piorum Locorum factas. Ex fubfequen-
tibus vero, quia in Regulis *Gregorii XV.* quæ ha-
bentur impreffæ apud *Quefadam*, & aliis *Alexan-*
dri VII. omniumque Succefforum Pontificum, er-
rore emendato, fub eadem Parenthefi compre-
henduntur, & excipiuntur Uniones factæ ne-
dum vigore Concilii Tridentini, fed etiam illæ,
quæ fierent pro fundatione, & Dotatione Colle-
giorum inftitutorum ad Catholicæ Fidei propaga-
tionem, quæ tanquam factæ ex caufa neceffaria
Erectionis, fine qua actus ipfe Erectionis confi- 195
ftere nequiret, fub revocatione demandata per Re-
gulam non comprehenduntur, ut de Unione fa-
cta ab eodem Clemente VIII. *Rota in dicta Fa-*
ventina Beneficii 10. *Junii* 1707. *§. Minus*, *coram*
Reverendiffimo Aldrovando.

Octavo. Locum fibi non vindicat cenfura Re-
gulæ, fi Unio Beneficiorum expleta fuerit titulo 196
permutationis, vel alio titulo onerofo, *Kochier in*
hanc Regul. fub n. 17. *Turricell. de Union. cap.* 15.
n. 53. *Maffobr. in Prax. haben. Concurf. prælud.* 13.
dub. 4. *n.* 4. *Garc. de Benefic. part.* 12. *cap.* 2. *n.*
297. *Adden. ad Buratt. decif.* 734. *n.* 14. *& decif.*
30. *n.* 12. *part.* 6. *Rec.*

Nono Regula non procedit, quando unus Or- 197
do Religioforum in totum fupprimitur, & ejus Be-
neficia alteri uniuntur, *Kochier hic n.* 17. *Gonzal.*
in Regul. 8. *gloff.* 5. *§.* 7. *num.* 43. *& feqq. Maffobr.*
dict. n. 4. *Garc. de Benefic. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 289.
in fine, *Turricell. dict. cap.* 15. *n.* 54. *Rot. decif.*
99. *n.* 22. *part.* 7. *Recent.* Quemadmodum Regu- 198
gulam non comprehendere Bona parvorum Con-
ventuum per *Innocentium X.* fuppreſſorum, & aliis
Locis piis applicata, dixit *Rot. decif.* 1273. *n.* 4.
coram Emerix Junior.

Decimo non fubjacent revocationi Regulæ Pen- 199
fiones, etiam fi perpetuo alicui Dignitati, Colle-
gio, vel Loco pio applicatæ fuerint, quia fevera
appli-

applicatio hujusmodi non importat Unionem, de qua Regula ipsa loquitur, *Paris. de Resignat. lib. 6. quæst. 2. n. 47. Turricell. dict. cap. 15. num. 59. Rot. decis. 290. n. 5. coram Emer. Jun.*

200 Postremo cessat dispositio Regulæ in Donationibus, seu Cessionibus, quas unus Locus pius Apostolica auctoritate favore alterius Loci pii expleret, dum Regula locum tantum sibi vindicat in Beneficialibus, ne fiant Beneficiorum Uniones in præjudicium Collatorum, *Rot. decis. 70. num. 7. cor. Penia.*

R E G U L A XIV.

Revocatio facultatum quibusvis concessarum.

ITem revocavit quascumque facultates concessas quibusvis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Personis, ac Prælatis, etiam utriusque Signaturæ Referendariis, nec non Apostolicæ Sedis Nunciis, ac fructuum, & proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, de dispensando cum quibusvis Personis super Matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac Natalium, & ætatis defectibus, & de incompatibilibus Beneficiis Ecclesiasticis insimul retinendis, nec non de Notariis publicis creandis, ac de disponendo quomodolibet de quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis, & alias a præmissis Officia ipsorum Nunciorum, & Collectorum directe non concernentes, etiamsi in Litteris desuper confectis sint clausulæ restitutoriæ, & derogatoriarum derogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quoad omnia, in quibus facultates ipsæ non sunt sortitæ effectum, etiamsi Nunciis eisdem dictæ Sedis Legatis de Latere competens sit concessa potestas. Decernens irritum &c.

A R G U M E N T U M.

REvocantur per Regulam quamplurimæ facultates ab Antecessoribus Pontificibus elargitæ Episcopis, Prælatis, Nunciis Apostolicis, aliisque Personis, ac etiam utriusque Signaturæ Referendariis, de quibus primum sub Benedicto XIII. mentio in Regula habita fuit, & qua ratione? Afficit Regula solum facultates tempore illius publicationis effectum non sortitas, & veluti restricta ad Dispensationes super defectu Natalium, non revocat legitimandi facultatem. Legitimatio vero semel ac est indulta, quamvis cum clausula: *sine præjudicio venientium ab intestato*, suffragatur absque ulteriori Apostolica Dispensatione, etiam pro Sacris Ordinibus suscipiendis. Nuncii Apostolici subjacent censuræ Regulæ, quamvis sint muniti facultatibus Legati de Latere, & quid dicendum de Cardinalibus ipsis de Latere Legatis? Recensentur facultates, quibus Cardinales præfati a Sede Apostolica donari solent; earum tamen vigore nec Ecclesias Parochiales in Collegiatas erigere, nec Insignia Cappæ Magnæ, & Rocchetti Canonicis Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum concedere possunt: Protonotarios vero modo indefinite, modo ad certum numerum, creare possunt, prout in facultatibus, quæ in hoc æquales esse non solent, habent. Facultas creandi Comites Palatinos a Sixto IV. DD. Riariis elargita, & creandi Protonotarios, Notarios, & Doctores DD. Comitibus Sfortiis a Paulo III. ut asseritur concessa, an sit per Regulam revocata? Sunt tamen immunes a revocatione Regulæ facultates conferendi Beneficia a Sede Apostolica Regibus impertitæ, nec non quæ ejusdem Sanctæ Sedis Officialibus competunt ratione Officiorum, quæ titulo oneroso acquisiverunt, quemadmodum & Gratiæ Locis piis concessæ. Regula hodie in nullo fere casu servatur; hinc non censentur per

per eam revocatæ facultates, quibus gaudent Vice-Legati Avenionenses, & Nuncii Hispaniarum: minusque illæ dispensandi super Matrimoniis in certis gradibus prohibitis, quæ nonnullis Nunciis, Episcopis, & Missionariis per organum Congregationis Sanctissimæ Inquisitionis impertiri solent. At vero Personæ hujusmodi, si facultate donatæ sint dispensandi in *tertio*, & *quarto* gradibus simplici, & mixto, dispensare non possunt in *secundo*, & *tertio* mixto, & an Matrimonium a Conjunctis in *tertio*, & *quarto* Consanguinitatis gradibus contractum, prævia Dispensatione super *quarto* tantum, & non obtentis Litteris declaratoriis super *tertio*, juxta *Constitutionem XIII. S. Pii V.* sit nedum illicitum, sed etiam invalidum? Qui Indulto gaudet Apostolico dispensandi in *tertio* gradu, non prohibetur super *quarto* dispensare; Dispensatio vero in *quarto* gradu concessa, non sustinetur, si contrahentes sint *tertio* conjuncti; Quemadmodum dispensandi facultas quoad certum gradum, nempe *tertium* impertita, comprehendit etiam eumdem gradum duplicatum, sed non mixtum cum *quarto*; & qui ea potitur quoad *secundum*, & *tertium* gradum, dispensare potest etiamsi uterque gradus in eodem subjecto concurrat.

SUMMARIUM.

1 *Revocat Regula facultates dispensandi super Matrimonio in gradibus prohibitis, Natalium, ac ætatis defectibus &c. Episcopis, Prælatis, Nunciis, aliisque Personis, etiam utriusque Signaturæ Referendariis ab Antecessoribus Pontificibus elargitas.*

2 *Et quid olim in antiquis Regulis decernebatur.* & n. 5.

3 *Verba illa* -- ac disponendi de quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis -- *addita Regulæ fuerunt post Innocentium VIII.*

4 *Facultas disponendi de Beneficiis Ecclesiasticis, specialem requirit mentionem, nec sub facultatibus generaliter concessis comprehenditur.*

6 *Indulta conferendi Beneficia in alienis Diœcesibus, abrogata fuerunt per Concilium Tridentinum, nec amplius hodie conceduntur.*

7 *Cardinalibus tamen elargiri solet Indultum conferendi Beneficia illarum solum Ecclesiarum, quas dimiserunt.*

8 *Et an tali casu reputentur Ordinarii, seu potius Extraordinarii Collatores?*

9 *Verba, quæ in Regula leguntur* -- etiam utriusque Signaturæ Referendariis -- *primus eidem adjecit Benedictus XIII. & qua ratione?* n. 11. & 12.

10 *Referendarii utriusque Signaturæ ex Constitutione Pauli III. Privilegio gaudent resignandi, & permutandi eorum Beneficia coram quibuscumque Episcopis, aut aliis Personis in Dignitate Ecclesiastica constitutis.*

13 *Eodem Privilegio fruuntur Sacræ Rotæ Auditores ex Constitutione Clementis VII & bonum esset, quod de ipsis quoque mentio fieret in Regula.*

14 *Verba illa Regulæ* -- & alias a præmissis Officia ipsorum Notariorum, & Collectorum &c. -- *quid importent?*

15 *Regula non revocat facultates omnes in ea expressas, sed illas tantummodo, quæ suum, tempore Antecessoris Pontificis non sunt sortitæ effectum.*

17 *Nuncius Apostolicus Venetiarum facultate potiri solet legitimandi patientes defectum Natalium.*

18 *Regula licet revocet facultatem dispensandi; non revocat tamen facultatem legitimandi.*

19 *Dispensatio super defectu Natalium differt a legitimatione; & hæc est favorabilis; illa odiosa.* & n. 24.

20 *Dispositio Regulæ L. loquentis de Dispensatione super defectu Natalium, non comprehendit Legitimationem.*

21 *Illegitimus vigore solius legitimationis promoveri nequit ad Sacros Ordines, sed indiget ulterius Dispensatione Apostolica.*

22 *Maxime si legitimatio sequuta fuerit cum clausula*, sine præjudicio venientium ab intestato.

23 *Contrarium; quod legitimatio abstergat omnem maculam provenientem ex defectu Natalium, possitque legitimatus sine ulteriori Apostolica dispensatione ad Sacros Ordines promoveri. Et redditur ratio.* n. 24.

25 *Verbum* legitimamus *importat veram, & plenariam legitimationem.*

26 *Et clausula*, sine præjudicio venientium ab intestato, *legitimationi adjecta, eam non limitat, sed solum coarctat effectum successionis, ut non præjudicet venientibus ab intestato.*

27 *Regula comprehendit Nuncios Apostolicos, tametsi facultatibus Legati de Latere munitos.*

28 *Nuncii cum facultatibus præfatis, sub generali Nunciorum vocabulo non veniunt.*

29 *Regula revocat facultates Cardinalibus ipsis Legatis de Latere impertiri solitas?* & numer. 30.

31 *Enumerantur facultates præfatæ.*

32 *Cardinalibus de Latere Legatis intra Montes non conceduntur facultates specificæ, prout illis ultra Montes, sed in eorum Legationis Brevi inferitur clausula* -- cum facultatibus opportunis.

33 *Cardinales præfati non possunt vigore dictarum facultatum Ecclesias Parochiales in Collegiatas erigere.*

34 *Minusque Canonicis Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum elargiri Insignia Cappæ Magnæ, & Rocchetti.*

Redditur ratio, quia Insignia præfata haud numerantur inter consueta, quæ solum ipsis concedere permittitur. ibid.

35 *Facultas creandi Protonotarios Cardinalibus de Latere Legatis, aliquando indefinite concessa, aliquando ad certum eorum numerum restricta fuit. Et referuntur exempla.*

36 *Privilegium creandi Comites Palatinos a Sixto IV. DD. de Riariis elargitum, an sit per Regulam revocatum?*

37 *Que-*

37 *Quemadmodum, an revocatum sit prutensum Privilegium creandi Protonotarioc, Notarios, & Doctores DD. Comitibus Sfortiis a Paulo III. concessum.*

38 *Regula non revocat fucultutec a Sede Apostolicu Regibus impertitas conferendi Beneficiu Ecclesiasticu.*

39 *Nec facultas concessu Collegio Protonotariorum de numero participantium, Militibus Piis, alisque Sedis Apostolicu Officialibus, titulo oneroso eorum Officiu possidentibuc.*

40 *Revocationi Regulæ un subjaceunt facultates in remunerationem meritorum elargitu?*

41 *Aut Gratiæ, quibus loca piu donatu fuerunt.* & n. 43.

42 Personarum *appellatione non veniunt Collegium, Universitas, & Locu inanimatu.*

44 *Regulu in nullo fere casu servatur, & tempore Alexandri VIII. actum fuit de illu a ceteris Cancellariæ Regulis expungendu.*

45 *De facultatibus, quibus olim gaudebunt Cardinales Legati Avenionenses. Remissive.*

46 *Iisdem facultatibus modo gaudent Vice-Legati Avenionenses.*

47 *Facultas creandi Protonotarios, quu gaudent Vice Legati prufati, non est ad certum Protonotariorum numerum restricta, sed ampla, & indefinitu.*

48 *Nuncii Hispaniurum facultate potiuntur dispensundi super defectu Natalium quoad Beneficia etiam curatu, Canonicatuc, & Dignitates.*

49 *Facultas dispensandi super Matrimoniis in certis gradibus prohibitis, quæ per Congregationem Sanctissimu Inquisitionis nonnullis Episcopis, Nunciic Apostolicis, & Missionariic impertitur, revocationi Regulæ non subjacet.*

50 *Nunciis Apostolicis, & Episcopis in partibus Germaniæ indulgeri solet fucultas dispensandi super nonnullis Consanguinitatic, & affinitatis gradibus, & quibus sub conditionibus?*

51 *Hujusmodi facultate gaudent etiam Episcopi Indiurum.*

52 *Nec non Episcopi, & Vicarii Apostolici in Hiberniu.* & n. 79.

53 *Quemadmodum Missionarii Germuniæ, Hungariæ, Poloniæ, Flandriæ, aliarumque Regionum, quac incolunt Hæretici.*

54 *Ac itidem Missionarii in Anglia, Scotia, & Hibernia.*

55 *Episcopi Insulu Corsica, quu olim gaudebant Apostolica facultate dispensandi super certis gradibus; & quomodo de præsenti facultas præfata iisdem impertiri soleat?* & n. 56.

57 *Nuncii Apostolici, Episcopi, aliique fucultute gaudentec dispensandi in* tertio, *&* quarto *gradibus simplici, & mixto, dispensare non possunt in* secundo, *&* tertio *mixto.*

58 *Refertur per extensum declaratio a Curdinali Carpineo sub Clemente X. super hoc edita.*

59 *Sicque pluriec etiam resolutum u Congregatione Sanctissimæ Inquisitionic.*

60 *Matrimonium contractum a Conjunctis in* tertio, *&* quarto *gradibus, prævia dispensutione super* quarto *tantum, & non obtentis Litteris declaratoriis super* tertio, *juxtu Constitutionem XIII. Sancti Pii V. est nullum, & irritum.*

Et redduntur rationes. n. 61. 62. & 63.

*Constitutio prufata S. Pii est una ex Regulis Cuncellariu, quæ vocantur secunda editio*nic. dicto num. 61.

64 *Contrarium, quod Matrimonium præfutum, nullis etiam obtentis Literis declaratoriis super non obstuntia gradus propinquioris, sit validum, licet illicitum. Redditur ratio, & respondetur Constitutioni Sancti Pii.* n. 65. & 66.

67 *Et itu pluries u Sacru Congregatione Concilii resolutum.* & n. 68.

69 *Qui ex Apostolico Indulto fucultate gaudet dispensandi super grudu superiori, nempe tertio, potest super inferiori* quarto *videlicet dispensare.*

Redditur ratio, quia facultas dispensandi super aliquo gradu alicui elargitu, favorabilis est, lateque interpretandu. n. 70.

71 *Amplia, ut valida sit etiam dispensatio super* quarto *gradu de facto impertita, quamvis Contrahentes* tertio *tantum sint conjuncti. Et redditur ratio.*

72 *Contrarium, quiu dispensutio stricti juris est, & tantum valet, quantum sonut.*

73 *Dispensandi fucultas, quoad certum gradum impertita, comprehendit etiam eumdem gradum duplicutum.*

74 *Dispensatio tamen super certo gradu concessa, non sustinetur, si Contrahentes sint eodem gradu duplicato conjunctu.*

75 *Facultate gaudens dispensandi in* secundo, *&* tertio *gradibus, non prohibetur dispensare, quamvis uterque gradus in eodem subjecto concurrat.*

76 *Redditur ratio, quia in materia favorubili sub gradu simplici continetur mixtus.*

77 *Qui tamen potestatem habet dispensundi in certo gradu, nempe* tertio *non potest dispensare, si gradus ille sit mixtus cum* quarto.

IN hac Regula, quæ de antiquissimis Regulis Curiæ est, revocantur facultates a Sede Apostolica concessæ Patriarchis, Episcopis, ac aliis Personis, & Prælatis, etiam utriusque Signaturæ Referendariis, nec non ejusdem Apostolicæ Sedis Nunciis, de dispensando super Matrimonio in gradibus prohibitis, Natalium, & ætatis defectibus, incompatibilitate Beneficiorum, nec non creandi Notarios, ac disponendi quomodolibet de quibusvis Beneficiis Ecclesiasticis, aliæque facultates earumdem Personarum Officiũ directe non concernentes. 1

Priscis temporibus Regula solum revocabat facultates dispensandi super gradibus prohibitis, defectu Natalium, Beneficiorum incompatibilitate, & super creandis Notariis, ut legitur in Regulis *Innocentii VIII.* super quibus Glossas edidit *Sotuc*, sed postea addita fuerunt verba - *ac disponendi de quibusvis Beneficiis Ecclesiasticic* - quorum verborum effectus magnus est, quia facultas hujusmodi tanquam longe diversa ab aliis in Regula specificatis, illius censuræ obnoxia non erat; Non enim facultas disponendi de Beneficiis Ecclesiasticis sub aliqua generali facultate comprehensa censetur, *Mandos. hic quæstion. 2. & Kochier sub n. 10.* 2 3 4

Quintimo in Regulis *Julii III., Pii IV., Sancti Pii V. & Gregorii XIII.* revocabantur Indulta, *& fucultates quibusvis Curdinulibus, aut aliis Personis de quibusvis Beneficiis certurum Civitatum, & Diœcesum, in quibus ipsi non erant, nec unquam fuerant veri ordinarii Collatores, sed de ipsorum Ordinariorum consensu, aut etiam sine eorum consensu, seu Sede Episcopali, seu Archiepiscopali vacante disponendi, aut perpetuoc, seu temporales, qui etiam eisdem Cardinalibus, aut Personis hujusmodi Beneficia conferrent, vel commenda-* 5

*rent deputandi, aut ipsi Vicarii per Romanos Pon-
tifices Prædecessores suos deputati fuissent etiam pe-
rinde, ac si vero, & non ficte sibi ordinarii Col-
latores essent, ac etiam cum Decreto, quod disposi-
tiones de eisdem Beneficiis absque eorum Cardina-
lium, vel Personarum consensu etiam per Sedem
Apostolicam factæ nullius essent roboris &c.* Et per
hæc verba reducebantur ordinarii Collatores ad
suum primævum statum, removendo impedimen-
ta, & obstacula, ut animadvertit *Mandos. hic
quæst. 4. & Kochier n. 10.* Verum verba præfata uti
superflua omissa postea fuerunt, cum Indulta con-
6 ferendi Beneficia in aliena Diœcesi amplius non
concedantur, veluti abrogata per Concilium Tri-
dentinum *Sess. 24. cap. 19.* & diximus in *Commen-
tar. in Regul. IX. §. 2. n. 28.* Quemadmodum nec
similes Vicarii hodie amplius deputantur, & solum
7 Cardinalibus elargiri solet Indultum conferendi Be-
neficia illarum Ecclesiarum, quas dimiserunt, &
8 post quas dimissiones, licet quoad Beneficiorum
collationes adhuc eos veros Ordinarios remanere
contendant, *Card. de Luc. de Benefic. disc. 31.* a-
liique de quibus meminimus in *Commentar. in Re-
gulam II. §. 3. n. 412.* illorum tamen sententiam
non subsistere plene ostendimus in eodem *Commen-
tar. dict. §. 3. a n. 412. & seqq.*

Verba itidem illa, *etiam utriusque Signaturæ
9 Referendariis*, quæ in Regula leguntur, addita
fuerunt a *san. mem. Benedicto XIII.* Cum enim
Referendarii ex *Pauli III. Constitutione* in ordine
XXIII. §. 20. ab *Alexandro VII.* generaliter con-
10 firmata, facultatem haberent disponendi de suis
Beneficiis per viam Resignationis, & Permutatio-
nis coram Ordinariis, vel aliis in Dignitate Ec-
clesiastica constitutis, & alias in controversiam re-
vocatum fuisset, an hujusmodi Privilegio deroga-
tum esset per hanc Regulam, quæ loquitur de
Patriarchis &c. & aliis Personis, ac Prælatis; hinc
11 quamvis emanasset resolutio contra Referendarios,
qui numquam hoc usi fuerunt Privilegio, nihilo-
minus in Congregatione habita pro conficiendis
juxta morem Cancellariæ Regulis, opportunum
12 visum fuit Regulæ addere, *ac etiam utriusque Si-
gnaturæ Referendariis* ad effectum præcidendi im-
posterum quamcumque ambigendi rationem super
dicti Privilegii revocatione.

Ex eadem ratione facienda quoque esset mentio
13 in Regula de *Sacræ Rotæ Auditoribus*, cum & ipsi
ex Constitutione *Clementis VII. la III. §. 5.* de
qua meminit *Saravia de Adjunctis quæstion. 35.
§. 5. vers. Sextum*, eodem gaudeant Privilegio, ut
possint resignare, vel permutare quæcumque Be-
neficia coram Ordinariis, aut Personis in Digni-
tate Ecclesiastica constitutis, quod tamen Privi-
legium, numquam ceteroquin in usum deductum,
a revocatione Regulæ non est immune.

Quid autem sibi velit Regula in verbis illis --
14 *Et alias a præmissis Officia ipsorum Nuntiorum,
& Collectorum directe non concernentes* -- quæ ni-
mis ambigua videntur, explicat *Mandos. hic quæst.
3.* ut scilicet earum sensus sit, quod Regula re-
vocet non solum facultates supra expressas, sed e-
tiam alias ultra præmissas non concernentes dire-
cte Officium ipsorum Nunciorum, & Collecto-
rum, & intelligit verbum *directe*, idest proprie,
principaliter, & immediate.

Non revocat tamen Regula omnes facultates per
ipsam expressas, sed eas tantummodo, quæ viven-
te Prædecessore Pontifice suum non sint sortitæ ef-
15 fectum; hinc si quis Apostolico gaudeat Indulto
dispensandi cum decem Personis, aut creandi de-
cem Protonotarios, & cum octo dispensaverit,
vel octo Protonotarios creaverit, censetur solum
revocata facultas, quoad dispensandum cum aliis
duabus Personis, vel creandi alios duos Protono-
tarios, firmis tamen remanentibus actibus effectum
jam sortitis, ut firmat *Sotus in hanc Regulam n. 5.
& seqq.* ubi alia tradit exempla.

An autem, ex quo Regula revocat facultatem 16
dispensandi super defectu Natalium, censeatur e-
tiam revocare facultatem legitimandi? Actum fuit
de hoc articulo in Sacra Congregatione Concilii
in *Veneta, seu Arben. Dispensationis* de anno 1709.
Cum enim Nuncius Apostolicus Venetiarum fa- 17
cultate munitus *legitimandi patientes defectum Na-
talium, & Natalibus restituendi*, commisisset E-
piscopo *Arben.* ut *Marinum Bezzi* Clericum *Ar-
ben.* in minoribus Ordinibus constitutum, & de-
fectum Natalium ex soluto, & soluta patientem,
ad *legitimitatem, & reconciliationis gratiam obti-
nendam admitteret*, & hujusmodi facultatis vigore
Episcopus præfatus illum ad Sac. Ordines promo-
visset, orta subinde fuit dubitatio, an Nuncius
præfatus facultate gauderet dispensandi ad effe-
ctum, ut illegitimus ad Sacros Ordines promove-
ri posset; Et licet pro negativa proponeretur dis-
positio hujus Regulæ, qua revocantur facultates
Nunciis concessæ de dispensando super Natalium,
& ætatis defectibus, motivum nihilominus reje-
ctum fuit, Dubioque proposito die 27. Aprilis e-
jusdem anni -- *An constet de legitima dispensatione*: 18
responsum fuit *Affirmative*; Et merito, quia Re-
gula revocat facultatem dispensandi, non legiti- 19
mandi, quæ sunt res valde diversæ, cum illa sit
odiosa, hæc favorabilis, ut dicemus infra in *Com-
mentar.* in *Regul. L.* & in terminis hujus Regu-
læ advertit *Menoch. consil. 112. num. 50.* ibi -- *In-
nocentius VIII. hac sua Regula Cancellariæ solum
revocat facultatem dispensandi, non autem legiti-
mandi; atqui magna est differentia inter legitima-
tionem, & dispensationem &c.* Et in affinibus ter- 20
minis *Regulæ L.* loquentis de Dispensationibus su-
per defectu Natalium, quod non comprehendat
Legitimationem, dicemus infra in *Commentar. in
eamdem Regulam.*

Opponebatur etiam in dicta causa *Veneta, seu
Arben.* quod legitimatio ab Episcopo *Arben.* elar-
gita Clerico *Bezzi* vigore potestatis sibi factæ a
Nuncio Venetiarum, suffragari non poterat pro
Sacris Ordinibus suscipiendis per ea, quæ tradit 21
Majol. de Irregularit. lib. 1. cap. 8. n. 4. & seqq.
Maxime, qui tam in facultate Apostolica dicto
Nuncio elargita, quam in Litteris ab eo directis 22
Episcopo *Arben.* aderat clausula, *sine præjudicio
venientium ab intestato*, quæ legitimationem coar-
ctabat ad solum casum successionis.

Sed hæc pariter oppositio parvipensa fuit, quia
Pontifex, vel alter ab eo facultatem habens, ali- 23
quem legitimando, omnem ab eo maculam ex
defectu Natalium provenientem abstergit, ipse-
que legitimatus absque ulteriori Apostolica dispen-
satione potest ad Sacros Ordines promoveri, pe-
rinde ac si legitime natus fuisset, ut quidquid
dixerit *Majolus*, est recepta apud omnes senten-
tia, de qua præceteris *Garc. de Benefic. part. 7.
cap. 2. num. 45. & seqq. Molin. de Justit. & Jur.
tom. 1. Tract. 2. disput. 173. column. 633. Fer-
mosin. de Offic. & Sacr. Eccles. tom. 2. pag. 198.
a n. 15. & seqq. & pag. 207. Pirhing. in Jus Ca-
non. lib. 1. tit. 17. de Filiis Presbyter. n. 4. & 5. sub
num. 24. Pignatell. tom. 1. consult. 21. n. 5. Sancta-
rell. resolut. 42. n. 18.* Ea enim inter legitimatio-
nem, & dispensationem viget præ ceteris discrimi-
nis ratio, quod legitimatio habilitat illegitimum ad 24
omnia

omnia jura universaliter, a quibus de jure scriptn
repellebatur; Dispensatio vero solum ad quædam
jura reddit habilem illegitimum, ut præter mox
laudatos Doctores tradunt *Passerin. de Elect. cap.*
25. n. 306. Rodriguez quæst. Regular. tom. 1. quæst.
13. art. 10. versic. Pro hujus.

Ex quo vero tam 10 facultatibus Nuncio elar-
gitis, quam in Litteris ipsis ab eodem Episcopo
Arben. directis adesset clausula, *sine præjudicio*
venientium ab intestato, inferri rite non poterat ad
restrictionem Legitimationis ad solum casum suc-
25 cessionis. Siquidem verbum *Legitimamus* veram,
atque plenariam legitimationem imponat, itaut
filius in amplissima forma censeatur Natalibus re-
stitutus, *Rot. decis. 35. n. 1. & seqq. part. 8. Re-*
cent. Clausula vero *sine præjudicio &c.* non limitat
legitimationem, sed limitat successionem, itaut
26 ex pluribus effectibus a legitimatione provenien-
tibus, effectus successionis sit limitatus, & restri-
ctus, ut præjudicium non irroget venientibus ab
intestato, *Rot. coram Gregor. decis. 201. num. 6.*
& seqq. & ibidem Adden. n. 11. & decis. 35. n. 6.
& seqq. part. 8. Recent. Et dari potest vera legiti-
matio, quæ effectum successionis habeat limitatum.
Ex quo sequitur, quod licet per clausulam præfa-
tam limitetur effectus successionis, non tamen tol-
luntur reliqui effectus, qui ex plenaria legitima-
tione sequuntur, & inter quos recensetur ille susci-
piendi Ordines Sacros absque alia Apostolica dis-
pensatione.

Ceterum comprehenduntur sub censura Regulæ
27 Nuncii Apostolici, etiam cum potestate *Legati de*
Latere, ut apposite legitur in fine ejusdem Regu-
læ. Cum enim in principio ser no solum haberetur
de Nunciis, oriri poterat difficultas, an disposi-
tioni Regulæ subjecti quoque essent ii, qui facul-
28 tatibus Legati de Latere potiuntur, quique sub
generali Nunciorum vocabulo non veniunt, ut in
proposito observat *Gambar. de Offic. Legat. lib. 9.*
n. 17. seqq.

Quæstio tamen est, an Regula afficiat Cardi-
29 nales ipsos Legatos de Latere? Et affirmative re-
spondit *Rot. decis. 238. 251. & 252. part. 2. Di*
versorum, in quarum themate agebatur de facul-
tate concessa Cardinali de Latere Legato creandi
Comites Palatinos, & resolutum fuit, facultatem
hujusmodi fuisse per Regulam revocatam. Con-
trariam tamen sententiam tuetur *Mandos. hic quæst.*
30 9. ubi asserit ita ipsam in Rota obtinuisse in una
Asloricen. coram Achill. de Grassis. & conferunt
tradita per *Gamber. de Offic. Legat. lib. 9. n. 17.*
& seqq. Et hæc *Mandosii* sententia constanter in
praxi servatur.

At quoniam sermo incidit de facultatibus, quas
Apostolica Sedes elargiri solet Cardinalibus de La-
tere Legatis, non injucundum erit eas hic recen-
31 sere, cum non omnibus datum sit illas inspicere;
dictarumque facultatum seriem depromsimus ex
Brevi clar. mem. *Card. Chisii* ab *Alexandro VIII.*
ejus Patruo ad *Ludovicum XIV.* Gallorum Regem
de Latere Legati anno 1664. impresso apud *Dou-*
jat. in Specim. jur. Gallici tom. 1. part. 3. pag. mi-
hi 63. n. 40. & est quæ sequitur.

I. Visitandi, & reformandi Cathedrales Colle-
giatas, Regulares, etiam exemtas Ecclesias, Ho-
spitalia, Collegia & Universitates, juxta Sacros
Canones, & Decreta Concilii Tridentini.

II. Constitutiones, Consuetudines, & mores
mutandi, vel Constitutiones de novo edendi, vel
jam editas promulgandi, & confirmandi, dum-
modo Sacris Canonibus, & Concilio Tridentino
non adversentur.

III. Tollendi abusus.

IV. In Personas sæculares, & Regulares, e-
tiam Mendicantes delinquentes, inquirendi, eas-
que puniendi, & ad honestæ vitæ modum, redu-
cendi, & reformandi.

V. Contra inobedientes, Falsarios, Usurarios,
Raptores, Incendiarios, & alios criminosos, eo-
rumque fautores inquirendi, procedendi, & pu-
niendi.

VI. Cognoscendi, & terminandi Causas Cri-
minales, Civiles, Matrimoniales, Beneficiales
meras, & mixtas, præter quam in prima Instan-
tia, & nisi per Appellationem ab irreparabili gra-
vamine.

VII. In Causis Appellationum sine strepitu, &
figura Judicii procedendi, & terminis substantia-
libus unico contextu servatis.

VIII. Facultas procedendi per Edictum, &
sub Censuris.

IX. Contra inobedientes Censuras & pœnas
aggravandi, Interdictum apponendi, & Brachii
sæcularis auxilium invocandi.

X. Delegandi Causas, præter quam in prima
Instantia.

XI. Concedendi restitutionem in integrum ad-
versus res judicatas, & contractus prout de jure.

XII. Relaxandi Juramenta ad effectum agendi.

XIII. Absolvendi a Censuris, satisfacta parte,
& Judice, prout de jure.

XIV. Absolvendi, & dispensandi homicidas e-
tiam voluntarios, Sacrilegos, Simoniacos, & Per-
juros: eosque, qui Bellis interfuerint, quique ma-
nus violentas in Clericos, non tamen Episcopos,
vel Superiores Prælatos injecerint.

XV. Eos absolvendi, qui horas Canonicas non
recitaverint, qui ad Ordines intra tempus requisi-
tum se promoveri non fecerint; qui ante legiti-
mam ætatem, vel sine Dimissoriis, aut extra tem-
pora per saltum, vel alias male promoti fue-
rint.

XVI. Qui Beneficia incompatibilia, aut alias
indebite detinuissent, & fructus indebite percepis-
sent.

XVII. Item eos, qui quodcumque Carnis pec-
catum perpetraverint.

XVIII. Nec non Falsarios Litterarum, & sup-
plicationum Apostolicarum, Usurarios, Incendia-
rios, & alios quoscumque criminosos in his quæ
pertinent ad Forum Ecclesiasticum.

XIX. & XX. (a) Homicidas voluntarios,
Simoniacos quoad Ordines, & falsarios, Altaris
ministerio perpetuo excludendo, Promotos ante
legitimam ætatem suspendendi, & quoad Simo-
niacos in Beneficiis, Beneficiis ipsis realiter di-
missis.

XXI. Et quoad detinentes Beneficia incompa-
tibilia, aut alias indebite, illis pariter dimissis, &
fructibus male perceptis vel restitutis Ecclesiæ,
vel in pauperes erogatis, vel ipsis impetrantibus
in toto, vel parte remissis: & quoad Usurarios
facta prius restitutione.

XXII. Dispensandi super irregularitate quoad
Ordines, & Beneficia, prætetquam ex homicidio
voluntario, Simonia reali, & Bigamia, cum pa-
tientibus defectum Natalium, præterquam ex Pres-
bytero, & cum corpore vitiatis, dummodo non
adsit tanta deformitas, ut scandalum generet in
Populo.

(a) Restrictivæ apponendæ quando cum prædictis dispensatur.

XXIII. Iohabilitatem, & infamiæ maculam tollendi.

XXIV. Abſolvendi Apoſtatas ab Ordine, ſeu Religione; poſtquam ad Ovile redierint: & ad Ordines pares, vel ſtrictiores transferendi, & diſpenſandi cum iis ſuper irregularitate.

XXV. Abſolvendi a caſibus tum ordinariis, quam Sanctæ Sedi reſervatis, etiam in Bulla Cœnæ, exceptis caſibus Hæreſis, Schiſmatis, & injectionis manuum in Epiſcopos, & Superiores Prælatos.

XXVI. Concedendi facultatem ſe promovendi extra tempora cum clauſulis ſolitis.

XXVII. Diſpenſandi cum Conſanguineis, & Affinibus in ſecundo, ac tertio mixto, vel tertio, aut quarto ſimplici, vel tertio, aut quarto mixto, cum iis, qui Matrimonium de facto ſcienter, vel ignoranter de præterito, ſive hactenus contraxerunt, ac etiam conſumarunt.

XXVIII. Diſpenſandi in quarto ſimplici, vel duplici cum aliis Perſonis, quæ Matrimonium invicem contrahere cupiunt in futurum cum cauſa, ſive pro ejus arbitrio, & ſine ulla cauſa, ac etiam ſuper impedimento publicæ honeſtatis Juſtitiæ, ubi ſponſalia dumtaxat, non tamen malitioſe interceſſerint.

XXIX. Diſpenſandi ſuper Cognatione ſpirituali de contracto tantum, oon tamen inter levatum, & levantem.

XXX. Ac etiam ſuper Impedimento Criminis, nemine machinante.

XXXI. Conferendi omnia Beneficia Eccleſiaſtica, etiam reſervata, vel affecta, cum cura, & ſine cura Sæcularia, & Regularia, *extra Curiam* intra limites Legationis, ſeu locorum ad quæ declinare contigerit, vacantia, quorum fructus viginti quatuor ducatos auri de Camera non excedunt: Exceptis Dignitatibus majoribus poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principalibus in Collegiatis. Et dummodo Beneficia non ſint affecta ex capite *familiaritatis Sanctiſſimi*, ſeu alicujus *Cardinalis viventis*.

XXXII. Commendandi Beneficia Regularia, quorum fructus viginti quatuor ducatos non excedant, commendari ſolita, vel ceſſante Commenda de illis antea ad vitam facta.

XXXIII. Verum & ultimum vacationis modum pro expreſſo habendi.

XXXIV. Penſiones Apoſtolica auctoritate reſervatas, ſeu reſervandas, de conſenſu partium, etiam anticipata ſolutione, caſſandi.

XXXV. Confirmandi Concordias licitas, & ſupplendi defectus.

XXXVI. Erigendi in Cathedralibus, & Collegiatis Canonicatus, Dignitates, Adminiſtrationes, & Officia.

XXXVII. Erigendi Monaſteria, & quæcumque Beneficia cum omnibus Juriſdictionibus, & Inſigniis conſuetis. Hoſpitalia, & alia loca Religioſa; Et in hujuſmodi erectis Beneficiis Jus patronatus reſervandi.

XXXVIII. Concedendi facultatem condendi Statuta licita tamen, & honeſta.

XXXIX. Concedendi facultatem alienandi Bona Eccleſiaſtica, non tamen juriſdictionalia, nec valorem decem ducatorum excedentia, ſeu concedendi in Emphiteuſim ad tertiam generationem, non tamen conſanguineis, vel affinibus.

XL. Concedendi ad biennium facultatem percipiendi fructus in abſentia (noo tamen Diſtributiones) cauſa ſtudii, dummodo infra trigeſimum annum ſint conſtituti.

XLI. Creandi Protonotarios, & Acolytos, vel Cappellanos ad quemcumque numerum.

XLII. Creandi Tabelliones ad libitum.

XLIII. Concedendi licentiam celebrandi in Oratorio privato cum nonnullis clauſulis.

XLIV. Celebrari faciendi in locis interdictis, januis clauſis, & cum aliis reſtrictivis.

XLV. Concedendi facultatem veſcendi Lacticiniis, & Carnibus diebus prohibitis.

XLVI. Commutandi Vota, quinque exceptis.

XLVII. Concedendi facultates teſtandi Prælatis, & aliis Eccleſiaſticis juxta formam in Quinterno Cancellariæ adnotatam.

XLVIII. Prorogandi tempus Exequutoribus ultimarum voluntatum præfixum.

XLIX. Commutandi ultimas voluntates in alios pios uſus quoad Bona, quorum redditus valorem annuum viginti ducatorum non excedant.

L. Coocedendi Indulgentiam plenariam in una Feſtivitate, & pro una vice.

LI. Viſitantibus ſemel annis ſingulis aliquam Eccleſiam, decem annos, & totidem quadragenas.

LII. Abſolvendi a Cenſuris, ut gratiæ concedendæ ſuum ſortiantur effectum.

LIII. Vices ſuas in omnibus præmiſſis, ſive ſingulis committendi.

LIV. Exequutores delegandi.

LV. Mandata, & Monitoria, etiam ſub Cenſuris decernendi.

LVI. Quod poſſit uti his facultatibus eundo, ſtando, & redeundo in quibuſcumque locis, ad quæ declinare contigerit, etiam cum alienigenis, & familiaribus abſque præſentium inſertione ſeu exhibitione.

Sciendum tamen eſt, quod facultates hujuſmo- 32
di ſpecifice indulgentur Cardinalibus de Latere Le-
gatis ultra Montes; Cardinalibus vero de Latere
Legatis citra Montes conceditur Breve munitum
cum clauſula, cum *facultatibus ſolitis*, & *conſue-*
tis, inter quas licet recenteantur, tum illa *erigen-*
di novas Dignitates, & *Canonicatus in Cathedra-*
libus, & *Collegiatis*, tum altera *erigendi Benefi-*
cia cum Inſigniis conſuetis, non exinde Cardina- 33
libus iiſdem permiſſum erit, vel Eccleſias Paro-
chiales in Collegiatas erigere, vel Cathedralium,
Collegiatarumque Eccleſiarum Canonicis Inſignia 34
Cappæ Magnæ, & Rocchetti elargiri, cum Inſi-
gnia præfata inter conſueta non recenſeantur. Hinc
cum cl. mem. Cardinalis *Carolus Barberinus* anno
1702. a ſan. mem. Clemente XI. ad Invictiſſimum
Philippum V. Hiſpaniarum Regem Neapoli tunc
temporis degeotem de Latere Legatus, Eccleſiam
quandam in Collegiatam erexiſſet, & Cappæ Ma-
gnæ, nec non Rocchetti Inſignia Capitulo Cathe-
dralis Eccleſiæ Puteolanæ elargitus fuiſſet, agnitus
Romæ fuit exceſſus, & ex prudentialibus motivis
toleratus; Verum cum *Eminentiſſ. D. Cardinalis*
Imperiali anno 1711. ab eodem Pontifice cum ſi-
mili prærogativa ablegatus fuiſſet ad Carolum III.
certior redditus fuit nomine Pontificis, quod vigo-
re ſuarum facultatum nec ad Collegiatarum ere-
ctionem, nec ad Inſignia præſata coocedenda de-
venire poterat.

Sed circa facultatem creandi Protonotarios Car-
dinalibus Legatis de Latere imperiri ſolitam, non
eadem fuit Apoſtolicæ Sedis obſervantia, dum a- 35
liquando eam conceſſit indefinite, ut quotquot
eis placuerit Protonotarios creare valuiſſent; Sic
eam ſan. mem. *Paulus III.* anno 1547. indulſit
Hierooymo Cardinali *S. Georgii in velo aureo* ad
Regem

Regem Christianissimum, & Regnum Galliarum
Legatum de Latere misso, ut ex illius facultatibus
apud *Doujat. in Specim. Jur. Gallic. tom. 1. part.*
3. pag. mihi 18. Sicque similiter eam obtinuit Car-
dinalis *Chisius*, ut legitur in supradicto Elencho
suarum facultatum *num. XLI.* Aliquando vero eam
ad certum numerum restrinxit, pront viginti qua-
tuor tantummodo Protonotarios creandi faculta-
tem impertitus fuit, tum san. mem. Paulus V.
Cardinali de *Jojosa* Apostolicæ Sedi de Latere Le-
gato ad *Henricum* Regem Christianissimum pro
solemnitatibus, & Ceremoniis celebrandis in Bap-
tismate ejus filii Primogeniti, tum san. mem. *Cle-*
mens IX. Cardinali *de Vendome* anno 1668. ad
Ludovicum XIV. Regem Christianissimũ pari præ-
rogativa pro eadem erga filium suum Primogeni-
tum sollemnitate celebranda. Et san. mem. *Cle-*
mens XI. tam clar. mem. Card. *Carolum Barberi-*
num ad Philippum Hispaniarum Regem, quam
Eminentiss. D. Cardinalem *Imperiali* ad Carolum
III. a Latere Legatos, duodecim tantummodo Pro-
tonotarios creandi facultate donavit.

36 Fuit itidem olim in controversiam revocatum,
an facultas a Sixto IV. concessa DD. *de Riariis*
creandi Comites Palatinos, revocata remanserit
per hanc Regulam a Successore Pontifice Inno-
centio VIII. editam. Et pro revocatione plene scri-
psit *Menach. cons.* 112. *& cons.* 113. *lib.* 2. Sed ab
hujusmodi indagine meino abstinemus, ne præ-
nobilia familiæ jura delere, aut turbare me dicant,
sive in dubium revocare possessionem, in qua a
sæculis reperiuntur creandi publice, & palam Co-
mites prælatos.

Sed quod attinet ad Privilegium, quod DD.
37 Comites *Sfortii* fatentur, eorum familiæ elargitum
fuisse a san. mem. Paulo III. creandi Protonota-
rios, Notarios, & Doctores, quodque tamen
numquam exhibitum fuit, nec ob plures adhibi-
tas diligentias unquam reperiri valuit, decisum
fuit in Congregatione Datariæ de anno 1703. fuisse
illud per hanc Regulam revocatum, ut diximus
in *Comment. in Regul.* 1. §. 4. *n.* 139.

At vero Regula non comprehendit facultates a
38 Sede Apostolica Regibus elargitas conferendi Be-
neficia Ecclesiastica; indigent enim Reges ob exi-
mism eorum prehemminentiam speciali mentione,
nec sub quarumcumque Personarum nomine com
prehenduntur, *Mandos. hic quæst.* 41. & conferunt
quæ dicemus infra *in Commentar. in Regulam XLII.*
Quemadmodum nec revocat facultates, quibus
39 gaudent Milites S. Petri, Protonotarii Apostolici
de numero participantium, aliique Officiales cre-
andi Doctores, & Notarios, ac dispensandi su-
per defectu ratione Natalium, aliisque prærogati-
vis ex Privilegio Apostolico illis competentibus;
Sunt enim facultates præfatæ concessæ vigore con-
tractus, & pacti ratione pretii soluti in emptione
Officiorum, ut testando de observantia, conclu-
dit *Mandos. hic quæst.* 7. ubi etiam, an Regulæ re-
40 vocatio comprehendat facultates in remunerationem
concessas, *Menoch. cons.* 112. *n.* 54. *& seqq.*

Non revocari itidem per Regulam gratias con-
41 cessas Loco pio, & sic corpori inanimato, nempe
Fabricæ S. Petri de Urbe, firmavit *Rot. decis.* 42.
part. 3. *coram Verallo*, ubi quod ita etiam fuit de-
cisum in una *Hispalen. Matrimonii coram Guido-*
bono. Et ratio esse videtur, quia Regula loquitur
de Personis, quorum appellatione non venit Col-
42 legium, Universitas, vel locus inanimatus, *l.*
Metus §. Animadvertendum ff. de eo quod met. caus.
Et si Papa voluisset revocare facultates Locis piis
elargitas, utique id in Regula expressisset, quem-
admodum expressit particulares Collectores, &
Nuncios Sedis Apostolicæ, argum. *Text. in leg.*
Unic. §. Sin autem Cod. de Caduc. tollen. cap. ad
audientiam, de Decimis. Verum sententia hæc in
terminis Regulæ, quidquid sit de observantia,
suas patitur difficultates, ex iis quæ dicemus *in* 43
Commen. in Regulam sequentem.

In principio Pontificatus *san. mem. Alex. VIII.*
cum de more habita fuisset Congregatio pro novis
Cancellariæ Regulis edendis, existimabant non-
nulli ex iis, qui eidem Congregationi interfue-
runt, quod superfluum erat Regulam hanc inter
ceteras inserere, ex quo in nullo fere casu servatur,
non obstantibus amplissimis clausulis, quibus ipsa 44
munita reperitur; Sed placuit Pontifici nihil inno-
vare, & Regulam in suis terminis relinquere.

Et revera qui Sedis Apostolicæ indulgentia fa-
cultatibus in Regula recensitis potiuntur, iisdem
promiscue absque nova concessione Pontificis Suc-
cessoris utuntur. Sic Vice Legati Avenionenses,
qui gaudent prærogativis, & facultatibus, quibus 45
olim fruebantur Cardinales Legati, quasque recen-
set *Tondut. Resolut. Benef. part.* 3. *cap.* 200. earum-
dem facultatum renovatione non indigent post ejus-
dem Regulæ renovationem, sed ut prius Beneficia 46
conferunt, super defectibus ætatis, & Natalium,
super Beneficiorum incompatibilitate, & super non-
nullis Consanguinitatis, vel Affinitatis gradibus
dispensant, & Protonotarios Apostolicos creant.

Sed quoad facultatem creandi Protonotarios fuit
alias in dubium revocatum, an ea sit ampla, & 47
indefinita, seu potius restricta ad certum numerum
Protonotariorum? Et gaudere Vice-Legatum A-
venionensem facultate creandi quotquot Protono-
tarios sibi placuerit resolutum fuit anno 1712. in
Causa *Romana Beneficiatus S. Petri* inter *Datariam*
Apostolicam, & *R. P. D. Palagium* ejusdem Basili-
cæ Canonicum, a Congregatione particulari, cui
interfuerunt cla. me. *Cardinalis Sacripantes Pro-*
Datarius, *& RR. PP. DD. Corradinus, Ansaldus,*
Lancetta, Aldravandus, Ansideus, & Becchettus
Sub Datarius.

Nunciis iisdem Apostolicis cum facultatibus Le-
gati de Latere creatis, regulariter impertiri solet
facultas dispensandi super defectu Natalium quoad
Beneficia, & Ordines, prout ea gaudere Nuncios
Hispaniarum, etiam quoad Canonicatus, Digni- 48
tates, & Beneficia Curata, tradunt *Corrad. in*
Prax. Dispensat. libr. 3 *cap.* 1. *n.* 16. *Rota dec.* 354.
n. 1. *&* 4. *coram Gregor. decis.* 43. *n.* 2. *&* 3. *part.* 16.
Recent. dec. 170. *n* 1 *& seqq. coram clar. mem. Card.*
Caprara, & decis. 337. *n.* 5. *& seq. cor. Molines.*

Similiter cum per organum Congregationis San-
ctissimæ Inquisitionis indulgeatur nonnullis Episco- 49
pis, Nunciis Apostolicis, & Missionariis facultas
dispensandi super Matrimonio in certis Consangui-
nitatis, & Affinitatis gradibus, facultatem præ-
fatam obnoxiam non esse revocationi Regulæ,
fuisse anno 1700. resolutum, testatur *P. la Croix*
Theolog. Moral. tom. 2. *libr.* 6. *part.* 3. *n.* 848. *pag.*
mihi 445.

Porro facultas hæc dispensandi super gradibus
prohibitis indulgeri consuevit Nunciis Apostolicis 50
in partibus Germaniæ, necnon, ad tempus tamen
limitatum illius Regionis Episcopis, non quidem
indefinite, sed ad certos restricta gradus, nempe su-
per tertio, & quarto simplici, & mixto tantum, cum
Pauperibus in Matrimoniis contrahendis; in con-
tractis vero cum Hæreticis conversis, etiam in se-
cundo simplici, & mixto, dummodo *nullo modo*
attingat primum gradum. Impertitur insuper iisdem
potestas dispensandi super impedimento publicæ ho-

nestatis justitiæ ex Sponsalibus proveniente: super impedimento criminis, neutro tamen Conjugum machinante, & super impedimentis Cognationis spiritualis præter *Levantem, & levatum*. Adjici tamen solet in Indultis præfatis clausula -- *Hæ vero Matrimoniales dispensationes non concedantur nisi cum clausula, dummodo Mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate Raptoris non existat, & in Dispensationibus hujusmodi declaretur expresse, illas concedi tamquam a Sedis Apostolicæ Delegato, ad quem effectum etiam tenor ejusdem facultatis inseratur cum expressione temporis, ad quod fuerint concessæ, alias nulla sint*, ut testatur *Anaclet. in Jus Canon. tom. 3. in Appendic. de Dispensation. super Impedim. Matrimon. §. 1. n. 21. & 22. La Croix Theolog. Moral. lib. 6. part. 3. sub n. 486. & n. 832. & 846.*

Gaudent quoque Indiarum Episcopi ex Privile-
51 giis *S. Pii V.* sub die 4. *Augusti* 1571. *& Gregorii XIII. die 25. Junii* 1576. elargitis facultate dispensandi in gradibus ultra tertium, *Verricell. de Mission. Apost. Quæst.* 98. §. 14. *n.* 63. *& 64. pag.* 241. *De Justis Dispensat. Matrimon. lib. 2. cap.* 2. *n.* 173. Archiepiscopis itidem, Episcopis, & Vicariis Apo-
52 stolicis Hiberniæ, præter ceteras facultates, de quibus *Pignatell. consult.* 133. *n.* 26. indulgetur etiam illa dispensandi super certis Consanguinitatis, vel Affinitatis gradibus, & dicemus infra *n.* 79. Quem-
53 admodum impertitur etiam Missionariis Germaniæ Hungariæ, Poloniæ, Flandriæ, aliorumque loco, rum ab Hæreticis occupatorum, ubi tamen non sunt Episcopi, & ubi sunt, de eorum licentia, ut
54 apud *Pignatell. dict. consult.* 134. *n.* 59. Nec non Missionariis in Anglia, Scotia, & Hibernia, dummodo Episcoporum consensus commode haberi non possit, *Pignatell. dicta consultat.* 174. *n.* 67. *& 70.*

Episcopis quoque Insulæ Corsicæ consueverat
55 priscis temporibus Apostolica Sedes per organum Congregationis S. Officii impertiri facultatem dispensandi super nonnullis Consanguinitatis, & Affinitatis gradibus, modo restrictam ad certum numerum Personarum, quas ipsi designabant, modo amplam pro omnibus, qui Matrimonia in gradibus prædictis contraxerant. Et licet facultas hujusmodi Episcopis præfatis suspensa fuerit de annis 1674. & 1675. ob prægrandem Incestuosorum numerum, quem cohibere non valuerant remedia ab eadem Sac. Congregatione per Epistolam sub Datum 1. Octobris 1667. insinuata Episcopis *Marianen. Nebbien. Aritacen. Alerien. & Sagonen.* Nihilominus ad priora scandala evitanda, sanius postea visum fuit continuare in antiquo usu indulgendi laudatis Episcopis facultatem dispensandi, restrictam tamen ad Personas in foliis descriptis, in quibus describuntur Dispensandorum Nomen, Cognomen, Patria, Gradus Consanguinitatis, vel Affinitatis, & causæ Dispensationis gratiam suadentes.

At a modernis temporibus Episcopis præfatis
56 dispensandi facultas solum impertitur in casibus, in quibus concurrunt Causæ cohonestantes, loci videlicet, vel locorum angustia, ætas Mulierum, & similes, non autem ob causam infamiæ; hinc in dictis foliis apponuntur verba -- *sine copula, nec infamia.* -- Et quotidie videmus præfatæ Insulæ Incolas, quamvis pauperrimos, Dispensationes Apostolicas a Dataria impetrare ob causas copulæ, vel infamiæ, aut Litteras revalidatorias reportare super Dispensationibus, quas ab Episcopis obtinuerant copula, vel infamia reticita. Moderna hæc Praxis ceteroquin contraria fini, ob quem Apostolica Sedes indulgere cœpit Episcopis Corsicæ facultatem dispensandi super gradibus prohibitis in Matrimoniis contractis, vel contrahendis, ut nempe consultum remaneret saluti Animarum illorum, qui incestuosas nuptias contraxerant, vel probabilis timor subesse poterat, quod contraherent, moderna, inquam, hæc Praxis, non aliunde, meo quidem judicio, oriri valuit, quam ex motivo, ut qui spe ducti obtinendi gratis dispensationes ab Episcopis, facilius vel incestum committebant, vel scandalose cum Affinibus, & Consanguineis conversabantur, adeout hisce ex causis de annis 1684. & 1675. denegaverit Pontifex Episcopis dispensandi facultatem, scientes quod cum easdem Dispensationes aliquali eorum incommodo a Sede Apostolica immediate reportare debeant, se abstinerent imposterum a similibus delictis perpetrandis.

Ceterum Nuncii Apostolici, vel Episcopi facultatem habentes dispensandi in *tertio*, & *quarto*, simplici, & mixto pro Matrimoniis contrahendis, 57
dispensare non possunt in *secundo*, & *tertio* mixto, ut quidquid minus recte sentiant *Sanchez*, aliique citati per *la Croix Theolog. Moral. lib. 6. part. 3. pag. mihi* 447. *num.* 862. usque de anno 1670. declaravit clar. mem. Cardinalis *Carpineus* fan. mem. Clementis X. Pro-Datarius, ut ex sequenti Declaratione.

„ Cum ad notitiam pervenerit, aliquos Episco-
„ pos in vim facultatum eis concessarum dispen- 58
„ sandi in *tertio*, vel *quarto* simplici, & mixto,
„ ipsarum facultatum limites excessisse, conceden-
„ do dispensationes etiam in eis, qui *secundo*, &
„ *tertio* a communi stipite provenientibus Consan-
„ guinitatis, vel Affinitatis gradibus invicem sunt
„ conjuncti, vel se attineant, fundatos in verbis
„ Constitutionis felic. record. Pii PP. V. quod in
„ Dispensationibus in gradibus a communi stipite
„ provenientibus, gradus remotior attendatur,
„ trahatque secum propinquiorem, & ob id suffi-
„ ciat remotiorem tantum gradum exprimere, ob-
„ tentis tamen postea super propinquioribus Litte-
„ ris declaratoriis.

„ Ideo ad eorum notitiam deducendum est,
„ quod non debeant concedere Dispensationes,
„ nisi illis Consanguineis, vel Affinibus in gradi-
„ bus expressis in facultatibus eis concessis; Nam
„ quamvis dispensetur super remotiori gradu, &
„ ille trahat ad se propinquiorem, nihilominus
„ quando conceditur dispensatio illis, qui in gra-
„ dibus a communi stipite provenientibus sunt con-
„ juncti, vel se attinent, non solum dispensatur
„ super remotiori gradu, sed oportet eis conce-
„ dere Declaratoriam, quod distantia proximioris
„ gradus, nempe secundi, eis non obstet, quam
„ non possunt ipsi Episcopi in vim dictarum fa-
„ cultatum concedere.

„ Additur etiam, quod quando supplicatur Se-
„ des Apostolica pro similibus dispensationibus ex
„ antiquo stylo exprimuntur in eadem Supplica-
„ tione tam propinquior, quam remotior gradus,
„ & tunc mandatur dispensari super remotiori, &
„ declarari distantiam propinquioris gradus non
„ obstare; & tunc illi, qui *secundo*, & *tertio* a
„ communi stipite provenientibus Consanguinita-
„ tis, & Affinitatis gradibus invicem sunt conjun-
„ cti, vel se attinent, & vesana libidine victi,
„ incestum commiserunt, majori gravantur pœni-
„ tentia, quam si essent in *tertio* simplici conjun-
„ cti, vel attinentes, ipseque gradus remotior ex-
„ primeretur.

„ Nec Ordinarii, quibus Litteræ Dispensatio-
„ num committuntur, dum habeant notitiam
„ adesse etiam gradum propinquiorem in eisdem

„ Lit-

„ Litteris non expressis, possunt eas exequutioni
„ demandare, nisi fuerit prius obtenta declarato-
„ ria super dicto propinquiore gradu, quæ tunc
„ petenda est in forma *Perinde valere*, cum solita
„ sit concedi in eisdem Litteris Dispensationis, &
„ si aliter facerent, peccarent mortaliter, quia
„ contravenirent Constitutioni Pontificiæ.

„ Itaque cum remotioris, & propinquioris gra-
„ dus distantiæ expressio sit necessaria, etiam in
„ facultatibus concessis dictis Episcopis prætenso-
„ rum graduum propinquiorum expressio facta
„ suisset; & propterea in gradibus a communi sti-
„ pite provenientibus attingentibus gradus supe-
„ riores in dictis facultatibus non expressos, cer-
„ tum est eos nullo modo posse, nec debere dis-
„ pensare.

Ac ita etiam re mature discussa sancitum fuit
59 Decreto Tribunalis Sanctissimæ Inquisitionis edito *die* 8. *Aprilis* 1671. & a sanct. mem. *Clemente X.* approbato, Idemque pariter resolutum de annis 1690. & 1694. scriptum reliquit *P. Claudius la Croix Theolog. Moral. tom. 2. libr. 6. part. 3. n.* 263. Et postremo ab eadem Congregatione S. Officii in *Viennen.* 31. *Maii* 1708.

An autem Matrimonium a conjunctis in *tertio*,
60 & *quarto* Consanguinitatis, vel Affinitatis gradibus contractum prævia Dispensatione super *quarto* tantum impertita per Sedem Apostolicam, vel alium dispensandi facultatem habentem, sed non obtentis Litteris declaratoriis super *tertio*, juxta laudatam Constitutionem *S. Pii*, sit nedum illicitum, sed etiam invalidum? famosa inter DD. controversia est. Pro nullitate Matrimonii pugnant *Corrad. in Prax. Dispensat. lib. 7. cap. 7. n. 72. §. At vero, & seqq. de Justis de Dispensat. Matrim. lib. 2. cap. 3. num. 40. & seqq. Zypeus Consult. Canon. lib. 4. tit. de Consanguin. consult. 1. §. Secundo addit. P. Schiara Theolog. Bellic. tom. 3. pag. 150. n. 42. Anaclet. in 4. lib. Decret. in Appendic. de Dispensat. super impedim. Matrim. §. 4. pag. 252. a n. 170. & seqq. Clericat. de Sacram. Matrim. decis. 22. n. 11. Bonacin. de Legib. disputat. 1. quæst. 2. punct. 5. n. 17. Ros. de Exequut. Litterarum Apostolic. cap. 11. n. 33.*

Innititur hæc Sententia eidem *S. Pii* Constitutioni *Bullar. Nov. tom. 2. in ordine XIII.* quæ est
61 una ex Regulis Cancellariæ secundæ editionis nuncupatis, & eam merito *Regulam* appellat *Fagnan. in Cap. Vir qui, n. 5. de Constit.* Per hanc enim Constitutionem licet Sanctus Pontifex derogaverit alteri Constitutioni *Pii IV.* demandanti pro validitate Dispensationis, & Matrimonii ejus vigore contrahendi utriusque gradus, remotioris scilicet, & proximioris expressionem, & voluerit, quod valida sit Dispensatio obtenta super *quarto*, nulla facta mentione tertii gradus, nihilominus expresse præcepit, quod obtineri postea debeant Litteræ declaratoriæ super propinquiori, ibi -- *obtentis tamen postea super propinquiori Litteris declaratoriis* -- Quæ verba in ablativo absolute posita, cum præseferant conditionem, *leg. Si Debitor* 4. §. 1. *A quibus mod. Pign. vel Hypotec.* & quidem pro validitate actus præcise, & necessario adimplendam, *Leg. Qui hæredes, & leg. Mævius ff. de Condit. & Demonstrat.* Sequitur exinde nullum censendum esse Matrimonium illud, quod contractum fuit a conjunctis in *tertio*, & *quarto* gradibus, prævia Dispensatione super *quarto*, & non obtentis Litteris declaratoriis super *tertio* gradu.

Accedunt Declarationes Summorum Pontifi-
62 cum, *Urbani* nempe *VIII.* & *Innocentii X.* qui Matrimonia à conjunctis in *tertio*, & *quarto* Consanguinitatis gradibus contracta prævia Dispensatione super *quarto*, sed non obtentis Litteris declaratoriis super non obstantia *tertii* gradus, nulla, & irrita declararunt, eaque de novo in facie Ecclesiæ contrahenda esse mandarunt, ut ex Litteris Apostolicis eorumdem Pontificum impressis apud *Anaclet. lib. 4. Decret. in Appendic. de Dispensat. super Impedim. Matrim.* §. 4. Et Breve *Urbani VIII.* refertur etiam a *Barbosa in fine Tom. 3. lib. 1.* qui, eo viso, recessit a contraria, quam sequutus fuerat, sententia.

Et demum eidem Sententiæ favet stylus Data-
riæ, quæ Matrimonia hujusmodi sic absque dictis 63
Litteris Declaratoriis ad tramites Constitutionis *S. Pii* contracta, pro nullis, & irritis habet, ipsique Contrahentes obstringuntur novas Litteras in forma *Perinde valere* expedire super expressione gradus propinquioris, cum illius declaratoria in forma solita; & in eisdem Litteris Papa declarat, copulam interim habitam fuisse incestuosam, suosque susceptos illegitimos, ac eosdem Contrahentes, si propinquioris gradus scientiam habuere, excommunicatos esse vigore *Clementin. Eos de Consanguin. & Affin.* ac demum mandat, quod Matrimonium inter se de novo publice contrahere debeant, ut ex Litteris ipsis in forma *Perinde valere* relatis a *Corrad. in Praxi Dispensat. dict. cap. 7. pag.* 289.

Contrariam vero sententiam, quod nempe Ma-
trimonium contractum a conjunctis in *tertio*, & 64
quarto Consanguinitatis, vel Affinitatis gradibus prævia Dispensatione super gradu remotiori, & non obtenta declaratione, quod propinquior non obstet, sit validum, licet illicitum, amplexi sunt præ ceteris *Sanchez de Matrimon. lib. 8. disputat. 24. n. 29. Perez eod. Tractat. disput. 46. Sect. 5. n. 7. Pontius eod. pariter Tract. de Matrimon. lib. 8. cap. 17. §. 5. n. 26. & 27. Aliograd. cons. 37. n. 36. & cons. 95. n. 147. libr. 2. Mozz. de Contract. pag. 196. n. 17. Sibil. de Gradibus Cognat. part. 1. cap. 1. §. 2. Disputat. 4. Quæst. 3. §. Verum tamen, Tamburrin. de Sacram. lib. 8. tract. 2. de Dispensat. cap. 9. §. 7. Filiuc. Oper. Moral tom. 1. tractat. 10. de Sacram. Matrim. part. 2. cap. 10. n. 328. Gobat. Theolog. Experiment tract. 9. cap. 22. in Appendic. pag. mihi 1003. num 620. & seqq. Dicastill. de Sacram. tom. 3. Tract. 10. de Matrimon. Disput. 8. Dubit. 9. per tot. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 8. cap. 11. n. 7. versic. Notandum, Vulp. in Prax. For. Eccles. cap. 14. num. 10. in fin. Van Espen. Jur. Ecclesi. univ. tom. 1. part. 2. cap. 3. n. 17. Cherubin. in Not. ad Constit. XIII S. Pii V. tom. 1. pag. mihi 36. Navar. in Summ. Bullar. Comment. 60. n. 2.*

Et hæc quoque Sententia suum agnoscit funda-
mentum ab ipsa Constitutione *S. Pii*, qui, ut di- 65
ximus, revocando alteram *Pii IV.* & expresse protestando, quod favere intendebat Sacramento, & libertati Matrimonii, statuit, & ordinavit, quod in quibuscumque Dispensationibus, quas pro Matrimoniis contractis, aut contrahendis inter Viros, & Mulieres invicem diversis prohibitis Consanguinitatis, & Affinitatis, aut mixtis gradibus, conjunctos, dummodo *primum* quoquomodo non attingant, super quo Sanctitas Sua dispensare non intendebat, *gradus remotior attendatur, trahatque secum propinquiorem, & ob id sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiori Litteris Declaratoriis*, decernendo *Dispensationes propter proximioris gradus hujusmodi non expressionem de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu*

notari non posse, sed in omnibus, & per omnia suffragari perinde acsi in Litteris, seu Commissionibus hujusmodi de proximiore, seu utroque gradu specialis, & expressa mentio facta fuisset. Porro si *S. Pius V.* derogavit Constitutioni *Pii IV.* & favendo libertati Matrimonii, declaravit, quod excepto primo gradu, validæ essent, & subsistentes Dispensationes omnes, in quibus sola mentio habetetur gradus remotioris, jam planum est intelligere, quod gradus propinquioris taciturnitas Dispensationis nullitatem non præ se ferat, nec per consequens Matrimonium ejus vigore contractum, nullum, & irritum reddat.

Nec obstare videtur, quod in eadem Constitu-
66 tione *S. Pii* caveatur, & quidem per viam conditionis, quod obtineri postea debeant Litteræ declaratoriæ super non obstantia gradus propinquioris; Siquidem Litteræ præfatæ non alio intuitu requiruntur, quam ad effectum avertendi scandalum, quod penes rudes, & Juris ignaros oriri posset, videndo, quod conjuncti in *tertio*, & *quarto* Consanguinitatis, vel Affinitatis gradibus, Matrimonium inter se contrahererent prævia Dispensatione super *quarto* gradu tantum, ut ponderant Doctores omnes mox laudati, & non inficiatur *de Justis de Dispensat. Matrimon. dicto cap. 3. n. 38.* Alias enim si Litteræ præfatæ pro Dispensationis validitate fuissent a *S. Pio* requisitæ, nedum manifesta in eadem sua Constitutione oriretur contradictio, ex quo decernendo prius validam esse dispensationem, facta tantum mentione gradus remotioris, postea immediate declararet, illam non amplius esse validam, nisi obtentis Litteris declaratoriis super non obstantia gradus propinquioris. Verum & illud sequeretur absurdum, quod per eamdem Constitutionem derogatum non esset Constitutioni *Pii IV.* utriusque gradus, remotioris scilicet, & propinquioris expressionem pro validitate Dispensationis, & Matrimonii ejus vigore contracti requirentis.

Et posteriorem hanc Sententiam usque de anno
67 1601. sequuta fuit Sacra Congregatio Concilii in themate Matrimonii contracti inter conjunctos extra *primum* gradum, prævia Apostolica Dispensatione super gradu remotiori, non obtentis Litteris declaratoriis super propinquiori, nam die 1. Maii ejusdem anni respondit -- *Hujusmodi Matrimonium, nisi aliud obstiterit, esse validum, satisque fuisse obtinere postea declarationem super gradu propinquiori, juxta Constitutionem san. mem. Pii V. hac de re editam, neque opus fuisse post declarationem hujusmodi repetere formam Concilii, vel denuo contrahere* -- ut in *lib.* 11. *Decret. pag.* 1. *a tergo.*

Id ipsum, re mature discussa, resolvit eadem
68 Sac. Congregatio anno 1722. in Causa *Luceorien. Matrimonii.* Cum enim post obtentam a *Joanne Sapica*, & *Constantia Radziuvila* Apostolicam Dispensationem super *quarto*, quo erant conjuncti, Consanguinitatis gradu, compertum fuisset, ipsos non quarto *tantum*, sed *tertia*, & *quarto* gradibus fuisse conjunctos, & nihilominus placuisset Exequutori Dispensationem præfatam exequutioni demandare, orta subinde fuit controversia super Matrimonii validitate, eaque ad Sac. Congregationem delata, proposito Dubio -- *An constet de nullitate Matrimonii* -- Die 7. *Septembris* 1720. prodiit responsum -- *Dilata, & ad Mentem* -- quæ fuit, ut perquirerentur Regestra Datariæ circa stylum tam antiquum, quam modernum concedendi Declaratorias, & *Perinde valere.* Pervolutis igitur Datariæ Regestris, illius Officiales Discursum exararunt, qui pluribus innixi rationibus, sed præcipue Datariæ, & Cancellariæ stylo, ostendere sategerunt, nulla semper, & invalida habita fuisse Matrimonia contracta inter conjunctos *tertio*, & *quarto* gradibus, prævia Dispensatione super *quarto* gradu tantum, & non obtenta declaratione super non obstantia *tertii.* Sed Eminentissimus, & Reverendissimus D. meus Cardinalis de LAMBERTINIS tunc Sacræ Congregationis a *Secretis*, alterum efformavit doctissimum discursum impressum post Folium distributum *die* 28. *Martii* 1722. quo respondendo stylo Datariæ, exemplis, & rationibus per illius Officiales expositis, Matrimonii validitatem strenue propugnavit. Unde proposito iterum eadem die 28. *Martii* supradicto dubio, responsum fuit *Negative.*

Ceterum qui ex Apostolico Indulto generali
gaudet facultate dispensandi super gradu superio- 69
ri, nempe *tertio*, non prohibetur dispensare super inferiori, nempe *quarto*; quia facultas dispensandi alicui in genere elargita, Principis beneficium reputatur, proindeque favorabilis est, latamque
recipit interpretationem, *Sanchez de Matrim. lib.* 70
8. *disput.* 23. *num.* 9. *Corrad. in Prax. Dispensat. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 27. *de Justis Dispensat. Matrim. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 15. *Guttierez quæst. Matrim. cap.* 142. *num.* 3. *Tondut. Quæst. Benef.* 92. *n.* 9. *& seqq. Fragos. de Regim. Reipub. Christ. part.* 1. *lib.* 3. *disputat.* 6. *num.* 25. *pag. mihi* 302. solum-
que emergit difficultas super validitate Dispensa- 71
tionis certis Personis, propriis eorum nominibus designatis, concessa super *tertio* gradu, quando revera illæ erant in *quarto* conjunctæ. Quo in themate, licet quamplurimi Doctores sequendo *Sanchez de Matrimon. lib.* 8. *disput.* 2. *n.* 17. pugnent pro validitate Dispensationis, ea ratione, quod minor gradus includitur in majori, & in materia Dispensationis valet argumentum a majori ad minus, quando minus sub majori includitur, & est ejusdem speciei, & ordinis, ut præ ceteris *Nogueira Quæst. singular. disput.* 1. *Quæst.* 23. *n.* 5. *de Justis Dispens. Matrim. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 120. *& cap.* 4. *n.* 52. *& num.* 131. *cum seqq. Bonaccin. de Legib. disput.* 1. *Quæst.* 2. *punct.* 5. *n.* 15. *Pont. de Matrimon. lib.* 8. *cap.* 17. §. 5. *n.* 31. *Barbos. Vot.* 3. *n.* 15. *& Vot.* 58. *n.* 22. *lib.* 1. *Sperell. decis.* 112. *n.* 16. *Gutierez de Matrim. cap* 124. *n.* 8. *Filiuc. tom.* 1 *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 10. *Quæst.* 17. *num.* 327. *Leander tom.* 2. *tract.* 9. *de Matrim. disputat.* 24. *Quæst.* 45.
Contraria nihilominus sententia, quæ in praxi e- 72
tiam servatur, mihi magis arridet; Dispensatio enim stricti Juris est, & tantum valet, quantum sonat, propterea que adeo stricte interpretari debet, ut nec ex majoritate rationis ad casum non expressum se protendere valeat *Corrad. in Prax. Dispensat. lib.* 7. *cap.* 5. *sub num.* 94. ubi in specie reprobat *Sanchez*, contrariæ opinionis Antesignanum.

Et ex eodem principio, quod dispensandi potestas tamquam favorabilis, sit extendenda, de-
scendit, quod illa impetrata quoad certum gra- 73
dum, comprehendat etiam eumdem gradum duplicatum, *Sanchez de Matrim. lib.* 8. *disput.* 29. *n.* 9. *Guttierez eod. Tract. dict. cap.* 124. *num.* 3. *Tondut. dict. Resol.* 92. *n.* 13. *Rota decis.* 117. *sub num.* 2. *lib.* 1. *& dec.* 70. *num.* 3. *lib.* 2. *part.* 3. *Divers. & cor. Puteo dec.* 39. *lib.* 3. Licet aliter di-
cendum sit ubi agitur de Dispensatione certis Per- 74
sonis concessa, nam si facta fuerit expressio *tertii* gradus, & super eo dispensatum, dispensatio non comprehendit casum ejusdem gradus duplicati, *Fragos. de Regimin. Reipub. Christ. dict. disputat.* 6. *num.* 25.

n. 25. §. Hinc ſequitur, *Rota dicta decif.* 117. *lib.* 1. *& dec.* 70. *lib.* 2. *part.* 3. *Diverſ. & cor. Puteo dec.* 39. *n.* 2. *& ſeqq. lib.* 3.

Eademque ratione probabilius eſt, ut ille, qui
75 facultatem habet diſpenſandi io *ſecundo*, & *tertio*
gradu, diſpenſare poſſit, ſi uterque gradus io eo-
dem ſubjecto concurrat, quia in materia favora-
76 bili, ſub ſimplici cootinetur gradus mixtus, *Fra-
goſ. dict. diſput.* 6. *num.* 25. *in fine pag. mihi* 303.
Sanchez de Matrim. lib. 8. *diſput.*2. *n.* 28. *& diſput.*
24. *n.* 10. *verſic. An autem.*

Ille tamen, cui impertita eſt facultas diſpenſan-
77 di in certo gradu, nempe in *tertio*, non poteſt
diſpenſare, ſi gradus præfatus ſit *mixtus cum quar-
to*; Licet enim, ut ſupra diximus, diſpenſare valeat
ſuper *quarto* ſimpliciter, nihilominus diſpenſare
prohibetur, quando *tertius*, & *quartus* in eodem
ſubjecto reperitur, *Guttierez de Matrimon. dict.
cap.* 124. *n.* 4. *Sanchez dict. lib.* 8. *diſputat.* 24. *n.*
10. *Fragoſ. de Regimin. Reipubl. Chriſtian. dict.
diſput.* 6. §. *Hinc ſequitur*, *verſic. Non extenditur*,
pag. mihi 302.

Verum ad hos omnes Quæſtiones evitandas tu-
tius ſemper erit, quod Sedes Apoſtolica, dum 78
Nunciis, Epiſcopis, aliiſque Perſonis diſpenſan-
di facultates ſuper Matrimoniis in gradibus pro-
hibitis elargitur, clare, & diſtincte illas expri-
mat. Hinc licet priſcis temporibus Congregatio Sanctiſſimæ Inquiſitionis indulgere conſueverit Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Vicariis Apoſtolicis Hyberniæ facultatem diſpenſandi in *ſecundo*, & *ſecundo*, in *ſecundo*, & *tertio*. ac in *tertio*, & *tertio* Conſanguinitatis, vel Affinitatis gradibus, ut ex Decreto *edito die* 5. *Maii* 1672. Nihilominus cum in uſu dictorum facultatum exortæ fuiſſent nonnullæ ex recenſitis inſpectionibus, eodem Sacra Congregatio *de anno* 1707. decrevit, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Vicariis Apoſtolicis præfatis impoſterum concedendas eſſe facultates diſpenſandi in *ſecundo*, & *ſecundo*, *in ſecundo*, & *tertio*, *ceteriſque Conſanguinitatis*, & *Affinitatis gradibus.*

R E G U L A XV.

Revocatio facultatum conferendi Beneficia reſervata.

ITem revocavit quaſcumque facultates, & Litteras deſuper confectas, per quas quicumque ſui Prædeceſſores Romani Pontifices quibuſvis perſonis Ordinariam collationem, ſeu aliam diſpoſitionem Beneficiorum Eccleſiaſticorum de jure, vel conſuetudine habentibus, & quavis etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, vel alia Dignitate, vel alio, non tamen Cardinalatus honore fulgentibus, quavis conſideratione, vel intuitu, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ac irritantibus, & aliis Decretis, quorum tenores haberi voluit pro expreſſis, conceſſerant, ut quamdiu viverent, vel ſuis Eccleſiis, ſeu Monaſteriis præeſſent, aut ad aliud tempus de Beneficiis Eccleſiaſticis, generaliter reſervatis, ſeu affectis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, & quamvis aliam diſpoſitionem communiter, vel diviſim ſpectantibus diſponere libere, & licite valerent, aut etiam ad id per eoſdem Prædeceſſores Vicarii perpetui, vel ad tempus conſtituti forent: Decernens irritum, & inane &c.

A R G U M E N T U M.

REgula quid diſponat, & unde originem duxit? Eam poſt Martinum V. a Succeſſoribus Pontificibus in ſuis Regulis non inſertam, primus renovavit *Paulus III.* & *Urbanus VIII.* clauſulis derogatoriis munivit. Non eſt ſuperflua propter Regulam IX. nec illius correctoria in ea parte qua Epiſcopis Alternativam indulget. Revocat Regula Indulta diſponendi de Beneficiis reſervatis conceſſa tam Epiſcopis, quam inferioribus Collatoribus, etiam uti Vicariis perpetuis Papæ, & ſive ad inſtantiam Supremorum Principum, ſive ex cauſa onerosa, & meritorum præcedentium, tametſi Indultariorum favore concurreret centenaria obſervantia. Subjacent itidem revocationi Regulæ Indulta optandi Beneficia quoquo modo reſer-

reservata, & affecta, quamvis Optio inducta fuisset vigore pacti, & concordiæ a Sede Apostolica approbatæ. Examinatur quæstio, an Regula revocet Indulta disponendi de Beneficiis reservatis concessa Universitatibus, & Collegiis? Et quid si fuerint elargita in limine fundationis, vel erectionis eorumdem Beneficiorum? Regulæ censura non obstante, nonnulla Capitula Germaniæ eligunt vigore suorum Privilegiorum ad Dignitates post Pontificalem majores in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis, & ubi agitur de Dignitatibus Consistorialibus, Sacra Congregatio Rebus Consistorialibus præposita, Electiones legitime expletas confirmat. Indultum quo potitur Universitas Studiorum Lovanii conferendi certa Beneficia, etiam reservata, non cadit sub revocatione Regulæ, quemadmodum nec illi subjacent Indulta S. R. E. Cardinalium; & quid dicendum de facultatibus disponendi de Beneficiis reservatis Cardinalibus Legatis de Latere concessis?

S U M M A R I U M.

1 *Revocat Regula XV. facultates, & Indulta quibusvis Personis concessa disponendi de Beneficiis generaliter reservatis, seu affectis.*

2 *Originem trahere videtur a Constitutione quadam Bonifacii IX. cujus verba exscribuntur.*

3 *Refertur tenor Regulæ, quam edidit Martinus V. Eaque fuit temporalis, & cum suo Conditore expiravit.* n. 84.

4 *Post Martinum V. Regulam primus renovavit Paulus III.* & n. 5. & 6.

7 *Et Urbanus VIII. eam clausulis derogatoriis, & clausula* quorum tenores, *mutivit.*

8 *Regula XV. non fuit superflua propter Regulam IX. quæ pariter revocat Indulta conferendi Beneficia reservata. Et redditur ratio.*

9 *Nec est ejusdem Regula IX. correctoria in ea parte, qua Episcopis Alternativa indulgetur.*

10 *Regula revocat Indulta disponendi de Beneficiis reservatis nedum Episcopis, sed inferioribus etiam Collatoribus elargita.*

11 *Amplia etiamsi in Indultis adsit clausula, quod Collatores præfati disponere possint de Beneficiis reservatis* uti Vicarii perpetui Papæ.

12 *Amplia secundo quamvis Indulta præfata sint concessa ad instantiam Imperatoris, Regum, aliorumque supremorum Principum.*

Et exemplificatur in Indulto concesso a Leone X. ad instantiam Caroli V. Imperatoris favore originariorum Civitatis, & Diœcesis Melevitanæ. n. 13.

14 *Aut ex causa onerosa, & intuitu meritorum præcedentium.* & n. 15. & 17.

16 *Quemadmodum hujusmodi generis Indultis Religioni Hierosolymitanæ concessis derogat Regula IX.*

18 *Amplia tertio tametsi favore Indultariorum concurreret centenaria observantia. Et redditur ratio.* n. 19. 20. & 51.

21 *Indulta optandi Beneficia Sedi Apostolicæ, quomodocumque reservata, & affecta, subjacent revocationi Regulæ.* & n. 23.

Redditur ratio, quia Optio est vera dispositio de Beneficiis reservatis. n. 22.

24 *Amplia etiamsi in Indulto optandi Beneficia reservata adsit clausula non obstantibus quibuscumque reservationibus tam editis, quam edendis.* & n. 48.

25 *Amplia secundo, quamvis Optio inducta fuerit vigore pacti, & Concordiæ inter partes initæ, & a Sede Apostolica approbatæ. Et redditur ratio* n. 27.

26 *Concordata inter Sedem Apostolicam, & Nationem Germanicam inita, immunia sunt a revocatione Regulæ.* & n. 64.

28 *Revocat Regula Indultum Ordinario Collatori elargitum conferendi Beneficia reservata favore certi generis Personarum.*

29 *Intellige quando jus passivum est accessorium, & dependens ab activo, secus si ab eo independens, quo casu licet Regula revocet jus activum conferendi Beneficia reservata inferiori Collatori concessum, præservat tamen jus passivum favore Personarum, quæ sint in Indulto contemplatæ.* & n. 30.

31 *Regula an revocet facultates disponendi de Beneficiis reservatis indultas Collegiis, & Universitatibus?*

32 *Proponitur sententia Negativa, & redditur ratio, quia Regula loquitur* de Personis, *quarum appellatione non veniunt Collegia, & Loca inanimata.*

Maxime in materia exorbitanti, & restringenda. n. 33.

34 *Indultum derogans Privilegiis familiarium Papæ, non afficit Collegium Auditorum Sac. Palatii.*

35 *Revocatio facultatum quibusvis concessarum, de qua in Regula XIV. non comprehendit eas, quæ loco pio concessæ fuerunt.*

36 *Regula IX. derogat Privilegiis disponendi de Beneficiis vigore mensium reservatis, nedum concessis quibusvis* Personis, *sed etiam* Collegiis.

Et nisi mentionem faceret de Privilegiis impertitis Collegiis, *hæc non essent sub illius revocatione comprehensa.* ibid.

37 *Regula XV. revocat tantummodo Indulta perpetua disponendi de Beneficiis reservatis, non autem temporalia.*

38 *Indulta quibus gaudent nonnulla Capitula Germaniæ eligendi ad Dignitates majores in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis, non subjacent revocationi Regulæ.*

39 *Lex generalis non derogat Consuetudini particulari, nisi expressam de ea mentionem faciat.*

40 *In quæstione, de qua supra n. 31. verior est contraria sententia, quod Regula comprehendat Indulta disponendi de Beneficiis reservatis, Collegiis etiam, & Universitatibus concessa.*

Et sententiam hanc perpetuo sequuta est Rota n. 46.

41 *Verbum* ad Electionem, *quo utitur Regula ex proprietate vocabuli non congruit, nisi pluribus collective, & sic habentibus jus Universitatis, seu Collegii.*

42 *Ap-*

42 *Appellatione* Personarum *veniunt etiam Collegia, quando subjecta materia apta est, & proportionata ea comprehendere.*

Vel quando dispositio loquitur de quibuscumque Personis. num. 45.

43 *Mentio Collegii in Regula IX. emissa fuit ad abundantiorem cautbelam, & majoris expressionis gratia.*

44 *Regula* de Annali *locam habet contra Capitula, & Collegia, licet de iis nullam faciat mentionem.*

47 *Pontifices per Concessiones, & Indulta perpetaa non possunt Successoribus legem imponere, eorumque Jurisdictioaem a solo Deo dependentem, coarctare.*

49 *Regula XV. revocat etiam Indulta perpetua conferendi Beneficia reservata, eo ipso qnod mandat Indultarios iis uti non posse, nec tanquam Vicarios perpetuos Papæ.*

50 *Et revocando Indulta vitalitia, quæ sunt minoris præjudicii, potiori jure revocare censentur perpetua, quæ perpetuo reservationes excludunt.*

52 *Explicatur* Card. de Luc. disc. 23. de Benef.

53 *Regula XV. non obstaate, quamplura Capitula Germaniæ suis utuntur Apostolicis Indultis eligendi ad Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis.*

54 *Et ubi Dignitates hujusmodi sunt Consistoriales Sac. Congregatio Rebus Consistorialibus præposita electiones ad eas rite expletas, confirmat. Et refertur exemplum* n. 55.

56 *Regula non revocat Indulta disponendi de Beneficiis reservatis elargita in limine fundationis, & erectionis eorumdem Beneficiorum.*

57 *Etiamsi agatur de Indulto disponendi, seu eligendi ad Dignitatem majorem in Cathedrali, aut principalem in Collegiata.*

Subjacent tamen Indulta hujusmodi revocationi Regulæ IX. si contingat Beneficia, vel Dignitates præfatas vacare in Mensibus reservatis vigore ejusdem Regulæ, qua derogat Indultis etiam in limine fundationis elargitis. n. 60. & 61.

Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, tametsi specialiter reservatæ vigore Regula IV. nihilominus sunt etiam obnoxiæ reservationi Regulæ IX. n. 62.

58 *Sæcularizata Ecclesia Regulari, eaque in Collegiatam sæcularem erecta cum prima Dignitate, & Canonicatibus, & cnm Indulto favore Canonicorum ad Dignitatem illam eligendi, an Indultum præfatum subjaceat revocationi Regulæ?*

63 *Indultnm coaferendi certa Beneficia quamvis reservata Universitati studiorum Lovanii a Sede Apostolica concessum, non subjacet revocationi Regulæ XV.* & n. 66.

Minusque alteri revocationi contenta in Regula IX. n. 65.

64 *Indultum præfatum juxta Rotæ opinionem par est Concordatis Germaniæ.*

67 *Potest tamen Pontifex ei derogare.*

68 *Regula XV. excipit Indulta, & facultates conferendi Beneficia reservata Cardinalibus elargita.*

69 *Sed in tali exceptione non comprehendit facultates de Beneficiis præfatis disponendi, Cardinalibus de Latere Legatis concessas.*

Et ita expresse legebatur in Regula Martini V. num. 71.

70 *Cardinales de Latere Legati non conferunt Beneficia jure Ordinario, sed extraordinario, & accidentali.*

72 *Regula eas solum revocat facultates disponendi de Beneficiis reservatis, quæ sunt concessæ habentibus de jure, vel consuetudine ordinariam conferendi potestatem.*

73 *Dictio olius implicat similia.*

74 *Exceptio debet esse de Regula.*

75 *Contrarium, quod Regula præservet facultatem disponendi de Beneficiis reservatis Cardinalibus Legatis de Latere, ceterisque Cardinalibus extraordinariis Collatoribus indultam,* & n. 77. & seqq.

76 *Cardinales Legati a Latere sunt juxta nonnullorum DD. sent etiam ordinarii, non extraordinarii Beneficiorum suæ Provinciæ Collatores.*

79 *Dictio olius non implicat similia, quaado ratio subjectæ materiæ repugnat, vel aliquod sequatur absurdum*

85 *Verba quæ leguntur in Regula* - ad eorum collationem -- *supplenda sunt hoc modo, videlicet* -- ad eorum alioquin collationem -- *& qua ratione.*

REvocat hæc Regula Indulta, & facultates a 1
Prædecessoribus Pontificibus quibusvis Personis elargitas, conferendi Beneficia reservata, seu
affecta, non obstantibus quibuscumque clausulis,
etiam derogatoriarum derogatoriis, & Decretis irritantibus, *Ros. de Executor. Litterarum Apostolicarum part.* 1. *cap.* 5. *n* 193. *Piton. discept.* 111. *n.* 93. *Rot. decis.* 287 *part.* 9 *Recent. decis* 2215. *n.* 35. *coram Cocin & in Juvenacen. Præpositura* 23. *Aprilis* 1725 §. *Parum attento. &* 10. *Januarii* 1726. §. *In nihilo obesse, coram Reverendiss. Corio, & in Urgellen. Plebaniæ* 23. *Junii* 1727. §. *Et quatenus, coram eodem, &* 16. *Februarii* 1728. §. *Accedente, coram Reverendiss. Aldrovando, & in Colonien. Præpositura* 17. *Januarii* 1728. §. *Demonstrata, &* §. *sequenti. &* 2. *Maii* 1729. §. *Repetita, coram Reverendiss. Calcagnino.*

Originem Regula habere videtur a quodam ge-
nerali Constitutione *Bonifacii IX.* qua revocando 2
Expectativas, revocavit itidem *Indulta, & facultates etiam quibuscumque Prælatis concessas super conferendis etiam Beneficiis in posterum vacaturis, & eorum prærogativis, quæ nondum sunt sortitæ effectum, & intelligantur sortitæ etiam effectum, si illi, quibus fuerint facta tales gratiæ, vigore ipsarum acceptaverint Beneficia cadentia sub talibus gratiis, & de illis sibi fecerunt provideri,* ut apud *Ughell. Ital. Sacr. in Archiepiscop. Sypontin. tom.* 7. *pag.* 1151. §. *Item revocamus, cassamus &c.*

Postmodum *Martinus V.* in suis Cancellariæ Re-
gulis editis Constantiæ anno 1417. & impressis in- 3
ter Acta Concilii Constantiensis, recollecta ob *Hermanno Wonderhart tom.* 1. *pag.* 966. ita disposuit: *Item eadem die declaravit quoscumque etiam de latere Apostolicæ Sedis Legatos, quamvis etiam hactenus super hoc auctoritate prædicta, sive facultate munitos, post hujusmodi ejus assumtionem non potuisse, sive in ante posse disponere quomodolibet de Beneficiis dispositioni Apostolicæ generaliter reservatis, decernens irritum &c.*

Sed in Regulis quamplurium Pontificum *Mar-
tini* Successorum edita non legitur hæc Regula, 4
quemadmodum nec inserta reperitur inter Regulas *Innocentii VIII.* quas *Sotus* Commentariis illustravit. Et quamvis *Kochier* in eamdem Regulam, quæ

quæ est *la XIV.* inter publicatas a *Paulo V.* quem
sequitur *Rot. decis.* 2245. *n.* 33. *coram Coccino*, as-
5 serat, quod ceteri ab eodem *Innocentio* Pontifices
successores suis Regulis hanc attexuere, id tamen
veritati consentaneum non est, nam inter Regulas
Leonis X. & *Clementis VII.* illa non adest, & *Pau-
lus III.* primus eam renovavit in suis Regulis pu-
6 blicatis *die* 14. *Octobris* 1534. deindeque a Suc-
cessoribus Pontificibus ad nostra usque tempora
approbata, & inter Cancellariæ Regulas semper
inserta reperitur, *Rot. part.* 9. *Recent. decis.* 235.
n. 23. *versic. Sed Domini*, ubi quod a temporibus
Pauli III. fuit inter Regulas inserta. Et sub *Urba-
ni VIII.* Pontificatu adjectæ fuerunt Regulæ clau-
sulæ derogatoriæ, quibus nunc munita reperitur,
7 necnon Clausula *quorum tenores. Rot. in Melevitana
Beneficii* 31. *Januarii* 1653. §. *Non obstat*, *cor. Al-
bergato.*

Non fuit hæc Regula inutilis, & superflua pro-
8 pter *Regulam IX. de Mensibus.* Ista siquidem revo-
cat Privilegia, & Indulta conferendi Beneficia tan-
tummodo reservata ob eorum vacationem in Men-
sibus Apostolicis; at Regula XV. late magis se
protendit, revocatque facultates conferendi Benefi-
cia *generaliter reservata*, *seu affecta.* Quemadmo-
9 dum est revocatoria ejusdem *Regulæ IX.* in ea par-
te, in qua Alternativam indulget Episcopis, cum
per Alternativam nihil de novo iisdem Episcopis
tribuatur, sed solum removetur obstaculum reser-
vationis vigore Mensium, *Kochier hic in fine*, *Gon-
zal. ad Regul.* 8. *gloss.* 24. *n.* 145. *& gloss.* 53. *n.* 60.
Mandos. ad Regul. 11. *quæst.* 11. *num.* 1. *& per tot.
Rot. decis.* 215. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 1. *coram Puteo*, *& de-
cis.* 11. *de Privileg. coram Crescentio.* Et diximus
in Comment. in eamdem Regul. IX. part. 2.

Comprehendit Regula in illis verbis *de jure*, *vel
10 consuetudine habentibus*, non solum Episcopos,
quibus de jure communi libera competit Beneficio-
rum suæ Diœcesis dispositio *Cap. Nullus caus.* 16.
quæst. 7. *Cap. Cum satis de Offic. Archid.* Sed e-
tiam inferiores Collatores, quales sunt Archipres-
byteri, Archidiaconi, aliique, qui consuetudine,
vel Privilegio, non autem de jure, conferendi Be-
neficia facultate pollent, *Kochier. in hanc Regul.
n.* 2. *Mandos. quæst.* 5. Quod locum sibi vindicat
etiamsi in litteris Indulti a Prædecessore Pontifice
concessi, adesset clausula, ut Collatores præfati,
11 sive Ordinarii, sive inferiores tanquam Vicarii Pon-
tificis perpetui de Beneficiis reservatis disponere
possent, nam adhuc Regula hujusmodi revocat
Indultum in illis verbis finalibus, *aut etiam ad id
per eosdem Prædecessores Vicarii perpetui*, *vel ad
tempus constituti forent.*

Quemadmodum etiamsi Indultum conferendi
Beneficia reservata concessum fuisset ad instantiam
12 Imperatorum, Regum, aliorumque Supremorum
Principum, adhuc subjaceret revocationi Regulæ,
ut in terminis Indulti a Leone X. ad instantiam
Caroli V. Imperatoris Civitati, & Diœcesi Meli-
tensi concessi, & per extensum relati a *Corrad. in
Prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 46. quod Ecclesia-
stica Beneficia inibi existentia, nonnisi Clericis,
13 & originariis ejusdem Civitatis, & Diœcesis, qua-
cumque reservatione in genere, vel in specie non
obstante, conferri debeant, tradunt *Gonzal. ad
Regul.* 8. *gloss.* 36. *n.* 42. *Rota in Melevitana Be-
neficii coram Penia decis.* 1182. *n.* 9. *&* 31. *Janua-
rii* 1653. §. *Non obstat*, *coram Albergato.*

Revocat itidem Regula Indulta disponendi de
Beneficiis reservatis concessa ex causa onerosa, &
14 intuitu meritorum præcedentium, cum utatur ver-
bis valde amplis, & significantibus ibi -- *Item re-
vocavit quascumque facultates*, *& Litteras*, *per
quas quicumque sui Prædecessores Romani Pontifices
quibusvis Personis quavis consideratione*, *vel intui-
tu*, *etiam Motu proprio*, *& certa scientia &c. con-
cesserant.* Verba enim illa *quibusvis Personis qua-
vis consideratione vel intuitu*, tamquam generalia,
& effrenata, apta utique sunt comprehendere In-
dulta, quæ meritorum præcedentium intuitu qui-
busvis Personis concessa fuerunt, *Rot. decis.* 673.
n. 10. *& seq. coram clar. mem. Cardinali Caprara*,
& dec. 626. *n.* 40. *& seqq. præsertim n.* 44. *coram
bon. mem. Molines*, & bene conferunt firmata per
eamdem *Rot. decis.* 1040. *num.* 20. *coram eodem
Molines*, ubi quod Pontifex revocando Privilegia
quomodolibet concessa, censetur etiam revocasse
ea, quæ ex quacumque causa, etiam onerosa, 15
indulta fuerunt. Eo prorsus modo, quo ob præ-
gnantiam verborum, quibus concepta legitur Re-
gula IX. decernens Privilegia, & Indulta *quomo-
dolibet concessa* non suffragari adversus reservatio-
nem in ea contentam, communis invaluit opinio,
quod Indulta, seu Privilegia concessa ex causa 16
meritorum, ut sunt illa elargita Sac. Religioni
Hierosolymitanæ, continuo contra Catholicæ fi-
dei Hostes pugnanti, revocata etiam censeatur
quoad collationes Beneficiorum ejusdem Religio-
nis, ex relatis per *Rot. dec.* 626. *n.* 45. *coram Mo-
lines & decis.* 673. *n.* 12. *coram clar. mem. Card.
Caprara*, ubi quod Privilegia præfata sunt etiam 17
revocata vigore hujus Regulæ.

Insuper locum sibi vindicat censura Regulæ,
etiamsi favore Collatorum pro conferendis Bene-
ficiis reservatis militaret centenaria observantia;
hæc enim præseferens Privilegium præsumptum, 18
plus operari nequit, quam Privilegium verum, &
reale; unde si hoc per Regulam revocatum re- 19
manet, a fortiori dici debet revocatum, & illud.
Et ceteroquin omnis observantia, etsi centenaria,
eliditur a clausulis pregnantissimis derogatoriis, 20
quibus concepta legitur Regula, quæ initio cujus-
libet Pontificatus renovari solita, obicem præstat,
ut nulla inchoari possit observantia efficax ad eli-
dendam illius dispositionem, ex plene relatis per
Piton. discept. 150. *n.* 9. *Rot. decis.* 136. *n.* 11. *&
decis.* 553. *n.* 13. *coram cl. mem. Card. Caprara
& decis.* 169. *num.* 20. *coram bon. mem. Lancetta*,
& in Monasterien. Decanatus 11. *Januarii* 1723.
§. *Immo coram Reverendiss. Calcagnino*, *& in Colo-
nien. Præposituræ* 17. *Januarii* 1749. §. *Et quate-
nus*, *cor. eodem.*

Indulta quoque de optandis Beneficiis Sedi A-
postolicæ reservatis, vel vigore *Regulæ IV.* aut ra- 21
tione familiaritatis Cardinalitiæ, Subcollectoratus,
alteriusve relevationis personalis, sub revocatione
Regulæ comprehenduntur; Est enim Optio vera
dispositio de Beneficiis reservatis, cum optanti no-
vus titulus per Optionem acquiratur, *Geminian.* 22
cap. 3. *n.* 8. *Monet. de Option. cap.* 8. *n.* 8. *& cap.*
3. *num.* 42. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloss.* 34. *num.* 85.
Proindeque censentur Indulta præfata ob rationis 23
identitatem, eo prorsus modo revocata, quo illa
eligendi, & conferendi, *Piton. discept.* 111. *nu-
mer.* 40. *Rot. decis.* 285. *num.* 23. *versic. Sed Do-
mini*, *& n.* 24. *cum seqq. part.* 9. *Recent.* ubi age-
batur de Indulto optandi elargito ab *Innocentio* 24
VIII. non obstantibus quibuscumque reservationi-
bus tam editis, quam edendis; cum concordan-
tibus relatis in *Urgellen. Archidiaconatus* 23. *Fe-
bruarii* 1725. *&* 18. *Februarii* 1726. §. *Cete-
rum*, *coram Reverendiss. Coria*, *& in Urgellen.
Plebaniæ* 7. *Februarii* 1727. §. *Fortius*, *&* 23. *Ju-
nii ejusdem anni* §. *Et quatenus*, *coram Reverendiss.*

Cincio,

Cincio, & 16 Februarii 1728. §. *Accedente, coram Reverendiss. Aldrovando.*

Quod procedit etiamsi Optio inducta fuisset vi-
25 gore Pacti, & Concordiæ a Pontifice approbatæ.
Licet enim Pacta, & Conventiones cum Sede
Apostolica ex justis causis immediate initæ, cujus
generis sunt Concordata inter eamdem Sanctam
26 Sedem, & inclytam Nationem Germanicam sta-
bilita, non comprehendantur sub derogatione Re-
gulæ XV. quinimmo expresse præserventur per Re-
gulam IX. ut diximus in *Commentar. in eamdem
Regulam §. III.* Non ita tamen res se habet quoad
particulares Conventiones initas inter Personas pri-
vatas, quæ sicuti facultatem non habent dispo-
nendi, & contrahendi in præjudicium Apostoli-
carum Reservationum, ita Apostolica confirma-
tio superveniens non potest ipsis communicare vim
27 Concordiæ directe initæ cum Sancta Sede, sed
non excedendo tenorem rei confirmatæ, eis tan-
tummodo imprimit vim Apostolicæ approbationis
per modum simplicis Privilegii, obnoxii deroga-
tionibus Regularum Cancellariæ, *Rota decis.* 285.
n. 1. *& seqq. part.* 9. *Recent. & in Urgellen. Ple-
baniæ 6. Martii* 1690. §. *At Domini, cor. Her-
vault*, & in alia *Urgellen. 7. Februarii* 1727. §.
In nihilo, & 23. Junii ejusdem anni §. *Haud re-
fragante, cor. Reverendiss. Cincio, & 16. Februa-
rii* 1728. §. *Pro eo, cor. Reverendiss. Aldrovando.*

Eademque ratione Regula derogat Indultis con-
28 ferendi Beneficia favore certi generis Personarum
elargitis. Cum enim non alio intuitu Regula ema-
naverit, quam ut sartæ tectæ remaneant Aposto-
licæ Reservationes, hinc semel ac per hujusmodi
Indulta Reservationes præfatæ impediuntur, re-
manent illa, etsi favore certarum Personarum ema-
nata, censuræ Regulæ obnoxia, *Rot. decis.* 285. *n.*
27. *versic. Non obstat part.* 9. *Rec. & in Urgellen.
Plebaniæ 6. Martii* 1690. §. *Nec urget, cor. Her-
vault*, & in altera *Urgellen. Plebaniæ 23. Junii*
1727. §. *finali, cor. Rmo Cincio, & 16. Februarii*
§. *Altera, coram Rmo Aldrovando.*

Verum id intelligas, quando jus passivum est
29 accessorium, & dependens ab activo, itaut una
simul cum passivo exerceatur ab eadem Persona
jus activum, prout contigit in Optione, cujus
vigore Canonicus antiquior Beneficii possessio-
nem acquirit; revocato enim per hanc Regulam
jure activo principali, censetur etiam revocatum
jus passivum, ex relatis per *Rot. dec.* 343. *n.* 11.
& seqq. part. 16. *Recentior.* Secus vero, quando
30 agitur de jure passivo certo generi Personarum
principaliter concesso, & independenter a jure
activo, tunc enim esto per Regulam revocatum
remaneat jus activum conferendi Beneficia reser-
vata inferiori Collatori indultum, præservatum
tamen remanet jus passivum favore Personarum,
quæ in Indulto contemplatæ fuerunt; ut in termi-
nis Indulti a Leone X. concesso favore Clericorum
& originariorum Civitatis, & Diœcesis Melevita-
næ, de quo supra *n.* 13. meminimus, bene distinguit
Rot. in Melevitana Beneficii 31. *Januarii* 1653.
§. *Nec urget, cor. Albergato*, & antea dictum fuit in
Melevitana Beneficii coram Penia decis. 1183. *a n.*
3. *& seqq. cor. Coccin. decis.* 305. *n.* 8. *coram Lu-
dovis. decis.* 240. *n.* 19. ibique *Adden.*

Sed quæstio est, an per Regulam revocentur fa-
cultates a Sede Apostolica concessæ Universitati-
bus, & Collegiis disponendi, vel eligendi ad Be-
neficia reservata: Super hoc articulo de anno 1668.
a san. mem. Cardinali *Otthobono* tunc Pro-Datario,
postea Summo Pontifice sub nomine *Alexandri
VIII.* consulti fuerunt duo celeberrimi, doctissimi-
que Romanæ Curiæ Prælati *de Vecchis*, & *Fagna-
nus.* Primus negative respondit ea ratione, quod 31
Regula loquitur de Personis, ibi -- *Item revocavit
quascumque facultates, quas quicumque sui Præde-
cessores &c. quibusvis Personis &c.* -- Personarum
autem appellatione, Collegia, & Loca inanimata 32
non veniunt, *Roman. cons.* 195. *n.* 3. *& cons.* 400.
n. 4. *& cons.* 436. *n.* 1. *& seqq.* ubi, quod Indultum
derogans Privilegiis concessis familiaribus, & qui-
buscumque aliis Personis in genere, vel in specie,
non tollit Privilegia elargita Collegio Auditorum 33
Palatii, quia Collegia sub Personarum nomine non
comprehenduntur, *Gonzalez ad Regul.* 8. *gloss.* 37.
n. 21. *& seqq. Kochier. in eamdem Regul. n.* 4. *Ru-
beus singular. Rot. Roman. part.* 3. *pag. mihi* 221. §.
6. *per tot.* ubi ponit Votum *Rubei* alias Rotæ De-
cani distinguenti, inter materiam favorabilem, &
exorbitantem, ac restringendam, ut in primo casu
appellatione Personarum veniant Collegia, secus 34
in secundo casu, qui nostris terminis est adaptabi-
lis, *Sarnen. super Regul. de Idiomat. quæst.* 2. *n.* 20.
Rot. coram Puteo decis. 45. *n.* 3. *&* 4. *libr.* 1. *&
coram Caputaquen. decis.* 42. *n.* 3.

Idque comprobabat nedum ex iis, quæ in pro-
ximis terminis diximus in præcedenti Regula 35
XIV. quod Revocatio facultatum quibusvis con-
cessarum, non comprehendat eas, quæ Loco pio,
& inanimato concessa fuerunt *ex decis.* 42. *part.* 3.
cor. Verallo. Verum & magis precise ex tenore
Regulæ IX. quæ non solum derogat Privilegiis
disponendi de Beneficiis vigore Mensium reserva-
tis, & concessis *quibusvis Personis*, sed etiam ad-
dit, & *Collegiis*, alias enim hujusmodi expressione 36
seclusa, Privilegia indulta Collegiis, quippe quæ
non veniunt sub nomine Personarum, censeri non
poterant per Regulam IX. sublata, ut ajunt *Ko-
chier. in eamdem Regul. gloss.* 14. *n.* 3. *Gonzal.
dict. gloss.* 37. *n.* 1.

Hæc erant fundamenta bon. mem. *R. P. D. de
Vecchis*, usque addi potest, quod si verba ejus-
dem Regulæ XV. rite ponderentur, ea loqui tan-
tum videntur de Indultis temporalibus ad vitam 37
alicujus, vel aliud tempus concessis, non vero de
Indultis perpetuis, cujus indolis regulariter solent
esse, quæ Collegiis, & Universitatibus a Sede
Apostolica elargiuntur; hæc enim sunt verba Re-
gulæ -- *ut quamdiu viverent, vel suis Ecclesiis,
aut Monasteriis praeessent, aut ad aliud tempus de
Beneficiis reservatis &c.* -- & hanc ob rationem
Ludovicus Engell. in Collegio Jur. Can. lib. 3. *tit.* 5.
de Præbend. existimat, Pontificia Indulta, & Pri- 38
vilegia nonnullis Capitulis Germaniæ elargita, ut
ad Dignitates post Pontificales majores, quæ juxta
Regulam IV. & Concordata Germaniæ, sunt re-
servatæ, possint de suo gremio Personam idoneam
eligere, non esse per hanc Regulam revocata; Alia
addita ulterius ratione, quod per legem generalem 39
numquam particulari consuetudini, cui Capitula
præfata, etiam innituntur pro eligendis suis Præpo-
sitis derogatum censetur, nisi specialiter in illa lege
expressa mentio de consuetudine hujusmodi habea-
tur, *Cap.* 1. *de Constitut. in* 6. Et hanc Senten-
tiam sequi etiam videtur *Card. de Luc. de Benefic.
disc.* 13.

Sed contrariam Sententiam sequutus fuit *Fagna-
nus* ex rationibus expensis in suo brevi, sed ele-
ganti Voto tenoris, qui sequitur -- *Cum Regula
XV. revocet facultates concessas quibusvis Perso-
nis disponendi de Beneficiis reservatis ad earum col-
lationem, electionem, & quamvis aliam dispositio-
nem spectantibus, non videtur dubitandum, quin 40
comprehendat etiam Capitula, vel Collegia, quia*

verbum illud Electionem *ex proprietate vocabu-*
41 *lis non convenit, nisi pluribus collective, & sic*
habentibus jus Universitatis, seu Collegii, vel Ca-
pituli; & Regulam illam, quod Collegium non ve-
42 *niat appellatione Personarum, limitant Doctores,*
quando materia subjecta est apta, & proportiona-
bilis ad comprehendendum Collegia, & Universi-
tates, sicuti est materia electionis. Et quamvis
in Regula IX. legantur eadem verba ad Electio-
43 nem, *& nihilominus ibi fiat specifica mentio* Col-
legii, *hoc tamen factum videtur ad abundantiorem*
cauthelam, & majoris expressionis gratia, unde in
hac ponuntur etiam majores derogationes, quam
in Regula XV. Hactenus Votum *Fagnani.*

Hinc bene *Sarnen. in Regul. de Annal. quæ-*
stion. 12. *num.* 3. firmat, quod eadem Regula *de*
44 *Annali*, licet nullam faciat mentionem de Capi-
tulo, & Collegio, nihilominus ratione materiæ
subjectæ, & proportionabilis, locum habet con-
tra Capitulum, & Collegium annalem possesso-
rem. Conferunt etiam tradita per *Rebuff. super*
Concordat. Rubric. de Collat. §. Statuimus 2 Verb.
Personis, vers. licet quando materia subjecta, &
in eadem *Rubric. de Collat. §. Præfatique Ordi-*
narii, verb. Quicumque, versic. Et sic compre-
45 *hendit*, ubi quod dispositio loquens de *quibuscum-*
que Personis, prout loquitur Regula, comprehen-
dit etiam Capitula ratione verbi *quicumque.* Et
hanc Sententiam, quod Regula revocet etiam In-
dulta, & facultates Collegis, & Capitulis conces-
sas præsentandi, eligendi, sur disponendi de Be-
46 neficiis reservatis, constanter sequitur Rota, ut an-
tiquioribus Decisionibus relatis, *decis.* 25. *n.* 31. *&*
seqq. part. 7. *decis.* 8. *n.* 5. *& seqq. part.* 7. *dec.* 200.
n. 15. *decis.* 28. *& seqq. part.* 9. *Recent. & dec.* 626.
n. 36. *cor. bon. mem. Molines, & in Melevitana*
Beneficii cor. Albergato, & in Tirasonen. Priora-
tus 29. *Aprilis* 1697. *§. Eoque, cor. Ursino, & in*
Juvenacen. Præpositura 23. *Aprilis* 1725. *§. Pa-*
rum attento, confirmata 10. *Maii* 1726. *cor. Re-*
verendiss. Corio, & in Urgellen. Archidiaconatus 25.
Februarii §. Absque eo quod, & 18. *Februarii §.*
Ceterum, cor. eodem, & in Urgellen. Plebania 16.
Februarii 1728. *§. Accedente, cor. R̃mo Aldrovando.*

Nec obstant rationes adductæ ab *Engel.* Non
prima circa perpetuitatem Indultorum, quæ Ca-
pitulis, & Collegiis elargiri solent. Tum quia
47 per concessiones perpetuas non possint Antecel-
sores legem imponere Successoribus Pontificibus,
eorumque jurisdictionem a solo Deo dependentem
coarctare, *Rot. decis.* 200. *n.* 16. *part.* 9. *Recent.*
& decis. 626. *n.* 36. *cor. Molines, Kockier in Re-*
gul. 8. *gloss.* 11. *n.* 27. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2.
quæst. 39. *n.* 15. *&* 19. ubi loquens de Privilegio
concesso cum præservativa in specie adversus fu-
48 turas Regulas Cancellariæ, ait, ridiculum esse *re-*
vocare in dubium potestatem Papæ ex Decreto
sui Prædecessoris, cum certum sit, illum posse
quidem Successori mentem suam indicare, sed nul-
lo modo ei legem imponere. Tum quia ipsa Re-
gula in littera comprehendit etiam eos, qui facul-
49 tatem habent disponendi de Beneficiis reservatis,
uti *Vicarii perpetui Papæ*, unde eadem ratione
afficit Universitates, & Collegia habentia Indulta
perpetua, *Rot. in Melevitana Beneficii* 31. *Janua-*
rii 1653. *§. Nec quidquam, cor. Albergato.* Tum
50 demum, quia si Regula revocat Indulta vitalitia,
quæ sunt minoris præjudicii, potiori jure dicendum
est, revocare voluisse Indulta perpetua, perpetuum
vulnus infligentibus Reservationibus Apostolicis,
Rot. in Urgellen. Archidiaconatus 18. *Februarii*
1726. *§. Ceterum, coram R̃mo Corio.*

Minusque subsistit altera ratio *P. Engel*, quod
per legem generalem derogatum non censeatur
particulari consuetudini, nisi id expresse dicatur.
Quia verba nostræ Regulæ adeo clara sunt, &
tot prægnantes continent clausulas derogatorias,
ut vanum sit contendere, per eas abrogatas non 51
fuisse particulares, & speciales consuetudines ejus-
dem Regulæ dispositioni adversantes. Potissimum
quia specialis hæc consuetudo tantum sibi non
vindicat auctoritatem, ut vincat Indultum ipsum
Apostolicum, quod si a Regula revocatur, non
est cur abrogata quoque dici non debeat consue-
tudo ipsa, ut supra diximus.

Cardinalis vero *de Luc. dict. disc.* 103. nullam
affert assertionis suæ rationem, & eum expresse 52
rejecit *Piton. controvers.* 3. *n.* 38. necnon *Rot. in*
Colonien. Præpositura 2. *Maii* 1729. *§. Hæc vero,*
con Reverendiss. Caleagnino.

Sed quamvis hæc de jure certa sint, & menti
Regulæ consona, nihilominus nonnulla Capitula
Germaniæ, quæ Apostolicis gaudent Indultis eli-
gendi Personam idoneam ex eorom gremio ad
Dignitates majores post Pontificalem in Cathedra-
libus, & Principales in Collegiatis, hac Regula
non obstante, suis utuntur Indultis, juxta exem- 53
pla, quæ adduximus in *Commentar. in Regul. IV.*
§. 1. & testatur *P. Engel. dict. tit.* 5. *de Præbend.*
n. 97. Et ubi agitur de Dignitatibus præfatis, quæ
Consistorialiter provideri solent, stylus, & praxis 54
Sacræ Congregationis Consistorialis est, electio-
nes confirmare, si a nullitatis vitio sint immunes,
absque eo quod umquam in dubium revocaverit, an
Indulta Apostolica ad eas eligendi Capitulis elar-
gita, revocata remanserint per Regulam XV. ut
diximus in *Commentar. in Regul. IX. §. II.* & no-
vissime servatum fuit in *Nullius*, seu *Meten. Aba-* 55
tiæ de anno 1728. Cum enim vacante Abatia S.
Petri Montis Ordinis Canonicorum Regularium
Nostri Salvatoris *Nullius*, seu *Meten.* Diœcesis,
Canonici, & Capitulum ratione suorum Privile-
giorum in Abatem elegissent *Hyacinthum Pillerer*
ejusdem Monasterii Priorem, & quæsitum fuisset
in Sacra Congregatione Consistoriali. *An hujus-*
modi electio confirmanda esset, die 4. Martii ejus-
dem anni responsum fuit, *esse confirmandam cum*
clausula Supplentes.

At quod diximus revocari per Regulam facul-
tates disponendi de Beneficiis reservatis, etiam
Collegiis, & Universitatibus concessas, limitatur
in casu, quo facultates ipsæ indultæ fuerint in limi- 56
ne erectionis, & fundationis eorumdem Benefi-
ciorum. Regula enim non derogat expresse hujus-
modi generis Indultis, & quæcumque tacita dero-
gatio, quæ ex clausulis derogatoriis in ea contentis
erui prætenderetur, esset minus habens, & inepta
ad elidendam vim Indulti in limine fundationis Be-
neficii elargiti, quod expressam requirit deroga-
tionem, ut diximus in *Commentar. in Regul. I. §.* 1.

Id quod locum sibi vindicat etiamsi ageretur
de Indulto disponendi, vel eligendi ad Dignitatem
post Pontificalem majorem in Cathedrali, aut prin- 57
cipalem in Collegiata. Cum enim Regula alio
intuitu non emanaverit, quam ad effectum præ-
servandi reservationes generaliter Beneficiis, &
Dignitatibus jam infixas, eo ipso, quod Indultum
est concessum antequam Dignitas ipsa sit erecta,
& in rerum natura existat, & consequenter tem-
pore, quo dici nequeat obnoxia reservationi con-
tentæ in *Regula IV.* & jus Datariæ Apostolicæ ac-
quisitum, cessat finis, & fundamentum ejusdem
Regulæ XV. sub cujus proinde revocatione Indul-
tum præfatum comprehensum non remanet, *Card.*
de

de Luc. de Benefic. disc. 109. *n.* 8. *Piton. discept.*
25. *n.* 6. *& discept.* 111. *n.* 44. *Rot. in Colonien.*
Præposituræ 2. *Maii* 1729. §. *Hæc vera, cor. Re-*
verendiss. Calcagnino.

Pari ratione dicendum est, nec revocationi Re-
gulæ subjacere facultatem, quam Pontifex sæcula-
58 rizando Ecclesiam Regularem, eamque in Colle-
giatam erigendo cum erectione principalis Digni-
tatis, & Canonicatuum, Canonicis facultatem in-
dulgeat eligendi ut prius ad eamdem Dignitatem;
Si enim in statu Regulari præfata Dignitas electi-
va non subjacebat reservationi *Regulæ IV.* minus
subjacere potest in statu Sæculari, & per conse-
quens Indultum ad eam eligendi nequit reservatio-
ni Regulæ obnoxium, *Card. de Luca de Benef. disc.*
109. *n.* 8. *D. Ursaya tom.* 5. *part.* 2. *discept.* 12. *n.*
29. *Piton. discept.* 111. *n.* 43. Hinc Praxis S. Con-
59 gregationis Consistorialis est, quod ubi agitur de
similibus Dignitatibus Consistorialiter provideri so-
litis, electiones ad eas rite factas confirmare non
dedignatur; prout ceteris omissis exemplis, semper
eadem Sacra Congregatio confirmavit electiones,
quas ad Præposituram, Dignitatem principalem
Collegiatæ Ecclesiæ S. Viti *Elvacen.* legitime pere-
git Capitulum vigore Indulti *san. mem. Pii II.* qui
Ecclesiam præfatam prius Regularem sæcularizan-
do, eamque in Collegiatam insignem erigendo,
facultatem Capitulo impertitus fuit eligendi Præ-
positum, ea tamen lege, quod Electus confirma-
tionem a Sede Apostolica petere, & obtinere de-
beret. Quemadmodum de hac observantia testa-
tur *D. Ursaya dict. discept.* 12.

Ceterum, etsi Indulta disponendi de Beneficiis
reservatis in limine fundationis impertita, non
subjaceant revocationi præsentis Regulæ XV.
comprehenduntur tamen sub revocatione alterius
60 Regulæ IX. si contingat ea vacare in Mensibus
reservatis, cum Regula præfata ad differentiam
Regulæ XV. expresse deroget Indultis in *limine*
fundationis elargitis adversus reservationem in ea
contentam, *Piton. discept.* 111. *n.* 41. *Rot. decis.*
595. *n.* 14. *cor. bon. mem. Lancetta*, & diximus in
Comm. in Regul. IX. part. 1. §. *II.*

Quod procedit etiam respectu Indulti eligendi
61 ad primas Dignitates in limine earum erectionis
concessi, cum Dignitates præfatæ, etsi speciali
subjaceant reservationi contentæ in Regula IV.
62 adhuc exemtæ non sunt ab altera reservatione Re-
gulæ IX. cum non implicet idem Beneficium plu-
ribus esse favore Sedis Apostolicæ reservationibus
obnoxium. Unde fit, quod si contingeret, Di-
gnitates præfatas in Mensibus Apostolicis vacare,
Indultum ad illas eligendi sub revocatione ejus-
dem Regulæ comprehensum utique remaneret,
Card. de Luca de Benef. disc. 107. *n. final. & de*
Judic. disc. 60. *n.* 9. *Rot. decis.* 58. *n.* 1. *&* 2. *cor.*
Ubald. & in Juvenacen. Præposituræ 23. *Aprilis*
1725. §. *Jam vero, &* §. *seq. in fine, &* 10. *Maii*
1726. §. *Sic autem, cor. Reverendiss. Corio, &* 22.
Novembris ejusdem anni cor. bon. mem. Crispolta,
& Nos alibi diximus.

Quid autem dicendum de Indulto, quo gaudet
63 Universitas Studiorum Lovanii conferendi certa Be-
neficia in Civitate, Diœcesi, & Patria Leodiensi
existentia, an sit per hanc Regulam revocatum?
Negative respondendum est. Primo quia Indul-
tum præfatum a Paulo V. dictæ Universitati elargi-
64 tum, si *Rotæ* sequi libeat opinionem, Concordatis
Germaniæ æquiparatur, ut diximus in *Comm. in*
Regul. IX. §. *III. n.* 206. quæ Concordata per hanc
Regulam minime revocantur. Secundo quia non
65 comprehenditur sub revocatione *Regulæ IX.* ut ibi-
dem diximus. Ergo nec minus subjectum dici po-
test revocationi inductæ per hanc Regulam, quæ
debiliores continet clausulas. Tertio quia in celebri 66
controversia, quæ sub Pontificatu *Clementis IX.*
exorta fuit inter Lovanienses, & Sedem Aposto-
licam, cujus historiam retulimus in *dict. Comm. in*
Regul. IX. §. *III.* Privilegia Lovaniensibus conces-
sa suspensa fuerunt in Patria, & Diœcesi Leodien-
si, quæ sane suspensio superflua fuisset, si revoca-
tioni Regulæ obnoxia remansissent. Idemque de-
notat eorumdem Privilegiorum reintegratio sub
Clemente X. sequuta. Et licet in quodam suo Voto
ms. Cardinalis *Corradus* san. mem. *Alexandri VII.*
Pro-Datarius fuisset in sensu Lovaniensium, Indul-
tum comprehendi sub censura præsentis Regulæ,
tamen pedes non figit super hoc motivo; Cum
enim casus esset, an Pontifex dare posset Coadju-
torem in Canonicatu, non obstante Lovaniensium
privilegio, resolvit affirmative, sed alio solidiori
fundamento, quod nempe possit Pontifex Privile- 67
gio præfato derogare, sicuti derogare potest Con-
cordatis Germaniæ, quæ longe potentiora sunt
Lovaniensium Privilegio.

Plures hucusque enumeravimus casus, in qui-
bus locum sibi vindicat censura Regulæ; sed exci-
piuntur in ea Indulta Cardinalibus elargita confe- 68
rendi Beneficia reservata, & merito; nam alias
Indulta præfata elusoria prorsus, & inutilia rema-
nerent, nec suum operari possent effectum, nisi
vivente tantum Pontifice indulgente. Quamvis
antiquitus nec Indulta Cardinalium immunia fuis-
se a revocatione Regulæ testatur *Rot. dec.* 870.
n. 13. *&* 14. *cor. Coccin. repetita dec.* 635. *numer.*
4. *part.* 3. *Recent.*

Difficultas tamen est, an per Regulam revocatæ
censeantur facultates conferendi Beneficia reservata,
Cardinali Legato concessa? Et pro affirmativa pon- 69
derari potest, quod Papa excipiendo a Regula In-
dulta, quæ Cardinalibus elargiri solent, eorum in-
demnitati consulere voluit, ne præjudicium aliquod
in eorum ordinaria collatione paterentur; Ratio
autem ista non respicit collationem Beneficiorum,
quæ expletur a Cardinalibus Legatis, quia ipsi non
ordinario, sed extraordinario, & accidentali jure 70
conferre dicuntur, ut in terminis *Regulæ IX.* per-
pendunt *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloss.* 24. *n.* 38. *&*
seqq. Spad. cons. 50. *n.* 7. *versic. Et ex his cum seqq.*
lib. 3. *Rota cor. Crescent. decis.* 217. *alias decis.* 20.
de Præbend. & cor. Achil. decis. 1. *n.* 5. *de Offic.*
Ordin. & cor. Coccin. decis. 870. *n.* 16. *& seqq.* ubi
quod alias Regula in Provinciis Papæ, quæ regu-
lariter a Legatis gubernantur, esset superflua. Et
ex hac forsan ratione *Martinus V.* in sua Regula,
quam supra *n.* 3. transcripsimus, revocavit in spe- 71
cie facultates disponendi de Beneficiis reservatis,
Legatis de Latere concessas.

Idque etiam suadetur ex verbis Regulæ, in qua
revocatur facultas conferendi Beneficia reservata, 72
vel affecta, concessa habentibus de jure, vel con-
suetudine ordinariam collationem, seu aliam dis-
positionem Beneficiorum *Ecclesiasticarum*, idest
aliam *ordinariam* dispositionem, cum verbum *alius* 73
implicet similia, *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloss.* 3. *n.*
22. *Parisius de Resignat. lib.* 2. *Quæst.* 15. *n.* 21.
Guttierez Canon. Quæst. lib. 2. *cap.* 5. *numer.* 88.
cum aliis plene relatis a *Barbos. Dict.* 26. *numer.*
1. *& seq.* & denotat, quod restringi debeat ad
dispositionem *ordinariam* supra expressam, ut
firmat *Mandos. in hanc Regulam Quæst.* 4. *n.* 3.
& seqq. Ergo dum postea excipit Cardinales,
exceptio, quæ semper esse debet de regula, *leg.* 74
Nam quod liquide §. *final. ff. de Penu Legat. Gemin.*

conf. 65. numer. 8. *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloss.* 13.
numer. 77. *& Gloss.* 14. *numer.* 35. *& Gloss.* 51.
n. 2. intelligenda est de Cardinalibus habentibus
collationem de jure, seu consuetudine, quales
non esse Cardinales Legatos firmant DD. mox
laudati post *Gloss. in Clement.* 2. *de officio Delegat.*
& tradunt idem *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloss.* 21. *nu-*
mer. 38. *Tondut. Resolut. Benef. part.* 2. *cap.* 2. §.
6. *n.* 6. *Rot. decis.* 206. *n.* 3. *part.* 1. *diversor.*

Verum his non obstantibus, verior est, & in
75 praxi recepta, contraria sententia. Quidquid enim
sit, an Cardinales de Latere Legati Beneficia con-
ferre dicantur jure potius extraordinario, quam
ordinario, cum non desint Doctores, qui existi-
mant, Legatos ipsos esse Collatores ordinarios, ut
76 præ cæteris *Gambar. de Offic. Legat. lib.* 3. *n.* 25.
& seqq. Tondut. Resolut. Benefic. part. 3. *cap.* 152.
n. 9. *& cap.* 200. *n.* 4. *& seqq.* & diximus in *Com-*
ment. in Regulam IX. Certum esse videtur, quod
77 Regula nullibi intendit præservare tantummodo
Cardinales ordinarios Collatores, cum generaliter
excipiat Cardinales ratione Cardinalitiæ Dignita-
tis, ideoque intelligenda est sive ii sint ordinarii,
sive extraordinarii Collatores.

Non obstat, quod Regula revocando in prin-
cipio Indulta concessa iis, qui habent ordinariam
collationem, sive *aliam* dispositionem, idest *ordi-*
nariam, dum postea Cardinales excipit, eos so-
lum excepisse videtur, qui ordinaria pariter gau-
78 dent conferendi Beneficia potestate. Siquidem ve-
rior est sententia, quod Regula revocet etiam In-
dulta concessa iis, qui gaudent extraordinaria fa-
79 cultate conferendi Beneficia. Dictio enim *alius*
non semper implicat similia, maxime ubi vel ra-
tio subjectæ materiæ repugnaret, vel aliquod se-
queretur absurdum, *Gonzal. in Regul.* 8. *Cancel-*
lar. Gloss. 3. *n.* 49. *Surd. consf.* 449. *n.* 26. cum aliis
apud *Barbos. de Dict. Dict.* 26. *n.* 14. Ratio autem
subjectæ materiæ exposcit, ut Regula intelligatur
80 etiam de extraordinariis Collatoribus, ne alias me-
lioris ipsi essent conditionis, quam ordinarii Colla-
tores, qui semper ampliori favore sunt prosequendi.

Et in hanc intelligentiam collimant quamplu-
rima argumenta ex verbis ejusdem Regulæ de-
81 promta. Primo quia utitur verbo *& aliam disposi-*
tionem, quod sane verbum latissimum est, aptum
comprehendere omnem, & quemcumque modum
providendi sive ordinarium, sive extraordinarium.
Secundo quia in ea revocantur facultates *quibusvis*
Personis quavis consideratione, & intuitu concef-
sæ, quæ verborum amplitudo, multum pariter
operatur ad denotandam Pontificis mentem pro
comprehensione Collatorum extraordinariorum. Et
postremo idipsum suadent tum verba illa, *ut quam-*
diu viverent, vel suis Ecclesiis, seu Monasteriis
præessent, aut ad aliud tempus &c. quod sane *tem-*
pus referendum ad tempus illud, quo ordinarii
Collatores non amplius Ecclesiis, & Monasteriis
præsidentes, extraordinaria potirentur facultate
conferendi. Tum subsequentia verba, *ad eorum*
collationem, præsentationem, & quamvis aliam
dispositionem &c. quæ bene adaptantur cuicumque
modo providendi, etiam ultra ordinarium. Ut
hæc omnia perpendit *Mandos. in hanc Regul. Quæ-*
stion. 4. *per tot.* licet postea nil resolvat.

Hinc videmus, quod si Cardinales Episcopi
cessarint Regimini suarum Ecclesiarum, reserva-
ta sibi facultate Beneficia conferendi in Mensibus
Apostolicis, adhuc non obstante hac Regula in 82
dictis Mensibus conferunt, nec hujusmodi confe-
rendi facultas censetur revocata, quamvis rema-
neant Collatores extraordinarii, ut late diximus in
Commentar. in Regulam II. Et hanc sententiam
sequitur *Rot. dec.* 285. *n.* 27. *par.* 9. *Recent.* ibi-- 83
Verbum enim dispositio, *de quo in dicta Regu-*
la (nempe XV. *comprehendit quoscumque modos*
providendi de Beneficiis, tam ordinariis, quam aliis
competentibus; unde sequitur revocatio facultatum
quibuscumque concessarum super quacumque dif-
positione Beneficiorum latissime sumta &c.

Nec obstat, quod in Regula *Martini V.* revo-
centur in specie facultates concessæ Apostolicæ 84
Sedis de Latere Legatis, quia Regula præfata fuit
temporalis, & cum suo conditore expiravit. Suc-
cessores vero Pontifices diversa loquendi formula
usi sunt ab ea, quam *Martinus V.* adhibuit, dum
nulla facta in eorum Regulis de *Legatis* mentio-
ne, Cardinales excipiunt, unde a fortiori excepisse
dicendum est Legatorum de Latere auctoritatem,
& facultates.

Pro coronide tandem abs re non erit adnotare,
quomodo intelligenda sunt verba Regulæ, quæ re-
vocat facultates concessas Ordinariis disponendi de
Beneficiis reservatis, seu affectis ad *eorum colla-* 85
tionem, provisionem &c. spectantibus; si enim sunt
reservata, quomodo spectant ad eorum collatio-
nem? & si spectant ad eorum collationem, ad quid
facultates conferendi illis concessæ? *Mandos. in*
hanc Reg. quæst. 1. ait, supplenda esse verba hoc
modo, videlicet ad eorum *alioquin* collationem
spectantibus, ut sensus sit quod revocentur facul-
tates concessæ Ordinariis de conferendo Beneficia,
quæ alioquin ad eorum provisionem spectassent,
si reservata non fuissent, & *Mandos.* sequuntur
Quesad. hic in princip. & Kochier. n. 1.

REGULA XVI.

De Dictionibus numeralibus.

ITem, ut in Apostolicis Litteris committendi crimen falsi peramplius tollatur occasio, voluit, & ordinavit, quod Dictiones numerales, quæ in dictis Litteris ante Nonas, Idus, & Kalendas, immediate poni consueverunt, per Litteras, & Syllabas extensæ describantur, & illæ ex prædictis Litteris, in quibus hujusmodi Dictiones aliter scriptæ fuerint, ad Bullariam nullatenus mittantur.

ARGU-

ARGUMENTUM
PATET EX SUMMARIO.

SUMMARIUM.

1 *Dictiones numerales, quæ in Litteris Apostolicis ante Kalendas, Nonas, & Idus, apponuntur, describi debent extensæ per Litteras, & Syllabas.*

2 *Prodiit Regula ad effectum præcidendi occasionem committendi falsitatem in Litteris Apostolicis.*

3 *Concordat cum jure civili, quo sancitur Instrumenta, ac Testamenta, integris dictionibus exaranda esse.*

4 *De stylo Datariæ dictiones numerales extendi debent etiam in Supplicationibus.*

5 *Data parva apponitur ab Officiali Datarum, & quidem abbreviate.*

6 *Et nullam fidem facit in Judicio.*

7 *Data Magna in Beneficialibus apponitur Supplicationi per Datarium, si est solvenda compositio, sin minus per Subdatarium.*

Et in materiis Matrimonialibus apponitur per Præfectum vacationibus per obitum. ibidem.

8 *Apponitur juxta tenorem Datæ parvæ. Et quomodo extendatur.* ibidem, & numer. 9.

10 *Kalendæ, Nonæ, & Idus, necesse non est, quod ponantur per extensum in Litteris Apostolicis, & de ratione.*

11 *In Supplicationibus, de stylo, sola dictio numeralis ponitur per extensum in Magna Data, sed reliqua verba possunt abbreviari.*

12 *Regulæ dispositio etsi loquatur de Dictionibus numeralibus ponendis ante Kalendas &c. procedit etiam in aliis dictionibus numeralibus, quæ in Litteris Apostolicis apponi contingat.*

Redditur ratio, & traduntur exempla. ibidem, & n. 13.

14 *Bulla ad Bullariam transmissæ sine dictionibus numeralibus, an sint nullæ?*

15 *Lex dum aliquid prohibet, ex sola prohibitione insurgit nullitas actus contra legem exarati.*

16 *Ubi lex certam formam præscribit, illius omissio nullitatem actus ipso jure operatur.*

17 *Secretaria Brevium Regulæ dispositionem non servat, sed utitur Litteris numeralibus Romanis.* & n. 19.

18 *Numeri Abacales, seu Zifræ Arabicæ ab annis circiter 400. in Europam introductæ fuerunt.*

1 DIsponit hæc Regula, quod dictiones numerales, quæ in Litteris Apostolicis ante *Ka-
lendas*, *Nonas*, & *Idus* apponuntur, per litteras,
& syllabas extensæ describantur, nempe *octava*
2 *Kalendas, quinta Nonas, sexto Idus Maii.* Emanavit Regula, ut omnis præcidatur occasio committendi per amplius crimen falsi, & concordat
cum Jure civili, quo pluribus in locis sancitur, ut
3 Instrumenta, ac Testamenta integris dictionibus
exarentur, ut quælibet falsitatis suspicio elimine-
tur, ut in *leg. 1. & 2.* & *§. Eamdem pœnam Cod. de
Vet. Jur. enucl.* ibi -- *numeras per consequentiam
literarum volumus, non autem per signa manife-
stari* -- & in *leg. 1. in fin. ff. de Confirmat. ff. Auth.
quod sine Cod. de Testam. Auth. de Testament. im-
perfect. §. Nos igitur*, ibi -- *Non signis numerorum
significandas, sed per totas litteras declarandas, ut
undique claræ, & indubitatæ consistant* -- ibique
Gloss. litt. F. ioquit -- *signa numerorum sunt hæc 5
& 10. & 20.* cum concordantibus relatis per *Gon-
zal. in Cap. 15. de Fid. Instrument.* ubi ex *Sueton.
in Galb. cap. 5.* refert, quod Tiberius Imperator
Legatum a Livia Augusta Galbæ in Testamento
relictum, quia notata, non scripta erat summa,
quæ quingentis erat, ad quinquaginta reduxit, &
tandem illud pro irrito habuit, ut ex eodem *Sue-
tonio* constat in *Tiberio cap. 51.* & adnotant *Que-
sad. hic in princip. Mandos. ibid. quæst. 1. Eminen-
tiss. Petr. in Constit. Apostolic. tom. 1. pag. 411. n. 27.*

Etsi autem Regula disponat de Litteris Apostolicis, nihilominus de stylo Datariæ etiam in sup- 4
plicationibus hujusmodi dictiones numerales ex-
tenduntur. Differentia tamen adest inter parvam
Datam, & Magnam. Data parva, quæ apponi- 5
tur ab Officiali Datarum, qui parvis caracteribus
in extrema Supplicationibus margine apponit Da-
tam diei, Mensis, & Anni absque clausula, *Datum*;
hæc inquam Data parva, quia nullam fidem facit
in Judicio, abbreviate ponitur, videlicet -- *S. M. M.* 6
Kal. Decembris ann. p. -- Data vero magna appo-
nitur Supplicationi per Datarium, si est solvenda 7
Compositio, sin minus per Sub-Datarium in Be-
neficialibus, & per Præfectum Vacationibus per 8
obitum in Matrimonialibus, & apponitur juxta
tenorem Datæ parvæ, extendendo locum, & lo-
cum loci; Et hæc Data magna per litteras, & syl- 9
labas extenditur hoc modo -- *Datum Romæ apud
Sanctam Mariam Majorem tertio Kalendas Decem-
bris anno primo.* -- Et hic est Datariæ stylus, de
quo *Mandos in hanc Regul. quæst. 2. Kochier. ibid.
n. 14. Paris. de Resignat. lib. 8. quæst. 7. num. 22.
Amayd. de Styl Datar. lib. 1. cap. 6. n. 4. & seqq.
Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. cap. 8. sub n. 38.
vers. Unus Officialis*, & latius *n. 52. Lotter. de Re
Benef. lib. 2. quæst. 23. n. 14. Rota de Executor. lib.
1. cap. 1. n. 25.. & seqq. & n. 37. Pastor. de Be-
nef. part. 2. tit. 1.* & ibi *Solier. litt. A.*

Necesse tamen non est, quod Kalendæ, Nonæ,
& Idus ponantur per extensum, goia in iis non 10
potest considerari ea suspicio fraudis, quæ consi-
deratur in dictionibus numeralibus, ut quidquid
dicat *Amayd. de Styl. Datar. dict. cap. 6. num. 9.*
late distinguit *Mandos. in hanc Regul. quæst. 3.* Et
in Supplicationibus stylus se habet, quod sola di- 11
ctio numeralis per extensum in Data Magna ap-
ponatur, reliqua vero verba possint abbseviari.

Sed quamvis Regula loquatur de dictionibus
numeralibus ponendis ante *Kalendas*, *Nonas*, &
Idus, tamen locum habet etiam in aliis dictioni-
bus numeralibus, quæ in Litteris Apostolicis ap- 12
poni contingat; nam ex identitate rationis etiam
in Litteris præfatis dictiones numerales ponendæ
sunt per extensum, *Mandos. in hanc Regul. quæst.
4. per tot. Kochier. ibidem n. 15.* ubi exemplificat 13
in Litteris Apostolicis super Gratia quatuor Ordi-
num minorum suscipiendorum pro constituto in
quinto, vel sexto anno, vel in dispensatione ad
obtinendum Beneficium curatum pro constituto in
decimo octavo anno &c. quæ tamen Gratiæ ho-
die non amplius indulgentur.

An autem nullæ sint Bullæ, si ad *Bullariam*
(idest locum Bullarum, sive Registrum Bullarum) 14
sine dictionibus numeralibus extensis mittantur?
Sot. in hanc Regul. n. 9. respondet per verbum
forte, quod *non*, quia Regula Bullas non annul-
lat, & numquam debemus inducere nullitatem,
nisi in casibus expressis. Sed contrarium dicendum
est, quia ubi lex, aut Constitutio aliquid prohibet 15
ex hac sola prohibitione exurgit nullitas actus exa-
rati contra Legem, aut Constitutionem, *Leg. Non*

dubium Cod. de Legib. Tum quia Regula non so-
lum disponit, quod dictiones numerales in Litteris
Apostolicis extendi debeant, verum ulterius pro-
cedit demandando, ut *si aliter scriptæ fuerint, ad*
Bullariam nullatenus mittantur, per quæ verba cum
16 certa forma præscripta fuerit, istius omissio actus
nullitatem ipso jure operatur, *ad Text. in Auth.*
hoc jus porrectum C. de Sacros. Eccles. Leg. cum
hi §. Si Prætor. ff. de Transact. Mandos. in hanc
Regul. quæst. 6. Kochier. ibid. n. 33. ubi subdit,
quod Stylus Cancellariæ non servatus reddit Litte-
ras Apostolicas suspectas de falsitate per *Text. in*
Cap. Quam gravi de Crim. falf. Cap. ex Litteris de
Constit. Wagnarec. in Jus Can. lib. 5. tit. 3. de Præ-
ben.. & Regul. Cancell. in hanc Regul. pag. 516.

Ceterum omittendum non est, quod Secretaria
Brevium hanc Regulam non servat, sed utitur 17
litteris numeralibus Romanis, videlicet apud S.
Mariam Majorem die VIII. Maii MDCCXXXI.
& utitur numeris Romanis, non vero numeris
Abacalibus, seu Zifris Arabicis ideft 8. Maii 1731.
quia hæ Zifræ antiquitus in publicis Instrumentis
non adhibebantur, sed ab annis circiter 400. adhi-
beri cœperunt in Europa, ut ait *Papebroch. in Res-*
ponf. ad P. Sebastianum a S. Paulo tom. 2. pap. 198.
sub n. 270. & ideo Secretaria Brevium servat mo-
rem antiquum, de quo *Emmentiss. Petr. in Constit.*
Apostolic. tom. 1. pag. 411. n. 27. & 28.

REGULA XVII.

De Concurrentibus in Data.

ITem voluit, quod de Concurrentibus in Data ejusdem diei, super vacantibus, seu certo modo vacaturis Beneficiis, illi quibus gratiæ Motu proprio conceduntur, ceteris simili modo gratias non habentibus, alias graduati non graduatis, aut inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, nec non colorato titulo possessores non possessoribus, ac inter Personas alias in Curia præsentes absentibus ab ea, ac inter præsentes non Beneficiati Beneficiatis, & similiter inter absentes, ceteris paribus oriundus non oriundo, & Diœcesanus non Diœcesano; In reliquis vero singuli, quis prius Apostolicas desuper Litteras eorum Executoribus præsentaverint; aliis in ipsorum, de quibus agi contigerit, Beneficiorum assecutione præferantur.

ARGUMENTUM.

REgula, quæ forte Martinum V. in Auctorem agnoscit, inscribebatur antiquitus de *Concurrentibus super Beneficio juxta qualitatem.* Pontifices etsi a puncto eorum electionis, potestatis plenitudinem nanciscantur, non consuevere tamen ante Coronationem uti Litteris Apostolicis sub Plumbo, sed Brevibus sub Anulo Piscatoris, in quibus non scribunt Pontificatum in Data, sed Officium Apostolatus; etsi Litteras sub Plumbo adhibere velint, non Bullam integram ponunt, sed mediam, & quæ sit media Bulla? Pontifices a quo tempore eorum Litteras Plumbea Bulla signare cœperunt, & cur in ea S. Pauli imago dexteram, S. Petri sinistram partem occupet? Annus in expeditione Litterarum Apostolicarum de stylo Cancellariæ non a Christi Nativitate, seu ejus Circumcisione, sed ab Incarnatione calculatur, & qui primus ex Pontificibus stylum hunc induxit? Gratia Pontificis ex sola Signatura affectionem parit, & est perfecta, sed perfectio quoad illius exequutionem incipit a Data Magna, & quæ ista sit? Pro dignoscenda anterioritate Gratiæ tempus Datæ inspicitur, non signatæ Supplicationis, vel Regestrationis, etiam si discordet a Data Regestri; Data vero Supplicatione favore unius, non potest Datarius vigore sui Officii demandare, ut posterioris Gratiæ Supplicationi eadem Data apponatur. Provisus a Papa præfertur in pari Data proviso de eodem Beneficio ab Ordinario, nisi iste prævenerit in adipiscenda possessione Beneficii, aut fuerit ei antecedenter jus quæsitum, & quomodo hoc intelligatur. Anterior vero provisio Ordinarii non aliter posteriori Pontificis præfertur, quam si debitis solemnitatibus munita, omnem tollat antidatæ suspicionem. Inter duos Provisos Apostolicos sub pari Data ille præferri

ferri debet, qui pollet qualitatibus in Regula præscriptis, quæ late examinantur, & quamplurimæ dirimuntur quæstiones, quæ oriri possunt etiam in casibus, in quibus eædem in utroque proviso concurrant qualitates, & prærogativæ. Incolæ unius Regni, vel Provinciæ in Beneficiorum provisione ex æquitate solum, & congruentia præferri debent Exteris non de necessitate; Hinc Sedes Apostolica semper improbavir sæcularium Principum Constitutiones mandantes, ne Beneficia Alienigenis conferri possent; dedignata tamen non fuit quamplurimis Nationibus Privilegia impertiri, ne Exteris eorum Beneficia conferrentur. Quo Privilegio nonnullæ quoque Civitates favore earum Civium donatæ sunt, & late examinatur, an Indultum Leonis X. quo Beneficia Urbis, ejusque Districtus, exceptis Titulis Cardinalitiis, nec non trium Basilicarum majorum Archipresbyteratibus, & nonnullis Monasteriis, *Civibus Romanis* conferri, seu commendari mandavit, faveat etiam Civibus ex Privilegio Magistratus? In Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum si duo provisionem a Pontifice sub eadem Data obtinuerint, ille præfertur, qui Apostolicam reportaverit Gratificationem, & traditur illius formula. Ordinarii quoque facultate gaudent gratificandi alterum ex pluribus ab eodem Patrono cumulative, seu a diversis Patronis in paritate suffragiorum præsentatis; Quomodo vero, & inter quas Personas gratificatio hæc fieri possit, & debeat, plene explanatur. Regula locum sibi non vindicat in illa parte Regni Franciæ, quæ *Patria reducta* nuncupatur, expediret tamen, ut in ea quoque servaretur, & de ratione? Agitur de Praxi, quæ in Dataria servatur circa Datas Gallicanas: de illarum multiplicitate, & effectu: quomodo expediri debeant, & de tempore ad illas expediendas præfixo.

S U M M A R I U M.

1 *Martinus V. Auctor Regulæ; & exscribitur illa, quam ipse edidit.* n. 2.
3 *Regula quomodo antiquitus inscribebatur?*
4 Data *est designatio temporis, quo Principis Gratia emanavit.*
5 *Est necessaria ne contra Principis intentionem Beneficium semel uni collatum, alteri postea conferatur.*
6 *Pontifex statim ac a Collegio Cardinalium est electus, potestatis plenitudinem acquirit.*
7 *De stylo tamen ante Coronationem non scribit Pontificatum in* Data, & n. 31.
Sed tempore Urbani VIII. Litteræ Apostolicæ expeditæ fuerunt ante Coronationem, & sub Datum *in crastinum ejus assumtionis; & quare?* n. 32.
Antiquum tamen stylum alterare noluit Alexander VIII. in casu, de quo n. 33.
8 *Coronationis dies dicitur ortus Imperii, nec Imperator talis nuncupatur, nisi Corona suscepta.*
9 *Priscis temporibus annorum Imperii calculus, non a die electionis deducebatur, sed a die, quo Corona a Pontifice recipiebatur.*
10 *Pontifex ante Coronationem, si negocia expedire velit, id peragit per Brevia, in quibus non utitur Bulla, sed Anulo Piscatoris.*
At si Litteris uti velit, non integram Bullam, sed dimidiam adhibet. Et quæ sit dimidia Bulla? n. 12. 16. 17. 18. 22. & 23.
11 *Nec se scribit simpliciter Episcopum*, sed electum Episcopum, *& non Pontificatum*, sed Officium Apostolatus *scribit in* Data.
13 *Id ipsum priscis temporibus observasse Pontifices ante eorum Coronationem, sive Diaconi essent sive Presbyteri, pluribus exemplis ostenditur.* & n.
Sed Martinus V. ipsa Electionis die, quamvis non ordinatus Presbyter, non electum, *sed absolute* Episcopum *se scripsit.* n. 15.
14 *Pontifices ante* Formosum *eligebatur ex Diaconis, & Presbyteris, non autem ex Episcopis.*
19 *Episcopus in Pontificem electus, benedicitur potius quam consecratur; nam qui Episcopus est, Consecratione non indiget.*
20 *Sed Benedictionis, & Consecrationis nomina aliquando a Scriptoribus confunduntur.*
21 *Quemadmodum Coronatio Pontificis, quamvis diversa a Benedictione, seu Consecratione, cum post eas expleatur, pro illis tamen aliquando usurpatur.*
24 *Pontifices a quo tempore Plumbea Bulla eorum Litteras obsignare cœperunt?*
25 *Episcopi quoque priscis temporibus Plumbea Bulla utebantur.*
26 *Bulla Pontificum sculpta habet ex una parte Capita SS. Petri, & Pauli, ex altera vero nomen Regnantis Pontificis.*
Et a quo tempore inolevit usus exculpendi in Bulla Capita Apostolorum? n. 28.
27 *Pontifices, qua Diplomata Bulla aurea obsignare consueverint?*
29 *In Bullis Plumbeis Pontificum, cur S. Pauli Caput dexteram partem, S. Petri sinistram occupent?* & n. 30.
34 *Annus de stylo Cancellariæ, & Datariæ in expeditione Litterarum Apostolicarum, incipit ab Incarnatione D. N. J. C.*
Et a quo tempore, & quas ob causas stylus iste invaluit? n. 35.
De stylo tamen Secretariæ Brevium in istorum expeditione, Annus computatur a die Nativitatis Christi. dict. n. 34.
36 *Gratia quoad substantiam est perfecta ex sola Signatura, seu subscriptione Papæ.*
Sed hæc perfectio ex voluntate Pontificis incipit a die, quo Datarius Supplicationi Datam *apponit.* ibidem.
37 *Intellige ad effectum exequutionis gratiæ; secus pro desumenda Beneficii affectione ob appositionem*

tionem manus Papæ, ista enim oritur ex simplici Supplicationis Signatura.

38 Parvo Data *Supplicationi apponitur ab Officiali, & nullam, nisi apud Datarium, de Gratia concessa, fidem facit.*

Data magna *apponitur per Datarium, & est extensio* parvæ Datæ, *sub cujus die concipitur.* ibidem.

39 *Signata Supplicatione sub* parva Data, *si illa aliquo defectu laboret, potest nova Supplicatio sub* Data *prioris signari.*

Et principio nova Supplicationis inscribuntur Verba, Cui prius. *Et quid ista denotent?* ibidem.

40 *Nec admittuntur articuli ad probandum, quod posterior Supplicatio revera signata non fuerit sub* Data *priori.*

41 *Minusque objici potest de jure medio tempore alteri quæsito.*

42 *Prior in* Data *ceteris paribus potior est in jure.*

43 *Posterior in* Data *non est legitimus Contradictor, nec parem titulum habet.*

44 *Ad effectum dimetiendi anterioritatem Gratiæ unice attenditur* Data *Supplicationis, non autem tempus illius Signatura, aut Registrationis.*

45 *Etiamsi* Data *Supplicationis discordet a* Data *Regestri.*

46 *Datarius sui muneris vigore demandare non potest, quod post datatam favore alicujus Supplicationem super Beneficii provisione, apponatur eadem* Data *Supplicationi alterius, qui idem Beneficium postea impetravit.* Et quare?

47 *Nisi forte in aliquo esset erratum, quo casu Datarius mandare potest, ut sub eadem, immo anteriori* Data *Supplicatio signetur.*

48 *In concursu inter provisos de eodem Beneficio a Papa, & Ordinario, præferendus est in pari* Data *provisus a Papa.*

49 *Idem de provisis a Legato, & Ordinario; debetur enim prælatio proviso a Legato.*

50 *Limita si provisus ab Ordinario prævenerit in adipiscenda possessione.*

51 *Vel fuerit ei antecedenter jus quæsitum. Et ponitur exemplum.*

52 *Littera Provisionum de Beneficiis, quas explent Ordinarii, etiam ab ipsis subscriptæ, non attenduntur ob antidata suspicionem in concursu Provisionum Apostolicarum, nisi sint in forma publica Instrumenti, Testibus, & Juris solemnitatibus munitæ.*

53 *Præsertim si concurrat verisimilis aliqua causa, ob quam Ordinarius induci valuerit ad simulandam privativam collationem Beneficii.*

54 *Limita si concurrant circumstantiæ, & inverisimilitudines Antidata suspicionem excludentes, quia subscriptio Notarii, & Testium non requiruntur pro forma in Provisionibus Ordinariorum.* n. 55.

56 *Inter duos Provisos Apostolicos Gratiam sub eadem* Data *habentes, ille præfertur, qui pollet requisitis, & qualitatibus a Regula præscriptis.*

57 *Qui habet Gratiam* Motu proprio *concessam, præferendus est alteri similem Gratiam non habenti.*

58 *Gratia censetur* Motu proprio *concessa, quando id fuit expressum a Papa in Signatura Supplicationis, licet in corpore dicta expressio non adsit.* & n. 59.

60 *Quemadmodum expressio* Motus proprii *in corpore Supplicationis, & non in Signatura Papæ adjecta, non operatur, quod Gratia dicatur* Motu proprio *concessa.*

61 *Graduatus in aliqua Scientia, non Graduato in pari* Data *præfertur.*

62 *Doctoratus in Medicina nullam tribuit prælationem erga non doctoratum in eadem facultate.*

63 *Et Doctoratum hujusmodi Concilium Tridentinum numquam in consideratione habuit.*

64 *Non Doctori præfertur Doctor, quamvis solò verbo talis a Papa creatus.*

Et refertur exemplum Doctoris verbo solum a Papa creati. ibidem.

65 *Inter plures Graduatos, quibus sub eadem* Data *Gratia elargita fuit, magis graduatus minus graduato præferendus est.*

Et plura referuntur exempla. numer. 66. 67. & 68.

69 *Appellatione* Doctoris *non venit Licentiatus, quia pro Doctoratu requiritur aliud examen, & secunda approbatio.*

70 *Quemadmodum nec sub nomine* Licentiati *comprehenditur Baccalaureus?*

71 *Gradus Baccalaurei non sufficit pro obtinendis Dignitatibus requirentibus Magisterium in Theologia, aut Doctoratum in Decretis, vel Licentiaturam in publica Universitate.*

Sed aliquando dispensatum a Sede Apostolica, ut Baccalaurei gradus sufficeret. numer. 72.

73 *Doctor creatus a Papa, vel Imperatore, præfertur in pari* Data *Doctori ab inferiori Principe creato.*

74 *Et Doctoratus in publica famosa Universitate, qualis est illa Romanæ Sapientia, præferri debet Doctorato in Collegio habente Privilegium doctorandi, sed quod publica Universitas non est.*

75 *Multoque magis præferendus est Doctoribus creatis a DD. Comitibus Domus Sfortiæ, & Comitibus Palatinis.*

76 *Doctoratus a Personis præfatis obtentus, nec pro exercenda Jurisdictione temporali, nec pro assequendis Beneficiis Doctoratum requirentibus, nec ad alios effectus, inservit.*

77 *Doctor in publica Universitate laureatus præfertur Doctori creato a Collegio Protbonotariorum participantium, quia Collegium præfatum publicam Universitatem non efformat.*

78 *Doctores a dicto Collegio creati non sunt capaces obtinendi Beneficia requirentia gradum in publica Universitate.*

80 *Minusque eligi possunt in Vicarios Capitulares, cum isti esse debeant Doctores in publica Universitate laureati.* n. 79.

81 *Inter æqualiter graduatos, illi in pari* Data *competit prælatio, qui fuit prius graduatus, quamvis alter sit ætate major.*

82 *Sed quis præferendus, an qui primo licentiatus, & postea Doctor, seu potius qui secundo licentiatus, & primo Doctor effectus fuit?* Remissive.

83 *Possessor Beneficii præferendus est in pari* Data *non possessori.*

Debet tamen possessio esse integra tam quoad spiritualia, quam respectu temporalium. numer. 88.

84 *Et sufficit, quod possessio sit innixa titulo colorato.*

85 *Titu-*

85 *Titulus coloratus ille dicitur, qui emanavit a Papa, vel Ordinario habentibus de jure originariam facultatem conferendi, licet collatio nulla postea detegatur.*

Et habens limitatam facultatem conferendi Beneficia certum annuum valorem non excedentia, si Beneficia valorem illum excedentia confert, titulum coloratum non tribuit. ibidem.

86 *Coloratus etiam dichur titulus, quando non inducitur privatio Beneficii ipso jure a lege vel ab homine, quamvis deficiat conferendi facultas.*

87 *Possessio, quæ tamquam nulla, & attentata circumscripta fuit, jus non præstat ad prælationem.*

88 *Præsentes in Curia, absentibus ab ea, in pari* Data *præferri debent.*

90 *Et sive Papæ, aut Cardinalibus inserviant, sive non.*

91 *Limita si quis non prius, sed tantum occasione litis super eodem Beneficio jam obtento ad Curiam accesserit.*

92 *Absens a Curia ob servitium Sedis Apostolicæ non reputatur præsens ad effectum obtinendi in pari* Data *prælat onem, quia Regula requirit præsentiam veram, non fictam.*

Contrarium ibidem.

93 *Quemadmodum nec favore Regulæ gaudet absens a Curia, etsi cito reversurus.*

94 *Aut qui intra duas Dictas moratur.*

95 *Contrarium, quod in utroque casu locum sibi vindicet prælatio a Regula indulta.*

96 *Qui nullum obtinet Beneficium, in pari* Data *Beneficium obtinenti præfertur.*

97 *Intellige dummodo ambo sint præsentes in Curia, aut absentes, secus vero si Beneficiatus sit præsens, non Beneficiatus absens, tunc enim prælatio debetur præsenti, etsi Beneficiato.*

98 *Pensionarius in terminis Regulæ non venit appellatione Beneficiati.*

99 *Venit tamen intrusus, cui a fortiori præferendus est non Beneficiatus, si iste vero Beneficiato præfertur.*

100 Oriundus *in æquali* Data, *& ceteris paribus præferendus est non oriundo in assequutione Beneficii, præsertim Curati.* & numer. 101. & 102.

103 *Et* oriundus *de jure dicitur, qui originem ducit a loco, in quo ejus Pater natus est.*

104 *Qui vero natales sortitur in aliquo loco dicitur* ortus *in eo.*

Aliquando vero oriundus, *&* ortus, *promiscue in jure usurpantur.* n. 106.

105 Oriundus *de stylo Datariæ, & Cancellariæ, ille dicitur, qui natus est in loco, ubi suum est Beneficium, & sic* oriundus *pro* ortò *accipitur.*

Originarius *vero dicitur, qui originem trahit ex loco nativitatis Paternæ.* ibidem.

107 *Et uterque in pari* Data *præferri debet extraneo.*

108 *Diœcesani itidem quoad non Diœcesanos prælationem obtinent.*

109 *Et appellatione Diœcesis venit etiam Civitas.*

110 *An autem sub nomine Diœcesani comprebendatur Diœcesanus ex Privilegio?* Remissive.

111 *Gratia super Provisione Apostolica Beneficii ab extero reportata subreptitia est, non facta mentione suæ originis, vel Diœcesis.*

112 *Non est tamen subreptitia Gratia obtenta per eum, qui cum esset Diocesanus Pisanus, se expressit de Diocesi Florentina, in qua Domicilium, vel Beneficium habebat.*

Redditur ratio, quia appellatione Diocesanorum veniunt etiam habentes Domicilium in Diœcesi. n. 113.

114 *Contrarium, maxime de stylo Cancellariæ, ac Datariæ, & quare?* n. 115. & 116.

117 Oriundi *appellatione non comprehenditur Domiciliarius, etiamsi in eo loco ad titulum Patrimonii sit Sacris Ordinibus initiatus.*

118 *Sub nomine Clerici Florentini venit tam natus in Civitate, quam in Diœcesi.*

119 *Non venit tamen natus in Provincia.*

120 *Naturalis unius Regni, vel Provinciæ debet in assequutione Beneficiorum illius Regni vel Provinciæ Exteris in pari* Data *præferri.*

121 *Intellige de congruentia, & æquitate, non autem de necessitate.*

122 *Hinc Provisiones Beneficiorum alicujus Regni, aliorum, quam indigenarum favore expletæ, rite sustinentur.*

123 *Saecularium Principum Constitutiones mandantes Beneficia conferri non posse, nisi solis indigenis, nullæ prorsus, & irritæ sunt.*

124 *Referuntur exempla nonnullorum Pontificum, qui Constitutiones præfatas acriter improbarunt.*

125 *Privilegia, quibus gaudent Nationes quamplures, quod Beneficia, in eorum Provinciis, & Regnis existentia solis indigenis conferantur, ex Apostolicæ Sedis benignitate profluxerunt.*

126 *Et sine Apostolico Indulto exclusio Exterorum a Beneficiis præfatis, nullatenus sustinetur.*

127 *Explicatur* Covarruvias *asserens sanctissimum fore, quod Beneficia saltem Curata efficerentur Patrimonialia, non conferenda nisi Civibus, aut oriundis.* & n. 129.

128 *Concilii Tridentini PP. nihil decernere placuit super Postulato Gallorum*, ne secundum antiquos Canones Sacerdotia darentur exteris, neque a Vicariis.

130 *De quamplurimis Privilegiis a Sede Apostolica elargitis, ne Beneficia alicujus Regni, Civitatis, aut loci, aliis, quam Regnicolis, Civibus, & originariis conferantur*, & n. 131. & seqq. & n. 136.

135 *Quandoque etiam indulsere Pontifices, ut Beneficia in aliqua Ecclesia existentia, & ex Decimis finitimorum locorum dotata, dividi, & non aliis quam eorum incolis pro rata Decimarum, conferri debeant.*

137 *Beneficia omnia in Urbe, illiusque Districtu existentia, exceptis Titulis DD. Cardinalium, Archipresbyteratibus trium majorum Urbis Basilicarum, & nonnullis Monasteriis, ex Privilegio Leonis X. nonnisi* Civibus Romanis *conferri, seu commendari possunt.*

140 *Exteri, ex Privilegio, quo gaudet Populus Romanus, Beneficia Urbis obtinere non possunt sine consensu illius Conservatorum.*

141 *Traditur formula aliquando usitata super derogatione Privilegii Populo Romano concessi, in qua supponitur Privilegium, quod Beneficia Urbis nonnisi* Civibus Romanis originariis, aut Civium Romanorum originariorum filiis conferri debeant.

142 *Inspecto hujusmodi Privilegio, Beneficiorum Urbis*

Urbis capaces non sunt nisi ii, qui ibidem nati, aut qui ex solius Principis gratia originarii effecti sunt.

143 *Nomine* Civium Romanorum, *quibus ex Privilegio Leonis X. Beneficia Urbis conferri debent, an veniant Cives adlecti in Civitatem ex Privilegio Senatus Romani?*

Traditur per extensum formula hujusmodi Privilegii. n. 144.

145 *Proponitur Sententia affirmativa, & redditur ratio, quia Exteri Civitate donati, sunt proprie Cives, gaudentque Privilegiis omnibus, & honoribus quibus Cives naturales fruuntur.*

Maxime ubi agitur de re favorabili, & benigne interpretanda. n. 148.

146 *Quamvis Civilitas non a Principe, sed a Magistratu concessa sit.*

147 *Creare Cives, non est prærogativa Principi reservata, sed est facultas, quæ Communitati etiam subditæ competit.*

149 *Beneficiorum collatio est materia favorabilis, & late interpretanda.*

150 *Et hac ratione Privilegium quod Beneficia Civibus conferantur, nedum Civibus naturalibus, sed etiam Civibus per adlectionem, suffragatur.*

151 *Vocato ad Juspatronatus passivum* Romano, *non censetur exclusus Civis Romanus ex Privilegio.*

152 *Sub nomine Civium comprehenduntur etiam Domiciliarii Civitatis ad effectum assequendi Beneficia ex Privilegio, aut Testatorum voluntate Civibus debita.*

153 *Nec non qui Beneficia residentialia inibi obtinent, cum Beneficium residentiale Clericum Civem efficiat.* & num. 183.

156 *Adlecti in Civitatem a Magistratu Romano habentur uti Cives per veritatem, & non per fictionem.*

157 *Et gaudent Privilegiis omnibus, & gratiis, quibus fruuntur Cives in Urbe nati.*

158 *In Provinciis ultra Montes, adlecti in Civitatem, redduntur capaces Beneficiorum, quæ Civibus debentur.*

159 *In nonnullis quoque Italiæ Ditionibus, statim ac externus inter nobiles loci cooptatur, capax efficitur obtinendi illius loci Beneficia solis Civibus debita.*

160 *Magistratus Civitatis impertiri nequit extero Civitate donato ea, quæ ex Principis Privilegio elargita sunt Civibus.*

161 *Intellige directe, habilitando exterum ad obtinenda Beneficia Civibus debita, secus indirecte, & in inconsequentiam.*

162 *Universitas laicorum licet directe trasferre nequeat in extraneum juspatronatus, sine Episcopi consensu, potest id facere indirecte aggregando Extraneum in Collegium.*

163 *Indulta per Principem sæcularem Capiti Magistratus præponderantia vocis in resolutionibus profanis, hæc suffragatur etiam in materia præsentationis ad Beneficia Magistratui spectantis.*

164 *Potest Civitas Privilegium ad sui favorem elargitum, aliis communicare.*

165 *Magistratus adliciendo extraneum in Civem nullum, aut satis remotum Civibus originariis præjudicium infert.*

Et hujusmodi adlectio commodum Civitatis respicit, cum Reipublicæ intersit numerum Civium, etiam per modum artificialem augeri. ibidem.

166 *In quæstione, de qua supra numer.* 145. *proponitur, & amplectitur sententia, quod Cives ex Privilegio Senatus Romani non sint capaces Beneficiorum Urbis.* & numer. 169.

167 *Civis ex Privilegio continetur appellatione Civis solum quoad Civitatem, & quoad jura & privilegia ab ipsa Civitate propriis Civibus concessa, de quibus disponere potest, secus quoad Principem, & quoad ea, quæ ab ipso sunt Civibus elargita, quæque sub dispositione Magistratus non sunt.* & numer. 173.

Explicantur contrariæ Auctoritates. num. 181. 185. & 186.

168 *Privilegio a Principe impertito, quod Cives extra Civitatem in judicium trahi nequeant, non gaudent Cives per adlectionem, sed solum originarii.* & n. 167.

169 *Quemadmodum Cives ex Privilegio, non sunt exempti a Gabella contra exteros a Principe imposita, secus si a Civitate.*

171 *Verba Constitutionem Pontificiarum accipi debent in suo proprio, & naturali significatu.*

172 *Et ideo Privilegia per Principem Civibus concessa, favent solum Civibus originariis, non per adlectionem.*

174 *Magistratus Civitatis nec expresse, nec tacite disponere potest de Beneficiis Civibus debita, ad illa Extraneos habilitando.*

Ampliа nec etiam indirecte, & in consequentiam. n. 181.

175 *Perpenduntur plures rationes, ex quibus eruitur, voluntatem Leonis X. in indulgendo, quod Beneficia Urbis* Romanis Civibus *conferantur, fuisse solum prospiciendi Civium originariorum commodo.* & n. 176. & 177.

176 *Cardinales sunt Cives Urbis.*

177 *Indultum Leonis favore* Civium Romanorum *elusorium remaneret, si eorum nomine comprehenderentur Cives ex Privilegio Magistratus Urbis. Et redditur ratio.*

178 *Pontifices, dum favore Civium alterius Civitatum simile Privilegium indulserunt, regulariter ad Cives originarios respectum habuere.*

179 *Dataria quando derogat Privilegiis Populi Romani, supponit expresse, ea fuisse Civibus originariis concessa.*

180 *Privilegium, quod Beneficia Civitatis conferri debeant Civibus, tunc est late interpretandum quando non resistit mens Principis, qui illud indulsit.*

Vel quando agitur de Civilitate ab ipso Principe concessa. ibidem.

184 *Privilegium præfatum non comprehendit Beneficia reservata, sed Papa de illis libere disponere potest.*

187 *Responsa Pontificum, & SS. Congregationum in puncto juris super casibus particularibus emanata, amplectuntur casus omnes ejusdem naturæ.*

188 *Ubi agitur de interpretanda Pontificia aliqua Constitutione dubia, de stylo procedi debet per viam Declarationis, non autem nova legis.*

189 *Cardinales Pontificum Nepotes gaudent Indulto conferendi Beneficia Urbis etiam Exteris, non obstantibus Privilegiis Apostolicis favore Civium concessis.*

190 *In*

190 *In pari* Data *pro assequutione Beneficii præferendus est, qui prius Litteras Apostolicas Executoribus præsentavit.*

191 *Maxime si Litterarum præsentatio fuerit ab ipsis acceptata.*

192 *Intellige ceteris paribus, nam si in eo, qui Litteras non præsentavit, concurrat prærogativa aliqua ex recensitis in Regula, qua sit destitutus, qui prius Litteras præsentavit, tunc sola anterior Litterarum præsentatio, prælationem non tribuit.* & n. 193.

194 *Regula non procedit in Pensione, quæ sub æquali* Data *super eodem Beneficio sit favore duorum reservata.* Et redditur ratio.

195 *Intellige dummodo utraque supplicatio sit signata per Verbum* Fiat, *aut* Concessum, *secus si una per* Fiat, *altera per* Concessum, *nam hoc casu gratia signata per verbum* Fiat, *præfertur alteri signatæ* per Concessum.

196 *Stante pari* Data *inter duos æqualiter præsentatos Provisos a Papa de Beneficio Jurispatronatus, qui Gratiam Gratificationis habet, alteri præfertur.*

197 *Dictaque gratificatio semper concessa intelligitur sine præjudicio juris alteri quæsiti.*

198 *Locumque sibi vindicat, quando paria sunt merita, secus si unus ex præsentatis sit dignior altero. Et exponuntur exempla* numer. 203.

199 *Traditur formula hujusmodi Pontificia gratificationis.*

200 *Ex duobus cumulative præsentatis ab eodem Patrono, seu a pluribus cum paritate vocum, potest Ordinarius alterum ex illis gratificare.*

Et hujusmodi gratificatio fieri debet non ex abrupto, sed pensatis discussisque meritis utriusque præsentati. ibidem.

201 *Gratificatio per Ordinarium expleta intra terminum sancitum in Edicto est nulla.*

202 *Expleri potest etiam inter plures coæqualiter præsentatos ad Cappellanias laicales.*

204 *Ordinarii gratificatio locum sibi non vindicat quando alteri ex coæqualiter præsentatis competit prælatio de Jure.*

205 *De jure præferendus est, qui pinguiorem vocem habet. Unde præsentatus a Patrono qui talis sit ratione fundationis, & dotationis, Beneficii, præferri debet alteri præsentato a Patrono ratione constructionis tantum.*

206 *Quemadmodum prælatio debetur præsentato ab altero ex Patronis qui fuit institutus hæres in majori parte hæreditatis.*

207 *Et præsentatus ab uno ex duobus Patronis privative, & ab altero cumulative, præfertur cumulative tantum ab altero præsentato.*

208 *Compatronus in paritate vocum de jure præfertur alteri compræsentato, qui Patronus non sit.*

209 *Si ex duobus Patronis unus extraneum præsentet, alter Episcopo pro se ipso supplicet, iste extraneo est præferendus.*

210 *Spectante Jurepatronatus pro medietate ad Universitatem, si aliquis ex iis, qui illam efformant præsentetur, non poterit prælationem petere tamquam Patronus. Et redditur ratio.*

211 *Consanguineus Fundatoris Beneficii, extraneo in paritate vocum est de jure præferendus.*

212 *Amplia etiam in concursu cum Compatrono a medietate vocum præsentato.*

213 *Nisi Compatronus esset etiam Consanguineus Fundatoris, quo casu præferendus esset soli Consanguineo.*

214 *Consanguineus Fundatoris ex utroque latere Paterno, scilicet, & Materno præferendus est Consanguineo ex uno latere tantum.*

215 *Præsentato, qui sit de sanguine Patronorum competit prælatio in concursu cum extraneo a medietate aliorum Patronorum præsentato.*

216 *Intellige dummodo Juspatronatus spectet ad Patronum consanguineum ex propria Persona, secus si ratione Officii, Dignitatis, aut ex quo sit unus ex illis, qui Collegium, cui Juspatronatus relictum fuit, efforment.*

217 *Illegitimus itidem Patronorum Consanguineus ad Beneficia dispensatus, præferri debet Extraneo.*

218 *Limita si agatur de Beneficio Jurispatronatus feudo adnexi. Et redditur ratio* numer. 219.

220 *Illegitimus quamvis dispensatus, non succedit in Feudo.*

221 *Regula de Concurrentibus in* Data *non procedit in ea parte Regni Franciæ,* quæ Patria reducta *appellatur.*

Expediret tamen, ut inibi quoque locum sibi vindicaret, & quare? n. 241.

222 *In dicta parte Regni Franciæ, quæ* Patria reducta *nuncupatur, competit Pontifici jus præventionis in Beneficiorum collatione.*

223 *Ex hoc jure præventionis specialis in Dataria emanavit stylus circa* Datas *Gallicanas, quæ in* Patria reducta *expediuntur; & late stylus iste exponitur.*

224 *Attenditur* Data *illius temporis, quo Cursor appulit Romam.*

225 *Et sub hac* Data *expediuntur* parvæ Datæ, *quæ per plures dies, & menses exigi continuantur, itaut qui postea plures* Datas *obtinuerit, Beneficium consequatur.*

Et de effectu multiplicium hujusmodi Provisionum cum Datis *repetitis, etiam per plures menses?* n. 227.

226 *De non absimili praxi, quæ olim vigebat in Urbe, antequam Expectativæ per Concilium Tridentinum sublatæ fuissent.*

227 *Pontifex, quoad Beneficia* Patriæ reductæ *non est Collator necessarius, sed potest ex justa causa Provisionis Gratiam denegare habenti plures* Datas, & n. 229.

228 *Quemadmodum potest justa causa concurrente non admittere Regias nominationes ad Beneficia majora.*

230 Datæ *Gallicanæ debent expediri, alias sola retentio* Datæ *sine expeditione non suffragatur.*

Et expedita, retrotrahitur illius effectus ad diem retentionis. n. 231.

232 *Ponderantur absurda, quæ sequerentur, si sola retentio* Datæ *absque expeditione jus tribueret.*

233 *Tempus expediendi* Datas *Gallicanas, juxta etiam antiquissimum stylum, est annus, eoque elapso amplius expediri non possunt.*

234 *Et hujusmodi styli plures redduntur rationes.*

235 Datæ *Gallicanæ expediri debent, prout jacent, nec in earum Regestris, aut foliis, additionem, correctionemque aliquam fieri convenit, & ita pluries decisum.* num. 238.

236 *Si in Supplicatione super provisione Beneficii Jurispatronatus favore unius ex Præsentatis signata,*

*signata, erratum in aliquo fuerit, non signa-
tur nova Supplicatio sub* Data *primæ, ne jus
tertio quæsitum tollatur.*

237 *Limi a, nisi aliter suadeant facti circumstan-
tiæ, aut nullum alteri præjudicium irro-
getur.*

239 *Inter* Datas, *quæ pro Beneficiis* Patriæ redu-
ctæ *obtinentur, misceri non possunt* Datæ *pro
Beneficiis* Patriæ Obedientiæ.

240 *Et si per incuriam, aut malitiam immixtæ
fuerint, rescribatur folium, seu Regestrum cum
illarum omissione.*

1 FOrte Martinus V. præsentis Regulæ Auctor
fuit. Infecta enim legitur inter Regulas Can-
cellariæ ab ipso editas *Constantiæ* anno 1417. &
exlcriptas in Actis *Concilii Constantiensis* recolle-
ctis *per Hermannum Wonderhart tom. 1. part. 2.
pag.* 990. *§. penultimo vers. Item voluit.* Nec re-
peritur inter Regulas Joannis XXIII. *Bononiæ*
publicatas anno 1410. & insertas in *Actis* præ-
fatis *tom. 1. part. 2. pag.* 954 Regula vero a *Mar-
tino V.* edita diversam a moderna continebat ver-
borum formulam, sic enim concepta erat -- *Item
2 voluit, & ordinavit idem Dominus Noster, quod
ubi pro Personis diversis super aliquo Beneficio Ec-
clesiastico vacante, aut certo modo vacaturo sub
ejusdem diei data, diversæ per eum, sive de suo
mandato concessiones, aut gratiæ factæ appareant, is
cui gratia* Proprio Motu *facta fuerit, reliquis om-
nibus sub simili* Motu *non habentibus; si vero per
aliam signationem literæ fuerint, tunc graduatus
non graduato, & inter graduatos magis graduatus.
Possessor quoque saltem collegiato titulo, non tamen
spoliator, aut institutus per eum, qui potuit scire
eum non debere instituere, sive causam possidendi
conferre, non possessori, & contrariis qualitatibus,
seu aliis ceteris paribus. Præsens ventura ab ea
absenti, ac Oriundus Civitatis, & Diæceseos, in
qua hujusmodi Beneficium consistat; alteri non
oriundo: & nullum habens Beneficium, habenti
in dicti Beneficii assecutione præferatur, nisi super
hoc idem Dominus Noster specialius duxerit ordi-
nandum.*

Antiquitus hæc Regula inscribebatur *de Con-
3 currentibus super Beneficia juxta qualitatem*, circa
quam Rubricam nonnullas movet *Mandosius* quæ-
stiones hodie inutiles, cum in Rubrica tantum
dicatur *de Concurrentibus in Data.* Est autem
4 *Data* designatio temporis, quo emanavit conces-
sio, seu Gratia Principis, *Mandos. cons. 16. n. 1.
Amayd. de styl. Datar. cap. 6. sub n. 2.* Quod
sane tempus adnotare necessarium est, ne ab im-
5 petrantibus Gratiam, Princeps circumveniatur,
& Beneficium semel uni collatum, contra ejus-
dem Principis intentionem, alteri conferatur,
Amayd. dict. cap. 6. sub n. 2. & 3.

Sed quamvis Papa per solam electionem factam
6 a duabus partibus Cardinalium plenitudinem Pon-
tificalis potestatis acquirat, & verus Papa fit, *Cap.
In nomine Domini §. Plane 23. Distinct. Cap. De
evitanda, de Elect.* ibique communiter Canonistæ,
& declaravit *Nicolaus V.* anno 1289. in Litteris
Apostolicis directis Abati, & Conventui Mona-
sterii de Albercone Were in Wallia Cistercien. Or-
dinis, Bangarensis Diœcesis in Anglia sub datum
*Reate 12. Kalendas Septembris Pontificatus Anno
secundo*, transcriptis in *Bullar. Magn. Luxembur-
gen. tom. 9. Constit. 4. Nicolai IV. pag. mihi* 102.
pleneque diximus *in Comment. in Regul.* X. Ea
tamen est consuetudo Romanorum Pontificum,
quæ potius eorum solito usu, quam jure robora-
tur, ut post electionem, & ante Consecrationem,
& Coronationem non scribant Pontificatum in
Data. Dies enim Coronationis dicitur ortus Impe- 7
rii, *leg. Omnes C. de Feriis*, nec dicitur Imperator, 8
nisi Corona suscepta, *Leg. antepenultim ff. de Mi-
litar. Testam. Fagnan. in Cap. licet de Elect. n. 7.*
Et annus Imperii non prius numerari est cœptus,
quam Corona, Imperioque a Summo Pontifice
acceptis, sicque non a die successionis, sed a die 9
Coronationis per Romanum Pontificem, calculus
ducebatur, ut de Carolo Magno *Abas Uspergensis
ad annum* 801. de Carolo Crasso ex ejus diplo-
mate *Methis* dato, apud *Baronium ad annum* 881.
de Arnulpho *ex Synod. Moguntin. anno* 888. quæ
Arnulphum, Regem tantum, non Imperatorem
vocat, & bene animadvertit *Eugen. Lombard. in
Regal. Sacerdot. lib. 1. §. 5. pag.* 148.

Hinc Pontifex ante Coronationem, si quæ ve-
lit expedire negotia, id regulariter facit per Bre- 10
via, in quibus non utitur Plumbo, sed simplici
Anulo Piscatoris, nec se scribit simpliciter *Episco-
pum*, sed *Electum Episcopum*, & non scribit Pon-
tificatum in *Data*, sed *Officium Apostolatus* per hæc 11
verba -- *Datum a nostri suscepti Apostolatus Officii
anno primo*, ut præ ceteris observant *Fagnan. in
Cap. De evitanda n. 9. de elect. Eminentiss. Petra
in Constit. Apostol. tom. 1. pag. 16. n. 45. vers. In
jure.* Si vero uti velit Litteris sub Plumbo, non 12
Bullam integram ponit, sed mediam Bullam, idest
illam partem, quæ sculpta habet Capita SS. Apo-
stolorum Petri, & Pauli, relicta vacua altera par-
te, in qua solet nomen Pontificis inscribi, *Fa-
gnan. in dict. Cap. Licet de evitanda n. 9. Caro-
lus du Fresne Glossar. ad Script. med. & infim. La-
tinit. verb. Bulla pag. 715. §. Porro.*

Quod & priscis Ecclesiæ temporibus observa-
runt Pontifices, nam ante eorum Consecrationem 13
se dicebant *Electos*, non *Pontificatum*, sed *Offi-
cium Apostolatus* scribebant, & media Bullis ute-
bantur. Sæculo VI. & VII. quo tempore Pontifi-
ces assumebantur ex Diaconis, & Presbyteris, non
autem ex Episcopis, quod ante *Formosum* factum 14
non legimus, ideoque ordinari debebant, ante
Ordinationem se dicebant *Electum futurumque per
Dei gratiam Apostolicæ Sedis Antistitem, Natal.
Alex. Histor. Eccles. saecul. 6. cap. 6. art. 1. pag.
mihi* 326. Et sæculo VII. in Epistola in Angliam
scripta tempore quo *Joannes IV.* electus tantum,
nondum consecratus erat, adsunt Tituli eorum,
qui Epistolam præfatam scripsere, inter quos, *Joan-
nes Diaconus, & in nomine Dei electus*, ut ex *Beda*
refert *Tomassin. tom. 1. lib. 2. cap. 100. n. 11. &
cap. 4. n. 4. eod. libro.* Et sæculo VIII. *Paulus I.*
die 28. Maii anno 757. electus, ad Pipinum Re-
gem scribens, cum tantum Diaconus esset, ita lo-
quutus fuit. *Domno Excellentissimo Filio Pippino
Regi Francorum, & Patritio Romanorum, Paulus
Diaconus, & in Dei nomine electus Sanctæ Sedis
Apostolicæ* -- ut ex *Epistola* 13. in Codice Caro-
lino, de qua *Natalis Alexand. saecul. VIII. cap. 1.
art. 7. pag.* 36. Licet Martinus V. stylum præfa-
tum servare noluerit, nam eadem suæ Electionis
die Litteras circulares ad Pontificiæ Ditionis Ci- 15
vitates mittendo, licet non ordinatus Presbyter, non
electum, sed absolute *Episcopum* se scripsit ibi --
*Martinus Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis
Filiis, & Prioribus Populi, & Communitatis, &
Civitatis nostræ Viterbiensis salutem, & Apostolicam
Benedictionem*, ut ex Litteris præfatis, quas ex-
scripsit *P. Pagius in Vita ejusdem Pontificis n. 3.*

Morem hunc servarunt etiam Pontifices, qui
tempore eorum Electionis jam erant Presbyteri, 16

Electus

Electus enim anno 1271. *Gregorius X.* e Syria ubi morabatur, Romam iter faciens, dum Viterbii adhuc existeret, antequam consecraretur, ad Philippum Francorum Regem Litteras dedit *Viterbis quarto Nonas Martii suscepti a Nobis Apostolatus Officii anno primo.* In titulo Litterarum inscribitur *Gregorius electus Episcopus Servus Servorum Dei.* In Bulla, *Gregorii* nomen reticuit, & epistolam sic claudit -- *Nec mireris quod Bulla non exprimens nostrum nomen est appensa præsentibus, quæ ante Consecrationis, & Benedictionis nostra solemnia transmittuntur, quia semper ii, qui fuerunt in Romanos electi Pontifices consueverunt in Bullandis Litteris ante suæ Consecrationis munus modum hujusmodi observare.* Quibus verbis usus
17 fuerat antea *Urbanus IV.* Electus Pontifex *die 29. Augusti* 1261. in Epistola, quam ante Consecrationis suæ solemnia scripsit ad denunciandum omnibus Ecclesiasticis suam Electionem, & pollicetur, quod ubi Consecrationis insignia assequutus fuisset, cito se Litteras perfectæ Bullæ appensione munitas, daturum, *P. Pagius in Vita Urbani IV. pag. 203. num. 5.*

Sic etiam *Innocentius V.* antea *Petrus Tarantasiensis*
18 Episcopus, Cardinalis Hostiensis dictus, *Aretii*, ubi defunctus erat *Gregorius*, electus anno 1276. Litteras scripsit ante Consecrationem adhuc *Aretii* existens, quarum hæc est inscriptio -*Innocentius electus Servus Servorum Dei, Potestati, Capitaneis, Antianis, Consilio, & Communi Januensi Spiruum consilii Sanioris &c.* Et in fine -- *nec miremini, quod Bulla nostra non exprimens nomen nostrum est appensa præsentibus, quæ ante Benedictionis nostræ solemnia transmittuntur, quia hi, qui fuerunt hactenus in Romana Ecclesia electi Pontifices, consueverunt in Bullandis Litteris ante suæ Benedictionis munus, modum hujusmodi observare.* Quam Epistolam ex *Raynalda* refert *P. Pagius in Vita Innocentii V. tom. 2. pag. 273.* Merito au-
19 tem in hac Epistola Innocentius utitur verbo *Benedictionis*, non *Consecrationis*, nam qui Episcopus erat, non indigebat Consecratione: *Episcopus, qui in Papam electus est non consecratur denuo, sed benedicitur aliquo die Dominico, quo & consecratur*, ut legitur *in Ordine Romana XIV. Auctore Jacobo Cajetano apud Mabillon. tom. 2. Musæi Italic. pag. 259.* Unde cum Benedictio fieret loco
20 Consecrationis, ideo Benedictionis, & Consecrationis nomina inter se aliquando confundebantur, ut erudite demonstrat *P. Pagius in Vita Joannis XXII. num. 22.* Quemadmodum licet Coronatio
21 diversa sit a Benedictione, seu Consecratione, fit tamen statim post Consecrationem, seu Benedictionem, & aliquando a Scriptoribus confunditur cum Consecratione, præsertim cum aliquis jam ante Episcopus eligebatur in Pontificem, *P. Pagius in Vita Urbani IV. pagina 203. num. 4. §. Licet.*

Et cum *Joannes XXII.* Pontifex Lugduni re-
22 nunciatus *die 7. Augusti* 1316. Coronationem per aliquot dies distulisset ad complacendum *Philippo* Franciæ, & Navarræ Regem, illius pompam spectare exoptantis, ulteriori prorogationi non annuens, inter alias causas, quas ejus jussu *Arnaldus* Cardinalis *Philippo* scribens exposuit, ea legitur -- *Et insuper absque totius Reipublicæ gravi dispendio Coronationem ipsam non poterat ulterius prorogare, quoniam ante illam ardua, quæ incumbunt negocia, expediri; Nuncii qui, ad partes varias sunt mittendi, interim destinari non poterant, cum nec ante uti Bulla consueverint Romani Pontifices, & jam instabat tempus Audientiæ &c.* -- Rationem postea reddit *Arnaldus*, cur non ipse Pontifex hæc ad eum scripserit -- *Hæc scribimus vobis, quia Dominus Noster ante suæ Coronationis solemnia non posset juxta morem Ecclesiæ Romanæ laudabilem, Vobis, vel alii cuiquam aliquid scribere, cum nec antea Bulla integra posset uti.* Datum *Lugduni IV. Kalendas Septembris* octo diebus ante Consecrationem, quæ die V. Septembris in die Dominica peracta est. Hanc Epistolam *ex Raynald.* refert *P. Pagius tom. 2. pag. 46. num. 10. in Vita Joannis XXII.* Et cum Robertus Siciliæ Rex duo millia unciarum auri *Joanni* Papæ ante Coronationem suam persolvisset, non *Joannes* Pontifex, sed nonnulli Cardinales Syngrapham de accepta Vectigalis parte ad *Robertum* transmisere, his verbis consignatam: *Datum Lugduni XVII. Kalendas Septembris suscepti a D. Joanne Apostolatus anno primo. P. Pagius loco cit. num. 8.*

Similiter *Martinus V.* in fine Epistolæ, quam,
ut diximus, ad Pontificiæ Ditionis Civitates 23
scripsit sub *Datum Constantiæ Moguntinæ Provinciæ III. Idus Novembris suscepti Apostolatus Officii anno primo*, se excusat, quod Bulla, cujus unam faciem Petrus, & Paulus occupabant, vacante altera, perfecta non sit, quia data ante Coronationem. *De hoc autem quod Bulla* (sunt verba Epistolæ) *sine impressione Nominis est appensa præsentibus, eadem vestra devotio non miretur, sed potius gratuletur; Maxime cum eidem nostræ sinceritatis desiderus occurrentes, easdem Litteras ante Coronationis insignia providerimus dirigendas, infraque usus perfectæ Bullæ cum nostri impressione nominis non habetur* -- Quam Epistolam exscribit *P. Pagius in Vita Martini V. num. 3.*

Sed a quo tempore Pontifices plumbea Bulla
eorum Litteras obsignare cœperunt, non inelegans 24
inspectio est. *Polydorus Virgilius lib. 8. de Invention. Rer.* ait, *Agathonem* Papam in cera annulo impressisse Sigilla: Verum postea cum Summi Pontifices multa indulgerent Privilegia, hinc, ut Diplomata diuturniora forent, placuisse *Stephano III.* qui Pontifex renunciatus fuit anno 752. & *Adriano I.* Pontifici electo anno 772. Litteras Apostolicas Plumbo obsignare, nec antiquiorem plumbeam Bullam reperiri opinatur. At *Polydorum* errasse ostendit Diploma *S. Sylvestri* Papæ cum Bulla plumbea, quod asservatur in Archivio Civitatis Aretii; & *Dominicus Raynaldus* Sanctioris Archivii in Arce S. Angeli existentis, olim Custos, testatur asservari in eodem Archivio vetustissima in papyro ex frutice confecta Diplomata Plumbo obsignata Summorum Pontificum *Leonis I. Gregorii Magni*, ac *Sergii*, qui omnes *Stephanum III.* longe præcesserunt. Unde usum Bullæ plumbeæ ad *S. Sylvestrum* referunt *Macr. in Hierolexic. verb. Bulla pag. 88. Carolus du Fresne in Glossar. ad Scriptor. mediæ, & infimæ Latinitat. verb. Bulla tom. 1. pag. 715. §. Notum vero, Van Espen. in Jus Eccles. univers. part. 1. tit. 23. cap. 4. sub n. 7. Episcopus Sarnell. Epistol. Ecclesiastic. tom. 2. Epistol. 33. pag. 73.*

Episcopos itidem priscis temporibus Bullis
plumbeis usos fuisse constat ex *Canon. 41. Concilii* 25
Cabilonensis II. celebrati anno 813. ibi -- *Litteras quoque habebit, in quibus sint nomina Episcopi, & Civitatis Plumbo impressa* -- & ex *Anastasio Bibliothecar. du Fresne loco citato pag. 715. §. Bullis, Eminentiss. Petr. in Constitution. Apostolic. tom. 1. §. 3. Proœmial. num. 28. Sarnell. dict. Epistol. 33.* ubi de more, quem ab anno 1157. usque ad præsens servant Archiepiscopi Beneventani muniendi eorum Diplomata Bulla plumbea, & refert similia Diplomata Archiepiscopi Messanen. de anno

1174. & Archiepiſcopi Neapolitani de annis 1177.
& 1178.

Continet vero Bulla Pontificum ex una parte
26 impreſſa Capita SS. Petri, & Pauli, & ex altera
regnantis Pontificis nomen inſcriptum, quod ſer-
vatur etiamſi Bulla fuerit aurea, qua Romani Pon-
tifices interdum Litteras ſuas obſignare ſolent. Et
licet *Dominicus Raynaldus* aſſerat, Pontifices num-
27 quam aurea Bulla uti, niſi in confirmatione Ro-
mani Imperatoris, nihilo minus aurea Bulla muni-
tum fuiſſe Diploma, quo *Clemens VII. Henricum*
Angliæ Regem titulo Defenſoris Fidei honorave-
rat, poſt *Spelmannum* teſtatur *du Freſne loc. cit.*
pag. 714. *§. Sed & Romanus, Macr. in Hyerolen.*
verb. Bulla pag. 88. Et noſtris temporibus in Lit-
teris Apoſtolicis Erectionis Patriarchalis Eccleſiæ
Ulixbonen. Occidentalis a ſan. memor. Clemente
XI. expletæ, auream Bullam appenſam vidimus.
Vetuſtiores vero cum Imaginibus præfatis SS. Pe-
28 tri, & Pauli non ſe reperiſſe Bullas, quam *Adria-*
ni IV. qui anno 1154. ad Pontificatum evectus
fuit, ait laudatus Vir clar. *Dominicus Raynaldus.*
Verum ſub *Paſchali II.* qui Pontifex renunciatus
fuit anno 1099. morem hunc cœpiſſe, poſt *Dou-*
bletum obſervat *du Freſne loco cit.pag.*715.*§.Parra.*

Cur vero in plumbeis Bullis Summorum Ponti-
29 ficum, S. Pauli Imago dexteram, S. Petri ſiniſtram
partem occupet? quemadmodum cernimus en-
rumdem Apoſtolorum Capita, quæ in antiquis,
argenteiſque Statuis ſupra Ciborium Lateranenſis
Eccleſiæ aſſervantur, illud S. Petri ad ſiniſtram,
& alterum S. Pauli ad dexteram collocatum: Va-
30 rias Doctores expendunt rationes, ſed eam præci-
pue, quod id ex antiquo uſu originem duxerit,
qun inſpecto læva, dextera dignior habebatur,
Leo Allat. lib. 1. *de Eccleſ. Occidental. & Oriental.*
perpet. Conſenſ. cap. 6. *Mabillon. de Re Diplomat.*
cap. 14. *n.* 13. *Emus Petra in Conſtit. Apoſtol. §.*
3. *Praemial. n.* 39. *& ſeqq. Chaſſan. in Catalog.*
Glor. Mund. par. 3. *conſiderat.* 2. *&* 31. *Macrus in*
Hyeral. verb. Bulla pag. 88. *Gratian. diſcept.* 106.
num. 45. *& ſeq. Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib.*2.
cap. 4. *num.* 7. *& ſeqq. Bellarmin. lib.* 1. *de Ro-*
man. Pontiſ. cap. 27.

Hiſce non injucunde prænotatis, propius ad Re-
31 gulæ explanationem accedendo, illud compertum
eſt hodie, *Datam* de ſtylo Curiæ apponi non con-
ſueviſſe, niſi a die Coronationis Summi Pontificis,
& ita in praxi ſervari. In Pontificatu tamen *Urba-*
ni VIII. qui fuit creatus *die 6. Auguſti anni* 1623.
32 & Coronatin ob ejus infirmitatem dilata ad diem
29. *Septembris* ejuſdem anni, ne eo interim nego-
tia detrimenta paterentur, *Datæ* incœperunt a
Craſtino aſſumtionis, ut ex *Amayden.* diximus *in*
Comm. in Regul. X.

Hinc cum initio Pontificatus ſan. me. *Alexan-*
33 *dri VIII. Baro de Tinnen.* obtinuiſſet ſibi indulgeri
gratiam Canonicatus Cathedralis Monaſterien. pe-
teretque ſignari, & Datari ſupplicationem ante
Coronationem, ex quo juxta Concordata Germa-
niæ obſtringebatur intra tres Menſes Gratiam Ca-
pitulo notificare, & expectando diem Coronatio-
nis jam trimeſtre laberetur; quamvis nonnulli Offi-
ciales Datariæ conſulerent annui poſſe inſtantiæ,
cum non minus Dataria, quam Secretaria Brevium
ſuas functiones ab eo inſtanti, qun Papa eſt electus,
poſſint exercere, quodque in Litteris Apoſtoli-
cis ſuper proviſione dicti Canonicatus dici poſ-
ſet -- *ſuſcepti a Nobis Apoſtolatus Officii anno pri-*
mo -- quemadmodum dicitur in Brevibus Apoſtoli-
cis ante Coronationem expediri ſolitis: Placuit ni-
hilo minus antiquum ſtylum non alterare, & ut Pro-
viſi Apoſtolici jura ſarta tecta remanerent, Data-
rius certiorem reddidit Epiſcopum *Manaſterien.* de
Gratia obtenta a Barone de *Tinnen*, ei injungen-
do, ut Gratiam præfatam notificaret Capitulo, ne
quidquam in illius præjudicium attentaret.

Rurſus de ſtylo Datariæ, & Cancellariæ in ex- 34
peditione Litterarum Apoſtolicarum Annus non
calculatur a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti, ſeu ejus
Circumciſione, ſed *ab Incarnatione*, & ſic poſtici-
pando tres Menſes, ita ut quando dicitur *Datum*
Idibus Januarii 1730. intelligi debet ab Incarna-
tione, & verificari Idibus Januarii 1731. a Nati-
vitate, *Card. de Luca de Penſion. diſc.* 26. *num.* 8.
*Eminentiſſ. Petra in Conſtit. Apoſtolic. tom.*1.*pag.*13.
ubi reddit rationem hujuſmodi calculi, *Rota deciſ.*
57. *num.* 7. *cor. Dunoz. deciſ.* 385. *num.* 6. *& ſeqq.*
cor. Bichio, deciſ 121. *num.* 2. *& dec.* 411. *num.* 13.
cor. bon. mem. Lancetta, in Viterbien. Penſionis
16. *Junii* 1683. *§. Sublato, cor. Urſino, Romana*
Praeminentiarum 13. *Junii* 1681. *§. Nulla, cor.*
Rondinino. Sed in expeditione Brevium diverſus
viget ſtylus, in eis enim annus computatur a
die Nativitatis Chriſti, die nempe 25. Menſis De-
cembris.

Sed quando primum cœpere Pontifices in eorum 35
Litteris ſub Bulla plumbea annos enumerare ab In-
carnatione D. N. J. C. vix certi aliquid affirmari
poteſt. Primis Eccleſiæ ſæculis annorum numera-
tio in Pontificiis Diplomatibus ducebatur a Faſtis
Conſularibus. Sic *Leo I.* de anno 446. Litteras
ſuas clauſit ſub Datum *Kalendis Novembris Alipio*
V. C. & alteras anno 452. ſub Datum *Kalendis*
Aprilis Opilione V. C. Sic etiam, aliis omiſſis,
Gelaſius I. anno 495. Diploma obſignavit ſub
Datum *Kalendis Februarii Victore Vir. clariſ.*
Canſule, ut ex Bullario Romano, obſervat *Epiſ-*
copus Sarnell. in libro, qui inſcribitur -- *Lume a*
principianti nello Studio delle materie Eccleſiaſtiche
quæſt. 39. -- Placuit poſtea Pontificibus annos enu-
merare per *Indictiones* a Conſtantino Magno jam
prius de anno 312. adinventas, & quarum con-
ſuetudo in Italia obtineri cœpit Regnante *Theo-*
dorico Gothorum Rege, iiſque primus omnium
ex Pontificibus uſus fuit *Pelagius II.* qui Petri Ca-
thedram aſcendit anno 578. ut legitur in quibuſ-
dam illius Litteris ſub *Datum Kalendis Martii In-*
dictione V. & obſervat *P. Pagius in Breviar. Geſt.*
Rom. Pontiſic. in Vita ejuſdem Pelagii n. 23. *in fine*,
eumdemque morem Succeſſores Pontifices poſtea
ſervarunt. At omnium primus, qui ſequendo Epo-
cham *Dionyſii* cognomento *Exigui* annos ſupputare
cœpit ab Incarnatione Domini, fuiſſe *Eugenium*
IV. teſtatur *Paulus Epiſcopus Foroſempronienſis lib.*
13. *ſuæ Paulinæ cap.* 6. ubi hæc ait -- *A paucis ante*
actis annis præſidente Eugenio adhortante Blondo
Forojulienſi, Pontificii Collegii a Secretis Notario
in Bullis, atque Reſcriptis Pontificalibus anno-
rum a Chriſti Incarnatione ſupputatio ſcribi primum
cœpit.

At non omni ex parte vera eſt hujuſmodi aſſer-
tio. Conſtat ſiquidem *Leonem IX.* ſtatim ab ipſo
Pontificatus ſui exordio, anno nempe 1049. annos
Incarnationis, non tamen ſemper uſurpaſſe; eum-
demque ritum aliquando etiam ſervarunt qui poſt
Leonem ſedere, *Victor II. Stephanus IX. Nicolaus*
II. Gregorius VII. Alexander II. & *Victor III.*
ut obſervat *Mabillon. lib.* 2. *de Re Diplomatic. cap.*
25. *P. Pagius in Breviar. Geſtor. Roman. Pontiſic.*
in Vita Leonis IX. num. 59. qui ulterius in *Vit. Ur-*
bani II. num. 37. 61. 62. & 63. *Lucii II.* num. 4
Eugenii III. numer. 3. 10. 13. 17. 33. & 38.
Anaſtaſii IV. nu. 5. *Adriani IV.* num. 22. *Alexan-*
dr-

dri III. num. 83. & 84. *Lucii III.* num. 7. *Nicolai IV.* num. 22. *Cœlestini V. num.* 12. & *Clementis IV.* num. 7. plura refert eorumdem Pontificum Diplomata, annis Dominicæ Incarnationis obsignata, quibus addimus & nos omnibus relatis vetustissimum documentum, Litteras nempe *Joannis XIII.* Landulpho Archiepiscopo Beneventano directas sub *Datum VII. Kalendas Junias per manum Widonis Episcopi S. Silvæ candidæ Ecclesiæ, & Bibliothecarii S. Sedis Apostolicæ anno Pontificatus Domini Nostri Joannis XIII. Papæ quarto, Imperii vero Ottonis Majoris VII. & Minoris II. Indictione supra XII. Anno Dominica Incarnationis DCCCCLXIX.* Quas Litteras integre exscripsit Auctor Libri Beneventi impressi anno 1695. cui titulus -- *Discorso, nel quale si prova, che il Corpo di S. Bartolomeo Apostolo stia in Benevento -- pag.* 144. & meminit de iisdem *P. Pagius in Vit. Joannis XIII. num.* 15. *juxta Edit. Lucan.*

Pater igitur Annos Incarnationis longe ante *Eugenium IV.* qui Sæculo XV. vixit, Litteris Pontificum appositos fuisse, & forsan, ut existimat clar. Vir *Episcopus Sarnellus dict. quæst.* 39. circa annum millesimum. *Eugenius IV.* tamen primus fuit, qui usum illum antea intermissum, non solum in integrum restituit, sed etiam ad Successores transmisit, qui non aliquando, ut antea aliqui Pontifices Romani, verum fere semper in suis Rescriptis eam temporis notam adhibuere, ut observat *P. Pagius in Vita Leonis IX. dicto num.* 59. ubi etiam quod immerito *Ciacconius Pauli Forosemproniensis* autoritate motus in *Isagoge* sui operis *suspectas* fecit interpolationis omnes ante *Eugenium* Bullas, annis Incarnationis notatas.

Est igitur magni momenti hæc *Data.* Licet enim
36 Gratia Papæ quoad sui substantiam sit perfecta ex sola signatura, seu subscriptione, quam facit cum verbis, *fiat ut petitur*, tamen hæc perfectio incipit, seu currit a tempore *Data*, quam in supplicatione apponit Datarius; ex illo enim die incipit Gratia habere perfectionem, & retrotrahitur ad diem *Data*, atque censetur Papam signasse supplicationem, ea die, sub qua apparet fuisse a Datario datatam, *Felin. in Cap. Eam de Rescript. Mandos. cons.* 16. *n.* 1. *&* 6. *Corrad. in Prax. Benef. libr.* 3. *cap.* 8. *n.*46. *Ros. de Executor. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 43. *& seqq. & in addit. num.*2. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 23. *n.*10 31. *& seqq. Rot. dec.* 250. *n.* 2. *&* 3. *cor. Carillo, & dec.* 112. *n.* 37. *part.* 16. *dec.* 808. *n.* 12. *&* 13. *part.* 18. *Rec.* 281. *n.*6. cum pluribus seqq. *cor. Merlino*, ubi quod id provenit ex voluntate ipsius Pontificis, qui signando Supplicationem, & bene sciens, quod eidem apponenda sit *Data* per Datarium, virtualiter etiam declarat, quod solum a die *Data* ejus signatura operari debeat.

Verum hoc locum sibi vindicat ubi agitur de
37 exequutione Gratiæ, tunc enim sine *Data* Gratia non dicitur perfecta, nec quæsitum jus supplicanti; Secus vero quando agitur ad effectum desumendi affectionem ex appositione Manus Papæ, nam isto casu Gratia substantiatur per simplicem Supplicationis signaturam, qua resultat in Summo Pontifice determinatio voluntatis in conferendo Beneficium, ut distinguit *Rota decis.*858. *num.*10. *& seq. cor. bon. mem. Lancetta*, & Nos *in Commentar. in Regul. I.*

Duplicem esse *Datam* diximus in Regula præ-
38 cedenti, Parva scilicet, & Magna. *Data* parva, quæ apponitur ab Officiali parvarum *Datarum*, nullam facit fidem de Gratia concessa, nisi apud Datarium, ut possit illam extendere. *Data* vero magna, quæ per Datarium apponitur, nil aliud est, quam extensio parvæ *Datæ*, quæ notatur sub eadem die, & concipitur sub eodem tempore, *Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 4. *& seqq. Ros. de Executor. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 28. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 14. *& seqq. Tondut. Resolut. Beneficial. tom.* 2. *cap.* 148. *num.* 5. *Gratian. Discept.* 191. *num.* 1. *&* 2. *Rot. decis.* 191. *num.* 12. *cum seqq. cor. Celso*, cum aliis citatis *in Comm. in Regula praecedenti.*

Signata Supplicatione sub parva *Data*, si hæc aliquo vitio laborare comperiatur, pro illius sana- 39
tione possunt de stylo Curiæ plures aliæ Supplicationes signari, & his novis Supplicationibus adjicitur *Data* prioris Supplicationis, veluti ab ista dependentibus, *Lotter. de Re Beneficiar. libr.* 2. *quæst.* 23. *num.*18. *Rot. dec.*514. *part.* 3. *divers. decis.* 360. *num.* 11. *de ts.* 455. *num.* 24. *cor. Bichio, Ros. de Executor. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 318. *& in addit. ad cap.* 1. *num.* 5. *&* 6. ubi cum *Lotter.* loco mox laudato advertit, quod ne per errorem factum fuisse id dicatur, inscribitur in principio Supplicationis, *Cui prius*, ad demonstrandum illam esse novam signaturam pro eo, cui prius provisum est, ac proinde recipere *Datam* præcedentem, a qua dependet, *Amayd. de Stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 9. *sub num.* 1. Et est casus Rotæ in *Neritonen. Beneficii* 8. *Junii* 1682. *coram Ursino*, de qua infra in *Commentar. in Regulam XLIV.*

Et adeo verum est posse signari plures Supplicationes sub eadem *Data*, si prima aliquo vitio laboraverit, ut neque admittantur Articuli ad pro- 40
bandum, quod secunda Supplicatin non fuerit signata sub eadem *Data* primæ Supplicationis. Imo neque objici possit de jure alteri medio tempore quæsito, quia Gratia Provisi semper pendet a sola 41
parva *Data* primæ Supplicationis, *Lotter. & Ros. locis mox laudatis, Rota dec.*514. *n.* 3. *& seqq. part.* 3. *divers. & decis.* 360. *num.* 12. *&* 13. *cor. Bichio.*

Cum igitur a *Data* Gratia initium habeat, & in ea perficiatur, sequitur, quod pluribus Gratiis concurrentibus, prior in *Data*, potior sit in jure eam assequendi, juxta regulam *Text. in Cap. Si a* 42
a Sede 31. *de Praben. in* 6. *Cap. Capitulum de Rescript. Kochier. in hanc Regul. num.* 52. *Mandos. ibidem quæstion.* 19. *num.* 9. *Amayden. de Styl. Datar. dict. cap.*6. *num.*3. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 23. *num.*6. Quod est adeo verum, ut posterior in *Data* non possit dici legitimus Contradictor, & habere parem titulum, etiamsi a Papa 43
ille proveniat, *Rota decis.* 155. *num.*13. *cor. Celso, & in Neritonen. Beneficii* 8. *Junii* 1682. *§. Quibus, cor. Ursino.* Et ad hunc effectum cognoscendi de anterioritate, vel potioritate Gratiæ, attenditur 44
tempus *Datæ*, non autem Registrationis, vel signatæ Supplicationis, *Mandos. cons.*16 *num.* 3. *Rot. decis.* 318. *n* 1. *cor. Seraphin. & dec.*196. *num.* 12. *cor. Cerro.* Etiamsi *Data* Supplicationis discordet a *Data* Regestri, nam in Concursu magis attendi- 45
tur Supplicatio originalis a Papa signata, & ab Officialibus revisa, & examinata, quam Regestrum ab uno solo Viro confectum, *Ros. de Executor. in addit. cap.* 1. *num.* 21. *Rota decis.* 158. *num.* 1. *& seqq. cor. Cerro*, cum aliis, de quibus *in Comm. in Regul. XXVII.*

An autem Supplicatione favore Titii datata super provisione Beneficii possit Datarius vigore sui officii demandare, ut apponatur eadem *Data* Supplicationi alterius, qui postea idem Beneficium a Papa 46
impetraverit? Casus evenit disputandus coram Datario de anno 1698. Fuerat enim die 5. Octobris datata Supplicatio provisionis Beneficii favore Titii, supervenit postea alter, uti contendebat a sua

a fundatore vocatus, & instabat, quod ejus Sup-
plicatio dataretur sub eadem *Data diei* 5. *Octobris*
eo fundamento, quod Datarius facultatem habeat
arbitrio suo apponendi *Datam*, *Rot. decis.* 281.
num. 8. *cor. Merlino.* Sed instantia rejecta fuit, al-
legato per Me *Cons. Mandos.* 16. *a n.* 13. usque in
finem, ubi late probatur, noo habere Datarium
hanc facultatem, nec posse tollere jus parti quæsi-
tum ex priori signatura Gratiæ, cum vigilantibus,
& non dormientibus jura subveniant, & prior in
tempore, potior esse debet in jure. Et regulare est,
quod nec in Scriptura publica, nec in privata
possit In favorem tertii, & in præjudicium prio
ris Scripturæ alterari dies contractus, & aliter fie-
ri, Jura vetant, ut latius idem *Mandos. d. cons.* 16.
ubi omnibus contrariis respondet *Card. de Luc. de
Benefic. discurs.* 42. Nisi forte in aliquo esset erra-
47 tum, quia tunc potest Datarius mandare, ut sub ea-
dem, immo anteriori *Data* signetur supplicatio,
ut contingit in casu, de quo *Rot. in dict. Nerito-
nen. Beneficii* 8. *Junii* 1682. *cor. Ursino*, & Nos
latius io *Commentar. in Regulam XXVII.* §. 2.

Si vero *Datæ* sint pares, tunc distinguendi sunt
48 duo casus; Primus est quando agitur in Concursu
inter Provisum a Papa, & Provisum ab Ordinario,
& tali casu ratione potioris prærogativæ Pontificiæ
provisionis, præfertur Provisus a Papa, *Cap. Si
a Sede* 31. *de Præben. in* 6. *Kochier. in hanc Re-
gul. n.* 27. ubi, quod etiam præfertur Proviso a
49 Legato, *Gonzal. in Reg.* 8. §. 3. *Proœmial. ex
num.* 50. cum aliis penes *Lotter. de Re Beneficiar.
lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 7. & *duob. seqq.* ubi quoad effe-
ctum, ut intret hæc prærogativa provisionis Apostoli-
licæ, exuberet, quod non liqueat eam esse poste-
riorem io tempore, ut splendore ipsius, collatio in-
ferioris evanescat, *Rota decis.* 480. *num.* 1. *part.* 13.
Recent.

Nisi provisus ab Ordinario prævenerit in adi-
piscenda possessione Beneficii, quo casu præferen-
50 dus erit Proviso a Papa habenti parem *Datam Cap.
Si a Sede de Præben. in* 6. *Rot. d. dec.* 480. *num.* 2.
part. 13. & *decis.* 304. *num.* 2. *part.* 14. Vel nisi ei-
dem proviso ab Ordinario fuerit antecedenter jus
quæsitum juxta *Decisionem* 1263. *coram Seraphin.*
ubi casus erat, quod vacante Beneficio de Jurepa-
tronatus in *Curia*, fuerat eadem die institutus Ti-
51 tius ab Ordinario, & alter a Papa provisus, sed
quia institutus ab Ordinario obtinuerat per diem
ante præsentationem, & sic acquisiverat jus ad
rem, decisum fuit, quod idem præferri deberet,
Mandos. cons. 26. *num.* 16.

Data autem anteriori provisione Ordinarii non
ambigitur illam præferendam esse posteriori Ponti-
ficis. Verum quia respectu provisionum quæ ex-
52 plentur a Collatoribus inferioribus in concursu cum
Papa, cadere potest suspicio Antidatæ, illæ prop-
terea etiam expletæ in forma Litterarum paten-
tium cum subscriptione Collatorum, non atten-
duntur, nisi sint in forma publici Instrumenti,
Testibus, & Juris solemnitatibus munitæ, ut post
Bellamer. decis. 321. & 444. *Gonzal. in Regul.* 8.
§. 3. *Proœm. ex num.* 147. *Van Espen in Jus Eccles.
univ. tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 21. *cap.* 2. *n.* 14. *Pax Jor-
dan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 5. & *seqq. Corrad.
in Prax. Benef. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 53. cum aliis pe-
nes *Rot. decis.* 24. *num.* 8. & *decis.* 98. *num.* 15. &
dec. 122. *num.* 3. *coram Reverendiss. Crispo*, &
in terminis gratificationis expletæ ab Ordinario,
quamvis anterioris alteri obtentæ a Pontifice, *Rot.
in Melphicten. Cappellaniæ* 26. *Junii* 1711. §. *Et
demum coram Prialo*, confirmata *coram bon. mem.
Lancetta decis.* 753. & *in Novarien. Parochialis*
11. *Aprilis* 1712. §. *In nihilo*, *coram bon. mem.
Ansaldo.* Præsertim si concurrat verisimilis aliqua
Causa, ob quam inferior Collator induci potuerit 53
ad simulandam præventivam Collationem, quia
nempe agatur de Beneficio, quod ipse noverat
ob non factam in tempore collationem devolu-
tum: nihil enim facilius, quod ad evitandam de-
volutionem simulaverit collationem tempore habi-
li expletam; *Rot. dict. decis.* 122. *num.* 4. *coram
Reverendiss. Crispo*, in qua, sicut & in aliis
præcedentibus Decisionibus in eadem Causa coram
eodem emanatis, enumerantur nonnullæ circum-
stantiæ Antidatam suadentes.

Ceterum si pro Litteris Episcopi carentibus No-
tario, & Testibus coocurreret præsumtio aliqua,
seu verisimilitudo, aut circumstantia, qua suspi- 54
cionem antidatæ excluderet, tunc provisio illius
anterior præferenda esset posteriori Papæ, cum
una præsumtio potentior excludat minorem, &
ceteroquin concursus Testium, & aliarum so-
lemnitatum in Beneficiorum provisionibus, quæ
explentur ab Ordinariis, non sunt adeo de forma
requisitæ, ut aliunde veritas temporis factæ colla- 55
tionis, erui non possit, ut per plures rationes
concludit *Gonzal. dict.* §. 3. *Proœm. n.* 167. & *seqq.
Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 3. *de Prævent. n.*
23. §. *quinta*, *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 3. *cap.*
8. *num.* 56. *vers. ad hæc*, *Garc. de Benefic. part.* 8.
cap. 4. *num.* 55. *vers.* 4. limitat *Rot. decis.* 205. *co-
ram Reverendiss. Crispo*, ubi ob de novo pondera-
tas quamplurimas facti circumstantias, ex quibus
evincebatur sinceritas collationis expletæ ab Ordi-
nario sub Data revera anteriori Provisioni Ponti-
ficiæ, recessum fuit ab aotea decisis, *in decis.* 24.
98. & 122.

Secundus casus est quando agitur inter duos
Provisos Apostolicos habentes Gratiam sub eadem 56
Data, & in his terminis locum sibi vindicat dispo-
sitio hujus Regulæ, quæ, ut procedat, requirit,
quod supplicationes appareant sub eadem *Data* si-
gnatæ, non attento an una supplicatio fuerit actu
a Pontifice prius signata, quam altera, *Mandos.
cons.* 16. *sub num.* 8.

Ordo autem præscriptus in Regula hic est. Pri-
mo præferuntur habentes Gratiam *Motu proprio* 57
illis, qui non habent Gratias simili modo concep-
tas; & tunc censetur Gratia fieri *Motu proprio*,
cum de hoc expresse dictum fuerit in eadem. *Cap.* 58
Si Motu proprio 23. *de Præb. in* 6. ibique *Ancha-
ran. notab.* 5. *Buarini num.* 3. & 8. *Franc. num.* 4.
& 8. *Passerin. num.* 29. *Quesad. in hanc Regul.
vers. Motu proprio.* Idque necesse est, quod expri- 59
matur per Papam in ejus subscriptione dicendo,
fiat Motu proprio, dum nihil refert an in corpore
supplicationis adsit, nec ne dicta Clausula, quia
non attenditur quod petitur in supplicatione, vel
Schedula, sed quod Papa concedit; Unde si sup-
plicationem Papa signet cum clausula *Motu pro-
prio*, Gratia talis erit judicanda, licet id non fuerit
in illius corpore expressum, & e contra si Sche- 60
dulæ, in qua adest in corpore clausula *Motu proprio*
Papa subscribat *fiat ut petitur*, Gratia censenda
non erit *Motu propria* concessa, *Passerin. in dict.
cap. Si Motu proprio* 23. *de Præben. a n.* 30. *cum
seqq. Theodos. Rubeus clausul.* 481. *num.* 92. & *seqq.
Ros. de Executor. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 83. *Lotter. de
re Beneficiar. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 41. & *seqq.*

Secundo in pari *Data* præferuotur Graduati non
Graduatis. Et Regula iotelligitur de Gradu in scien- 61
tiis, veluti Doctoratu, Magisterio, Baccalaureatu,
Licentiatura &c. habentes enim hujusmodi qualita-
tes præferuntur in pari *Data* aliis, qui sunt illis desti-
tuti,

tuti, *Mandaf. in hanc Regulam quæst.* 11. & 12. *Sot. ibidem versic. Item dico*, *Gomes. ad Regul. de Annal. quæst.* 36. *versic. Secundo modo*, *Rot. decis.* 829. *num.* 13. *cor. Emerix Jun.* Doctoratum vero
62 in Medicina nullam tribuere prælationem, nedum quia hujusmodi gradus præeminentiam aliquam considerabilem non habet in Hierarchia Ecclesiastica, sed etiam quia est inutilis in Clerico Beneficiato, cui est prohibitum illius exercitium, ut dixit *Rot. cor. eodem Emerix decis.* 846. *num.* 2. Et Concilium Tridentinum *Sess.* 24. *cap.* 12. dum in optatis habuit, ut in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis Dignitates omnes, & media saltem pars
63 Canonicatuum nonnisi Doctoribus, vel Licentiatis in Theologia, vel in jure Canonico conferrentur, in nulla habuisse consideratione Graduatos in Medicina, non oscitanter advertit *Thomassin. de Benefic. tom.* 2. *libr.* 5. *cap.* 53. *num.* 13.

Præfertur vero Doctor non Doctori, etiamsi
64 Doctoratus fuerit ei solo verbo a Papa collatus, non enim ambigitur Papam solo verbo creare posse Doctorem, & evenit casus in *Aloysio Riccio*, qui cum ab Urbano VIII. electus fuisset Episcopus *Vican.* neque adhuc Doctoratus lauream suscepisset, Pontifex dixit — *Papa solo verbo Doctores facit, ac propterea Nos te Doctorem facimus* -- ut refert *Corrad. in Prax. dispensat. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 5. Sed in Actis Consistorialibus ad diem 20. Decembris 1627. præfatus Aloysius dicitur *Utriusque Juris Licentiatus.*

65 Inter vero plures Graduatos Gratiam habentes sub eadem Data, magis graduati veniunt præferen-
66 di; Hinc Doctor præfertur Licentiato, Doctor Theologiæ, aut in jure Canonico, præfertur Legistæ, *Mandos. hic quæst.* 15. *Quesad. vers. Inter Graduatos*, *Kochier num.* 31. *Thomassin. de Benefic. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 91. *num.* 15. ubi quod *Innocentius IV.* in Constitutione ad Occidentales Episcopos omnes, præterquam Germaniæ missa, conquerebatur, quod avaritiæ, & ambitionis facibus incensi Clerici in Legum studia se demersenint, ceterarum disciplinarum immemores, Theologiæ prorsus incuriosi; unde vetuit, ne quid momenti poneretur in scientia legum ob Beneficiorum dispensationem, vel Dignitatum Ecclesiasticarum, *& cap.* 53. *num.* 3. ait, quod Tridentinum *dict. sess.* 24. *num.* 12. nec magni fecit Graduatos
67 in jure civili, Graduatus vero in utroque jure præfertur Legistæ tantum, aut graduato solum in jure Canonico, quemadmodum Doctor, aut Licentiatus
68 in jure Canonico, vel in Theologia, præfertur Baccalaureo. Est enim gradus Baccalaurei gradus minimus, *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 56. & sicuti appellatione Doctoris non venit
69 Licentiatus, quia requiritur aliud examen, & secunda approbatio, *Rebuff. ad Concordat. tit. de Collat.* §. 1. *Verb. Licentiato*, ita nec appellatione
70 Licentiati comprehendi potest Baccalaureus, eique æquiparari, quia requiritur aliud examen, & alia approbatio. Hinc cum san. mem. Clemens XI. erexisset insignem Collegiatam Sancti Thomæ Apostoli in Cappella Regia Ulixbonensi, *& in ea Decanatum, qui principalis, & prima Dignitas pro Decano, qui actu in Sacra Theologia Magister, aut in Decretis Doctor, vel Licentiatus in publica, & approbata Universitate existat &c.* & Decanatum præfatum obtinuisset *Joseph Manuel ex Comitibus de Atalaja* gradu tantum Baccalaurei insignitus in
71 Universitate Conimbricensi, quæsitum fuit in Congregatione Concilii — *An Gradus Baccalaurei, de quo agitur, suffragetur Joseph Emanueli ad retinendum Decanatum Collegiatæ Sancti Thomæ in casu &c.* -- die 3. Martii 1715. prodiit responsum *Negative*; Verum attenta qualitate Personæ, & ob nonnullas circumstantias in dicto casu concurrentes, Sacra Congregatio eodem tempore re- 72
scripsit, *consulendum Sanctissimo pro Gratia relaxationis Decreti.*

Doctores itidem creati a Papa, vel Imperatore, 73
præferuntur Doctoribus creatis a Rege, vel alio Supremo Principe ratione majoris Dignitatis Creantis, *Chassaneus Catal. Glor. Mund. part.* 10. *consid.* 30. *pag. mihi* 199. Quemadmodum Doctoratus in publica Universitate famosa, qualis est illa Roma- 74
næ Sapientiæ, de qua *Text. in cap.* 2. *de Privileg. in* 6. *& in Clementin.* 1. ibique *Vitalin. num.* 23. *& seqq. de Magistris*, *Passerin. in cap.* 2. *fere per tot. de Privileg. in* 6. *Galles. de Restit. in integr. cap.* 7. *num.* 57. *& seqq. Choell. Notit. Cardinal. cap.* 15. *congr.* 15. præferri debet Doctorato in Collegio, quod publica Universitas non sit, sed Privilegium habeat Doctorandi, *Chassan. loco citat. pag.* 202. *a tergo* §. *Ex prædictis.*

Potiori jure Doctorati in publica Universitate præferri debent iis, qui Privilegium consequuti sunt a Doctoribus Palatinis, DD. de Comitibus de 75
Sfortia, aliisque jus doctorandi habere prætendentibus. Privilegium enim hujusmodi in nulla habetur consideratione, sive ad effectum exercendi jurisdictionem temporalem, sive ad obtinendas Digni- 76
tates Ecclesiasticas Doctoratum requirentes, sive ad quemcumque alium effectum, *Ros. de Executor. Litter. Apostol. cap.* 6. *num.* 211. *Pignatell. consult. Canon.* 222. *&* 312. *Card. de Luc. de Præeminent. disc.* 35. *num.* 11. *& seqq. Novar. quæst. forens. part.* 1. *cap.* 143. *num.* 24. *Koning. in Jus Canon. lib.* 5. *Decretal. tit.* 5. *de Magistr. num.* 25. *Episcopus Sarnell. in Epistol. Eccles. tom.* 5. *epistol.* 9. *per tot. Gratian. disceptat.* 167. *num.* 87. *& seqq. Zaul ad Stat. Faventin. tom.* 1. *lib.* 1. *Rubric.* 20. *num.* 8. *& seqq.* Et relatis quamplurimis Sacrarum Congregationum Decretis, illo præsertim Sacræ Congregationis *Concilii die* 28. *Septembris* 1726. approbato a san. memor. Benedicto XIII. *D. Ursaya tom.* 6. *part.* 2. *discept.* 49. *a num.* 39. *& seqq.*

Præfertur itidem Doctor in publica Universitate Laureatus, Doctori creato a Collegio Proto- 77
notariorum Apostolicorum de numero participantium, qui ex Constitutionibus Pontificiis facultate potiuntur, certis tamen præscriptis legibus, creandi in Urbe Doctores usque ad certum numerum, quique etiam eadem autumant gaudere facultate Doctores creandi etiam extra Urbem, & Statum Ecclesiasticum, committendo in partibus Laureandorum examen; ut ex celebri Controversia inter Collegium præfatum, & alterum Collegium DD. Advocatorum Consistorialium, de qua plene *D. Ursaya dicta discept.* 49. Collegium namque dictorum DD. Protonotariorum, publicam Universitatem non efformat, *Card. de Luc. in Relat. Curiæ disc.* 44. *num.* 4. Nec Doctores ab iisdem Protonotariis creati capaces sunt, aut obtinendi 78
Beneficia requirentia gradum in publica Universitate assumendum, prout a Congregatione Datariæ pluries resolutum fuit, & in praxi servatur, dum Provisis a Sede Apostolica de Dignitatibus post Pontificalem majoribus in Cathedralibus, & Principalibus in Collegiatis, non obstante quod doceant de Doctoratu a Collegio Protonotariorum suscepto, adhuc in eorum Litteris Apostolicis Decretum adiicitur suscipiendi novum gradum in publica Universitate. Aut exercendi munus Vicarii Capitularis, qui cum esse debeat Doctor in publica Universitate 79

79 graduatus, ut pluries rescripsit Sacra Congrega-
tio Concilii, præsertim *in Matheranen.* 19. *De-
cembris* 1620., *& in Montis Regalis* 19. *Januarii*
1664. Et per viam Decreti generalis de *anno* 1673.,
quod per extensum refert *Gallef. de Restit. in integr.
cap.7.num.67. & in Clusina* 21. *Februarii* 1682.
& Pignatell. consult. 222. *per tot. lib.* 1. *Card. de
Luc. disc.* 35. *num.* 11. *& seqq. de Præeminent.*
alter *de Luc. ad Gratian. discept.* 186. *num.*13.
Barbos. de Canon. cap. 42. *num.* 51. *Marchett. de
Vicar. Capitulari part.* 1. *tit.* 1. *num.* 52. *& seqq.*
80 ad illud assumi non possu. t Doctores creati a Col-
legio Protonotariorum, quia graduati non sunt
in publica Universitate, ut rescripsit eadem Sacra
Congregatio in *Aliphana* 8. *Junii* 1702. *in Acer-
ren.* 23. *Februarii* 1709. *in Cathacen.*7. *Februa-
rii* 1711. *in Carinalen.* 22. *Septembr.* 1714. *&*
30. *Martii* 1715. (a)

Ceterum inter æqualiter graduatos ille præfe-
rendus erit in pari *Data*, qui fuit prius gradua-
81 tus, ut ultra *Quesad. & Kocbier in hanc Regulam,*
dixit *Rot. dec.* 26. *part.* 3. *car. Verall.*; intelligen-
do tamen non de antiquiori in ætate, sed de eo,
qui prius fuit graduatus in tempore, *Mandas. in*
82 *hanc Regul. quæst.* 17. *&* 18. Quis vero præferri
debeat, an ille, qui fuit primò Licentiatus, &
postea Doctor, seu potius, qui secundo Licen-
tiatus, & primo Doctor effectus fuit, consule
*Chassan. in Catalog. Glor. Mund. part.*10. *conside-
rat.* 34. *Gratum consil.* 116. *vol.* 2. *Rovit. super
Pragmatic. de Scholarib. doctorand. Odd. consil.*
14. *Ursil. ad Afflict. decis.* 1. *num.* 17.

Tertio Possessor non Possessori præferendus est 83
in pari *Data*, ad *Text. in Cap. Si a Sede, de Præ-
bend. in* 6. *Leg. in pari ff. de Regul. Jur. Tira-
quell. de Primogenit. quæst.* 17. *opin.* 11. *num.*2., *&
opin.* 12. *num.* 2., *Rot. decis.* 854. *num.* 3. *cor.
Emerix, & cor. clar. mem. Card. Falconeria de-
cis.*18. *num.*9. *§. His omnibus, & seqq. tit de Jure-
patronat. & Cappellan. tom.* 2. Et sufficit, quod
quis possideat ex titulo saltem colorato. Titulus 84
vero coloratus ille esse dicitur, qui emanavit ab
habente originariam potestatem conferendi Bene-
ficia, licet postea ob aliquod impedimentum possit
esse invalidus, & ideo necessarium est, quod ti-
tulus proveniat a Papa, seu Ordinario habenti-
bus de jure originariam conferendi facultatem,
quique licet nulliter conferant, præbent saltem ti-
tulum coloratum, secus tamen est, quando Ti-
tulus emanavit a non habente potestatem confe- 85
rendi, vel eam habente limitatam intra certam
summam; nam si ultra illam conferat, nullum Ti-
tulum

(a) SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER BENEDICTUS XIV. In nupera Constitutione edita elapso anno 1744. sub Datum quarto Kalendas Septembris, gloriosissimi Pontificatus Sui Anno Quinto, super confirmatione Privilegiorum, Indultorum, & Jurium celeberrimi Collegii Advocatorum Consistorialium, extinguendo litem in Sacræ Rotæ Auditorio introductam, & indecisam, pendentem inter inclytum Collegium Sedis Apostolicæ Notariorum, Protonotariorum nuncupatorum de numero participantium ex una, & Collegium Advocatorum præfatorum ex alia parte super facultate promovendi ad gradum Doctoratus in utroque, vel altero Jurium tam in Urbe, ejusque Districtu, quam extra illam, & illum, statuit, & declaravit „ eisdem Notariis „ de numero prædicto (sunt verba laudatæ Constitutionis) nullatenus licuisse, aut licere obtentu, & vigore Lit„ terarum fel. rec. Sixti Papæ V. Prædecessoris Nostri incipien. *Laudabilis* super eorum Privilegiis editarum, „ sub Datum videlicet Nonis Februarii Pontificatus Sui Anno Primo, vel quarumvis aliarum Literarum Apostoli„ carum sub quacumque forma eidem Collegio concessarum, examinationem cujusquam, Doctoratus gradum in „ altero, vel utroque jure suscipere cupientis, ad Partes, & extra Urbem committere, nec sub aliena fide, & „ relationibus examinationis hujusmodi absentem quemquam, cum clausula, ac si esset præsens, prout sæpius ha„ ctenus factum fuisse intelligimus, ad hujusmodi Doctoratus gradum in eadem Urbe promovere, sed tantum„ modo Notarios Nostros prædictos, eorumque Collegium quatuor personas singulis annis, easque in Urbe præ„ dicta vere, & realiter præsentes, prævio rigoroso examine, personaliter, & collegialiter per ipsosmet Nota„ rios faciendo, & non aliter, nec alio modo, ad normam Indulti Apostolici a recol. memor. Urbano Papa VIII. „ etiam Prædecessore Nostro, eidem Collegio concessi, per suas Literas datas sub Annulo Piscatoris die quinta „ Septembris Anni millesimi sexcentesimi vigesimi noni, ad Doctoratus gradum hujusmodi promovere, libere, & „ licite posse, præsenti Nostræ declarationis oraculo definimus &c.

„ Ad consulandum tamen indemnitati eorum, qui hactenus a Dilectis Filiis Sedis Apostolicæ Notariis prædictis „ extra Urbem, & in absentia, contra præsentis nostræ declarationis tenorem, Doctoratus gradum in utroque, „ vel alterutro jure susceperint; omnes, & singulas hujusmodi promotiones ad hunc diem peractas auctoritate no„ stra perpetuo revalidamus; & quascumque promotionum hujusmodi nullitates, ex potestatis dumtaxat defectu pro„ venientes, earumdem præsentium tenore sanamus; Easdemque promotiones, & gradus hactenus ita collocatos, „ & respective susceptos, ad omnes effectus, ad quos de cetero valere censebantur, eisdem sic, ut præfertur, „ promotis suppostarum etiam suffragari debere, statuimus.

„ Quia vero illustre, & perantiquum eorumdem Notariorum de numero Participantium Collegium hujusmodi, „ ob grata devotionis, & familiaritatis obsequia, quæ Nobis, & Apostolicæ Sedi incessanter impendit, aliaque „ illius, & Notariorum prædictorum merita, speciali benevolentia prosequimur, volentes aliquam propensæ nostræ „ erga illud voluntatis significationem exhibere, eisdem Notariis de numero prædicto, eorumque Collegio ple„ nam, liberamque licentiam, facultatem, & potestatem per easdem præsentes tribuimus, & impertimur, ut „ ipsi de cetero in perpetuum singulis annis, non quatuor dumtaxat personas, easque familiares, & pauperes, „ prout in dictis Urbani Prædecessoris Litteris præscriptum reperitur, sed vigore præsentium, sex quidam perso„ nas, etiamsi non familiares, nec pauperes (dummodo tamen in Urbe præsentes existant, aliaque necessaria re„ quisita illis suffragentur) ad prædictum gradum Doctoratus in altero, vel utroque jure promovere possint, & „ valeant: Ita quod sic per eos pro tempore promoti, & laureati, omnibus, & singulis favoribus, honoribus, „ gratiis, & privilegiis, quibus similes Doctores in publico Archigymnasio Sapientiæ Urbis laureati de jure, usu, „ privilegio, & consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, pariformiter, & æque „ principaliter uti, frui, potiri, & gaudere possint, & debeant, ac ad omnes, & quoscumque effectus, etiam „ Ecclesias Cathedrales assequendi, ab omnibus ubique censeri, haberi, & reputari, ac si in prædicto Archi„ gymnasio vere promoti, & laureati fuissent: Ampliantes, & extendentes quoad hæc utrasque Sixti, & Urba„ ni Prædecessorum Literas prædictas, de cetero in suo robore permansuras.

„ Volumus autem, quod iidem Notarii, eorumque Collegium prædictum in promotione, & creatione dicto„ rum seu, alterius, vel utriusque Juris Doctorum, omnia, & singula ad præscriptum dictarum Urbani Prædo„ cessoris, & Nostrarum præsentium servanda, & adimplenda, omnino servare, & adimplere teneantur; Et „ quod numerus dictorum sex, & non ultra, quavis de causa uno anno non completus, non possit, nec valeat „ subsequentibus annis compleri, vel reintegrari; Quodque nota rogitus promotionum, cum nominibus, & co„ gnominibus, ac Patria promotorum, intra Mensem ex tunc proximum, a die cujuslibet promotionis computan„ dum, ad Archivium Urbanum, ad instar aliorum rogituum, per Secretarium Collegii hujusmodi, vel per „ ipsos promotos, & laureatos, deferri omnino debeat; Et tunc solum, videlicet, postquam nota prædicta „ ad Archivium Urbanum delata fuerit, & non antea, talis promotus pro Doctore se gerere, & pro legitimo „ laureato, & promoto ad quoscumque juris effectus haberi possit; Alias promotus ipse pro Doctore publice, vel „ privatim se gerens, pœnam falsi ipso facto, & jura incurrat.

tulum ex defectu poteſtatis tribuere poterit, ut di-
ſtinguendo declarat *Rot.deciſ.*298. *à aum.* 19. *uſque*
ad fin. part. 17. *& deciſ.* 273. *num.* 5. *part.*18. *Re-*
*cent. & cor. Bichio dec.*455. *a aum.* 27. cum aliis,
de quibus in *Commentar. in Regul. XXXIX.* Et
86 Titulus coloratus videtur etiam dici poſſe ubicum-
que non inducitur privatio ipſo jure a lege, vel ab
homine, etiamſi adſit defectus in conferente,
*Mandoſ. hic quaſt.*27. *num.* 7. *Kochier num.* 34.
87 Poſſeſſio vero, quæ tamquam nulla, & atten-
tata circumſcripta fuit per Signaturam, habetur,
ac ſi non fuiſſet adepta, nec tribuit jus ad præla-
tionem, *Rot. deciſ.* 829. *num.* 10. *coram Emerix.*
Loquitur autem Regula de Poſſeſſore Beneficii,
88 ſcilicet de integro, vero, omnimodo, & effe-
ctuali Poſſeſſore tam ſpiritualium, quam tempo-
ralium, ita ut ad effectum Regulæ non ſufficiat,
quod quis ſit Poſſeſſor ſpiritualium tantum, vel
quod fructus tantum percipiat, ſed utrumque co-
pulative requiritur, *Maadoſ. hic quaſt.* 24. *&* 25.
Kochier aum. 39. penes quos aliæ reſolvuntur
quæſtiones circa hanc particulam.
89 Quarto, Præſentes in Curia præferuntur abſen-
tibus ab ea; æquum enim eſt, & rationabile, ut
qui in Curia per aliquod tempus permanſerunt,
Eccleſiaſtico aliquo Beneficio provideantur, & ſic
prælationem quoad abſentea in pari data conſe-
quantur, ad *Text. in cap.* 22. *de Prabend. Rot.*
*deciſ.*23. *aum.*13. *part.*10. *deciſ.* 252. *num.* 17. *part.*
17. *deciſ.* 175. *num* 14. *part.* 18. *Recentiar. deciſ.*
829. *num.* 1. *cor. Emerix Jun. & in Albanen. Ar-*
chipresbyteratus 2. *Junii* 1700. *§. Exercitio, car.*
Anſaldo.
Cumque Regula generaliter, & indefinite lo-
quatur, hinc eſt, quod illa faveat nedum præſen-
tibus in Curia, & inſervientibus Papæ, & Cardi-
90 nalibus, vel negotia propria gerentibus, ſed gene-
raliter iis omnibus, qui moram trahunt in Curia,
etiamſi nihil operentur, cum Privilegium videatur
conceſſum loco, & non Perſonæ, *Mandoſ. in haac*
Regul. quaſt. 29. *verſic. Qui tamen, uſque ad fiaem,*
91 *Kochier ibidem ſub aum.* 39. Non ſuffragari vero
præſentiam in Curia, quando quis non prius, ſed
tantum occaſione litis ſuper eodem Beneficio ad
Curiam acceſſit, dixit *Rot. deciſ.* 343. *num.*9. *cor.*
Peutinger.
Præſentia autem intelligenda eſt de vera, & non
92 ficta; unde qui ob Sedis Apoſtolicæ ſervitium ab-
ſunt, quique ficte in Curia manere dicuntur, præ-
latione in hac Regula conceſſa nun gaudent, *Maa-*
doſ. hic quaſt. 33. *ſub num.* 4. ubi tamen appellat
contrariam Sententiam probabilem, & humanam,
93 *Kochier ibidem num.*39. *circa finem.* Et ex eadem
ratione, qui a Curia abeſt cito reverſurus, non gau-
det favore Regulæ, quæ ſtricte intelligenda eſt de
præſentibus in Curia, & intra muros, *Mandoſ.*
hic quaſt. 32. Prout etiam non fruitur prælatione
94 Regulæ, qui degit intra duas Dietas, nam adhuc
iſte talis diceretur ſolum per fictionem præſens in
Curia, per ea, quæ late diximus in *Cammentar. in*
Regulam VIII.
Sed contrarium favore abſentium, qui cito re-
95 verſuri ſunt, & degentium intra duas Dietas fir-
mavit idem *Mandoſ. ad Regul.*32. *de impetran. per*
obitum familiar. quaſt. 12. *ſub num.* 5. *Gonzal. in*
*Regul.*8. *gloſſ.* 43. *aum.* 82.
96 Quinto non Beneficiatus, Beneficiato præfertur;
Nil enim rationabilius, quam ut neceſſitatibus pau-
perum Clericorum, qui nullum ſunt Beneficium Ec-
cleſiaſticum aſſequuti, Apoſtolica Sedes benigne
ſuccurrat, ad *Text. in Cap. Poſtulaſti* 23. *de Reſcript.*
in Cap. Is cui 19. *de Prabend. in* 6. *Queſad. in hanc*
Regul. verſic. Non Beneficiati Beneficiatis, Garc.
de Benefic. part. 7. *cap.* 9. *num.* 18. *Ganzal. in Re-*
gul. 8. *gloſſ* 4. *aum.*160. *Rat. deciſ.*248. *aum.*10. *cor.*
Outhoboa. dec. 388. *num.*3. *cor. Peaia, deciſ.* 486.
num. 7. *cor. Royas, & in Alexanea. Juriſpatroaatus*
4. *Decembris* 1699. *§. Eoque libentius, coram clar.*
mem. Card. Tremoille.
Quod intelligendum venit inter duos præſentea
in Curia, vel inter duos abſentes ab eadem, ita ut 97
ſenſus ſit, quod inter præſentes tantum, vel inter
tantum abſentes, non Beneficiatus præferatur Be-
neficiato, ſed aliter decernendum inter præſentem
Beneficiatum, & abſentem non Beneficiatum, nam
tali caſu præſens quamvis Beneficiatus, præferen-
dus eſt abſenti non Beneficiatn, *Sot. Gloſſatar aa-*
*tiquus in haac Regul.num.*17. *Mandoſ. ibidem quaſt.*
37. *in princip. Rot. dec.* 829. *num.* 11. *&* 12. *cor.*
Emerix.
Appellatione vero Beneficiati non venit in ter-
minis Regulæ Penſionarius, cum in materia ſtri- 98
cta, prout eſt illa Regularum Cancellariæ, num-
quam ſub nomine Beneficii veniat Penſio, ut ge-
neralibus omiſſis in propoſito ajunt *Mandoſ. ia hanc*
Regul. quaſt. 38. *per tot. & Kochier num.*41. Venit 99
tamen intruſus, ita ut ſi non Beneficiatus concurrat
cum Beneficiato intruſo, ille veniat præferendus;
Si enim non Beneficiatus præfertur Beneficiatn ju-
ſto titulo munito, potiori jure præferri debet in-
juſtum, & improbum titulum habenti, *Mandoſ.*
hic quaſt. 39. *Kochier num.* 43. *& ſeqq. Franceſ. de*
Intruſ. quaſt. 25. *per tot.*
Sexto, ceteris paribus, *oriundus* præferendus eſt 100
non *oriundo*, quod eſt de mente juris tam Divini
*in cap.*18 *Deuter.* - - *Prophetam de Gente tua* - - quam
Canonici *in Cap. Nullus invitus Cant. Obitum, &*
Cap. Emeritis diſt. 61. *Cap. Neminem diſt.* 79. *Cap.*
bon. mem. il 2. *§. Intelleximus, de Poſtulat. Prælat.*
Et civilis *in leg. ia Eccleſiis Cod. de Epiſcop. & Cler.*
pluresque ad id rationes perpendunt *Mandoſ. hic*
quaſt. 40. *Garc. de Benefic. part.* 7. *cap.* 9. fere per
tot. & ſignanter *n.* 5. *& ſeqq. Thomaſſin. de Beaefic.*
part. 2. *lib.* 1. *cap.* 113. *Queſada in hanc Regul.*
verſ. Orinadus non oriundo §. In utroque, Ventrigl.
in Frax. part. 2. *adnotat.* 1. *§.* 3. *num.*63. *Barboſ.*
Vot. 33. *à aum.* 1. *Burſatt. conſ.* 392. *aum.* 26. ubi
quod id procedit ceteris paribus, cum regulariter
ſola origo nihil relevet, ubi merita alterius præva- 101
leant, *Carrod. in Frax. Benefic. cap.* 10. *il primo*
num. 39. *& ſeqq. & lib.* 3. *cap.* 7. *num.*20. ubi quod
id procedat nedum in Beneficiis ſimplicibus, ſed 102
multo magis in Curatis, cum aliis penes *Rot. deciſ.*
66. *cor. Carilla, & in Senogallien. Canoaicatus* 29.
Jaauarii 1706. *in princip. car. bon. mem. Anſaldo.*
Oriundus autem de jure dicitur, qui originem 103
ducit ex loco, ubi ejus Pater natus eſt, propria au-
tem nativitas in loco, facit aliquem ibi *ortum*,
non *oriundum*, unde diverſo ſuo cuique loco col- 104
locantur ortus, & oriundus in *leg. Nullus* 4. *Cod.*
Theodoſian. tit. de Executor. & Exactor. ibi - - *Vel*
ex qua oriundus eſt, vel ortus eſt, vel in qua col-
locaverit larem - & diſtinxit ortum ab oriun-
do etiam, *Livius lib.* 4. *de Bella Punic.* ibi - - *Hy-*
pocrates, & Epycides nati Carthagine, ſed
oriuadi Syracuſis, & eleganter explicant *Alciat.*
ia leg. Pravinciales ff. de Verbar. ſignificat. & in
leg. Continentibus 147. *aum.* 3. *eodem tit. Coraſ. in*
*leg. Senatores nuia.*4. *ff. de Senatar. Mandoſ. in hanc*
Regul. quaſt. 40. *nuia.* 2. *Crivell. deciſ.* 123. *num* 27.
late *Ganaver. deciſ.* 48. *à num.*45. *& ſeqq.* ubi im-
pugnat doctiſſimum *Anton. Auguſt. Emendat. lib.*
ſingul. ad Modeſtin. ſive de Exeuſat., pag. 225.
ſententem verbum *Oriundi* ſumi pro ortis, & natis,

Rot. decis. 66. *num.* 20. *part.* 16. *Recent. & decis.* 343.
num. 5. *coram Molines*, *& in Civitatis Castellanæ*
Electionis 20. *Junii* 1721. *§. Sic comprobato*, *cor.*
R. P. D. Corio.

Attento tamen stylo Datariæ, & Cancellariæ
105 Apostolicæ, *oriundus* dicitur ille, qui natus est in
loco, ubi situm est Beneficium, ille vero, qui ori-
ginem ducit ex loco Paterno dicitur *originarius*, &
proinde dicto stylo inspecto, idem est *oriundus* &
ortus, *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 10. *il*
primo num. 50. ubi refert, quod etiam si quis dicat
ortum in tali loco, adhuc in Litteris Apostolicis ex-
primitur, quod sit *oriundus*, & non *ortus*, *Garc.*
de Benefic. part. 7. *cap.* 9. *num.* 25. *Murg. de Be-*
nefic. quæst. 3. *num.* 859. *Pax Jordan. tom.* 2. *lucu-*
brat. lib. 10. *tit.* 25. *num.* 15. *Mandos. in hanc Re-*
gul. quæst. 40. *num.* 3. Quamvis anenta juris disposi-
106 tione, *oriundus* pro *orto* accipitur, *leg. Assumtio*
§. final. verb. Oriundus ff. ad municip. Gloss. in
cap. 1. *verb. Alienigenas de Usuris in* 6. *Bald. in*
leg. 1. *Cod. de Munic. & Origin. Murg. de Benefic.*
dict. num. 859. *Barbos. Vot. decis.* 33. *sub num.* 5.
Anton. Augustin. ubi supra, *Corrad.* ubi proxime,
Quesad. in hanc Regul. verb. Oriundi, *Rot. in Nul-*
lius Archipresbyteratus 14. *Martii* 1646. *§. Neque*
hanc qualitatem in fine, *cor. Verospio*, & late de-
cem casus distinguendo in *Senogallien. Canonicatus*
29. *Januarii* 1706. *cor. bon. mem. Ansaldo.* Et
107 proinde hæc Regula in utroque casu procedere de-
bet, ut scilicet tam ille, qui est ortus in loco,
quam qui ex loco illo ducit originem, præferri
debeat extraneo, quia utroque casu eadem militat
juris, & æquitatis ratio, *Kochier in hanc Regul.*
num. 45. *Quesad. ibidem vers. Utroque casu.*

Et ex eadem ratione in pari *Data* Diœcesani
108 non Diœcesanis præferuntur. Qui autem sint Diœ-
cesani tradunt *Mandos. Kochier*, *& Quesada.* Et
appellatione *Diœcesis* venire in proposito etiam
109 Civitatem, firmant *Garc. de Benefic. dict. part.* 7.
cap. 9. *num.* 28. *& part.* 1. *cap.* 6. *num.* 76. *& seqq.*
Mandos. in hanc Regul. quæstion. 42 *sub num.* 7.
Corrad. in Prax. dispensat. lib. 9. *cap.* 11. *sub num.*
110 7. *& seqq.* Et an veniat Diœcesanus ex Privilegio?
Mandos. quæst. 43. *& Kochier hic num.* 47.

Cum ergo oriundi, seu Diœcesani præferri de-
beant, sequitur, quod si exterus impetraret Be-
neficium, non facta mentione suæ originis, vel
111 Diœcesis, ejus Gratia esset subreptitia, quia Papa
regulariter intendit cuique providere in Patria sua,
nec exterum oriundo, vel Diœcesano præferre, ad
Text. in Cap. Bonæ il 2. *de Postulat. Prælator. circa*
fin. ibi -- *Nec vellemus ei præferre alienum* -- *Gloss.*
in Cap. Si proponente, de Rescript. quam singula-
rem appellat, *Felin. in Cap. Sicut talis, de Simonia*
col. 2. *Guymier in Proœm. Pragmat. Sanct. §.*
Nam Ecclesiarum, *vers. Extraneum*, *Rebuff. de*
Nominat. quæst. 9. *num.* 57. *Selva de Benefic. part.*
3. *quæst.* 26. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 25. *nu.*
8. *Murg. de Benefic. quæst.* 3. *num.* 856. *Corrad. in*
Prax. Benefic. lib. 3. *cap.* 7. *num.* 19. cum aliis pe-
nes *Garc. dict. part.* 7. *cap.* 9. *num.* 16. *Rot. dec.* 66.
num. 5. *cor. Carillo.*

Porro si quis oriundus de Diœcesi *Pisana* ex-
112 presserit esse Diœcesanum *Florentinum*, in qua
Diœcesi Domicilium, vel Beneficium habeat, Gra-
tia tali casu non erit subreptitia, cum potuerit Pa-
pa intelligere illum esse Diœcesanum Florentinum,
vel ratione originis, vel Domicilii, aut Beneficii,
juxta *Rot. decis.* 76. *de Rescript. in antiquis*, quam
sequuntur *Rebuff. in Capit. Nulla num.* 3. *de Præ-*
bend. Murg. de Benefic. quæstion. 3. *num.* 857.
Pax Jordan. dict. tit. 25. *num.* 9. *Garc. de Benefic.*
dict. cap. 9. *num.* 17. *& seqq.* Et quod appellatione 113
Diœcesanorum veniant etiam habentes Domici-
lium in Diœcesi, tradit *Gloss. in Cap. Statutum §.*
Cum vero, de Rescript. in 6. & ibidem communi-
ter *DD. Mandos. in hanc Regul. quæst.* 42. *num.* 8.
Quesad. circa finem, *versic. dicitur etiam*, *Kochier*
num. 46. *in fine*, *Corrad. in Prax. Dispensat. lib.* 2.
cap. 2. *num.* 19. *& lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 41. *&* 42.
cum aliis adductis per *Rot. decis.* 931. *num* 8. *coram*
Molines.

Sed quod etiam tali casu Gratia sit subreptitia,
firmat *Garc. ubi supra a num.* 21. *usque ad finem.* 114
Qui enim exprimit se Clericum *Florentinum*, pro-
bare debet se esse talem ex origine, cum verba
debeant naturaliter intelligi, & non civiliter, & 115
accidentaliter, *Gloss. in leg. Sed & reprobari §.*
Amplius, *Bald. in Cap. Significante num.* 1. &
ibi *Felin. de Rescript.* Ratione vero Beneficii, &
Domicilii quis accidentaliter esset Florentinus.
Et hæc Sententia magis uniformis est stylo Data-
riæ, & Cancellariæ, ad cujus tramites, dum ali-
quis impetrando Beneficium, se dicit Clericum *Flo-* 116
rentinum, exprimitur in Litteris Apostolicis *ex Ci-*
vitate Florentiæ oriundum, & pariter dum narrat
se Clericum Florentinæ Diœcesis, apponitur in Lit-
teris *ex Florentina Diœcesi* oriundum, *Garc. de Be-*
nefic. dict. part. 7. *cap.* 9. *num.* 23. *&* 24. ubi quod
saltem ex stylo non procedat dicta *Decisio* 76. *de*
Rescript. in Antiq. Pax Jordan. dict. lib. 10. *tit.* 25.
num. 14. *Murga de Benefic. quæst.* 3. *num.* 858. Et
quod vocato *oriundo*, sub tali vocatione non com-
prehendatur *Domicillarius*, etiam si in eo loco ad 117
titulum Patrimonii sit ordinatus, late *Rot. in Seno-*
gallien. Canonicatus 19. *Jannarii* 1706. *cor. bon.*
mem. Ansaldo.

Quod si quis exprimat se Clericum *Florentinum*,
nihil interest, an sit de Diœcesi, vel ex Civitate, 118
cum verbum illud *Florentinum* aptum sit utramque
qualitatem *oriundi* scilicet, & Diœcesani compre-
hendere, ut post *Bartol. in leg.* 2. *ff. de verb. si-*
gnific. & Ferret. cons. 222. *num.* 5. *Garc. dict. cap.*
9. *num.* 27. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 25. *num.*
26. *Murg. de Benef. quæst.* 3. *num.* 859. *Rota in To-*
letana Parochialis post eumdem Garc. part. 9. *cap.*
2. *num.* 341. *vers. Non obstat*, *& decis.* 650. *num.*
6. *& seqq. cor. clar. mem. Card. Caprara*, ubi ta-
men quod non venit natus in Provincia, & in
Sypontina, *seu Nullius Archipresbyteratus* 25. 119
Junii 1646. *§. Constat enim*, *& §. final. coram*
Verospio. Et in terminis dispositionis mandantis,
quod in Collegio admitti deberent duo *de Abatia*
Nonantulæ, quod veniant etiam Diœcesani, resolvit
Sacra Congregatio Concilii in *Romana*, *seu Nonan-*
tulana 11. *Septembris* 1717.

Et ex hac eadem ratione naturalis unius Regni,
vel Provinciæ debet in provisione Beneficiorum in 120
dicto Regno, vel Provincia existentium Extraneo
præferri, *ad Text. in Cap. Bonæ de Postulat. Prælat.*
Cap. Ne pro defectu de Elect. Cap. Neque e meritis,
Cap. Nullus 61. *distinct. Rebuff. in Prax. Benefic.*
tit. de Rescript. mixt. Regul. 20. *num.* 217. *Thomas-*
sin. tom. 2. *libr.* 1. *cap.* 103. *num.* 2. *& seqq. Gonzal.*
in cap. Ter Nobis 4. *num.* 4. *cum seqq. de Cleric.*
Peregrin. ubi quamplures hujusmodi prælationis
expendit rationes, *Barbos. in cap. Nullus invitis*
13. *distinct.* 61. *& Vot. decis. lib.* 2. *Vot.* 33. *num.*
1. *& seqq. de Philipp. dissert.* 29. *num.* 124. *Zaul.*
ad Stat. Faventin. in Proœm. num. 39. *& seqq. Bo-*
rell. in Summ. Decis. tit. 20. *num.* 163. *Solorzan.*
tom. 2. *de Jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 25. *& lib.*
4. *cap.* 4. *num.* 50. *Valenzuel. cons.* 34. *&* 105.
Rot. decis. 66. *num.* 4. *& seq. cor. Carillo*, *& in*

Albanen.

Albanen. Archipresbyteratus 2. *Junii* 1702. §. *Atque*, & *seqq. cor. bon. mem. Ansaldo.*

Quod tamen ita intelligendum est, ut indigena forensi præferri debeat de æquitate, & de con-
121 gruentia, non autem de necessitate; hinc *Innocentius III.* Apostolicæ Sedis Legato mandavit, quod Patriarcham Constantinopolitanum, qui aliarum Nationum Clericos spernens, Venetos tantum in Constantinopolitanis Ecclesiis collocare satagebat, moneret, ut Viros litteratos, & alias idoneos, utcumque originem duxerint, in prædictis Ecclesiis, & maxime in Majori, instituere non postponeret, cum in omni gente, qui facit justitiam acceptus sit Deo, nec Sanctuarium Dei conveniat jure hæreditario possideri, ut legitur in *Cap. Ad decorem, de Instit.* Propterea que etiam aliis,
122 quam indigenia, & naturalibus Beneficiorum collationes rite fieri posse, & factas jure sustineri per *Text.* in *Cap. Ad decorem de Instit.* ibique *Gloss. verb. Undecumque* ibi -- *locus non obstat* -- communiter tradunt Canonistæ, præcipue *Abas n.*4. *Bursat. cons.* 392. *num.*24. & *seqq. Garc. de Benef. part.* 7. *cap.* 9. *de Naturalit. n.* 4. & *plurib. seqq. Lambertin. de Jurepatronat. part.* 1. *libr.* 2. *quæst.* 7. *art.* 25. *Selva de Benef. part.*3. *quæst.* 26. cum aliis penes *Rot. in Burgen. Juris deputandi Curatum* 21. *Februarii* 1684. §. *penult. cor. Albergato.* Et cum Æneæ Sylvio postea Summo Pontifici sub nomine *Pii II.* cui Præposituram S. Laurentii Mediolanen. illius Ecclesiæ Archiepiscopus contulerat, approbante Concilio Basileensi, oppositum inter cetera fuisset, quod extraneus erat, respondit Æneas, *rem novam non esse unius Regionis homines, in altera Dignitates habere, si modo linguam norint, nam & Archiepiscopus ex Bononia Mediolanum venit*, ut in suis *Comment. lib.* 1. §. *Refertam pag.* 6. & *seq.* Et *pag.* 8. refert fuisse sibi ab eodem Concilio collatum Canonicatum, & Præbendam in Ecclesia *Tridentina.*

Jure igitur, meritoque Sedes Apostolica sem-
123 per improbavit Constitutiones Principum Sæcularium, mandantes, ne Beneficia aliis, quam indigenis conferri possent; Nulla enim sæcularia potestas facultate gaudet super Beneficiis, & Personis Ecclesiasticis aliquid statuendi, *Cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ* 10. *in princip. de Constit. cap.* 1. & *seqq. per tot.* 10. *distinct. cap. Laici* 16. *quæstion.* 3. Hinc cum Philippus Galliarum Rex anno 1346. Externos a Regni sui Beneficiis universali lege exclusisset,
124 graviter de hoc facto Regis conquestus fuit *Clemens VI.* eidemque scribens, *Utinam*, inquit, *Consiliarii tui, qui te induxerunt ad ea, solerti diligentia maturius attendissent gravia pericula, quibus talia facientes, & in eis faciendis consilium, vel favorem præstantes, olim editi a SS. Patribus Canones evidenter involvunt*, apud *Raynald. ad annum* 1346. *num.* 39. Idemque *Clemens* ad Alphonsum Regem Castellæ, qui gravate tulerat Enterum Cauriensis Ecclesiæ ordinatum Episcopum, ita scripsit -- *Numquid Apostoli Domini, quorum Episcopi sunt successores extra proprias Nationes, & Gentes, Provincias alias, atque Regna in sortem Prædicationis, disponente Domino, non susceperunt? Numquid B. Jacobus, per quem Hispaniis Evangelicæ veritatis lumen resplenduit, & Sacri Baptismatis innotuit Sacramentum, in Hispaniis ortus est? Quid igitur mirum, si Romanus Pontifex ad exequendum ministerium servitutis injunctæ, illius, cujus vices gerit in Terris, & apud quem non est Judæi, Græcique distinctio, neque exceptio Personarum, instructus exemplo, Personas idoneas eligit, & quamquam Alienigenas vacantium Ecclesiarum regimini præficit, deputatque Pastores ad Dominici Gregis curam.* -- Apud eumdem *Raynald. ad annum* 1348. *n.* 14.

Sed ceteris omissis exemplis, celebris est *Martini V.* objurgatio ad *Uladislaum* Poloniæ Regem, qui Gnesnensis Ecclesiæ Canonicis interdixerat, ne extraneum aliquem ad Beneficiorum possessionem in eorum Ecclesia admitterent; non piget eam transcribere ex eodem *Raynald. ad annum* 1429. *num.* 13. Sic enim Regem Pontifex alloquitur. -- *Ut multa sileamus indigna, quæ tibi præter Juris dispositionem persuadere quotidie moliuntur, nuper vidimus copiam quarumdam Literarum, per quas Tua Serenitas Prælatis, & Canonicis Ecclesiæ Gnesnensis mandat sub gravi pœna, ne aliquem Extraneum in dicta Ecclesia recipiant ad possessionem alicujus Beneficii, cum inter Prælatos Regni ita statutum sit, & conclusum, de quo maximam suscepimus admirationem. Primum quidem numquam antea inter Episcopos Regni tui, qui recte sunt dicendi Prælati, hanc tam iniquam, & exorbitantem conclusionem, quæ cedit in vilipendium nostrum, & Sedis Apostolicæ, & Regni dedecus, Prælatorumque infamiam, factam esse audivimus &c. Fili charissime non velis in hoc errore versari, ut putes Nos non nostro, sed alieno arbitrio, Ecclesiis vacantibus providere. Supplicant sæpe Reges, & Principes, & Nos eis interdum complacemus, quando præsertim cognoscimus preces eorum, exauditione, & gratia nostra dignas; interdum etiam aliter disponimus, quam ipsi Reges, & Principes supplicarint. Nuper siquidem quinque Provisiones in Regno Angliæ fecimus alio modo, quam ipse Rex scripserat; magis enim consideravimus Personarum merita, & commoda Ecclesiarum, quam Regiam voluntatem. Hoc similiter fecimus alias in Regno Castellæ, & noviter in Regno Franciæ in duabus Ecclesiis; fueruntque provisiones nostræ reverenter, ut dignum erat, a Regibus acceptatæ; Nec Aragonum Rex, licet sua culpa alienatus a Nobis extiterit, unquam adversatus est Provisionibus Ecclesiarum, quas arbitrio nostro in Regno suo fecimus.*

Gaudent quidem Nationes quamplures Privi-
legia, ut Beneficia in eorum Regnis, & Provinciis 125
existentia, nonnisi indigenis conferri debeant, sed Privilegium istud non a Potestate Laicorum profluxit, sed a Sedis Apostolicæ indulgentia, & benignitate, quæ justis, & rationabilibus suadentibus causis, facta Juris communis gratia, Privilegium hujusmodi elargita fuit. Ut loquendo de Beneficiis Regni Franciæ, ad quæ ex Apostolico Indulto admitti nequit *Extraneus*, & non Regnicola absque Regis permissione, ac Litteris naturalitatis post *Rebuff. Thomassin. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 103. *sub n.*7. & 8. & de Beneficiis Regnorum Castellæ, & Legionis *Salzedo de Leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 15. *per tot.* & de aliis Regnis, & Nationibus, idem *Salzed ibidem, Barbos. in cap. Bonæ* 4. *num.*12. *de Postulat. Tamburin. de Jur. Abbat. tom* 2. *disput.* 15. *quæst.* 19. *a num.* 22. *Gonzal. in cap. Te nobis* 4. *num.* 5. *de Cleric. Peregrin.* (*a*) Ita quidem, ut constans sit Do- 126
ctorum omnium sententia, eorum etiam, qui maxima

(a) SANCTISSIMUS D. N. BENEDICTUS XIV. in exequutionem Concordati initi anno 1741. inter Sedem Apostolicam, & Invictissimum utriusque Siciliæ Regem CAROLUM BORBONIUM Cap. VIII. quo dictum fuit -- *Concederà S. Santità Indulto, che tutti i Beneficj tanto semplici, che residenziali, Canonicati, Dignità, Parocchie, Badie, o Vescovadi di Napoli, che sono di sua libera collazione, si debbano conferire a i soli Regnicoli.* Indultum præfatum elargiri benigne dignatus fuit.

ſima contentione de excludendis Alienigenis diſputarunt, id non poſſe ſine Apoſtolicæ Sedis privilegio, conſtare, *Salgad. de Supplicat. ad Sanctiſſimum part. 1. cap. 10. num. 69.* ibi -- *Indultis Apoſtolicis prohibitum eſt Extraneis in his Regnis* (Hiſpaniarum ſcilicet) *obtinere Beneficium: & num.* 111. eam conſuetudinem eſſe ait *Indultis Apoſtolicis* confirmatam, *Cabed. de Patronat. Regiæ Coronæ cap. 29. Gonzal. in Cap. Te nobis num. 4. in fine de Cleric. Peregrin. Garc. de Benefic. part. 7. cap. 9. num. 4. Barboſ. in cap. Ad decorem de Inſtit. & in cap. Bonæ memor. 4. de Poſtulat. Prælat. num. 8. 10. & 12. Creſpi de Valdaura obſervat. 7. num. 61. Tamburin. de Jur. Abat. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 19. num. 22. Cened. practic. quæſt. Canon.* 18. qui cum late ſcripſiſſet contra Alienigenas hæc addidit *num. 7. & 8.* -- *Quamvis autem hæc ita ſe habeant ſciendum eſt, ſi hujuſmodi Statuta, & Leges non fuerunt approbatæ per Sedem Apoſtolicam, Judices Sæculares eas obſervantes, & adeptionem poſſeſſionis Beneficii Alienigenis prohibentes, & eos in illa turbantes peccare, quoniam contra libertatem Eccleſiaſticam agunt*, ut ex *Panormit. & Capiſ.* pulcre reſolvit *Porteles &c.*

Quod vero ait *Covar. practic. quæſt. cap. 35.*
127 *num. 5. in fine*, ſanctiſſimum fore, ut Beneficia ſaltem Curata *Patrimonialia* efficerentur, atque non conferrentur, niſi Civibus, aut ſaltem e locis, in quibus Beneficia ſita ſunt, oriundis, ſubdens in Concilio Tridentino ſummo Patrum conſenſu ea de re actum fuiſſe. Non aliter intelligi debet, quam in ſenſum æquitatis, & congruentiæ, a quibus Summi Pontifices non niſi raro, & dum aliqua juſta ſubeſt cauſa, recedunt, dum fere ſemper Beneficia Indigenis conferre conſueverunt. At *Covarruvia* collaudatio admitti non poteſt in ſenſum neceſſitatis, quæ nimium coarctaret libertatem, & diſcretionem Pontificum, Epiſcoporum, aliorumque Collatorum, quibus expedit liberas habere manus in collatione Beneficiorum, ad effectum gratificandi Perſonis doctis, & de Eccleſia bene meritis, quæ aliquando in propriis Regionibus Sacerdotiis deſtitutis, virtutis, & meritorum præmia obtinere non poſſunt, ut alias ſcribendo ad Alphonſum Regem Caſtellæ dicebat *Clemens VI.* ut ex verbis ſupra tranſcriptis. Id quod rite perpenſum fuit a PP. Concilii Tridentini; quamvis enim inter Poſtulata Gallorum præfato Concilio propoſita, illud in ordine vigeſimum, ſic ſe haberet --
128 *Ne ſecundum antiquos Canones Sacerdotia darentur exteris, neque a Vicariis*, ut apud *Redingium in Hiſt. Concilii Tridentin. tom. 4. pag. 61. & Bouchel. in Biblioth. Canoniq. verb. Reformation. pag. 371.* expediens nihilo minus Sapientiſſimis PP. viſum non fuit aliquid circa dictum Poſtulatum decernere ob ſupra dictam rationem, ne ſcilicet imponeretur neceſſitas libertati Pontificis, & ordinariorum Collatorum conferendi Beneficia Perſonis minus dignis, dignioribus, quamvis de aliena Regione,
129 poſtpoſitis. Præſertim ubi agitur de Beneficiis Curatis, quæ cum prævio Concurſu conferenda ſint magis dignis, prædicta reſtrictio ad Patrimoniales plerumque efficere poteſt, ut ad Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem non aſſumantur Perſonæ digniores, ut perpendit *Rota in Comen. Archipresbyteratus 17. Junii 1715. §. Quæ ſi procedunt, cor. clar. mem. Card. Falconerio.*

Dedignata tamen non fuit aliquando Sedes Apo-
130 ſtolica hujuſmodi indulgere privilegia, quæ cum a Pontificum arbitrio dependeant, & juſtam aliquam, & rationabilem præ ſe ferant Cauſam, in neceſſariam conſequentiam trahi non debent. Hinc Sixtus V. originariis Regni Valentiæ indulſit, ut
alii præter ipſos ad illius Regni Beneficia admitti 131
non debeant, ut in ejus *Conſtit. LXIV.* quod Privilegium ſuffragari etiam Originariis dicti Regni ex origine Paterna, quamvis inibi nati non fuerint, recedendo a prius deciſis *in Valentina Beneficii 29. Januarii 1717. §. Verumtamen, coram clar. mem. Card. Falconerio*, reſpondit Rota in eadem Cauſa 28. *Junii 1723. coram bon. mem. Gamaches.* Simile Indultum favore Populi *Militen.* conceſſit 132
Leo X. ut ex Litteris Apoſtolicis in forma *Rationi congruit* expeditis ſub Clemente VII. quas per extenſum refert *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 10. n. 46.* Et favore Diœceſanorum, quoad Beneficia 133
Calagutitanæ Diœceſis, *Clemens VIII.* de anno 1596. Quin imo ubi in aliqua Eccleſia ejuſdem 134
Diœceſis plura adſint Beneficia, quorum Dos conſtituitur ex Decimis, quas ſolvunt finitimorum locorum incolæ, Sac. Congregatio Concilii aliquando dedignata non fuit demandare diſtinctionem & diviſionem eorumdem Beneficiorum pro rata Decimarum, quæ ſolvuntur a quolibet loco, ſeu Villa, ad effectum, ut cujuſlibet loci Clerici originarii pro Beneficiis illis aſſequendis aliorum locorum, ſeu Villarum Clericis præferri debeant, *ut in Calaguritana Beneficiorum 1. Decembris 1685. & 30. Septemb. 1702. confirmata 13. Auguſti 1726. & 6. Junii 1727. & 2. Julii 1729.* Et in altera *Calaguritana diſtinctionis Beneficiorum 3. Decemb.* 1712. Quemadmodum Beneficia ſervitoria, & Pa- 135
rochiales nonnullorum locorum Diœceſis Pampilonen. quod conferri non poſſint niſi *oriundis*, dummodo idonei ſint, indulſit eadem Sac. Congregatio *in Pampilonen. Beneficiorum 26. Januarii 1704.* & in altera *Pampilonen. Beneficiorum 3. Julii* 1706. Et quoad Beneficia Civitatum *Ferrariæ*, 136
Bononiæ, Beneventi, & Faventiæ, quod conferri non poſſint niſi Civibus originariis, referendo varia Pontificum Indulta, tradit *Zaul. ad Stat. Faventin. in Proœm. num. 36. & ſeqq.* Et *Leo X.* Beneficia Eccleſiaſtica cum Cura, & ſine Cura in Ur- 137
be, & in illius Diſtrictu exiſtentia, exceptis Titulis Cardinalitiis, Archipresbyteratibus trium majorum Baſilicarum Urbis, & nonnullis Monaſteriis, nonniſi *Romanis Civibus* conferri, ſeu commendari indulſit, Collationeſque, & Commendas Beneficiorum præfatorum aliter, etiam Motu proprio factas, nullas, & irritas declaravit, ut ex ejus *Conſtit.* in ordine *la* I.

An autem ſtante Apoſtolico Indulto, quod Beneficia nonniſi *Civibus* conferri debeant, appellatione *Civium* veniant etiam Cives ex Privilegio Magiſtratus? occaſio dedit, ut id examinarem in terminis ſupra dicti Indulti a Leone X. elargiti Civibus Ro- 138
manis, pro veritate conſultus a clar. mem. Cardinale Sacripantes Pro-Datario ſa. mem. *Clementis XI.* Sic igitur dicebam.

„ INTER ceteras gratias, quas Leo X. con-
„ ceſſit Populo Romano, voluit, & indulſit, 139
„ quod Monaſteria, Canonicatus, ceteraque Be-
„ neficia Eccleſiaſtica in Urbe, & illius Reſtrictu
„ exiſtentia nonniſi *Romanis Civibus* conferri, ſeu
„ commendari etiam per Sedem Apoſtolicam de-
„ berent, irritando collationes, & proviſiones
„ aliter factas, etiam cum expreſſa dictarum Litte-
„ rarum derogatione, aut Motu proprio, & ex
„ certa ſcientia: excepit tamen dumtaxat Titulos
„ DD. Cardinalium, Archipresbyteratus Baſili-
„ carum, & nonnulla Monaſteria dictis Cardina-
„ libus commendari ſolita, ut latius *in Conſtit. I.*
„ *ejuſdem Leonis* §. 4. repetit. poſt *Fenzon. ad Stat.*
„ *Urb. pag. mihi* 687. & de qua meminit *R. P. D.*
„ *Zaulus ad Statut. Faventin. tom. 1. pag. 9. num.*
„ 38. *Rot. coram Carillo deciſ.* 122.

„ An

» An præter hoc Indultum alia adsint super hac
» re Privilegia, est mihi incompertum, *Laertius*
» *Cherubinus ante dictam Constit. I. Leonis* enu-
» merat alias Constitutiones, quas uti simpliciter
» confirmatorias omittit. *Rot.coram Caputaq. decis.*
140 » *103. part.3.* supponit, quod Populus Romanus
» habeat Privilegia diversorum Pontificum, quod
» omnia Beneficia Urbis extraneis conferri non
» possint *sine consensu* Conservatorum, ita ut non
» accedente consensu Populi Romani, gratia sit
» nulla. Quam *Decisionem* refert etiam *Cherubinus*
» *ad dict. Constit. I. Leonis X. Schol.* 1. In praxi
» vero occasione derogationis hisce Indultis, al-
141 » teram formulam invenio his verbis conceptam --
» *Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinatio-*
» *nibus Apostolicis &c. Privilegiis quoque, In-*
» *dultis, & Litteris Apostolicis ipsi Capitulo, &*
» *Canonicis Populo Romano, & aliis quibuscun-*
» *que etiam contra forenses, & alienigenas &c.*
» *præsertim illis, quibus cavetur expresse, quod*
» *Beneficia Ecclesiastica dictæ Urbis nonnisi Ci-*
» *vibus Romanis originariis, aut Civium Ro-*
» *manorum originariorum filiis, aut aliàs &c.*
» *conferri possint, & alias de illis etiam per Se-*
» *dem Apostolicam pro tempore factæ collationes*
» *nullius sint roboris & momenti &c. quibus om-*
» *nibus specialiter, & expresse S. V. placeat de-*
» *rogare, quodque dictus Orator Civis Romani*
» *originarii filius non sit, ceterisque contrariis*
» *&c.* In qua formula cum supponatur Indulta lo-
» qui de Civibus Romanis *originariis*, aut Ci-
» vium Romanorum *originariorum* filiis, viden-
» tur demandandæ ulteriores diligentiæ pro inve-
» nienda hisce Indultis, nam si cum his verbis
» sint concepta, Beneficiorum Urbis capaces erunt
142 » ii solum, qui ibidem nati, aut qui ex speciali
» Principis rescripto, & Privilegio originarii effecti
» sunt, *Amostaz. de Caus. Piis lib. 4. cap. 7. num. 1.*
» *& seqq. & melius R. P. D. Zaulus ad Stat. Fa-*
» *ventin. tom. 2. pag. 202. num. 20. & seqq. Rot. in*
» *Senogallien. Canonicatus 19. Januar. 1705. §.*
» *Et quoniam, coram R. P. D. Ansaldo.*
» Procedendo tamen cum Indulto *Leonis X.* re-
143 » vocatur in dubium, an appellatione *Civium Ro-*
» *manorum*, quibus conferri debent dicta Bene-
» ficia, comprehendantur etiam adlecti in Civita-
» tem, & effecti Cives ex Privilegio, quod a
» Magistratu Urbis concedi solet, quodque hac
144 » verborum formula concipitur -- *Cum ad augen-*
» *dam servandamque Rempublicam non tam in*
» *Cives Romanos meritis, & nobilitate insignes*
» *præmia, honoresque conferre, quam exterorum*
» *hominum virtutem benigne excipere more majo-*
» *rum statutum sit, atque etiam ut ad summa ve-*
» *ræ laudis fastigia ardentius quisque conscendat,*
» *ad ipsamque Rempublicam ornandam, & tuen-*
» *dam alacrior fiat illorum exemplo juris quos di-*
» *gna laboribus præmia consequutos videat, auto-*
» *ritate compertum sit. Cumque Nos egregium,*
» *& Excel. Virum N. N. ex honesta familia or-*
» *tum acceperimus, eundemque singulari in Popu-*
» *lum Romanum studio, fide, & observantia sem-*
» *per fuisse, nihilque indignum Viris ingenuis, ac*
» *constanti, & perenni suorum Majorum virtute*
» *umquam fecisse, fidem, & jusjurandum pie,*
» *sancteque coluisse plene cognoverimus, ejus de-*
» *nique virtus, integritas, bonitas in rebus agen-*
» *dis, prudentia Nobis probatæ sint, ob eas res ju-*
» *stis de caussis existimavimus, & decrevimus præ-*
» *fatum N. N. postulantem amplissimo hoc mu-*
» *nere decorandum, ac Romana Civitate donan-*
» *dum, inque Civium Romanorum numerum me-*
» *rito cooptandum esse, ut præsentibus nostris,*
» *auctoritate præfata eumdem decoramus, ac*
» *Romana Civitate donamus. Decernimusque, ut*
» *præfatus N. N. ejusque Liberi, Nepotes, Po-*
» *steri, & Successores in perpetuum libere possint*
» *in Senatum venire, sententiam dicere, Ma-*
» *gistratus gerere, Sacerdotia obtinere, Bona li-*
» *bera, atque immunia habere, iisque Immunita-*
» *tibus, honoribus, Gratiis, & Privilegiis, uti,*
» *frui, fungi, potiri, & gaudere, quibus Cives*
» *nobiles Romani nati, aut jure optimo facti sunt,*
» *utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac*
» *uti, frui, fungi, potiri, & gaudere solent, de-*
» *beat, & possint. Quodque præfatus N. N. qui-*
» *que ab ipso venient omnes Cives nobiles Romani*
» *nati, eodemque jure sint, Gentemque habeant*
» *S. C. auctoritate firmiter statuimus. Quæ ut ma-*
» *jorem auctoritatem, & robur habitura sint, se-*
» *creto, publicoque in Conciliis confirmanda reser-*
» *vavimus. Qui impediet &c. Datum &c.*
» Sane, quod appellatione *Civium Romanorum*
» veniant etiam Cives ex Privilegio, suadet ge-
» neralia Conclusio, quod etiam exteri Civitate
» donati, & in Cives adlecti, sunt proprie Ci- 145
» ves, & gaudent omnibus Privilegiis, & hono-
» ribus, quibus gaudent Cives naturales ad *Text.*
» *in l. 1. ibi -- recepti in Civitatem*, & ibi, *ut for-*
» *te Privilegio ff. ad Municip.* & concordantibus
» ad satietatem allegatis, *Rocca Disput. 83. n. 1.*
» *Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 41. num. 4. R. P. D.*
» *Zaul. ad Stat. Favent. tom. 2. Rubr. II. lib. 6. num.*
» *18. Sanfelic. decis. 75. a num. 5. Rot. decis. 324.*
» *num. 12. & seqq. coram Priolo*, & de Civilita-
» te a Senatu Romano concessa, *Rot. decis. 8.*
» *num. 50.* Etiamsi hæc civilitas non a Principe, 146
» sed a Magistratu inferiori concessa sit, cum
» creare Cives non sit de reservatis Principi, sed 147
» Communitas quoque subdita id facere potest,
» *Zaul. ad dict. Rubr. 11. lib. 6. num. 14. Ricciar-*
» *dell. in Lyceo Eccles. tom. 1. cap. 4. §. 6. num.*
» *27. Paschal. de Virib. Patr. Potest. part. 3. cap.*
» *2. num. 35. vers. Et Civilitatis, Thomat dec. 7.*
» *nu. 1. & seqq. Rot. decis. 324. n. 1. & seqq. coram*
» *Priolo.*
» Eoque magis appellatione *Civium* compre-
» henduntur Cives ex privilegio, quando agitur 148
» de re favorabili, & benigne interpretanda, ad
» distinctionem alterius casus, in quo ageretur
» de re odiosa, & stricta, in hoc enim ultimo
» casu veniunt tantum illi, qui sunt Cives origi-
» narii, secus in primo, ut distinguunt *Surd. cons.*
» *313. a num. 9. usque ad 18. Eugen. lib. 1. cons.*
» *18. num. 60. Menoch. cons. 80. num. 12. & cons.*
» *1060. sub num. 3. Capon. discept. 52. cap. 2 n 6.*
» *& seqq. & cap. 3. n. 10. Rot. decis. 182. num. 7.*
» *& seqq. part. 15. Recentior.*
» Ex hoc principio in terminis, de quibus agi-
» tur, Rota censuit, quod cum collatio Beneficio-
» rum sit materia favorabilis, late, & benigne in-
» terpretanda ex relatis apud *Cerr. decis. 73. n. 8.* 149
» sub privilegio disponente simpliciter, quod Be-
» neficia non nisi *Civibus* conferantur, non solum
» veniant Cives originarii, & naturaliter tales, sed
» etiam Cives ex privilegio; ita in terminis privi- 150
» vilegii, quod concessit *Gregorius XIII.* Civi-
» bus Bononiensibus, firmavit *Rot. cor. Penia de-*
» *cis. 1523. sub n. 7. Coccin. dec. 548. n. 3. & 4. Cerr.*
» *dec. 73. num. 8. repetit. in Recent. dec. 127. part.*
» *9. decis. 459. n. 9. part. 19* & tradunt *Boer. de-*
» *cis. 13 num. 20. & 21. Lotter. lib. 1. quæst. 25.*
» *num. 79. & 82. Pignatell. tom. 7. consult. 1.*
» *num. 3. vers. & quod Civis, Capon. tom. 1.*
» *discept.*

„ discept. 52. cap. 2. sub n. 12. vers. Et quod talis
„ Civis, & admittit Salern. cons. 2. num. 21. & 22.
„ & id ipsum in terminis similis Privilegii concessi
„ Civibus Ferrariensibus, Rot. coram Cerro dict.
„ dec. 73. num. 8. ac in casu fundationis, in qua ad
151 „ Juspatronatus passivum vocatus sit Romanus,
„ quod comprehendantur etiam Cives ex Privile-
„ gio, Capon. dict. discept. 52. cap. 2. num. 12.
„ Ex hoc eodem principio, quod collatio Be-
„ neficiorum sit res favorabilis, firmavit quoque
152 „ Rota, quod etiam Domiciliarii, & illi, qui per
„ decennium incolatum contraxerunt, sint capa-
„ ces Beneficiorum, quæ ex privilegio, seu volun-
„ tate Testatoris debita sint Civibus, Rot. dict. dec.
„ 1523. sub num. 7. coram Penia, dec. 73. num. 6.
„ coram Cerro, & nuper firmatum fuit in Vaden.
„ Canonicatus 30. Junii 1704. §. Nec subsistit
„ cor. Reverendiss. Molines, cum aliis in Senogal-
„ lien. Canonicatus 19. Januarii 1706. §. Conspi-
„ rante, coram R. P. D. Ansaldo.
„ Immo hujusmodi Beneficiorum esse capacem
153 „ etiam illum, qui aliquod Beneficium residen-
„ tiale in loco obtinuit; nam per assequutionem
„ Beneficii residentialis Clericus acquirit civili-
„ tatem, & uti Civis gaudet favore similium In-
„ dukorum, Rot. dict. dec. 73. num. 7. & decis. 89.
„ num. 8. & sequ. coram Cerro, & in dicta Vaden.
„ Canonicatus §. Nec subsistit, coram Reverendiss.
„ Molines, & generaliter decis. 9. num. 4. part. 5.
„ Recent. & in Nullius, seu Senogallien. Bonorum
„ 13. Maii 1697. n. 39. coram R. P. D. Ansaldo
„ §. Fortius.
„ Atque in hanc sententiam videtur inclinasse
154 „ Sacra Congregatio Concilii in Romana 16. Sep-
„ tembris 1649. in qua proposito Dubio — An Sa-
„ cerdos N. ex privilegio effectus Civis, & Patri-
„ tius Romanus cum expressione, quod in Senatum
„ ire, sententiam dicere, Magistratum gerere, iis-
„ que immunitatibus, honoribus, & Privilegiis
„ uti, & potiri possit, quibus Cives Nobiles, Pa-
„ triaque Romæ nati utuntur, præsentari, & ad-
„ mitti possit ad Cappellaniam Presbyteris Roma-
„ nis ex dispositione fundatoris conferendam, vi-
„ gore Juspatronatus constituti in hujusmodi Cap-
„ pellaniis — rescriptum fuit — Præsentari, & ad-
„ mitti posse, lib. 18. Decret. pag. 674. Et in Bi-
155 „ tecten. Statuti 15. Decembris 1668. Cavebatur
„ eo Statuto per Sacram Congregationem con-
„ firmato, quod admittendus ad Ecclesiæ partici-
„ pationem natus esse deberet in Civitate, e da
„ Cittadino di essa. Cumque dubitaretur, An
„ Clerici nati ex Civibus adlectis essent capaces,
„ responsum fuit, non esse excludendos.
„ Fortius attentis amplissimis clausulis, cum
„ quibus Senatus Romanus exteros Civitate do-
156 „ nat. Non solum enim taliter cooptatus sit Civis
„ per verba denotantia veritatem, & non fictio-
„ nem ibi — Quodque præfatus N. quique ab ipso
„ venient, omnes Cives Nobiles Romani sint: ut
„ ponderando verbum sint, de cujus natura est
„ ponere veritatem, firmat late Rovit. lib. 2. cons.
157 „ 62. num. 1. vers. Ergo, & num. 3. Sed ulterius
„ disponitur, quod gaudeat iis Immunitatibus,
„ honoribus, gratiis, & privilegiis, quibus Ci-
„ ves Romæ nati fruuntur; & in specie quod pos-
„ sit in Senatum venire, Magistratus gerere, Sa-
„ cerdotia obtinere &c. quæ expressio solet fieri
„ ad omnem ambiguitatem tollendam, ut consi-
„ derat Pignatell. d. tom. 7. consult. prima num. 3.
158 „ in fin. Et facit praxis diversarum Provinciarum
„ ultra Montes, in quibus licet aut ex privilegiis S.
„ Sedis, aut de facto soli naturales sint Beneficio-
„ rum capaces, tamen si Forensis obtineat Litte-
„ ras naturalitatis cum speciali mentione capacita-
„ tis ad Beneficia, illa assequitur absque ulla con-
„ troversia, Salzed. ad Diaz. Pract. Can. cap. 54.
„ n. 14. & 15. Salzed. de Leg. Polit. lib. 2. cap. 18.
„ n. 31. 32. & 38. Antunez. de Donat. tom. 1. part.
„ 2. lib. 1. cap. 15. num. 35. & 38. in fine. Atque
„ etiam in nonnullis Italiæ Ditionibus servatur, 159
„ quod statim ac quis in Nobilem cooptatur, sit
„ capax assequendi Beneficia Ecclesiastica solis in-
„ digenis de facto debita.
„ Non obstat, quod Magistratus Civitatis non
„ possit communicare Forensibus Civitate donatis 160
„ ea, quæ ex Principis Privilegio elargita sunt Ci-
„ vibus. Duplex enim dari potest responsio. Pri-
„ ma quod hic non vertitur quæstio an, & quid
„ possit Magistratus inferior concedere, & com-
„ municare, sed agitur de interpretatione Bullæ
„ Leonis, qui dum facit mentionem de Civibus, sen-
„ sit etiam de Civibus ex Privilegio, qui proprie,
„ & vere sunt Cives; ideoque taliter adlecti cum
„ sint de comprehensis in d. Constitutione, conse-
„ quuntur hoc jus directe ab ipso Pontifice, Ce-
„ phal. dict. cons. 451. n. 72. & seqq. Magistratus enim
„ solum concedit Civilitatem, quod utique facere
„ potest; posita autem Civilitate venit in conse-
„ quentiam, quod hoc modo aggregati compre-
„ hendantur sub Constitutione de Civibus loquente.
„ Unde esto quod Magistratus non possit directe
„ habilitare forenses ad Urbis Beneficia, tamen id 161
„ facere potest consequutive. Sic in simili, licet
„ Universitas laicorum non possit directe transferre
„ in Extraneum Juspatronatus sine consensu Epis- 162
„ copi, tamen id facere potest consequutive, ag-
„ gregando nempe extraneum in Collegium, ut
„ post Lambertin. Rota in Syracusana Præpositura
„ 5. Decembris 1696. §. Absque eo quod, & 20.
„ Novembris 1697. §. Nec ex eo, coram R. P. D.
„ Muto, in quibus casus erat, quod Pro-Rex Pri-
„ vilegium concesserat, ut Patritius, seu Caput
„ Magistratus vocem haberet præponderantem ce-
„ teris Juratis; Cumque opponeretur, id bene
„ procedere in resolutionibus profanis, secus in
„ præsentationibus ad Beneficia, de quibus laicus
„ concedens Privilegium disponere non poterat,
„ resolutum fuit, quod id procederet etiam in 163
„ materia præsentationis, tanquam quid accesso-
„ rium, & consequutivum ad ipsum Privilegium
„ præponderantiæ Vocis generaliter concessum.
„ Respondetur secundo, quod quando Privile-
„ gium concernit ejusdem Civitatis commodum, 164
„ & in sui favorem est concessum, tunc potest
„ Civitas suo favori renunciare, & aliis tale Pri-
„ vilegium communicare, ex plene relatis per
„ Capoblanc. de Baronibus tom. 2. prag. 8. cap. 62.
„ num. 14. & seq. Præcipue cum nulli certæ per-
„ sonæ præjudicium inferatur, aut si quod Civi- 165
„ bus originariis infertur præjudicium, illud est
„ remotum, & secundarium, cum principaliter
„ moveatur Civitas ad proprium commodum,
„ cum Reipublicæ intersit numerum Civium,
„ per modum artificialem augeri, Cephal. dict.
„ cons. 451. n. 74. & seqq. R. P. D. Zaul. ad Stat.
„ Favent. tom. 2. dict. Rubric. 11. lib. 6. num. 16.
„ Sanfelic. decis. 75. num. 10. & ibi Adden. num. 4.
„ Rot. coram Priolo d. dec. 324. n. 15. & seqq.
„ Contra vero pro opinione, quod adlecti in Ci- 166
„ vitatem ex Privilegio Magistratus Romani, non
„ sint capaces Beneficiorum Urbis, urget, quod
„ licet Civis ex simili privilegio contineatur sub 167
„ appellatione Civis, tamen id procedit quoad
„ ipsam Civitatem, & quoad jura, prærogativas,

„ & Pri-

„ & Privilegia ab ipsa Civitate propriis Civibus
„ concessa, non autem quoad Principem, &
„ quoad ea, quæ ab ipso Principe sunt Civibus
„ elargita, & de quibus ipsa Civitas disponere
„ nullo modo potest, juxta originariam doctrinam
„ *Bartol. in l. Si Marius §. Legis Juliæ ff. ad Leg.*
„ *Jul. de Adulter.* ibi -- *Secundo est videndum: po-*
„ *sita, quod esset verus Civis, quid importet habe-*
„ *ri pro Cive? Respondeo. In his, quæ Civitas*
„ *ipsa posset concedere Civibus, haberetur pro Ci*
„ *ve, & ut Civis tractabitur. Sed in his, quæ ha-*
„ *bent Cives istius Civitatis aliunde quam ex Con*
„ *cessione Civitatis; ut puta rescripto Principis,*
„ *vel Papæ, tunc non haberetur, nec tractare-*
„ *tur pro Cive &c. Ideo cum Civitas ista habeat*
„ *Privilegium a Summo Pontifice, ut Cives hu-*
„ *jus Civitatis non possint trahi ad judicium extra*
„ *Civitatem, istud Privilegium non trahitur ad*
„ *Terras subditas, quarum Cives habentur pro Ci-*
„ *vibus hujus Civit tis, sed habet locum tantum*
„ *in veris Civibus.* Quam Theoricam communi-
„ ter sequuntur *Roman. conf. 72. n. 9.* ibi -- *Isti*
„ *autem Cives ex Privilegio effecti omnibus his com-*
„ *modis, & favoribus potiuntur, quibus & ipsi*
„ *Cives originarii; dum tamen favores illi ex ip-*
„ *sius Civitatis Constitutionibus proveniant. Ro-*
„ *land. a Valle lib. 3. conf. 79. n. 16. & seqq. Ruin.*
„ *conf. 200. n. 19. lib. 2. Boer. dec. 260. n. 33. vers.*
„ *talis, Menoch. lib. 6. præsumpt. 30. sub n. 30.* &
„ melius *conf. 1060. n. 4. & seqq.* ubi quod Civis
„ ex Privilegio admitti quidem potest ad officia,
„ & commoda Civitatis propria, *quo vero ad ea,*
„ *quæ ipsius Civitatis non sunt, sed aliunde prove-*
„ *niunt, puta si Princeps concessit aliqua Privile-*
„ *gia Civibus, intelligitur de Civibus originariis*
„ *non autem de Privilegia creatis, sicuti egregie*
„ *docuit Bartolus &c.* quod idem repetit *num* 10.
„ ibi -- *secus quoad Principem qui Civibus aliquid*
„ *concessit* - & ibi -- *non quoad Principem qui Ci-*
„ *vibus Privilegia concessit & n. 11. 14. & 22.* &
„ aliis antiquioribus citatis, *Galeot. lib. 2. contr.*
„ *67. n. 15. & quatuor seqq. Paschal. de Virib. Pa-*
„ *triæ Potest. part. 3. cap. 2. n. 35.* ubi quod licet
„ in favorabilibus Cives ex Privilegio sint veri *Ci-*
„ *ves*, tamen id procedit *dummodo ea commoda*
„ *ex ejusdem Civitatis Constitutionibus proveniant* --
„ *Capon. discept. 52. cap. 2. n. 37. versic. Verum*
„ *nota. Tapia decis. 14. num. 11. §. Item quia si*
„ *vera, Sesse decis. Aragon. 90. num. 3. & 4.* ubi
„ quod hæc Civilitas non procedit *in iis, quæ Ci-*
„ *ves ex Principis concessione consequuntur, ut in*
„ *simili de concessione Apostolica quod Cives alicu-*
„ *jus Civitatis non trahantur extra Civitatem di-*
„ *cebat Bartolus &c.* -- *Gerardus Mazzol. conf. 93.*
168 „ *per tot* ubi *num. 9.* ponit idem exemplum, *quod*
„ *si Papa concessit Bononiensibus, ut trahi non pos-*
„ *sint extra earum districtum, tunc creatus Civis*
„ *Bononiensis per Privilegium non fruetur hoc be-*
„ *neficio, nam privilegium Civilitatis intelligitur*
„ *quoad effectus, quos ipsa Civitas ex se potest con-*
„ *cedere, Mans. consult. 783. n. 6. Cardinal. de*
„ *Luc. de Jurisdict. disc. 46. §. Final. Pignatell.*
„ *dict. consul. 1. num. 4. lib. 7. & num. 1.* ita reso-
„ lutum refert *Rot. dict. dec. 324. num. 13. & 14.*
„ *cor. Priolo* ubi, quod adlectus in Civem acqui-
169 „ rit exemtionem, dummodo exemtio respiciat
„ Gabellam ab ipsa Civitate impositam, & in
„ dicta *Senogallien. §. Atque hinc, coram R. P. D.*
„ *Ansaldo.* Et in terminis capacitatis Beneficio-
„ rum, *Salzed. de Leg. Polit. lib. 2. cap. 18. nu-*
„ *mer. 34. & 35. Salern. vers. 2. n. 14. & per tot.*
„ *lib. 1.*

„ Ex hac recepta Theorica duo pro casus nostri
„ decisione deducuntur: Primum, quod Privile-
„ gium a *Leone X.* concessum Civibus Romanis 170
„ intelligatur, & locum habeat in veris Civibus,
„ ut *Bartalus* dicebat, non vero in creatis per
„ Privilegium, prout verba Constitutionis accipi 171
„ debent in suo proprio, & naturali significatu,
„ *Mandos ad Regul. 16. quæstion. 41. circa fin. ver-*
„ *sic. Qui vellet, Salern. dict. conf. 2. n. 9. Sal-*
„ *zed. de Leg. Politic. tom. 2. cap. 18. n. 36.* ubi
„ quod ex mente DD. patet Privilegia Civibus 172
„ concessa intelligi ratione originis, *Pignatell. dict.*
„ *tom. 7. consult. 1. n. 1.* & bene *Menoch. dict. conf.*
„ *1060. n. 4. 5. & 6. in fine,* ibi -- *In Privilegia*
„ *concesso a Principe consideratur mens, & volun-*
„ *tas ipsius Principis, qui dicitur noluisse concede-*
„ *re Privilegium Civibus ex Privilegio creatis.* --
„ *Rota in Vaden. Canonicatus 19. Junii 1705. §.*
„ *Præstat, cor. Molines.*

„ Alterum est, quod Privilegium Civitatis a
„ Magistratu Romano concedi solitum, suffraga 173
„ ri quidem potest quoad effectus, de quibus
„ ipsa Civitas ex se disponere potest, ut sunt,
„ quod taliter admissi accedant ad Senatum, Ma-
„ gistratum gerant, gaudeant beneficio Statuto-
„ rum, & similia, sed non quoad habilitatem
„ consequendi Beneficia, de quibus nec tacite, 174
„ nec expresse Senatus disponere potest, cum id
„ Civibus Romanis, non ab ipso Senatu, sed a
„ Summo Pontifice concessum fuerit; & ideo ad
„ ipsum solum in rebus, quæ ab ipso dependent,
„ spectat concedere in omnibus veram Civilita-
„ tem, & facere de ficto verum, *Cardin. de Lu-*
„ *ca de Jurisdict. disc. 46. §. final. & de Præben-*
„ *min. disc. 36. n. 3. & seqq.*

„ Atque hæc voluntas Summi Pontificis *Leo-*
„ *nis* prospiciendi solis Civibus originariis ex ipsa 175
„ Constitutione deducitur. Ibi enim disponit,
„ quod nonnisi Civibus Romanis Beneficia confe-
„ rantur, & excipit dumtaxat titulos DD. Cardi-
„ nalium, Archipresbyteratus quatuor Basilica-
„ rum, & nonnulla Monasteria eidem Cardinali-
„ bus commendari solita. Et tamen si Cives ad-
„ lectos sub ea generalitate *Civium Romanorum*
„ comprehendere voluisset, ad quid specialiter,
„ & dumtaxat excipere Emos Cardinales, qui
„ cum sint Cives Urbis, ex relatis per *Rot. in* 176
„ *Nullius, seu Senogallien. Bonorum 13. Maii*
„ *1697. n. 39. in fin. coram R. P. D. Muto,* & in
„ *Senogallien. Canonicatus 29. Januarii 1706 §.*
„ *Et hæc cor. R. P. D. Ansaldo*, jam comprehensi
„ fuissent sub ipsa verborum generalitate. Adeoque
„ inanis, & superflua hæc particularis exceptio
„ fuisset, si omnes species Civium comprehendere
„ voluisset, ut considerat *Capye. Galeot. lib. 2. con-*
„ *trovers. 17. n. 18. versic. Nam alioquin.* Ad evi-
„ tandam ergo hanc superfluitatem dicendum e-
„ rit, quod cum *Leo* intenderet favere Civibus o-
„ riginariis, voluerit nihilominus excipere Emos
„ Cardinales, qui propter prærogativam assistendi
„ lateri Pontificis merebantur, ut ipsi quoque,
„ licet origine exteri, essent capaces Beneficiorum
„ Urbis, quæ ipsis commendari consueverant. Id
„ quod ostendit eximiam illius Pontificis volunta-
„ tem, ut ceteri, qui non sunt Cardinales, quam-
„ vis ex Privilegio, aut Domicilio, a consequu-
„ tione Beneficiorum Urbis excludantur.

„ Præterea voluit Summus Pontifex in dicta
„ *Constit. I.* quod nec per ipsum, nec per Sedem 177
„ Apostolicam etiam *Motu proprio*, & *ex certa*
„ *scientia* derogaretur dictæ Constitutioni, irritan-
„ do contrarias dispositiones, & derogationes.

„ Et tamen si admitteretur hæc via fictæ Civili-
„ tatis, esset inventa facilis ratio derogandi per in-
„ directum dictæ Constitutioni, & illam eluden-
„ di, itaut frustratoria, & inanis omnino redda-
„ tur. Hæc Civilitas cuicumque petenti cum mo-
„ dica impensa concedi solet, itaut vacante Bene-
„ ficio in Urbe, possit forensis cum minimo sui
„ incommodo de sero impetrare Civilitatem, & de
„ mane provideri de Beneficio: quod profecto
„ non videtur juxta mentem illius Pontificis, qui
„ sibi, suisque Successoribus manus ligando cum
„ tot amplissimis clausulis, non præsumitur vo-
„ luisse impertiri facultatem inferiori Magistratui
„ laico faciendi tacite, & per indirectum id, quod
„ nec expresse fieri voluit a Sede Apostolica, ut
„ ad propositum considerat *Ralandus a Valle dict.*
„ *lib. 3. conf. 79. sub n. 17.* ibi -- *Nam si aliter di-*
„ *ceretur, sequeretur absurdum, quod esset in fa-*
„ *cultate Civium Reginorum horatim constituere*
„ *Cives ex Privilegio, & sic ad sui libitum praju-*
„ *dicare ipsis Comitibus, quod certe non fuit men-*
„ *tis Reverendissimorum Arbitrorum, qui tulerunt*
„ *laudum, quorum laudum non debet interpretari*
„ *contra ipsorum intentionem* -- sequitur *Menoch.*
„ *cons.* 1060. *n. 3. versic. Secunda.*

„ Deduci potest hæc eadem voluntas ex quo in
„ aliis similibus Privilegiis pro aliis locis concessis,
„ S. Sedes favere intellexit Civibus originariis.
178 „ Ipse *Leo X.* indulgendo similem gratiam Popu-
„ lo *Faventino* expresse disposuit, ut Beneficia
„ non conferrentur, nisi *Civibus originariis*, ut
„ apud *R. P. D. Zaul. ad Stat. Favent. tom. 1.*
„ *pag. 96. n. 36. & in Appendic. post tom. 2. pag. 6.*
„ *& 7. n. 2. & 3.* Item *Sixtus IV.* & *V.* in Privi-
„ legio pro *Beneventanis* loquuntur de originariis,
„ & oriundis in Civitate, & Diœcesi, ut apud
„ *Peutinger. decis. 354. n. 1. & 5.* Et de Privilegio
„ *Clementis VII.* pro Clericis origioariis, & ori-
„ undis Insulæ *Melevitana*, *Corrad. in Prax. Be-*
„ *nef. lib. 2. cap. 10. n. 45.* Et talis etiam in casu
179 „ nostro videtur sensus Datariæ, & Cancellariæ,
„ quæ derogando Indultis, & Privilegiis Populi
„ Romani, supponit expresse ea concessa Civibus
„ originariis.

„ Et retenta hac opinione, non obstant dedu-
„ cta pro contraria sententia; Nam, quod hæc
„ Privilegia sint late interpretanda, admitti pos-
180 „ set, aut quando non resisteret mens disponentis,
„ nam ea resistente, non est interpretari Indul-
„ tum, sed illud extra suos fines trahere, & gra-
„ tiam non concessam concedere, *Rota in Cordu-*
„ *ben. Beneficiorum 18. Februaris* 1704. §. *Neque*
„ *demum, cor. Reverendissimo Molines.* Aut quan-
„ do ageretur de Civilitate ab ipso Principe con-
„ cessa, qui Exterum potest facere Civem ad omnes
„ effectus: sed Magistratus inferior non potest fa-
„ cere Civem quoad omnes effectus, sed solum
„ quoad jura, & prærogativas ab ipsa Civitate de-
„ pendentes; nec potest in messem alienam a solo
„ Principe Ecclesiastico dependentem, manus ap-
„ ponere.

„ Nec refragatur, quod id veniat in consequen-
„ tiam Civilitatis concessæ; quia id pariter proce-
181 „ deret quoad ipsam Civitatem, quæ aggregando
„ Exterum, ei communicat per consequentiam præ-
„ rogativas a Civitate profluentes, secus quoad
„ concessa per Principem, quæ non veniunt in con-
„ sequentiam Civilitatis ab inferiori elargitæ, juxta
„ laudatam *Bartoli* doctrinam fundatam in eo prin-
„ cipio, quod Civitas non potest concedere Exte-
„ ro quod Cives habent ex Principis indulgentia,
„ ut advertit *Gerardus Mazzolls dict. cons. 93. n. 14.*

„ Prout etiam non relevat, quod nulli certæ
„ Personæ fiat præjudicium: sive quia exinde re-
„ sultat damnum veris originariis, qui ex Indulto
„ *Leonis* jus habent *ad rem* pro consequutione ho-
„ rum Beneficiorum, *Guttierez cons. 7. in fine*;
„ sive quia vis stat in potestate Senatus Romani,
„ an ita alliciendo, possit tacite, aut expresse com-
„ municare jus consequendi Beneficia a Summis
„ Pontificibus Romanis Civibus concessum.

„ In *Decisionibus* vero *Bononien.* & *Ferrarien.* 182
„ coram *Penia*, *Coccino*, & *Cerro* emanatis, nec
„ concurrebant particulares circumstantiæ, de qui-
„ bus in nostro themate; nec articulus in genere
„ fuit formiter discussus, & satis incidenter de
„ materia actum. Siquidem in *Decisione Peniæ*
„ 1523. *Rota* præcipue se fundavit, quod ille pro-
„ visus erat Civis, quodque Indultum pro *Civi-*
„ *bus, ac Civium filiis* non requirit copulative u-
„ tramque qualitatem: & deinde nulla auctorita-
„ te allegata, cum duobus tantum verbis sub *n. 7.*
„ dicitur, quod ille etiam erat *Civis filius*, nam
„ Pater erat Civis ex Privilegio, *& multis an-*
„ *nis Domicilium Bononiæ contraxerat.* Et sic
„ non tam in Privilegio, quam in Domicilio,
„ quod facit verum Civem, pedes fixisse vide-
„ tur.

„ *Coccin. dec.* 548. se fundat in *Boer. dec.* 13.
„ *n. 20. & 21.* aperte loquente de Statuto *Bono-*
„ *niensi* mandante, ut Officia, & Beneficia non
„ conferrentur Forensibus. In quibus terminis
„ cum id proveniret ex dispositione Statuti, bene
„ suffragatur Civilitas ab ipso Magistratu obten-
„ ta.

„ In *Decisione 73. cor. Cerro*, unica parte in-
„ formante, negotio tamen mature discusso ema-
„ nata, non agebatur de Cive ex Privilegio, sed
„ de Clerico domiciliario, & qui in ea Cathedra- 183
„ li Beneficium residentiale obtinuerat, & Ex-
„ tensor Decisionis ad ostendendum, quod Cleri-
„ cus ille capax esset Beneficiorum ejusdem Civi-
„ tatis, divagatur ad Conclusionem, quod Cives
„ etiam ex Privilegio sunt capaces; & ut apparet
„ tam ex dicta *Decisione 73. n. 10. & seqq.* quam
„ ex *Decis. 89. n. 16. cor. eodem Cerro*, præcipuum
„ fundamentum constitutum fuit in altero separato
„ motivo, quod nempe similia Indulta non habent
„ locum in Beneficiis reservatis; & ex hoc capite 184
„ fuit denegata Remissoria, quæ petebatur ad pro-
„ bandum, quod soli Cives originarii poterant ad
„ Beneficia dictæ Civitatis admitti.

„ Resolutiones pariter Sac. Congregationis Con-
„ cilii in Causis *Romana*, & *Bueclen.* emanatæ, 185
„ officere non videntur. Siquidem in Causa *Roma-*
„ *na* agebatur de Cappellania, ad quam Testator
„ vocaverat non *Presbyteros Cives Romanos*, sed
„ solum *Presbyteros Romanos*, unde merito Sac.
„ Congregatio resolvit, ad illam præsentari posse
„ Sacerdotem effectum ex Privilegio Civem, &
„ Patritium Romanum, cum exoptata qualitas
„ *Romani*, veluti generica, & nimis ampla, rite
„ verificari poterat tam in eo, qui *Roma* natus est,
„ aut inibi Domicilium fixit, quam in Extero,
„ qui per Privilegium *Romanus* effectus fuerat,
„ *Capon. Discept. 52. cap. 2. n. 12.*

„ Eodemque modo in altera Causa *Bitetten. Sta-* 186
„ *tuti* plura concurrebant, quæ simul unita dictæ
„ resolutioni impulsum dederunt. Agebatur de
„ Clericis in eadem Civitate natis, & jam adscrip-
„ tis servitio Ecclesiæ, quod solum sufficiens e-
„ rat, ut ad participationem admittendi essent.
„ juxta *Decisionem Peniæ* 1523. Insuper eorum
„ Parentes Cives erant per habitationem quadra-
ginta

,, ginta annorum cum animo ibidem permanendi,
,, Uxores ibidem duxerant, & propriam origi-
,, nem deseruerant; fuerant adscripti inter *fumantes* dictæ Civitatis, munera Universitatis exer-
,, cuerant, & erant veri Domiciliarii, & conse-
,, quenter veri Cives, & in omnibus pro Civi-
,, bus habendi, itaut Privilegium ab Universitate
,, expeditum in effectu non esset Privilegium, sed
,, potius explicatio ejus, quod de jure inest, *Card.*
,, *de Luca de Jurisdiction. dict. disc. 46. n. 9. versic.*
,, *Demum.*

,, Ex hactenus in utramque partem expensis,
,, Emus D. meus Cardinalis Pro-Datarius pro
,, summa sua sapientia, & prudentia deliberare
,, dignabitur, an, & quæ interpretatio magis con-
,, veniat Bullæ *Leonis.* Et quatenus placeat ea opi-
,, nio, quæ Cives ex Privilegio excludat, an,
,, quomodo, & cum quibus cauthelis formandum sit super hac re Decretum ad hoc, ut de-
,, tur certa, & stabilis Regula inconcusse a Data-
,, riæ Officialibus, & Collatoribus Urbis servan-
,, da. Ad cujus rei faciliorem discussionem non-
,, nulla punderanda humillime proponuntur.

,, Primo, an hoc novum Decretum debeat esse
,, generale pro omnibus Privilegiis a Sede Apo-
,, stolica diversis Populis hactenus concessis, vel
,, potius (ut magis expedire videtur) restringen-
,, dum sit ad particularem casum Indulti, de quo
,, agitur. Et licet Summorum Pontificum, &
187 ,, Sacrarum Congregationum Responsa etiam su-
,, per casibus particularibus in puncto juris ema-
,, nata, amplectantur omnes casus similis naturæ;
,, attamen poterunt apponi clausulæ tales, ut ex
,, illis appareat, mentem fuisse disponendi super
,, hoc particulari casu dumtaxat, intactis rema-
,, nentibus aliis Indultis, quæ possunt habere pe-
,, culiarem inspectionem.

,, Secundo, an procedendum sit per viam de-
,, clarationis, seu novi Statuti. Stylus tam anti-
,, quus, quam modernus ille esse videtur, quod
188 ,, procedatur per viam declarationis, cum agatur
,, de interpretanda Constitutione Pontificis dubia.
,, Ita servatum a *Joanne XXII.* in *Extravag. Cum*
,, *nonnullæ, de Præben. inter Commun.* & a *Pau-*
,, *lo II.* in *Extravag. ad Romani, eod tit.* ubi re-
,, fertur ita quoque factum ab *Urbano V. Grego-*
,, *rio IX. & Bonifacio*, & latius, & plenius in
,, Constitutione *Alexandri VII.* in Causa *Bononien.*
,, impressa in Bullario *Lugdunensi la* 171. §. 4.
,, Amplectetur quidem hæc declaratio etiam pro-
,, visos in præteritum, qui videntur fuisse in bona
,, fide; sed aut isti sunt triennales possessores, &
,, beneficio *Regulæ XXXVI.* Cancellariæ se juvare
,, possunt, ut in his terminis *Rot. dec. 122. per tot.*
,, *coram Carillo.* Aut non sunt possessores trienna-
,, les, & gratiose nova provisio concedi poterit
,, cum fructuum condonatione, quatenus opus sit.

,, Tertio, an expediat quidquam decernere
,, quoad Domiciliarios, aut eos, qui Beneficium
,, residentiale jam obtinuerunt, ex quo etiam na-
,, scitur Domicilium; nam in his quoque termi-
,, nis suffragari Domiciliariis Privilegium *Rota*
,, censuit; qui articulus ulteriori discussione indi-
,, gere videtur.

,, Et demum, an sit facienda expressa mentio
,, S. R. E. Cardinalium tam jure ordinario, quam
,, delegato, & vigore Indulti, Beneficia Urbis
,, conferentium, itaut aut ab iis quoque conferri
,, debeant Beneficia Civi originario Romano, aut
,, provisi teneantur novam capere a Sancta Sede
,, provisionem. Quod quatenus fieri placeat, re-
,, flectendum, an exinde ullum resultare possit
,, præjudicium Emo Cardinali Smi D. N. Nepoti,
,, habenti amplissimam facultatem conferendi Ur- 189
,, bis Beneficia cuicumque *Extero*, non obstanti-
,, bus contrariis Apostolicis Constitutionibus. Cui
,, præjudicio facile occurri posset cum eo tempera-
,, mento, quod in alio casu legitur in fine *Regulæ*
,, *XXXII.* Cancellariæ, præservando scilicet ea
,, Indulta, in quibus nominatim, & expresse hoc
,, conceditur.,, Hactenus discursus.

Postremo decernitur in Regula, quod stante
pari *Data*, præferri debeant in assequutione Be- 190
neficiorum ii, qui prius Apostolicas Litteras Exe-
quutoribus præsentarunt; maxime si præsentatio 191
Litterarum fuerit ab ipsis acceptata, *Mandos. cons.*
24. *n.* 1. Quod tamen intelligas ceteris paribus,
nam si qui Litteras non præsentarunt polleant præ 192
rogativa aliqua ex recensitis in Regula, qua sint
destituti ii, qui Litteras prius præsentarunt, dili-
gentia in præsentando Litteras, nil suffragatur,
Kochier. in *hanc Regul. num.* 18. *& seqq. Mandos.*
ibidem quæst. 47. *& cons.* 16. *num.* 4. *&* 6. *& dict.*
cons. 24. *n.* 1. *Rota in Isclana Beneficii* 16. *Maii*
1696. §. *fin. &* 18. *Junii ejusdem anni* §. *final. cor.*
cla. mem. Card. de la Tremoille, ubi quod non Be-
neficiatus præfertur Beneficiato, licet is prævene- 193
rit in præsentando Litteras coram Exequutore,
quia Regula non derogat aliis prærogativis, quas
ipsa præcipuas habet, plurisque facit, quam sim-
plicem præventionem in comparendo coram Exe-
quutore.

An autem hæc Regula locum sibi vindicet in
Pensione, quæ sub pari *Data* super eodem Bene- 194
ficio fuerit duobus reservata? Quamvis in praxi
casus iste vix esse possit contigibilis, nihilominus
Negative respondendum censeo, cum neutra ex
dictis Pensionibus sustineatur juxta *Decisionem* 136.
part. 3. *cor. Verallo*, quam sequitur *Tondut de*
Pension. cap. 23. *n.* 21. Quod tamen intelligen- 195
dum est, si utriusque Pensionis Supplicatio sit si-
gnata per verbum *Fiat*, aut per *Concessum*, secus
si una per verbum *Fiat*, altera per *Concessum*, nam
hoc casu Pensionis Gratia signata per verbum *Fiat*,
præferri debet alteri signatæ per *Concessum*, ut di-
cemus in *Comment.* in *Regul. XXXIV.*

Ceterum illud etiam observandum est, quod si
in duabus Apostolicis Provisionibus de eodem Be-
neficio Jurispatronatus adsit par *Data* inter duos
æque præsentatos, locus erit Gratificationi, quam 196
concedere solet Summus Pontifex si ab eo petatur;
& habens hanc Gratificationem, præferendus est
alteri eam non habenti, *Rot. decis.* 153. *n.* 8. *part.*
18. *Rec.* Dictaque gratificatio intelligitur concessa 197
sine præjudicio juris alteri quæsiti, propter clau-
sulam in Litteris Apostolicis apponi solitam: *dum-*
modo tempore datæ præsentium non sit jus alteri quæ-
situm &c. ut observat *Corrad. in prax. Benefic. lib.*
4. *cap.* 6. *n.* 57. Locumque sibi vindicat, quando 198
æqualia sunt merita, secus si unus ex præsentatis
sit dignior altero, vel quia Beneficium non habeat,
aut sit de linea fundatoris, aut aliis gaudeat præ-
rogativis, quibus alter destitutus reperitur, *Cor-*
rad. dict. cap. 6. *n.* 50. 51. *&* 53. *Rot. in Vaden. Ca-*
nonicatus 19. *Junii* 1705. §. *final. cor. bon. mem.*
Molines inter impress. decis.

Utque melius elucescat cum qua circumspectio-
ne in hac materia Gratificationis Sedes Apostolica
procedat, stante concursu paris *Datæ*, Formulam
subjicio depromptam ex Litteris Apostolicis Pro-
visionis Beneficii *Ostunen.* pro *Carmela Peretti sub*
Datum apud S. Mariam Majorem anno Incarna-
tionis Dominicæ 1711. *Quinto Nonas Julii An-*
no XI. Pontificatus san. mem. Clementis XI. ex

qua patet dictam Gratificationem locum habere, quando concurrentes adeo pates sunt in *Data*, & in meritis, ut non appareat cui magis sit adjudicandum Beneficium, & per mutuum concursum
199 se impediant. Formula autem hæc est - *Nos enim eidem Carmelo quad si primodictum Beneficium alteri vel aliis contulerimus seu conferri & assignari mandaverimus aut concessimus adea in Data & juribus & aliis quæ in præmissis attendenda essent æquales sint ut per mutuum concursum se invicem impediant nec appareat cui magis primodictum Beneficium adjudicandum sit & propterea nec alias gratificationi locus merito existat quod tu seu alius coram quo causa super primadicto Beneficio pro tempore pendere contigerit primodictum Beneficium eidem Carmelo gratificando præfataque Carmela adjudicare possis, & debeas seu possit & debeat quacumque alia simili, vel dissimili gratificatione quibuscumque aliis qualitercumque qualificatis sub data præsentium concessa aut quibuscumque Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis &c. auctoritate Apostolica tenore earumdem præsentium de specialis dono gratiæ concedimus & indulgemus &c.*

Potestatem hanc eligendi, seu gratificandi al-
200 terum ex præsentatis ab eodem Patrono cumulative, seu a diversis Patronis cum paritate suffragiorum, impertiuntur itidem *Jura* Locorum Ordinariis, non quidem ex abrupro, & ad eorum libitum, sed re juridice pensata, discussisque meritis utriusque præsentati, necnon qualitatibus illis, quæ in Regula perpenduntur ad effectum, ut unus alteri, stante pari *Data* in Apostolicis provisionibus præferri debeat, ut in *Cap. Cum autem, ubi gloss. verb. Judicio Episcopi, de Jurepatr. & Cap. Pastaralis eod. tit.* & antiquioribus relatis *Panimoll. decis. 137. adnot. 1. Rot. decis. 931. num. 5. car. Molines, & in Melphiten. Beneficii 26. Junii §. final. cor. Priolo, & in Novarien. Parochialis 11. Aprilis 1712. in principio, car. bon. mem. Ansaldo, & in §. Atque ita*, ubi quod Gratificatio per
201 Ordinarium exarata intra terminum saocitum in Ædicto est nulla, quia intra tam brevis temporis spatium adhiberi non potest meritorum utriusque præsentati discussio, & æquilibratio, *& in Pennen. Beneficii 25. Junii 1725. coram bon. mem. Gemilotta, & 30. Junii 1727. cor. R. P. D. Millino.*

Et potest Episcopus gratificationis actum exer-
202 cere, nedum inter plures coæqualiter præsentatos ad Beneficia Ecclesiastica, sed etiam ad Cappellanias laicales, præferendo eum, quem majoribus agnoscit qualitatibus præditum, *Garc. de Benefic. part. 2. cap. 15. sub n. 22. versic. sed data etiam paritate, Piton. de Controv. Patronor. allegat. 32. n. 11. Rot. decis. 64. sub n. 4. coram Seraphin.*

203 Hic obtinenti Beneficium ad congruam sustentationem sufficiens, præferri debet in gratificatione ab Ordinario obtinenda alter, qui nullum possidet Beneficium; Sacerdos Clerico, & si ambo præsentati sint Sacerdotes, gratificandus est major natu, & senior, Clericus laico præsentato sub conditione, quod Tonsura insigniri debeat, Graduatus præsertim in publica, & approbata Universitate non graduato, Civis, vel Diocesanus Extraneo, & generaliter qui ex duobus æqualiter præsentatis pollet qualitatibus illis, quæ in Regula perpenduntur ad effectum, ut unus alteri stante pari Data in Apostolicis Provisionibus præfertur, in gratificatione quoque per Ordinarium explenda, prælationem obtinere debet, quoad alterum præsentatum, sed iisdem qualitatibus destitutum, ex late cumulatis per *Barbos. de Offic. & potest. Episc. Allegat. 60. Corrad. in Prax. Benef. lib. 4. cap. 6. n. 50. & seqq. Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 1. §. 3. a n. 46. Panimoll. adot. 101. adnot. 1. & dec. 137. Rot. dec. 982. coram Molines, & in dicta Novarien. Parochialis coram Ansaldo, & in Calagurritana dimidii Beneficii de Feronda 27. Junii 1712. coram eodem.*

Quemadmodum qui gratificationem habet a *jure* 204
præferendus est in paritate vocum alteri destituto qualitatibus juridicam hanc gratificationem præferentibus. Sic præsentatus ab uno ex Patronis pin- 205
guiorem vocem habente, quia nempe sit Patronus nedum ratione fundationis, sed etiam dotationis Beneficii, præferri debet alteri præsentato a Patrono, qui talis sit ratione solius Constructionis, quique vocem non ita pinguiorem habet. Sic etiam qui præsentationem obtinuit a Patrono, qui fuit 206
institutus hæres in majori parte hæreditatis, qua ratione pinguior vox ei competit, prælatione gaudere debet quoad præsentatum ab altero Patrono in minori parte instituto, & vocem licet æqualem, sed non ita pinguiorem habente, *DD. in Cap. Pastoralis de Rescript. & in Clement. Plures de jurepatr. Dec. cons. 32. n. 15. & 16. Sanchez cons. moral. lib. 2. cap. 3. dubitat. 48. n. 9. & dubit. 98. n. 7. Panimoll. dec. 137. n. 51. Rot. in Lauden. Canonicatus cor. Emerix decis. 1361. n. 6. & 3. Martii 1697. §. Individuitas, coram cl. me. Card. de la Tremoille.* Et de præsentato ab uno Patrono pri- 207
vative, & ab alio cumulative, quod præferri debeat compræsentato per alterum unam tantum vocem cumulativam, & sic non ita pinguiorem habentem, antiquioribus relatis Canonistis, *Lambertin. de Jur. patr. lib. 2. part. 2. quæst. 7. art. 13. in princip. & num. 1. & seqq. Rocch. de Curt. eod. tract. verb. Honorificum n. 39. Vivian. simil. Tract lib. 10. cap. 1. num. 25. & 26. Barbos. de Potestat. Episcop. part. 3. allegat. 32. n. 166. Piton. de Controv. Patron. allegat. 100. n. 36. Castropal. Oper. moral. tract. 13. de Benefic. disput. 2. part. 9. num. 6.*

Similiter in paritate Vocum semper Patronus gra- 208
tificandus erit, & instituendus in concursu alterius præsentati, qui Patronus non sit, quia Compatronus quemadmodum fuit prædilectus in jure Patronatus activo, ita multo magis prædilectus præsumitur in concursu cum Extraneo quoad Beneficium assequendum, *Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 19. n. 11. Vivian. eodem tract. lib. 12. cap. 9. n. 16. Piton. de Controv. Patron. allegat. 6. n. 5. & 8. allegat. 8. n. 7. allegat. 52. n. 14. Rot. decis. 316. n. 12. coram Burat. decis. 502. num. fin. coram Molines, decis. 240. n. 5. part. 16. Recent.* Quinimo si existentibus duobus æqualiter Patronis unus præsentet Extraneum, alter vero per viam præcum supplicet Ordinario pro se ipso, istum gratificandum esse excluso extraneo præsentato, fir- 209
mat *Piton. de Contr. Patron. dict. allegat. 8. & allegat. 52.*

Verum quod diximus in paritate vocum, ex- 210
traneo præferendum esse Patronum, locum sibi non vindicat quando spectante Jure patronatus pro medietate ad Cives, Decuriones, Priores, aut alios id genus Universitatem, seu Collegium efformantes, præsentetur aliquis ex ipsis Civibus, Decurionibus &c. & ab altera medietate Patronorum præsentetur extraneus. Cum enim Cives, Decuriones, Priores &c. uti singuli non sint Patroni, neque Compatroni, nullum eis in paritate vocum cum extraneo compræsentato competere potest prælationis privilegium, ut relatis concordantibus. *Piton. de Controv. Patron. allegat. 6. in adnot.*

Consanguineus itidem Fundationis in paritate

Vocum

Vocum præferendus est extraneo, nedum ex veri-
211 simili illius voluntate, sed etiam ex quadam ra-
tionabili æquitate, de qua *Gloss. in cap. Neminem
distinct.* 60. quam communiter sequuntur *Lamber-
tin. de Jurepatr. lib. 2. part. 3. quæst. 5. art. 4. n.
9. & seqq. Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 1. §. 3.
n. 57. Piton. discept. Eccles. 22. n. 38. & discept.
38. n. 1. & seqq. & de Controv. Patron. allegat.* 110.
n. 379. *Rot. decis.* 339. *n.* 7. *coram Ubaldo, & in
Alatrina Jurispatron.* 15. *Junii* 1705. §. *Ceterum,
cor. clar. mem. Card. Scotta, & in Medialanen. Be-
neficii* 1. *Aprilis* 1707. §. *Diximus, coram bon.
mem. Ansaldo.*

Quinimo Testatoris Consanguineum præferen-
212 dum esse Compatrono ab altera medietate Patro-
norum præsentato, tradunt *Ventrigl. in prax. part.
2. adnot. 1. §. 3. n. 57. Piton. discept. Eccles. 38.
n. 6.* Nisi Compatronus ipse esset etiam de san-
guine fundatoris, tunc enim cum præter dictam
213 qualitatem concurrat etiam in eo altera præponde-
rans, nempe illa Compatroni, præferri utique de-
bet alteri compresentato sola sanguinis prærogati-
va pollenti, *Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. part.
3. quæst. 5. art. 16. n. 6. Fattinell. respons. 54. n. 8.
Piton. de Contr. Patron. allegat. 6. n. 28. & pluri-
bus sequentibus, Adden. ad Burat. decis. 633. n.
22. Rot. decis. 291. n. 4. part. 4. tom. 1. Recent. &
in Acritana Beneficii 1. Junii 1708. §. Talisque
intelligentia.*

Consanguineus itidem Fundatoris ex utroque
214 latere Paterno scilicet, & Materno, præferendus
est Consanguineo ex uno tantum latere, cujus re-
spectu conjunctus ex utroque, ratione duplicis vin-
culi, dicitur magis Testatori prædilectus, & jux-
ta ejus verisimilem mentem primo loco vocatus,
*Amostaz. de Caus. piis lib. 3. cap. 7. n. 45. Garc.
de Benefic. part 7. cap. 15. n. 22. Rot. decis. 3. n.
12. coram Priolo, & dec. 240. n. 2. §. E contra,
coram Molines, & dec. 369. n. . coram Benincas.
& decis. 1256. n 3. coram Lancetta.*

Verum nedum fundatoris Consanguineo, sed
215 præsentato etiam de sanguine Patronorum gauden-
tium ex propria Persona facultate præsentandi,
competit de jure in paritate Vocum prælatio quoad
extraneos præsentatos, *Lambertin. de Jurepatr.
lib. 2. part. 3. quæst. 5. art. 4. n. 11. & 12. Piton.
discept. 22. num. 38. & discept. 38. n. 1. & 2. Ad-
den. ad Pamphil. decis. 244. n. 2. Vivian. de Jure-
patr. lib. 14. cap. 2. n. 67. Rot. post eumdem decis.
339 n. 7. & in Alatrina Jurispatronat. 15. Junii
§. Ceterum, & §. Non obstante, & 7. Decembris
1705. cor. cl. me. Card. Scotto.* Diximus compete-
re prælationem Consanguineo Patroni, qui talis
sit ex propria Persona, quia nempe vel ipse, vel
ejus auctor Beneficium, aut Ecclesiam fundavit,
dotavit, vel construxit: & merito quidem, nam si
216 Patronatus ei competat ratione alicujus Officii,
Dignitatis, Muneris, aut ratione Collegii & U-
niversitatis, quam una cum aliis efformat, tunc
nulla illius Consanguineo debetur de jure prælatio,
quia tali casu non ipse, sed Officium, Dignitas,
Munus, aut Collegium est quod præsentat, & ra-
tione hujusmodi munerum, & tamquam unus, qui
Collegium efformat, Consanguineos habere non
dicitur, ad tradito per *Abat. in Cap. Scriptum n.* 6.
*de Elect. Felin. in cap. Pastoralis sub n. 8. versic.
Et ubi duo corpora de Rescript.* cum Concordan.
relatis per *Rot. in Monasterien. Vicaria* 18. *Martii*
1707. §. *Quin obstare, coram Omanna.*

Sed fuit alias quæsitum, an cumulative præsen-
tatis ad Beneficium Jurispatronatus adnexi Feu-
do, Illegitimo de sanguine Patroni, alias præventi-
ve dispensato ad Beneficia obtinenda, & Extra-
neo legitimo, Gratificatio debeatur illegitimo? Et
Congregatio particularis a san. mem. *Clemente XI.* 217
deputata in Causa *Mantuana Præpositura de Pado-
lirono*, cui interfuerunt Cardinales *Panciaticus*,
Sacripantes, & *Paraccianus*, & ex Prælatis *Car-
radinus*, *Lancetta*, *Aldrovandus*, & *Becchettus* 218
Subdatarius die 4. Decembris 1708. censuit, *Gra-
tificationem* deberi extraneo. Resolutionis ratio in-
nixa fuit qualitati Jurispatronatus, quod compe-
tebat ratione Feudi; Existimarunt enim PP. Con-
clusionem, quod Patroni consanguineus gratifica-
ri debeat in concursu cum extraneo, non procede-
re in Jurepatronatus adnexo Feudo, quod præsu- 219
mitur dotatum ex Bonis Feudi, & in qua dotatio-
ne Patronus nil contribuit. Et sicuti Illegitimus,
quamvis dispensatus, non succedit in Feudo, ita 220
nec debet gratificari in assequutione Beneficii de
Jurepatronatus dotati ex bonis Feudi. Verum aliud
fuit principale motivum resolutionis, quia nempe
Pontifex justis de causis motus declaraverat, nolle
illegitimum illum gratificare.

Ceterum quæ diximus de Concurrentibus in *Da-
ta*, & de eorum qualitatibus, locum sibi non vin-
dicant in ea parte Regni Franciæ, quæ *Patria re-* 221
ducta appellatur, & in qua Summus Pontifex ha-
bet *jus præventionis*, ut in Concordatis initis inter 222
Leonem X & *Franciscum I.* Gallorum Regem,
Tit. de Mandat. Apostol. §. Declarantes, ubi *Rebuff.
in verb. Jure præventionis* notat, quod Papa sibi
retinuit præventionem, & non prælationem, &
proinde extra præventionem non præjudicabit qua-
lificatis propter firmam, & irrevocabilem Con-
cordatorum stabilitatem. Et de hoc jure Præven-
tionis late *Thomassin. tom. 2. lib. 1. cap. 47. per tot.
Husson. Charleteau* in libro, qui titulus *Abregé
des Matiéres Bénéficiales selon l'usage de l'Eglise
Gallicane pag. mihi 22. in Notis §. En prevenant.
Cabassut. in Jur. Canon Theor. & Prax. lib. 2. cap. 21.*

Ex isto jure præventionis emanavit stylus *Da-
tarum* Gallicarum, in quibus hæc Praxis in Da-
taria servatur. Cum Romam Cursor e Gallia per- 223
venit, datur supplicatio, seu notula Gratiæ peti-
tæ, non Datario, sed Officiali parvarum Data-
rum, *Amayden. de Styl. Datar. cap. 30. quæst. 32.
n. 10. & 14.* & sub eadem die Officialis ille notat
Datam, quæ in substantia æquipollet *præsentata*
apponi solitæ in Beneficiis aliarum Regionum.
Postmodum in quibusdam Foliis describit Diœce-
sim, modum vacationis, titulum Beneficii, no-
men impetrantis, atque ultimi possessoris, & dicta
folia subscribit, apposita *Data* cum dictionibus nu-
meralibus. Hæc folia solent in dies transmitti ad
Datarium, qui apponit *Datam* Literis, & Sylla-
bis extensis juxta *Regulam XVI. Cancellariæ*, sed
semper sub prima *Data*, itaut ex observantia Tri-
bunalium Galliæ attenditur tempus, dies, & hora, 224
quibus Cursor appulit ad Urbem, sub qua sollici-
tatores deferunt listam suarum expeditionum, *Ton-
dut. resolut. Benefic. par. 3. cap. 130. n. 2. Husson.
Charleteau* in libro, cui titulus *Abregé des Matié-
res Bénéficiales selon l'usage de l'Eglise Gallicane,
in Notis pagina mihi 113. §. De tems immémorial.*
Et quia evenire potest, quod ibi adsint impetran-
tes sub eadem *Data*, & hæ provisiones se mutuo
impediant, *Oldrad. cons. 143. Tiraquell. de Jur.
Primogen. quæst. 17. opin. 6. num. 12. Dartis Oper.
Canon. Tract. de Benefic. sect. 6. cap. 4. §. Tertium
pag. mihi 66. Husson. Charleteau pag. 22. §. l'Au-
teur*, ideo Expeditores continuant exigere par- 225
vam *Datam* per plures dies, & menses, itaut
qui plures *Datas* obtinuerit, Beneficium consequa-

tur; observatum multoties est retineri 300. & 400. *Datas* pro uno ex impetrantibus. Postmodum illæ a partibus concurrentibus expediuntur in numero ipsis beneviso, & dantur perquisitiones, seu documenta super expeditionibus *Datarum* ab aliis concurrentibus factis, ut quis deliberare possit, an sit superior in *Datis*, & an alias expeditiones alterius facere teneantur.

Non dissimilia praxia vigebat olim in Urbe, an-
226 tequam Expectativæ fuissent per Concilium Tridentinum sublatæ. Quando Papa concedebat Expectativas, dabat facultatem Expectantibus acceptandi infra Mensem, sed quia non ligabat sibi manus, ut providere non posset in præjudicium Expectantium, hinc sæpe eveniebat, quod provisio Papæ prævaleret acceptationi posteriori Expectantia, qui nec jus in re, nec ad rem habebat ante acceptationem, & ideo introductum fuit ex stylo in Curia, quod Expectantes singulis diebus acceptabant in genere in Archivio, & petebant provideri per Subexequutorem, ut constaret de jure eorum considerabili, cui erat necesse expresse derogare ad hoc, ut provisio Papæ esset valida, *Rot. coram Verall. part. 2. decis. 61. & 412.*

De effectu supradictarum multiplicum Provisionum cum *Datis* repetitis per plures Menses, requisitus Parisiensis Advocatus *Vaillant* de anno 1695. in hunc modum respondit.

„ Sopra la questione proposta per sapere qual „ sia l'effetto del concorso delle Provisioni molti„ plici del Papa per li Beneficj situati nel Regno „ di Francia; bisogna sapere, che secondo l'uso „ della Francia, e l'Articolo XLVII. della libertà „ della Chiesa Gallicana, si pretende, che il Papa „ è Collatore necessario de Beneficj situati in Fran„ cia, di modo che, quando un Regnicolo Fran„ cese manda a dimandare un Beneficio al Papa, „ egl'è obligato di concedere il Beneficio dal „ giorno dell'arrivo del Corriere, e della Data ri„ tenuta, purche tuttavia il Provisto habbia le qua„ lità richieste.

„ Secondo questo principio molti commettono „ a Banchieri, o Spedizionieri per un'istesso Cor„ riere ordinario per ottenere un Beneficio sopra „ il medemo genere di vacanza; li detti Banchie„ ri fanno spedire molte provisioni nel medemo „ giorno a favore di diversi Postulanti Ma que„ ste provisioni sono nulle per il concorso multi„ plice, perche il Papa non potendo dare il mede„ mo Beneficio a molti, è incerto a chi l'abbia „ voluto dare, e questa incertezza rende la pro„ visione nulla, secondo la *leg. Duo sunt Titii ff.* „ *de Testam. Tutel. Leg. Si ita fuerit legatum ff.* „ *de Reb. dub. leg. Si quis ita §. Duobus ff. de Ad-* „ *im. legat. Leg. Qui plures ff. de Usufruct. leg.24.* „ *& 43. de Hæred. Instit.*

„ E dunque costante, che il concorso delle Pro„ visioni si distrugge, *mutuo concursu sese impe-* „ *diunt.* Alcuni Dottori Oltramontani hanno pre„ teso, che bisognava dare in questo caso la prela„ zione al provisto per una Provisione segnata dal „ Papa, come è quella, che si spedisce per *Fiat* „ in pregiudizio di quella, che si spedisce per „ viam del *Concessum.* Ma in Francia non si fa „ differenza di tutte queste sorti di Tribunali, e „ le Segnature spedite sopra le Suppliche presen„ tate al Papa hanno la medesima autorità, o sii, „ che il Papa vi metta la mano solo, o sii, che „ sia spedita da un'Officiale delegato dal Papa, e „ non si vuole in Francia per causa delle conse„ guenze ammettere queste sorti di preferenze nelle „ provisioni, quali sono riguardate come necessa„ rie, *secundum juris communis dispositionem.*

„ Questo inconveniente del concorso delle Pro„ visioni, che ne produce la nullità, da luogo alla „ moltiplicazione delle *Date*, che si fa ogni dì per „ i Beneficj di Francia, perche supposto, che il „ Collatore ordinario sii stato prevenuto, o che „ abbia conferito ad un incapace, allora il Papa „ avendo tutto il jus di provedere al Beneficio va„ cante, per evitare il concorso, si riteogono mol„ te *Date* per superare con diligenza l'altri, di „ modo che, se un Beneficio viene ad essere li„ tigioso fra più Provisti della Corte di Roma, „ accade spesso, che si spediscono sino a 50. o 60. „ Provisioni, & anche 100. e 200. Provisioni „ d'un Beneficio medemo a proporzione, che si „ scunpre, che l'altri delli Contendenti fa spedire „ le sue, finche si possa arrivare ad ottenere una, „ che non sia nel concorso, imperocchè quella è, „ che da il *Jus*: Si è pensato più volte in Francia „ d'apportare qualche rimedio alla moltiplicazio„ ne di queste *Date*, perche vi apparisce qualche „ assurdità, vedendosi, che spesso un Provisto „ non conseguisce il Beneficio, che per sua dili„ genza a ritenere più Date.

„ Li Dottori Oltramontani hanno volsuto ap„ portare qualche altra distinzione, oltre quella, „ che è stata già indicata per dare la preferenza „ al Provisto; per esempio hanno preteso, che il „ Qualificato dovea essere preferito; come il Dot„ tore al Baccilliere, il Sacerdote al Diacono, e „ così del resto: ma in Francia come tutte le „ clausole *anteferri*, che si mettevano altre volte „ nelle Provisioni Apostoliche, non sono ammesse, „ si è scielto di lasciar correre con pericolo le pro„ visioni, e tenersi sempre alla nullità, che produ„ ce il concorso, e così quello, che puole avere una „ provisione fuor del concorso conseguisce il Bene„ ficio sopra tutti gl'altri, benchè più qualificati „ Hactenus discursus.

Sed quatenus in hoc Discursu supponitur Pontificem esse collatorem necessarium, id nisi sano mo-
do intelligatur, repugnat verbia Concordato- 227
tum in dicto §. *Declarantes*, ibi - *Libere conferre*, quæ denotant posse Papam denegare gratiam Personis, quas pro casuum circumstantiis judicat gratiæ incapaces. Quod si in Majoribus Beneficiis, super quibus Rex habet jus nominandi, po-
test Summus Pontifex ex justa causa Regiam nomi- 228
nationem non admittere, ut in *titul. Concordator. de Reg. ad Prælat. Nominat. §. Monasteriis*, multo magis poterit gratiam petitam in Beneficiis minoribus denegare illi, qui licet plures habuerit *Da*-
tas, est tamen ex aliqua causa inhabilis, & imme-
ritus Gratiæ, *Georgius Louet ad Regul. de Infirm.* 229
Resignat. n. 426. ibi - *Justa postulationes, quæ nihil extraordinarii continent, a Summo Pontifice non sunt rejiciendæ, alias ab hujusmodi denegatione tamquam ab abusu posset appellari &c. non autem si Supplicatio dispensationem, aut quid contra Regulas, aut aliud extraordinarium contineat, ut ætatis, pluralitatis Beneficiorum dispensationis, nam ea, quæ a Summi Pontificis plena, & absoluta potestate dependent, dignis, & benemerentibus Sanctitati Suæ cognitis voluntarie, nulloque cogente ex pura liberalitate conceduntur.*

Hujusmodi *Data* Gallicanæ debent expediri, a-
lias sola retentio *Data* sine expeditione non suffi- 230
ciet. Nam sicuti sola *Præsentata* in Supplicatione Beneficiorum in aliis Regionibus non dat jus, nisi Supplicatio a Papa signetur, ea autem signata, & expedita retrotrahitur ad diem *Præsentata*;
ita sola retentio *Datæ* non dat jus, donec expe- 231
diatur,

diatur, ea vero expedita, jus incipit a die reten-
232 tionis. Alioquin plura resultarent absurda, si sola
retentio *Datæ* jus tribueret, nam cum in notulis,
seu solis *Datarum* plura petantur, quæ postea non
conceduntur, ut dispensationes ætatis, translatio-
nes de Ordine super defectu ad Ordinem sine
causis, Commendæ, & similia, utique si sola re-
tentio *Data* jus tribueret, esset in partium arbitrio
obtinere Gratias, quas vellent, & multi possesso-
res remanerent indebite molestati, & calumniis non
parum vexati.

Tempus autem expediendi, seu extendendi has
233 *Datas* est infra annum, eo autem elapso amplius
non expediuntur, juxta stylum antiquissimum us-
que sub *Paulo III.* introductum, cujus *Datarius*
ad eliminandas fraudes, quæ in hac materia com-
mittebantur, decrevit, quod *Datæ* in Francia post
annum non extendantur, *Rebuff. in Prax. Benef.
tit. de parv. Dat. n. 4.* & licet sub die 16. *Decem-
bris* 1544. aliud Decretum emanaverit, quod in-
fra quatuor Menses expediri deberent, ut prose-
quitur ibidem *Rebuff. Amayden. de Styl. Datar.
dict. cap. 30. quæst. 32. n. 14. vers. Paulus III. &
n.15. Bouchel. Bibliotheq. Canon. verb. Petites Da-
tes pag. mihi* 381. Nihilominus in *Datis* Gallica-
nis praxis invaluit, quod detur unius anni termi-
nus, juxta Decreta sub *Innocentio XI.* a clar. mem.
Cardinali *Augustini* ejus Pro-Datario emanata 9.
Junii, & 26. *Augusti* 1682. & habentur in libro,
cui titulus -- *Les definitions du Droit Canon, par
M. F. C. D. M. cum Notis M. F. P. C. Parisiis im-
pressa anno* 1667. *verb. des petites Dates, pag. mihi*
273. *sub n. 4.* in *Notis*, ibi -- *Les petites Dates
ne durent qu'une année, on ne peut plus les étendre
ni faire expedier des provisions sur icelles.*

234 Plures hujus praxis considerari possunt rationes.
Prima, ut evitetur diuturna Beneficii vacatio,
quæ est plena periculi, & multorum malorum pro-
ductiva. Secunda, ut possessores *Annales* non
molestentur; grave quippe esset, quod quis per-
turbetur ex superveniente novi Adversarii post an-
num expeditione, cum eo medio tempore potue-
rit bona fide ad Ordines Sacros promoveri, ex-
pensas erogare in reparationem Ecclesiæ, & simi-
lia. Et tertia, quia solet in plerisque gratiis cer-
tum tempus præfigi ad expediendum, prout in
*Propagationibus, Restitutionibus, Impetrationibus
certo modo &c.* præcavendo hoc modo confidentiis,
aut aliis damnis, & præjudiciis.

Correctiones, seu additiones in foliis, seu Re-
235 gestris compendiosis hujusmodi *Datarum* fieri non
convenit, sed expediri debent *Datæ*, prout ja-
cent, ne exinde præjudicium inferatur, aut aliis
concurrentibus, aut illi, qui interim provideri po-
236 tuit ab Ordinario, prout servatur in *Præsentatis*
apponi solitis in Beneficiis Jurispatronatus, nam si
impetrans erravit, aut in Diœcesi, aut in valore,
aut in obtentis, numquam signatur nova Suppli-
catio sub *Data* primæ, ne jus tertio quæsitum tol-
237 latur, & solum permittitur, aut in aliquo casu
particulari ita suadentibus facti circumstantiis, jux-
ta casum Decisionis *Rotæ in Neritonen. Beneficii*
11. *Junii* 1682. *cor. Ursino*, de qua in *Commen-
tar. in Regulam XXVII.* aut quando nulli fit præ-
judicium, quia nemo alius comparuit; At hic fie-
ri potest præjudicium, aut aliis Concurrentibus,
aut illi, qui interim fuit ab Ordinario provisus.
238 Hinc refert *Rebuff. dict. tit. de Parva Data num* 3.
sub Paulo III. statutum fuisse, quod deinceps *nul-
la additio fieret Regestro*, Idemque testatur *Bou-
chel. Bibliot. Canoniq. verb. Petites Dates §. Parce
que pag.* 381. Et ex his rationibus cum alias petere-
tur correctio sub priori *Data* ob errorem in Diœcesi
commissum; & alia vice cum peteretur superaddi
creationem in Canonicatum, utrumque denega-
tum fuit, præcipue cum nullum super hac re exta-
ret exemplum, quod ita alias fuerit servatum.

In his *Datis*, quæ pro Beneficiis *Patriæ reductæ*
obtinentur, immisceri non possunt *Datæ* pro Be- 239
neficiis *Patriæ obedientiæ*. Ita sub *Paulo III.* sta-
tutum, teste *Rebuff. in Prax. dict. tit. de Parva
Data num.* 4. ibi -- *Quæ Datas partium Obedien-
tiæ Datis Franciæ immiscebit, nullæ illarum expe-
dientur* -- & viget, *Bouchel. loco cit.* Quod Decre- 240
tum etiam hodie, & si quandoque per incuriam,
aut malitiam id fieret, jubet *Datarias* rescribi fo-
lium *Datarum* cum omissione ejus, quæ nulliter
inserta fuit.

Ceterum quamvis, ut diximus, hæc Regula
de concurrentibus in Data recepta non sit in ea
parte Franciæ, quæ *Patria reducta* nuncupatur,
nihilominus ipsimet Galliæ Pragmatici recte authu- 241
mant expedire, ut inibi quoque illius dispositio lo-
cum sibi vindicaret; Tendit quippe ad prospicien-
dum, ut Beneficia conferantur Personis beneme-
ritis, & qualificatis, nihil detrahit juribus Regni,
& per eam præciduntur abusus, qui irrepunt in
impetratione Beneficiorum Franciæ, quæ sæpe sæ-
pius non melioribus, sed diligentioribus conferun-
tur, ut bene perpenditur in supradicto libro, cui
titulus -- *Les Définitions du Droit Canon. Verb. Con-
cursus pag.* 149. §. *Remarque*, ibi -- *On n'a point
reçu en France la Régle de Chancellerie* de Con-
currentibus in Data, *qui avoit établi plusieurs di-
ctions pour empécher les concours de deux Provi-
sions accordées en méme jour à deux differentes Per-
sonnes sur un méme genre de vacance, & faire que
l'une prevalût sur l'autre. Et à dire le vray je ne
sçais pas par quel motif cette Régle n'a pas été accep-
tée, d'autant qu'elle paroit fort utile, & que les Mo-
yens qu'elle a établis pour empêcher le Concours,
n'ont rien à mon sens qui choque, ni les Constitutions
Conciliaires, ni les libertés de l'Eglise Gallicane.
Voici comme elle est conçûe, & il n'y a pas un mot
qui ne soit essentiel:* Item voluit (sequuntur verba
Regulæ) *Cette Régle auroit coupé pied à un très-
grand abus, qui s'observe à Rome, pour l'obtention
des Bénéfices de France: savoir, la multiplicité des
Dates qu'on retient dans les vacances ordinaires de
mort, & de dévolut, qu'on porte quelquefois jus-
qu'à des quantités surprenantes, y en ayant tel qui
a fait retenir cent Dates pour une Vacance, & on
est obligé de tolerer, & d'authoriser cette retention
de differentes Dates, afin que si les premiers de-
meurent inutiles par le concours auquel elles se trou-
vent avec d'autres, on en ait quelques unes qui
soient sans concours, & qui puissent subsister.* Et
Auctor *Novar. Addit. ad Pastor. de Benefic. lib.2.
tit.* 13. miratur, quod hæc Regula juri, & ratio-
ni admodum consentanea, & non exiguum cete-
roquin Reipublicæ Gallicanæ commodum paritu-
ra, recepta non sit in Gallia. Ut enim recte ra-
tiocinatur, *quid obstat, quod Graduatus præfera-
tur non graduato, argum. Cap. de Multa, de Præ-
bend. Possessor non possessori, juxta Cap. Si Sede A-
postolica, de Præbend. in 6. non Beneficiatus Bene-
ficiato; jura enim abhorrent aliud Beneficium Be-
neficiato conferri in tantum, ut nisi de Beneficio,
quod obtinet, fiat mentio, resultet nullitas Provi-
sionis, Cap. Cum a Deo, Cap. Postulasti, & Cap.
Si proponente, de Rescript. Oriundus non oriundo,
ut vult Lex in Ecclesiis Cod. de Episcop. & Cleric.
& Cap. Nullus invitus distinct. 61. Cap. Bonæ me-
moriæ 2. de Postulat. Prælat. Diœcesanus non Diœ-*

cesano, quia Clericus unius Diœcesis non debet recipi in alia, Cap. Fraternitatis, de Cleric. non residen. In reliquis vero singuli, qui prius Litteras Executoribus præsentaverint, aliis præferantur, quod probatur etiam in Cap. Duobus, de Rescript. in 6o.

REGULA XVIII.

De non tollendo Jus quæsitum.

ITem ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis in causis plerumque fiunt, suggestiones, Justitia postponatur: Idem Dominus Noster decrevit, & declaravit suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque Signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel Litteras Apostolicas pro commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus hujusmodi etiamsi Motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam ante motam litem a Sanctitate Sua emanaverint, vel de ejus mandato faciendas, nulli Ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

ARGUMENTUM.

REgula, quæ favorabilis est, & Juri communi uniformis, edita primo fuit a Benedicto in sua obedientia dicto XIII. a Successoribus deinde Pontificibus pluries immutata, & postremo in hanc, quæ modo legitur, formam a Paulo III. reducta. Quos casus comprehendat, itaut pro validitate Gratiæ, ex qua jus tertio quæsitum lædatur, opus sit illius derogatione, & an hæc debeat esse expressa? Enumerantur insuper quampluriimi casus, in quibus, etsi Pontificum concessiones tertii præjudicium involvant, adhuc ut firmiter subsistant, necesse non est, quod Regulæ derogetur. Pontificia derogatio Constitutioni Sixtinæ circa Taxam Dotium, an subsistat, si obtenta fuerit post dissolutum Matrimonium per mortem alterius ex Conjugibus, ad effectum, ut pinguius exinde evadat lucrum Dotale Conjugi superstiti debitum? Pontifices ob plenariam, & absolutam, qua potiuntur in Beneficialibus potestate, licet auferre possint sine causa Beneficiatis sua Beneficia, nihilominus præoculis semper habentes æquitatem, & honestatem, numquam hujusmodi potestate uti consueverunt.

SUMMARIUM.

1 *Regulæ Auctor Benedictus in sua obedientia dictus XIII.*
2 *Et quomodo per Nicolaum V. & Successores Pontifices renovata, & ampliata fuit.*
3 *Regula est favorabilis.*
4 *Principum Concessiones ita sunt interpretandæ, ut aliorum jura non lædant.*
5 *Pontifices in Litteris super Provisionibus Beneficiorum clausulam inserunt* -- Dummodo tempore Datæ præsentium non sit alteri in Beneficio jus quæsitum.
6 *Et in provisione Beneficii reservati adjicitur altera clausula* -- Dummodo Collatio ad Nos hac vice pertineat.
7 *Pontifex tollere non intendit per suas Concessiones jus tertio quæsitum, quamvis illud sit indirectum, & minimum.*
8 *Amplia etiamsi agatur de Gratia* Motu proprio *concessa.*
9 *Et sit ipsa munita altera clausula* -- ex certa scientia.
10 *Amplia itidem, quamvis Gratia sit concessa favore Personæ miserabilis.*
11 *Aut favore magnorum Principum, & Regum.*
12 *Indulta nominandi ad Ecclesias, & Monasteria Supremis Principibus a Sede Apostolica elargita, sic interpretari debent, ut quominus fieri possit Pontificis libertatem in conferendo lædant.*
13 *Gratia Pontificis non tollit jus tertio quæsitum sive ex Indulto particulari, sive ex Statuto, sive ex Privilegio, præsertim ex causa onerosa.* & n. 14.
15 *Nec jus alteri competens de jure communi.* & num. 20.
16 *Amplia, etiamsi Papa ex narratis habuerit certam notitiam præjudicii tertii.*
17 *Gratia, quæ alterius jus tangit, nulla est, nisi juri præfato, & Regulæ derogetur.*
18 *Etiam si in ea mentio fiat alterius Gratiæ per quam fuit tertio jus quæsitum.* & n. 19.
21 *Si alicui jus competat de jure communi, quod per Statutum sit abrogatum, sufficit derogare Statuto absque necessitate derogandi Regulæ.*

22 *Regu-*

22 Regulæ derogatio necessaria est, etiamsi per Gratiam ob quam jus tertii læditur, fiat reditus ad jus commune.

23 Vel quando aufertur Episcopo jus ei competens vigore Decretorum Concilii Tridentini, puta eligendi Lectorem, vel Pœnitentiarium.

24 Aut si Pontifex liberæ collationi Beneficiorum ad Capitulum spectanti, præjudicium inferat.

25 Pro derogatione Regulæ non est certa verborum formula præscripta, sed sufficit, quod Papa utatur verbis quomodocumque derogatoriis.

26 Contrarium, quod necessaria sit derogatio specifica, ac individua. Et redditur ratio. n. 27.

28 Nec proinde sufficiunt clausulæ derogatoriæ generales in Litteris Apostolicis inseri solitæ, alias Regula esset superflua.

29 Minusque sufficit derogatio Regulis Cancellariæ in genere, quamvis expleta cum clausula, quarum tenores &c.

30 Limita, si Papa derogaverit aliis Regulis, quibus derogare non solet.

31 Clausula - de plenitudine potestatis – pro sufficienti Regulæ derogatione non inservit.

32 Nec sufficiunt clausula sublata, & Decretum irritans.

33 Derogatio Regulæ non requiritur, si jus tertii non sit perfectum, & radicatum.

34 Hinc necessaria non est, si præcedens gratia, ex qua eruitur jus tertii, non fuerit registrata.

Gratia ante registrationem plenum, & considerabile jus non tribuit Impetranti. ibidem.

35 Nec ubi jus tertii sit turbidum, & dubium.

36 Aut agatur de præjudicio, quod veniat in consequentiam, occasionaliter, & secundario.

37 Vel de jure eventuali, sub spe, & conditionali.

38 Regulæ derogatio necessaria non est in legitimatione filii illegitimi, cum præjudicium Agnatorum sit eventuale, si nempe decedant sine filiis legitimis, & naturalibus.

39 Si Papa decernat Beneficia Jurispatronatus laicalis non vacare per Promotionem non est opus derogare juri Patronorum, cum eorum præjudicium sit consequutivum, & occasionale.

40 Conclusio, de qua num. 37. procedit, ubi jus tertii non est fundatum in aliqua spe probabili de præsenti, secus si innitatur causæ de præterito, & probabili spei de præsenti. & n. 41. 42. & 43.

44 Item locum sibi vindicat in Beneficialibus, secus in Contractibus feudalibus.

45 Regulæ derogatio non requiritur, ubi jus tertii non tollitur, sed illius effectus ad modicum tempus suspenditur. & n. 46.

47 Regula præservat jus ad rem, quod provenit ex electione, præsentatione, & oppositione.

48 Intellige, ubi unus tantum est præsentatus, seu oppositor. Et redditur ratio n. 49.

50 Secus si præsentati, seu oppositores sint plures, tunc enim nemini dicitur quæsitum jus ad rem.

51 Non requiritur derogatio Regulæ, si Gratia de sui natura sit tertio præjudicialis, & constet de Pontificis scientia.

Nec pro validitate hujusmodi Gratiæ necesse est, quod fiat mentio illorum, quibus præjudicium irrogatur. n. 55.

52 Et sive Gratia præfata sit præjudicialis in parte, sive in totum.

53 Gratia dicitur de sui natura præjudicialis, quando implicat necessario præjudicium tertii.

Et plura referuntur exempla. n. 54.

56 In Gratia, in qua Papa intelligit præjudicium tertii non ex natura rei, sed ex narrativa partis, necessaria est pro illius validitate derogatio Regulæ. & n. 57.

58 Derogatio Regulæ non requiritur, ubi præjudicium tertii emergit ex Concessionibus emanatis ob bonum publicum.

59 Remotio Officialis non ob delictum, sed ex causa Senectutis, Cæcitatis, Infirmitatis &c. publicam utilitatem non respicit.

60 Ubi agitur de mera delaratione rei dubiæ contentæ in Gratia principali, necessaria non est derogatio Regulæ.

Sive agatur de dubio juris, sive facti. n. 63.

62 Et explicatur Regula, quæ decernit etiam in declarationibus tollendum non esse jus alteri quæsitum.

64 Regulæ derogatio necessaria non est, ubi agitur de removendo obstaculo, non de tollendo jure alteri quæsito.

65 In legitimatione a Principe elargita illegitimo ad feuda ex pacto, & providentia, non est opus derogatione Regulæ, & quare?

66 Nec in concessione Officiorum vacabilium, & de Regalibus Principum existentium.

67 Intellige si Officia ad liberam Pontificis dispositionem pertineant, secus vero si naturam allodialium assumserint.

68 Quemadmodum necessaria est derogatio Regulæ, si Officium ad vitam uni concessum, sine causa auferatur, & alteri concedatur.

69 Regulæ derogatio necessaria non est, quando Gratia concessa fuit in Signatura Pontificis citata parte, de cujus interesse agebatur.

70 Nec quando verba Concessionis sunt adeo clara, ut de Pontificis voluntate tollendi jus alteri quæsitum dubitari non possit.

71 Si jus alicui sit quæsitum vigore Statuti, sufficit eidem derogare absque necessitate derogandi Regulæ.

72 Derogatio Regulæ non requiritur, ubi jus alteri quæsitum est mere speciale.

73 Et in Gratia Coadjutoriæ cum futura successione necesse non est, quod derogetur Regula ob prætensum Ordinarii præjudicium.

74 Derogatio Constitutioni Sixtinæ circa taxam Dotium, obtenta post dissolutum Matrimonium per mortem alterius ex Conjugibus ad effectum, ut exinde pinguius evadat lucrum Dotale Conjugi superstiti debitum, rite sustinetur absque derogatione juri quæsito hæredi Conjugis defuncti.

75 Contrarium, & de ratione.

76 Pontifex, an possit etiam sine causa Beneficiatum suo Beneficio privare? Proponitur Sententia affirmativa.

77 Potestatis plenitudo, qua Pontifex gaudet in Beneficialibus nedum versatur circa Beneficiorum concessionem, sed etiam ablationem.

78 Omnia Beneficia Mundi respectu Papæ sunt obedientialia, & manualia.

79 Ecclesiarum Bona sunt in dominio, & sub libera Pontificis administratione, & Beneficiati Beneficiorum suorum administrationem habent dependentem a Papa.

80 Pontifex auferendo alicui Beneficium, non domi-

dominium, sed nudam administrationem aufert.

81 *Distributio Beneficiorum est de jure positivo a Pontificibus inducta, & qualis erat in primitiva Ecclesia consuetudo.*

82 *Pontifex a jure positivo non ligatur, sed ei derogare potest ad sui libitum, etiam absque causa.*

83 *In quæstione, de qua supra* n. 76. *proponitur contraria Sententia, quod nempe Pontifex etiam de plenitudine potestatis non possit sine causa Beneficiatum suo Beneficio privare.*

84 *Et ad hunc effectum non sufficit quæcumque [illegible]sa, sed requiritur causa justa, & legitima a jure approbata.*

85 *Nec statur assertioni Pontificis, quamvis Motu proprio emissæ super concursu legitimæ causæ.*

86 *Beneficiatus concurrente etiam legitima causa, privari nequit a Papa suo Beneficio absque citatione, quæ declraationem privationis præcedat.*

87 *Quamvis causa privationis sit notoria, quia citatio est de jure naturali, & Divino, nec a Principe tolli potest.*

88 *Maxime si agatur de auferendo Beneficia Cardinalibus.*

89 *Cardinales sunt speciali nota digni, & in odiosis non veniunt sub generali legis dispositione, nec sub nomine Clericorum.*

90 *Pontifices si in dispositione aliqua Cardinales comprehendere volunt, illos specifice nominant.*

91 *Episcopus non potest suo Episcopatu privari absque legitima causa, & sine citatione.*

92 *Cardinalatus est summa Dignitas nobilior Episcopatu, & summus gradus post Pontificatum.*

93 *In quæstione, de qua supra* n. 76. & 86. *conciliatur utraque Sententia, ut nempe prima procedat de rigore juris, ac absoluta potestate, qua gaudet Pontifex in Beneficialibus; Secunda de æquitate, & honestate.* & numer. 94.

95 *Pontifices licet possint, numquam tamen Beneficiatos suis Beneficiis sine causa privare solent.*

1 Regulam hanc de *jure quæsito non tollendo*,
primus edidit *Benedictus* in sua obedientia *di-*
2 *ctus XIII.* sed restrictam ad Gratias Beneficiorum
vacantium; *Nicolaus* vero *V.* eam immutando,
locum habere voluit in Concessionibus factis pro
Commissionibus habendis in Causis, & hoc modo illam renovarunt Successores Pontifices usque ad *Alexandrum VI.* qui Regulæ addidit verba illa- *seu mandatis, aut declarationibus etiam Motu proprio* -- Sed *Adrianus VI.* Regulam, quæ interpretatione prudentum locum sibi tantummodo vindicabat in Gratiis lite pendente impetratis, ampliavit, & extendit etiam ad Gratias ante motam litem concessas, quæ tamen ampliatio obliterata fuit a *Clemente VII.* qui nil magis abhorruit, quam *Adriani* decessoris sui vestigia sequi. Verum *Adriani* ampliationem Regulæ restituit *Paulus III.* eamque postea Successores Pontifices suis Regulis semper addiderunt; ut recensendo historiam editionis hujus Regulæ, tradunt *Gomes. in eamdem in Præfat. Mandos. & Kochier ibidem in princip. Peleus in Comment. Analyt. in Regul. Cancell. cap.* 30. *in princip. Van Espen. in Jus Eccles. univers. part. 2. tit. 24. cap. 5. n. 30.*

Regula hæc est favorabilis, & excerpta ex vi- 3
sceribus juris, præscribentis Concessiones Principis ita esse intelligendas, ut alterius jura non læ- 4
dant, nec tertio noceant, *leg. 2. §. Merito ff. Ne quid in loco public. leg. Impuberi ff. ad Trebell.* [illegible] *Nec Avus Cod. de Emancip. Liberor. Cap. Ex tenore, de Usu Pallii, Cap. Ex parte il primo, & Cap. Super eo, de Usu Palli*, cum concordan. relatis per *Fagnan. in Cap. Causam qua n. 11. de Rescript. Mandos. ad hanc Regul. quæst. prima n. 3. & Sot. in princip. Quesad. ibidem, Wagnarec. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præben. & Regul. Cancell. Regul.* 18.

Et Summus Pontifex nedum generaliter in hac
Regula protestatur, nolle Juri alteri quæsito in suis
Concessionibus præjudicare, sed in quibusvis Lit-
teris super provisionibus Beneficiorum addit clau- 5
sulam -- *Dummodo tempore Datæ præsentium non sit*
alteri in Beneficio jus quæsitum &c. -- & quando
providet de reservato subjicit aliam clausulam --
Dummodo collatio ad Nos hac vice pertineat -- quæ 6
eumdem operatur effectum præservandi jus Tertio quæsitum, *Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2. quæst. 51. n. 2. seqq.* & de clausula -- *Dummodo tempore &c.* -- *Sarnen. ad hanc Regul. quæst. 1. Mandos. quæst. 2. Kochier ibidem n. 5. & seqq.* cum aliis per *Rot. decis. 74. n. 4. & seqq. part. 16. Recent.* ubi sive sit extensa simpliciter, sive concepta cum dictione *in* videlicet -- *Dummodo in Beneficio non sit alteri jus quæsitum.*

Ampliatur primo, etiamsi agatur de modico præ-
judicio, nam Regula utitur dictione *quomodolibet*, 7
quæ includit omne jus quantumcumque minimum, *Fagnan. in Cap. Ceterum n. 21. de Rescript. & in Cap. Causam, qua num. 15. eodem titulo, Zaul. ad Statut. Faven. lib. 3. Rubr. 25. n. 42. Kochier ad hanc Regulam n. 7.* ubi quod comprehendit quodcumque, & qualecumque jus, & cujuscumque generis, directi, indirecti, etiam improprie sumti, etiam minimi, *Van Espen. in Jus Eccles. universal. part. 2. tit. 34. cap. 5. n. 31. Quesad. in hanc Regul. versic. Quid igitur, circa med. Rota decis. 1082. n. 3. cor. Seraphin. decis. 198. n. 1. & decis. 295. n. 2. cor. Millino.* Licet in contrarium adsint *Glossæ*, quos allegat *Fagnan. in dict. Cap. Causam n. 16.*

Ampliatur secundo, etiamsi agatur de Gratia 8
Motu proprio concessa, ut est claro littera Regulæ, cum aliis juribus, quæ congerit *Fagnan. in d. Cap. Ceterum n. 22. & in Cap. Causam num. 17. Tondut. quæst. Benefic. part. 3. cap. 190. num. 27. Gomes. in hanc Regul. quæst. 8. Peleus in Comm. Analyt. in Regul. Cancell. cap. 30. pag. 61. a ter. versic. Papa in Gratia, Rota decis. 103. n. 25. coram Peutinger.*
Idemque si adesset clausula ex *certa scientia*, *Fa-* 9
gnan. in Cap. Ceterum n. 22. Tondut. ubi supra, Kochier ad hanc Regulam n. 23. & 24. licet non desint contrarii, quos refert *Tondut. quæst. Beneficiar. part. 3. cap. 190. n. 9.*

Tertio ampliatur, etiamsi agatur de Gratia con- 10
cessa Personæ miserabili, *Fagnan. in dict. Cap.*
Causam num. 12. sive Summo Principi, & Regi, 11
prout habemus in Indultis nominandi ad Ecclesias, & Monasteria iisdem a Sede Apostolica elar-
gitis, quæ veniunt interpretanda, ut minus quam 12
fieri potest lædant Pontificiam libertatem in conferendo, ut ibidem notat *Fagnan. n. 13. & seqq.* & Nos alibi.

Quarto ampliatur in jure quomodolibet quæsi-
to, sive sit ex Indulto particulari quæsitum, sive 13
ex Statuto, sive ex Privilegio, *Tondut. dicto cap. 190. n. 11. part. 3. Fagnan. in dict. Cap. Ceterum numer. 20. de Rescript. Kochier ad hanc Regul. num. 29.*

num. 29. Rot. decis. 1082. n. 1. & 127. n. 5. cor.
Seraphin. decis. 710. n. 1. & decis. 711. n. 1. part.
4. divers. præsertim si agatur de privilegio ex caola
14 onerosa, & dec. 151. num. 10. part. 14. Recent. &
decis. 336. n. 14. car. Royas. Immo etiam in eo,
15 quod competit de jure communi, Tondut. part. 3.
cap. 190. sub n. 11. Rota decis. 29. n. 1. coram Vn-
leo, ubi quod alias Papa posset tollere actiones,
obligationes, & alia, quæ de jure competunt, &
ponit exemplum in dilimembratione Villæ absque
consensu Vassallorum, Rota decis. 198. n. 3. cor.
Millina, & decis. 65. n. 4. part. 1. Recent. decis.
136. n. 14. cor. Rayas.

Ampliatur quinto etiam si Papa ex narratis ha-
16 buerit certam notitiam præjudicii tertii, ut plene
firmavit Rota cor. Cæsare de Grassis dec. 9. de Re-
servat. & decis. 607. n. 5. part. 3. Rec. quas allegat
Fagnan. in dict. Cap. Ceterum n. 19. de Rescript.
Rota decis. 198. n. 2. cor. Millin. & decis. 1576. sub
n. 9. cor. Coccin. cum aliis infra laudandis.

17 In his itaque casibus Concessio secunda semper
erit invalida, nisi derogetur Juri per tertium in
re illa quæsito, quæ derogatio omnino est neces-
saria, etiamsi fiat mentio de prima gratia cum suis
18 qualitatibus, nam licet Regula locum sibi non vin-
dicet ubi constat, Papam voluisse auferre Jus alte-
ri quæsitum, tamen hoc quæritur, an voluerit, &
propter protestationem in Regula emissam, constat
nolle, nisi deroget Regulæ Fagnan. in dicto cap.
Ceterum n. 18. Seraphin. decis. 1082. num 7. & 8.
19 & quod opus sit derogatione, etiam ubi Papa in-
tellexit tertii præjudicium, Rota coram Millin. de-
cis. 198. n. 2.

20 Similiter requiritur derogatio Regulæ etiam in
casu, quo Jus competit ex dispositione Juris com-
munis, ut supra dictum est, nisi ageretur inter
21 Romanos, quo casu si adesset Statutum Urbis dis-
positioni Juris contrarium, sufficeret derogare Sta-
tuto, cum inter Romanos primo serventur Statuta,
& deinde Jus commune, ut in casu Decisionis Ro-
tæ apud Put. dec. 198. lib. 2. quam refert Mandos.
22 ad hanc Regul. quæst. 13. Quinimmo est necessa-
ria Regulæ derogatio, etiamsi per gratiam fiat re-
ditus ad Jus commune Rota decis. 710. n. 4. & 711.
part. 4. divers. & decis. 1072. n. 5. coram Seraphin.

Opus est quoque derogatione Regulæ, quando
23 agitur de tollendo Jure Episcopo competente ex
Decretis Concilii Tridentini. Hinc cum Sancta
Synodus sess. 5. cap. 1. & sess. 24. cap. 8. tribuat E-
piscopo jus nominandi, seu eligendi Lectorem, vel
Pœnitentiarium, quibus postea collatio fiat ab eo,
ad quem spectat Jus conferendi, si nominatio,
seu electio præfata auferatur ab Episcopo, & con-
cedatur Capitulo, nulla erit concessio absque dero-
gatione Regulæ juxta celebres Decisiones 198. &
295. coram Millino. Quemadmodum si per Con-
cessionem Pontificis præjudicium aliquod inferatur
24 liberæ collationi Capituli, requiritur Regulæ de-
rogatio, Tondut. Resolut. Benef. part. 3. cap. 190.
n. 9. Rota decis. 1310. n. 2. coram Seraphino.

Per quem autem modum censeatur Regulæ de-
rogatum, fuit alias reputata quæstio ardua in Ro-
ta, ut dicitur in decis. 208. n. 2. part. 3. Rec. Et
quidem licet in decis. 407. num. 10. in fine part. 3.
25 Rec. firmetur non esse ad id certam formulam ver-
borum præscriptam, sed sufficere quod Papa uta-
tur verbis quomodocumque derogatoriis, attamen
26 prævaluit opinio, quod requiratur derogatio spe-
cifica, & individua ipsi Regulæ, & nulla alia po-
test formula introduci, per quam possit constare
de mente Papæ, nisi faciat ipse expresse de Regu-
la mentionem, & eidem nominatim deroget, Fa-
gnan. in d. Cap. Ceterum n. 17. & 25. & in d. Cap.
Causam n. 36. Rota decis. 710. n. 4. & seqq. part 4.
divers. & decis. 1082. n. 8. coram Seraphino. decis.
30. per tot. part. 3. coram Verallo, decis. 336. n.
14. coram Royas, decis. 186. n. 9. coram cl. mem.
Card. Caprara. Et ratio est, quia protestatio, quam
facit Papa in Regula tollit ejus consensum, & vo- 27
luntatem ab actu gerendo, ubi eidem Regulæ non
derogatur.

Hinc cum nominatim, & expresse Regulæ de-
rogandum sit, clausulæ generales non attendun- 28
tur, Tondut. part. 3. lib. 3. cap. 190. n. 11. & 20.
Fagnan. in cap. Ceterum num. 26. de Rescript. ubi
reddit rationem, quod clausulæ derogatoriæ gene-
rales in litteris Apostolicis semper apponi consue-
verunt, unde si illæ sufficerent ad derogandum
Regulæ, ista redderetur inanis, & frustratoria,
cum in omni gratia censeretur illi derogatum, Ro-
ta decis. 336. n. 16. coram Royas, nec sufficit dero- 29
gatio Regularum in genere, quamvis adjecta sit
clausula, quarum tenores &c. Rota decis. 1576. n.
5. & 6. coram Coccin. & decis. 198. n. 6. coram
Pentinger. & dec. 386. n. 8. coram clar. mem. Car-
dinal. Caprara. Et quamvis in decis. 257. lib. 2.
coram Puteo fuerit hæc conclusio in dubium revo- 30
cata, tamen ibi considerabatur, quod aderat de-
rogatio aliis Regulis, quibus Papa non solet dero-
gare, ergo dicendum derogasse quoque huic Re-
gulæ, cui pariter derogare non consuevit.

Quinimo nec satis est pro derogatione Regulæ
clausula -- de plenitudine potestatis, ut quidquid di- 31
cant allegati per Mandos. ad hanc Regulam quæst. 8.
circa finem, firmat Fagnan. in Cap. Ceterum n. 23.
& seqq. de Rescript. Tondut. dicto cap. 190. n. 21.
Kochier ad hanc Regul. n. 24. Rota decis. 710. n.
5. part. 4. divers. & coram Seraphin. decis. 1082.
n. 9.

Stante tamen clausula -- sublata, & decreta irri- 32
tanti sæpius dixit Rota non posse opponi de dicta
Regula de Jure quæsito non tollendo, ut apud
Dunoz. Sen. decis. 240. n. 6. Seraphin decis. 764.
& decis. 177. n. 3. part. 2. Recent. & apud Giovagn.
cons. 28. n. 43. vers. Ulterius lib. 2. Barbos. claus.
175. n. 10.

Sed conclusio, quod concessio, ob quam alterius
jus læditur, sit nulla nisi Juri præfato, ac Regulæ
nominatim, & expresse derogetur, plures patitur
limitationes. Et primo quod ut habeat locum re- 33
quiritur Jus perfectum, plenum, considerabile, &
radicatum, Tondut. Resolut. Benef. part. 3. cap. 190.
n. 22. Sarnen. ad hanc Regulam quæst. 3. Lotter.
de Re Beneficiar. lib. 2. quæst. 51. num. 18. & 26.
Rota decis. 492. numer. 10. part. 3. lib. 3. divers.
dec. 174. num. 8. part. 1. decis. 372. numer. 3. part.
2. decis. 208. numer. 7. part. 3. Recent. decis. 257.
numer. 1. & seqq. & numer. 4. cor. Put. lib. 2. &
dec. 610. n. 3. coram Penia, & decis. 955. n. 10.
coram Molines. Hinc cum ante registrationem 34
Gratiæ non sit plenum, & considerabile Jus quæsi-
tum, non requiritur derogatio Regulæ, Rota de
Execut. Litterar. Apostolicarum cap. 1. n. 62. lib. 1.
Rota decis. 155. num. 16. coram Celso. prout etiam 35
nec necessaria est ubi agitur de Jure dubio, & tur-
bido, Rot. decis. 336. n. 11. vers. Nec dicatur, co-
ram Roxas.

Similiter non requiritur derogatio Regulæ in
præjudicio, quod venit in consequentiam, & oc- 36
casionaliter, ac secundario (ut quidquid dixerit hic
Mandos. quæst. 3.) firmant Tondut. quæst. Benefic.
part. 3. dict. cap. 190. num. 23. & seqq. Sarnen.
ad hanc Regul. quæst. 3. per tot. Rot. decis. 372.
num. 3. part. 2. Recent. Prout nec requiritur in
Jure

37 Jure eventuali, consequutivo, sub spe, & condi-
tionali, *Tondut. d. cap. 190. n. 123. & seqq. Rot.*
decis. 257. num. 1. & 2. coram Puteo lib. 1. decis.
927. n. 6. & decis. 1294. coram Seraphin. & decis.
266. n. 2. & decis. 730. num. 3. & seqq. part. 3.
38 *Recent.* ubi exemplificatur in legitimatione illegi-
timi, nam licet per eam præjudicetur agnatis, hu-
jusmodi tamen præjudicium est eventuale, scilicet
39 si Agnati decederent sine filiis legitimis, & natu-
ralibus. Item quando Pontifex decernit Beneficia
Jurispatronatus non vacare per Promotionem, nam
licet præjudicetur Patronis, tamen hoc præjudicium
est consequutivum, & occasionale, non princi-
paliter contra ipsos intentum, ut etiam alibi dixi-
mus.

Sed adhuc in hac materia subsistendum, & plu-
ribus modis declarandum id, quod dicitur de præ-
judicio eventuali, & sub spe, ut scilicet proce-
40 dat, quando jus tertii non est fundatum in aliqua
probabili spe de præsenti, utpote quia nondum est
natus ille, cui gratia potest præjudicare, ut in
casu legitimationis ante nativitatem filiorum legi-
timorum, de quo apud *Seraphin. decis. 351. n. 29.*
41 Secus in Jure, & in spe, quæ habeant causam de
præterito, & probabilem spem de præsenti, de iis
enim facienda est mentio, & necessaria est dero-
gatio Regulæ, nam certa, & probabilis spes de
42 præsenti inducit quoddam Jus *ad rem*, quo privari,
satis præjudiciale videtur, *Gomes. in hac Regul.*
quæst. 3. Pelens in Comm. Analyt. in Regul. Can-
cellar. cap. 30. pag. 61. versic. Controversum, Ra-
ta decis. 664. numer. 3. part. 2. Recent. dec. 198.
n. 5. cor. Millin. & post *Amayden. de Styl. Da-*
tar. cap. 33. sub n. 17. ubi quod ad hoc ut intret
43 Regula satis est, quod jus sit formatum, & ortum
ante impetrationem, licet sit occasionale, & idem
Amayden. num. 17. in fine ait, non esse necessa-
rium Jus omnino perfectum, sed sufficere quod sit
formatum, hoc est natum, & ortum ante impe-
trationem, *Mandos. ad hanc Regul. quæst. 3. n. 2.*
vers. Sed melior, & n. 3. Tondut. Resolut. Benefi-
cial. part. 3. cap. 190. n. 15. & 16.

Rursus id, quod dicitur de Gratia eventuali vi-
44 detur restringendum in Beneficialibus, in quibus
Papa habet plenitudinem potestatis, secus in Con-
tractibus Feudalibus, in quibus non solet Papa Jus
alteri quæsitum auferre sine causa, *Tondut. dict.*
cap. 190. n. 15. & seqq. Rota decis. 664. num. 5. in
fine part. 2. Recent. & decis. 351. num. 11. coram
45 *Seraphin.* Aut in omnem casum procedit in sus-
pensione ad modicum tempus, non adimente spem
gratiæ eventualis, secus ubi adest certitudo moralis
extinctionis gratiæ, ut in *dicta decis. 664. num. 5.*
46 *& 6. part. 2. Recent.* Et quod ubi Jus non tollitur,
sed tantummodo effectus suspenditur, non requi-
ratur derogatio Regulæ, dixit *Rota decis. 492. n.*
8. part. 3. lib. 3. Divers.

An autem quando agitur de Jure ad *rem*, &
non in *re*, illud dicatur certum, & radicatum,
itaut sit derogatio Regulæ necessaria? Dic quod
47 censeatur præservatum etiam Jus *ad rem*, quod
provenit ex electione, præsentatione, & opposi-
tione, *Lotter. de re Beneficiar. lib. 2. quæst. 51. n.*
28. Rosa de Execut. part. 1. cap. 5. n. 105. & 111.
cum seqq. Quesad. in hanc Regulam §. Quid igitur,
Gomes. ibid. quæst. 1. Pelens dict. cap. 30. pag. 60.
versic. Secundus modus, Adden. ad Buratt. decis.
55. n. 7. & seqq. Amayden. de Styl. Datar. cap. 33.
num. 18. cum aliis *per Rot. decis. 74. n. 3. part.*
48 *16. Recent.* Quod procedit ubi unus tantum est
præsentatus, seu oppositor, itaut ei de necessitate
debeatur institutio, nam hoc casu derogatio est
necessaria, sive acquiratur per eam unicam præsen-
tationem jus certum *in re*, ut ait *Rot. dict. decis.* 49
74. n. 8. part. 16. Recent. sive spes certa obtinendi
collationem, quæ spes regulatur perinde ac si effe-
ctus esset sequutus, *Lotter. de re Beneficiar. lib. 2.*
quæst. 51. num. 40. Secus vero si agatur de pluri-
bus præsentatis, seu oppositoribus, nam tunc ne- 50
mini dicitur adquisitum Jus *ad rem Lotter. dicta*
quæst. 51. num. 23. Pitan. discept. Eccles. 4. n. 117.
& seqq. cum aliis relatis *in Valentina Beneficii 29.*
Januarii 1685. *§. Æquiparatur, & seqq. coram*
Paulutio.

Limitatur secundo Conclusio principalis, ut non
requiratur derogatio huic Regulæ, quando agi- 51
tur de gratia ex sui natura præjudiciali, & constat
de Concedentis scientia, quia in tali gratia non
potest de ignorantia Papæ, aut subreptione opponi,
quia Papa sciens per eam tertio præjudicari, & ideo
necessaria non est derogatio Regulæ, quæ est fun-
data in defectu intentionis, sed sufficit actus con-
trarius ad removendam priorem voluntatem in
protestatione Regulæ panditam, *Fagnan. in d. cap.*
Ceterum n. 28. de Rescript Tondut. part. 1. cap. 190.
n. 1. & seqq. Rubeus ad decis. 2. num. 284. & seqq.
part. 3. Rota decis. 762. n. 4. coram Seraphin. de-
cis. 198. n. 4. coram Millin. decis. 240. n. 5. coram
Dunoz. Sen. & decis. 174. n. 4. & n. 5. ubi sive in
parte, sive in totum sit præjudicialis *Part. 1. de-* 52
cis. 177. n. 3. part. 2. decis. 407. num. 10. & de-
cis. 607. n. 4. part. 3. & decis. 114. n. 11. part. 6.
Recent.

Et gratia dicitur de sui natura præjudicialis, quan-
du implicat necessario præjudicium Tertii, itaut 53
sola gratia secum afferat præjudicium in necessa-
riam consequentiam, & Papa illud agnoscat ex na-
tura gratiæ, ut sunt exemtio a Decimis, exemtio 54
a jurisdictione Episcopi, Commutatio ultimæ vo-
luntatis, Unio, Erectio, Sæcularizatio, Dis-
membratio, & alia id genus, ut ex allegatis per
Fagnan. in d. cap. Ceterum n. 29. Tondut. dict. cap.
190 n. 2. & seq. & in terminis Coadjutoriæ, *Ro-*
ta dec. 214. n. 11. part. 6. Recent. Quod procedit 55
etiamsi nulla facta fuerit mentio personarum, qui-
bus præjudicium infertur, quia dum Papa facit
actum de sui natura præjudicialem, virtualiter de-
clarat afficere omnes personas, ad quas præjudi-
cium spectare potest, *Gratian. discept. 458. n. 7*
& seqq. Tondut. dict. cap. 190. n. 7. in fine, plene
Rota in Melevitana Nullius Brevis 1. Julii 1726.
§. Etenim quoad præjudicium, coram bon. mem. Cer-
ro, & 20. Junii 1727. *§. Siquidem gratia, coram*
bon. mem. Cornelio.

Sed tunc in præjudicialibus non requiritur de-
rogatio specialis, quando Papa intelligit præjudi- 56
cium ex natura ipsius rei, quæ geritur, ut in ca-
sibus supra relatis exemtionis a Decimis, dismem-
brationis &c. Secus ubi agitur de scientia desumta 57
ex narratis per Partem, tunc enim cum gratia non
sit simpliciter præjudicialis, sed talis fiat ex nar-
ratis, requiritur dicta derogatio, nec sufficit sola
scientia Papæ circa præjudicium, ut bene distin-
guit *Fagnan. in d. cap. Ceterum n. 31. Tondut. dict.*
cap. 190. n. 2. Rubeus addit. ad decis. 2. num. 29.
part. 3. Rota decis. 1576. n. 8. & seqq. coram Coccin.
dec. 174. n. 3. part. 1. decis. 607. n. 5. part. 3. &
decis. 235. n. 15. part. 16. Recent.

Rursus tunc in gratia de sui natura præjudicia-
li non requiritur derogatio Regulæ, quando agi- 58
tur de præjudicio communi cum aliis, prout est
exemtio a Decimis, secus in præjudicio particula-
ri, *Amayden. de Styla Datar. cap. 33. sub n. 18.*
vers. Ex his videtur, sed quid sibi velit hic Author
in hac distinctione, & an subsistat, ex supradictis
facile constare poterit.

Limitatur

Limitatur tertio Conclusio principalis, ut sci-
59 licet non requiratur derogatio huic Regulæ, quan-
do agitur de concessionibus emanatis ob bonum
publicum, cum publica utilitas particulari præ-
ferri debeat; ut si agatur de causa Studiorum,
de reformatione Ecclesiæ, aut Coadjutoria pro
ejusdem Ecclesiæ necessitate, *Fagnan. in d. cap.
Ceterum numer. 32. & seqq. & numer. 53. & in
cap. Causam numer. 38. de Rescript. Tondut. di-
cto cap. 140. numer. 14. Amayden. de Stylo Da-
tar. cap. 33. num. 18. vers. Ex his videtur in fine,
Rota decis. 762. n. 5. & decis. 1043. num. 2. coram
Seraphin. & decis. 174. numer. 7. part. 1. & decis.*
114. *n.* 12. & 13. *part. 6. Recent.*

Non potest autem dici emanasse ex causa publi-
60 cæ utilitatis remotionem Officialis etsi senis, cæ-
ci, aut infirmi, cum potius sit contra publicum
bonum addere afflictionem afflicto, unde proce-
dendum per viam Coadjutoriæ, quæ respicit favo-
rem publicum, & est Juri conformis, nec requirit
derogationem Regulæ de Jure quæsito &c. *Fagnan.
in d. cap. Ceterum n. 53. & seqq. de Rescript.*

Quarto non requiritur derogatio, ubi agitur de
61 mera declaratione rei dubiæ contentæ in prima
Concessione, quia per declarationem non aufer-
tur Jus, sed patefit illud, quod obscure continetur
in prima Concessione, ut post *Rebuff. in Prax. Pe-
leus in Comm. Analyt. ad Regul. Cancell. cap. 30.
pag. 58. a tergo, versic. Papa.* Et licet Regula
62 litteraliter disponat, etiam in *declarationibus* non
esse tollendum Jus alteri quæsitum, tamen intelli-
gitur de ea declaratione, quæ est novi Juris indu-
ctiva, & venit per viam suppletionis, seu additio-
nis illorum, quæ prius non aderant, quæque di-
citur nova dispositio, & nova concessio tollens Jus
quæsitum, *Mandos. ad hanc Regul. quæst. 6. Peleus
ubi supra, Tondut. dict. cap. 190. num. 126. Rota
decis. 635. n. 4. & seqq. coram Penia, & decis. 1537.
n. 9. coram Coccin. & decis. 630. n. 4. part. 4. &
dec. 14. n. 14. & 15. part. 6. Recent.* Et licet *Man-
63 dos.* ubi supra distinguat inter dubium in Jure, &
dubium in facto, quem sequitur *Kochier ad hanc
Regulam n.* 17. Attamen crederem, quod sive sit
dubietas facti, sive Juris, semper militet eadem ra-
tio, & de declaratione facti loquitur *Rota decis.* 114.
n. 16. part. 6. Recent.

64 Quinto derogatio huic Regulæ non requiri-
tur, ubi agitur de removendo obstaculo, non de
tollendo Jure quæsito, *Rota dec. 340. n. 2. coram
Seraphin. Tondut. dict. cap.* 190. *n.* 28. ubi dat
65 exemplum, si Papa aliquem amplissime legitima-
verit ad Feuda ex pacto, & providentia, cum
tunc agatur de removendo obstaculo, non de tol-
lendo Jure quæsito, proindeque non est opus de-
rogatione Regulæ.

66 Sexto nec requiritur derogatio in Concessione
Officii vacabilis, & de Regalibus Principis exi-
stentis, cum in illius collatione, Summus Pontifex
Jure proprio utatur, & nemini faciat injuriam,
*Tondut. dict. cap. 190. n. 17. part. 3. Rota decis.
1294. n. 8. coram Seraphin. & 206. n. 7. & 8. part.
11. Recent.*

Sed hæc procedunt in Officiis, quæ de sui natura
67 pendent a beneplacito Concedentis, aut quando
Papa in concessione reservavit sibi Jus disponendi,
*Rot. decis. 334. n. 1. vers. Nec obstare, & Vers.
sicut etiam part. 4. Divers.* Secus vero in Officiis
non vacabilibus, & quæ allodialium naturam assum-
serint, ut explicat *Rota dicta decis. 206. n. 11. part.*
68 11. *Tondut. d. cap. 190. n.* 18. Prout similiter non
procedit in iis, quæ dantur ad vitam, nam tunc
Officiales habent jus quæsitum, itaut sine causa
removeri non possint, *Fagnan. in d. cap. Ceterum
n. 17. & 36. & seqq. de rescript.* ubi pro se ipso
scripsit, nam cum ob superventam cæcitatem fuisset
remotus ab Officio Correctoris Pœnitentiariæ, quo
fuerat ad vitam provisus, fuit tandem reintegra-
tus, ex quo in remotione non fuerat derogatum
Regulæ de Jure quæsito &c. *Rota dec. 334. part.
4. divers. & decis. 235. n. 14. part. 15. Recent. &
decis. 7. n. 6. de restit. Spoliat. coram Mohedan. &
decis. 421. n. 1. coram Burat.*

Septimo non est opus derogatione Regulæ,
quando secunda gratia fuit concessa in Signatura 69
Sanctissimi, citata parte, de cujus interesse ageba-
tur. Regula enim fundata est in defectu intentio-
nis Papæ, quæ tamen intentio in hoc casu deesse
non videtur, *Rota decis. 607. n. 3. part. 3. Recent.*

Octavo non est necessaria derogatio Regulæ,
quando verba Constitutionis Pontificiæ sunt adeo
clara, ut de Summi Pontificis voluntate dubitari 70
minime possit, ex mox exposita ratione, quod Re-
gula fundata est super defectu intentionis Princi-
pis, ideoque si clare constet de illius intentione,
non requiritur alia derogatio, *Tondut. d. part. 3.
cap. 190. n. 9. vers. Similiter, & n.* 10. & ante ip-
sum *Sot. ad hanc Regul. in princip. vers. Ego ta-
men, & ibidem Kochier n. 9.*

Hinc ubi agitur de Jure quæsito ex Statuto,
tunc sufficit derogatio eidem Statuto, absque ne 71
cessitate derogandi Regulæ; *Rota decis. 492. n. 10.
part. 3. lib. 3. divers.* ubi agebatur de Provisione
Canonicatus Monasteriensis a Papa expleta cum
derogatione Statuti ejusdem Ecclesiæ requirente
nobilitatem ex genere Militari, & fuit resolutum
pro validitate Provisionis, quamvis Regulæ dero-
gatum non fuisset, nec de illa ulla facta mentio.

Nono non requiri derogationem Regulæ, ubi
Jus quæsitum est mere speciale, firmatur in eadem 72
decis. 492. n. 9. alias sequeretur, omnes Apostoli-
cas provisiones esse irritas, cum in illis derogetur
Statutis, & Privilegiis Ecclesiæ, & tamen num-
quam fit mentio de hujusmodi Regula.

Postremo nec Coadjutoria subjacet huic Re- 73
gulæ, quia vel non est gratia præjudicialis, cum
per illam provideatur necessitati Ecclesiæ, ut ait
Rota decis. 114. num. 12. part. 9. Recent. vel præ-
judicium Ordinarii est eventuale, & ob id non
indiget derogatione Regulæ, ut diximus supra, &
observat *Rot. decis. 266. num. 2. part. 3. Recent.*

Quæro, an valeat derogatio Constitutioni Sixti-
næ circa Taxam Dotium obtenta post dissolutum 74
Matrimonium per mortem alterius ex Conjugibus,
ad effectum ut exinde pinguius evadat lucrum
Dotale Conjugi superstiti debitum? Affirmat *Card.
de Luca* quando Papæ nota est mors Conjugis,
utpote quia expressum fuerit nomen cum dictione
Quondam, ut in *disc. 211. sub n. 5. vers. Quatenus
de Dot. in supplem. Rot. decis. 90. n. 21. & seqq.
part. 19. Recent.* Et ita pro veritate consultus a
Marchione *Philippo Nerlio*, respondit Magister
meus Advocatus *Arrigus* postmodum san.ᵉ mem.
Innocentii XI. Auditor in *Romana Quarti Dota-
lis.* Sed contrarium fuit coram A.C. de anno 1680. 75
determinatum ea ratione, quia cum de tempore
derogationis obtentæ non esset res amplius integra,
ex quo jam factus erat locus restitutioni Dotis, &
Jus quæsitum hæredi Conjugis defuncti, non præ-
sumitur voluisse Pontificem illi præjudicare, nisi
expresse derogasset Regulæ; Nec obstare diceba-
tur *Rotam in dicta decis. 90. n. 46.* quia ibi ex
professo non fuit examinatus articulus circa præju-
dicium Juris quæsiti, *Ita Zaul. ad Stat. Faventin.
lib. 3. rubric. 25. n. 40. & seqq.* & *sub n. 46.* ait sic

resolutum, sed postmodum Causam fuisse transa-ctione sopitam.

Quæro ulterius, an Papa possit sine causa priva-
76 re Beneficiatum suo Beneficio? Affirmativam resolutionem suadet principium illud inter Catholicos absolutissimum, quod ad Summum Pontificem ex potestatis suæ plenitudine Beneficiorum omnium Ecclesiasticorum omnimoda, & libera pertinet dispositio, *Clement. I. Ut lit. pend. cap. 2. de Præben. in 6. Cap. Proposuit de Concess. Præben. Cap. Principalem 9. quæst. 3. Cap. In memoriam 19. distinct.* Hancque plenariam Pontificis potestatem circa Beneficiorum dispositionem nedum sibi vin-
77 dicare locum in eorumdem concessione, sed etiam in ablatione, tradunt *Gloss. in dict. cap. Principalem versic. Ad Nos*, & communiter Canonistæ relati per *Fagnan. in cap. Consultationibus n. 25. & seqq. & n. 72. & seqq. de Cleric. Ægrotan. Barbos. in cap. Licet num. 7. de Præben. in 6. Card. de Luc. de Regalib. disc. 148. n. 28. & in Relat. Cur. discurs. 2. numer. 34. Bald. in leg. 7. rescripta n. 8. ante fin. Cod. de Privileg. Imper. offer.* ubi ait,
78 omnia Beneficia Mundi respectu Papæ esse obedientialia, & manualia, *Gabr. commun. Conclus. tit. de Jur. quæsit. non tollen. Conclus. 1. numer. 9. & seqq. Simonet. de Reservat. quæst. 2. num. 3. & ibi Granut. in addit. numer. 14. Hoyed. de Incompatibil. Benef. par. 1. cap. 13. num. 18. Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. n. 23. Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 1. tit. 3. num. 23. Fragos. de Regimin. Reipub. Christian. tom. 2. libr. 3. disputat. 9. n. 4. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæstion. 22 n. 36. & 37. Sanctarell. var. resolut. tom. 1. quæstion. 10. n. 4. Adden. ad decis. 2. n. 216. part. 3. Recent. Rot. dec. 4. de Restit. Spoliat. cor. Mohedan. decis. 115. lib. 3. cor. Puteo, decis. 254. numer. 1. & 2. decis. 997. numer. 7. coram Seraphin. decis. 664. numer. 5. part. 2. Recent.*

Et ratio esse videtur, quia Bona Ecclesiarum
79 sunt in dominio, & sub libera administratione Pontificis, qui vices Dei gerit in Terris. Beneficiati vero suorum Beneficiorum administrationem habent ab ipso Papa non liberam, sed dependentem, & multis modis limitatam, juxta doctrinam *Innocentii in cap. Cum super n. 3. de Caus. possess. & propriet.* quam sequuntur *Hostiens. ibidem n. 4. & seqq. Joann. Andr. num. 4. Imol. numer. 7. Rot. decis. 81. numer. 10. part. 5. Recent. & cor. Merlin. decis. 764. numer. 12. & seqq. & decis. 775. numer. 20. & seqq.* Ex quo principio duo sequun-
80 tur, alterum, quod Papa auferendo alicui Beneficium, nudam administrationem tamquam suo Procuratori ei auferre dicatur, non autem Dominium, quod numquam ille habuit, ut argumentatus est *Archid. in Tract. de Hæresi*, quem refert *Felin. in Cap. Quæ in Ecclesiarum 7. n. 40.* Alterum vero, quod cum distributio Beneficiorum sit
81 de jure positivo inducta a Summis Pontificibus, eaque ex mera illius gratia concedantur, cum in primitiva Ecclesia omnia essent communia, & ponebantur ante pedes Apostolorum, ut dividerentur singulis prout unicuique opus erat, *cap. Quia tua 12. quæst. 1. Hostiens. in dict. cap. Super, n. 6.* & passim ceteri Canonistæ. Potest utique Papa absque ullo suæ potestatis abusu coercere distributionem jam factam, & datam administrationem re-
82 vocare, cum jus positivum Pontificem non liget, possitque ille etiam sine causa juri præfato derogare, ut in terminis Beneficiorum habetur in *dict. Cap. Præposuit De Concess. Præb.* ibi — *qui secundum plenitudinem potestatis possumus supra jus dispensare* — *Bero in Cap. Quæ in Ecclesiarum n. 172. de Constit. Dec. cons. 436. n. 16. & seqq. Garc. de Benef. dicta part. 5. cap. 1. n. 5.*

Econtra vero alii sententiam hanc reprobantes
existimant, Papam sine justa, manifesta, & ratio- 83
nabili causa non posse Beneficiatum suo Beneficio privare, etiamsi procedat de plenitudine potestatis, quia in tali ablatione læditur simul lex, ac ratio naturalis, quæ dictat, neminem sine causa jure suo esse privandum, & Principis honesta liberalitas, & magnanimitas per quamdam tyrannidis speciem contaminaretur. Ita *Abas in Cap. ultim. n. 10. de Confirmat. Util. vel Inutil. quæst. 1. Felin. in Cap. Cum olim n. 17. & in Cap. Quæ in Ecclesiarum num. 42. de Constit. Innocent. in Cap. Nisi cum pridem col. 1. in fine num. 3. de Renunciat. Navarr. in Cap. Si quando de Rescript. except. 13. Guliclm. de Benedict. in Cap. Raynutius de Testam. verb. Duas filias numer. 36. Roman. cons. 345. numer. 17. Menoch. cons. 1. numer. 422. cons. 83. n. 1. & 15. cons. 181. num. 49. & de Præsumt. libr. 2. præsumt. 10. num. 8. Francisc. Salern. cons. 3. §. 3. n. 25. & cons. 10. §. 2. num. 28. & cons. 19. n. 107. Port. cons. 98. n. 34. Surd. cons. 419. lib. 3. Less. de Justit. & Jur. libr. 3. quæst. 6. art. 2. Sot. eod. Tractat. libr. 3. quæst. 6. art. 1. Staphil. de Litter. Grat. tit. de Mod. Provis. Gomez in Proœm. Regul. Cancell. quæst. 2. & in Regul. de non tollend. Jur. quæsit. quæst. 6. n. 13. Vivius Commun. Opin. lib. 1. tit. 9. numer. 15. Farinac. Fragm. criminal. part. 1. litt. C. a n. 33. verb. Clericus, Boss. de Benef. tit. 7. §. 1. n. 21. & §. 4. n. 60. Azor. Instit. moral. lib. 2. tit. 2. cap. 1. quæst. 4. & cap. 17. quæst. 7. & cap. 26. quæst. 1. Joan. Valer. de Differ. inter utrumque For. verb. Electio differ. 5. Gabriel. de Jur. quæsit. non toll. conclus. 1. versic. Contrariam. num. 9. & 10. Francisc. Marc. Decis. Delphinal. quæstion. 1120. a n. 3. Mastrill. libr. 1. de Magistrat. cap. 27. Anna allegat. 103. Capic. decis. 121. Barbat. de Præst. Cardin. quæst. 12. Caramuel. Theol. Regular. disputat. 56. n. 285. Dian. Oper. Moral. part 11. Tract. 3. Resolut. 14. Pelliccion. Illustr. quæst. 21. cap. 2. Fagundez in Præcept. Decalog. tom. 2. lib. 8. cap. 22. per tot.*

Doctoresque præfati, qui causam requirunt ad effectum, ut Papa Beneficiatum suo Beneficio privare valeat, eique jus quæsitum tollere, non
admittunt quamcumque causam esse sufficientem, 84
sed justam, & legitimam a Legibus approbatam requirunt, *Felin. in Cap. Quæ in Ecclesiarum n. 43. de Constit. Bero ibidem num. 169. & 171. & cons. 177. n. 65. libr. 2. Decian. cons. 14. n. 111. libr. 3. Cardinal. cons. 142. n. 41. Joannes Fort. cons. 98. n. 34. Franc. Marc. decis. 456. n. 34. & decis. 1222. n. 73. & seqq. Vivius Commun. Opin.*
585. numer. 2. Quinimmo censent, Pontifici, vel 85
alteri Principi, quamvis dispositive, ac motu proprio asserenti concurrere Causam, ob quam Beneficio, vel jure sibi quæsito sit aliquis privandus, credendum non esse, maxime ad sui commodum, ut præ ceteris *Decius in dicti Cap. Quæ in Ecclesiarum n. 23. de Constit. & cons. 407. n. 23. & cons. 410. n. 6. & seqq. & cons. 607. n. 1. Ferrett. cons. 249. lib. 2. n. 8. Salern. cons. 49. §. 6. n. 146. Gabr. cons. 179. n. 5. libr. 1. Marcard. de Probat. Conclus. 134. num. 14. & 15. Rub. in singular. Rot. part. 5. pag. 521. Rot. decis. 224. num. 1. part. 3. & decis. 140. numer. 15. part. 7. Recent. & coram Seraphin. decis. 965. numer. 9. cor. Mohedan. decis. 16. de Restit. Spoliat. cor. Puteo, decis. 124. lib. 1. cor. Crescent. dec. 6. seu 49. de Probat.* Hinc *Pius IV.* quando DD. Columnensibus restituit Titulos a *Paulo IV.* eis ablatos, in suo Motu proprio hæc

dixit —

dixit = *De quibus caufis eum per Teftes, aut alia do-
cumenta non fuerit probatum, non videtur ho-
neftum, quod ftari debeat ipfius Pauli PP. affertio-
ni, & Decreta, quod fua Littera ad eas proban-
dum fufficiant. Maxime cum ex effectu videatur
poffe judicari, eum magis propria paffione, quam
pro veritate fuiffe loquutum.*

Infuper Doctores ipfi autumant, quod præ-
86 ter caufam privationis neceffaria fit etiam cita-
tio Beneficiati, quæ privationis ejufdem declara-
tionem præcedat, *ad Text. in Cap. 1. de Cauf.
poffeff. & propriet.* ibi -- *Nec Nos contra inaudi-
tam partem aliquid poffumus definire* -- etiamfi
actum fuerit de plenitudine poteftatis, ut late
probat *Aretin. conf. 163. a numer. 9. Purpurat.
conf. 18. n. 22. & 23. lib. 1. Geminian. conf. 53. nu-
mer. 1. & feqq. Cephal. conf. 301. n. 76. & feq. lib.
3. Tiber. Decian. refponf. 14. n. 83. & feqq. & n.
118. lib. 3. Capic. dec. 69. n. 35. Francifc. Marc.
Dec. Delphinal. quæft. 1122. numer. 9. & feqq.* Et
87 quamvis verfaremur in notoriis, quia citatio eft
de Jure naturali, & Divino, nec a Principe tolli
poteft, exemplo Dei, qui, ut habetur in 3. 9.
Genefis, voce propria citavit *Adam* antequam
eum expelleret a Paradifo Terreftri, & *Cain* no-
torium delinquentem pariter condemnare noluit,
nifi prius citatum, ut operæ veritate, licet omnia
fciret, non judicii præcipitatione, cognofceret,
ad tradita per *Purpurat. Decian. & Geminian.* lo-
cis mox laudatis, & extant Textus *in Cap. Deus
omnipotens 2. quæft. 1. & in cap. qualiter 24. de
Accufat.*

Hæcque omnia eo magis locum fibi vindicare
88 exiftimant, fi ageretur de auferendo Cardinali fuo
Beneficio. Conftitutiones enim Pontificiæ in *cap.
2 de Præben. in 6. Clement. I. Ut lit. pendent.* alia-
que jura fupra laudata, ex quibus defumitur ple-
naria Pontificis in rebus Beneficialibus difpofitio,
comprehendere non videtur Cardinales, tum quia
89 ipfi funt fpeciali nota digni, & in odiofis non
veniunt fub generalis legis difpofitione, nec fub
nomine Clericorum, *Cephal. conf. 1. n. 40. & feqq.
& conf. 2. n. 8. libr. 1. Surd. conf. 453. fub n. 14.
lib. 13. Bellett. difquifit. Clerical. §. 2. part. 1. a n.
37. ufque ad 41. Andreas Barbar. de Præftant. Car-
90 dinal. quæftion. 7. n. 4. & feqq.* Tum quia Ponti-
fices quando in aliqua Conftitutione Cardinales
includere voluerunt, eos fpecifice nominarunt,
*Barbat. ubi fupra n. 7. Dian. in Summa verb. Car-
dinales n. 5.* Quodque fub illis verbis, *Papa om-
nia poteft*, non comprehendantur Cardinales tam-
quam membra ipfius Papæ, firmat idem *Barbat.
quæft. 8. fub n. 5. verfic. Quarto licet.* Etfi, ut
inquit *Gloff. in dict. cap. 2. de Præben. verb. Di-
91 gnitat.* illius difpofitioni non fubjacet Epifcopatus,
quia non eft Dignitas, fed Dignitatis culmen,
Leg. item 15. §. Dictum ff. de Injur. Ergo nec Car-
dinalatus comprehenfus dici poterit, cum fit fum-
92 ma Dignitas honorabilior Epifcopatu, & fummus
gradus poft Papam, *Barbat. dicta quæft. 1. num.
39. & 42. Barbof. de Jur. Ecclef. Univerf. lib. 1.
cap. 4. n. 26. Gratian. difcept. 738. n. 9. Gonzal.
in Regul. 8. Gloff. 21. n. 4.*

Verum in hac, qua verfamur Controverfia dif-
fidentes opiniones conciliari, & ad concordiam di-
ftinctionis fœdere reduci poffe exiftimo, ut fcili-
cet prima fententia procedat de rigore Juris, &
93 omnimoda, ac abfoluta poteftate, quam habet
Summus Pontifex in Beneficialibus, ut fcilicet fi
de facto velit, de jure poffit Beneficium Benefi-
ciato fine caufa auferre, Juribus fupra laudatis,
quæ Jura plene præ ceteris reaffumunt *Fagnan. in
Cap. Confultationibus n. 72. & feqq. de Cleric. Ægro-
tan. Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. n. 1.* Idque
expreffe declaravit fan. mem. *Innocentius X.* in
Brevi Motus proprii, quo Cardinali *Aftallio* in
Pamphiliorum Familiam cooptato fere omnia Be-
neficia, & Penfiones illi antea collatas abftulit,
dum in eo faffus fuit, ad ipfum *Ecclefiafticorum
redditutum, Ecclefiarum, & Dignitatum, & quo-
rumcumque Beneficiorum plena, & libera difpofitio
tam in concedendo, quam in auferendo nofcitur
pertinere.* Cumque defuncto *Innocentio*, & ad
Pontificatus apicem affumto *Alexandro VII.* Car-
dinalis *Aftallius* ad Beneficia, & Penfiones fibi
ablatas, & quindecim Cardinalibus diftributas
reintegrari inftetiffet, *Rota*, cujus Votum Pon-
tifici placuit exquirere, fupremam Papæ potefta- 94
tem tam in conferendo, quam in auferendo fine
caufa Beneficium, in dubium non revocavit, licet
ea prudentialibus motivis Decifio edita non fue-
rit, ut teftatur *Card. de Luca de Regalibus difc.
148. numer. 28. & in Relat. Curiæ difc. 2. nu-
mer. 34.*

Secunda vero fententia locum habet de æqui-
tate, & honeftate, cujus lege etiam Papa quo- 95
dammodo adftringi, & ligari videtur, *Cap. Per-
venit 11. quæft. 1. Cap. Ecce 9. diftinct. leg. Digna
vox, Cod. de Legibus, Fagnan. in dict. cap. Confül-
tationibus n. 76. de Cleric. Ægrotan. Gonzal. in Re-
gul. 8. §. 1. Proœm. n. 49. & 50.* Quam æquita-
tem potius Summi Pontifices attendentes, quam
eorum plenariam poteftatem, Beneficiis collatis 96
neminem fine caufa privare folent, prout num-
quam factum effe, quod aut vifum, aut lectum
fuerit ab ipfis, teftantur *Lotter. de Re Benef. lib.
2. quæft. 22. n. 45. & 60. de Rubeis in addit. ad
decif. 2. n. 216. part. 3. Recent.* Et licet *Joannes
Valer. de Different. inter utrumque For. verb. Ele-
ctio Different. 5. §. Effectus*, referat *Sixtum V.* Di-
gnitatem cuidam Doctori Cæfarauguftano jam col-
latam poftea ademiffe ad præces Oratoris Regis
Catholici, eamque contuliffe ei, quem Rex enixe
commendaverat; nihilominus non aliter id exple-
vit, quam prævia antidata, fine qua anceps erat
Pontifex, quomodo poffet primum provifum abf-
que caufa privare Dignitate collata, eidemque
Doctori aliam Dignitatem deinde Pontifex dedit
in recompenfationem ablatæ. Similiter *Innocentius
X.* auferendo Cardinali *Aftallio* Abatias, Beneficia,
& Penfiones, privationis caufam expreffit, quia
nempe Cardinalis præfatus Familiæ de Pamphiliis
aggregatus, & in locum Nepotis electus, muneri-
bufque fimilibus Papæ Nepotibus affignari con-
fuetis decoratus, & ob id quamplurimis Sacerdo-
tiis, & Penfionibus ditatus, Pontificis expectatio-
ni non correfponderat, fpemque de illo conceptam
in dies femper magis eluferat, dictifque muneri-
bus minus dignus, & habilis conceptus fuerat;
quæ fane caufa vera præfumenda erat, dum age-
batur de facto, quod Papæ magis, quam alteri
innotefcere poterat. Potiffimum quia præter hanc
caufam Pontifex in *Brevi* proteftatus fuerat, quod
ad Privationem deveniebat ex aliis caufis animum
fuum moventibus, quas veras, & fufficientes affe-
ruit in verbo *Romani Pontificis*; unde facrilegii
inftar erat affertionis hujufmodi veritatem in du-
bium revocare.

REGULA XIX.

De Viginti.

ITem voluit, quod si quis infirmitate constitutus resignaverit, sive in Romana Curia, sive extra illam, aliquod Beneficium sive simpliciter, sive ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius Commendæ cesserit, seu ipsius Beneficii unionis dissolutioni consenserit etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signatæ, & postea infra viginti dies a die per ipsum Resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum Beneficium quavis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsumque Beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

ARGUMENTUM.

REcensentur variæ Doctorum sententiæ circa Auctorem Regulæ, quæ est una ex receptis in Gallia, jure communi uniformis, & favorabilis reputatur. Enumerantur Personæ, quæ dispositioni Regulæ ceteroquin loquentis de morte tantummodo naturali, non civili resignantis infra viginti dies, subjacent, necnon Beneficia, quæ Regula præfata comprehendit, vel respective excludit, & an afficiat Translationes Pensionum, si transferentes infra viginti dies decedant? Comprehendit Regula nedum Resignationes Beneficiorum ad alterius favorem, quæ coram Pontifice explentur, verum etiam Renunciationes, quæ fiunt extra Curiam coram Legato, seu Ordinario, licet aliter in Gallia servetur. Probatio vero, quod resignans decesserit infra viginti dies, qui debent esse naturales viginti quatuor horarum pro quolibet, & numerari a die præstiti consensus, ad eum spectat, qui ope Regulæ Resignationem infringere intendit. Non computatur tamen in termino viginti dierum, dies ipsa præstiti consensus: & an Dies qua resignans moritur debeat esse completa? Sequuta resignatione Beneficii extra Curiam, remanet illud dispositioni Sedis Apostolicæ reservatum, si obitus resignantis intra viginti dies contingat in Mense ordinario; at vero Resignatione coram Pontifice expleta, & obitu Resignantis sequuto in Mense Ordinarii, Beneficium spectare ad ipsius Ordinarii collationem, explosis contrariis rationibus, plene demonstratur. Regulæ raro in Resignationibus, quæ fiunt de Beneficiis intra Montes, sæpissime, & quasi de stylo in illis extra Montes derogatur; nec de hujusmodi derogatione, quam Legati etiam a Latere sufficienti facultate muniti indulgere possunt, juste conqueri possunt Ordinarii. Et licet in Gallia contendatur, eam non officere Cardinalibus Indultariis ob Compactum in Conclavi initum inter Paulum IV. & Cardinales, nihilominus id non subsistere ostenditur. Admittitur tamen in Gallia derogatio Regulæ in præjudicium Collatorum habentium Indultum Extraordinariorum, nec non Graduatorum, secus in præjudicium Indultorum Regis, & Parlamenti Parisiensis. Agitur de publicatione Litterarum Apostolicarum super Resignatione, seu Permutatione Beneficiorum ad tramires Constitutionis san. mem. Gregorii XIII. Et examinatur quæ Beneficia Constitutio præfata comprehendat: Quibus in locis, & quomodo facienda est Publicatio: Intra quod tempus expleri debeat: Quis teneatur probare Publicationem fuisse sequutam, vel non: Et demum quibus pœnis subjaceant qui Publicationem omittunt, aut ad formam Gregorianæ Constitutionis non peragant.

SUMMA-

SUMMARIUM.

1 Resignatio sive simplex, sive ad favorem, sive ex causa permutationis expleta, nulla est, si resignans intra viginti dies computandos a die præstiti consensus, decedat.

2 Rejiciuntur qui existimant Regulæ Auctorem fuisse aut Innocentium VIII. aut Sixtum V. & n. 3. 4. & 8.

5 Receptior sententia est, Regulam agnoscere in Auctorem Bonifacium VIII.

6 Revocatur hæc opinio in dubium, quia Resignationes ad favorem, quas præcipue Regula respicit, tempore Bonifacii non adhuc invaluerant.

7 Bonifacius VIII. fuit Auctor partis, sed non integræ Regulæ.

8 Regula est de antiquis Regulis Curiæ, eamque Pontifices plures immutarunt, aliquid addendo, vel delendo. & n. 9.

10 Hinc orta est Doctorum dissentio circa illius interpretationem.

11 Regula est una de receptis in Gallia, registrata in Parlamento, & Lex Regni effecta. & numer. 147.

12 Et servatur etiam in Resignatione Beneficiorum, quæ sunt de Jurepatronatus Regio collativo.

13 Refertur Ædictum Francisci I. Galliarum Regis, ne fraus huic Regulæ fieret.

15 Juxta praxim, quæ viget in Gallia, si quis in infirmitate constitutus Beneficium sive simpliciter, sive ad favorem resignet, & postea convalescat, regressum ad Beneficium resignatum habet, nedum contra suum Resignatarium, sed etiam contra illius successorem. & n. 16. & 17.
Sed Praxis hæc est contra Jus. n. 14.

17 Exponuntur rationes, ob quas edita fuit Regula. & n. 18. & 154.

19 Regula est favorabilis, non odiosa.

20 Et uniformis dispositioni Juris communis.

22 Lex adaptatur iis, quæ frequentius accidunt.

23 Et generaliter edita ad obviandum fraudibus, adhuc comprehendit casum particularem, quamvis illius respectu cesset suspicio fraudis.

24 Fœminæ omnes, etiam pudicæ, a postulando repelluntur, licet lex eas excluserit ob Calphurniæ impudicitiam.

25 Regula comprehendit etiam S. R. E. Cardinales Beneficia resignantes, & infra viginti dies decedentes.

26 Cardinales subjacent quibuscumque dispositionibus bonum publicum, vel Animarum salutem respicientibus.

27 Afficit itidem Regula Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos.

28 Necnon Officiales Romanæ Curiæ, & Familiares Papæ, & Cardinalium.

29 Sed decedente Familiari Cardinalis infra viginti dies, Beneficii resignati provisio expletur a Papa de consensu Cardinalis Patroni.

30 Subjacent censuræ Regulæ etiam Resignationes expletæ a Personis exemtis.

31 Necnon Dignitates, quæ a Fœminis obtinentur in titulum, vel in administrationem. & n. 61.

32 Verbum, Si quis, comprehendit tam masculinum, quam fœmininum.

33 Regula locum habet, tametsi Resignans tempore præstiti consensus sanus fuerit.

34 Idque primo declaravit Clemens VII. in odium Cardinalis de Vich.

35 Et postea Julius III. eamdem declarationem Regulæ inseruit.

36 Contrarium, quod censura Regulæ non procedat, si Resignans infirmitate non fuerit detentus.

37 Sed a priori sententia non recedendum.

38 Censuræ Regulæ subjacent Dignitates.

39 Beneficia sive Regularia, sive Sæcularia.

40 Beneficia Patrimonialia, seu quæ certo generi Personarum sunt debita.

41 Oratoria, Cappellæ, & Cappellaniæ, quæ in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici conferuntur.

42 Hospitalia, Præceptoriæ, quæ in parem titulum conferri soleant. & n. 61.

43 Beneficia litigiosa, & electiva.

44 Beneficia Consistorialia, si a Papa extra Consistorium provideri soleant, secus si in Consistorio.

45 Subjacent pariter dispositioni Regulæ Commendæ, dummodo sint perpetuæ, non temporales.

46 Necnon Beneficia unita.

47 Verba illa — seu ipsius Beneficii dissolutioni consenserint — Regulæ addita fuerunt a Paulo III.

48 Beneficia de Jurepatronatus comprehenduntur sub dispositione Regulæ.
Maxime si sint de Jurepatronatus Ecclesiastico. n. 50.

49 Contrarium quod Beneficia de Jurepatronatus laicali sint exempta a censura Regulæ.

51 Sed prior sententia verior est, & redduntur rationes.

52 Patronus conscius Infirmitatis Resignantis, si resignationi, seu permutationi Beneficii de suo Jurepatronatus consensum præstet, an Resignante ipso, infra viginti dies decedente, possit alium, quam Resignatarium præsentare?

53 Consensus a Patrono resignationi Beneficii de suo Jurepatronatus præstitus, vim præsentationis habet.

54 Regula non procedit in Resignationibus Officiorum vacabilium Romanæ Curiæ.

55 Et an resignatio eorumdem Officiorum sit irrita, saltem de jure communi, si paucos post dies sequatur obitus Resignantis? & n. 58.

56 Exponitur Praxis Datariæ circa diligentias, quas adhiberi mandat antequam Officiorum resignationem admittat, sive Officialis sit præsens, sive absens a Curia. & n. 57.

59 Regula non comprehendit translationem Pensionis, quæ valida est, quamvis transferens infra viginti dies moriatur.
Æquum tamen esset, quod censuræ Regulæ subjaceret etiam translatio Pensionis, quæ non est nisi servitutis prorogatio. ibidem.

60 Amplia etiamsi Indultum obtentum fuerit in statu periculosæ infirmitatis, & tunc temporis expleta fuerit translatio.

61 Indultum transferendi non est subreptitium ob reticitam Pontifici gravem Indultarii infirmitatem.

62 Dispositioni Regulæ non subjacent Præbendæ, quas obtinent Canonissæ in Germania, & Flandria.

63 Præbendæ, quas obtinent præfatæ Canonissæ, non sunt Beneficia Ecclesiastica, sed Præstationes mere temporales in commercio existentes, quæ absque simoniæ vitio alienari possunt.

Solet tamen super dictis Præbendis Dataria aliquando rescribere. ibidem.
64 Quemadmodum & admittere Resignationes Officiorum sæcularium, & Hospitalium Laicorum, a Laicis favore aliorum Laicorum expletas. & n. 65.
66 Regula afficit quamcumque Beneficii resignationem, sive consensus per ipsummet Resignantem, sive per Procuratorem præstitus fuerit.
67 Quemadmodum comprehendit Renunciationem expletam cum reservatione fructuum, aut eorum medietatis, sive certæ Pensionis.
68 Cessat tamen Regulæ dispositio, si resignans cum Pensione decedat post viginti dies a die præstiti sui consensus, sed ante viginti dies a præstito consensu per Resignatarium super acceptatione Pensionis.
69 Regula comprehendit Beneficiorum renunciationes, quæ extra Romanam Curiam explentur in manibus Legati, seu Ordinariorum.
70 Verba - sive in Romana Curia, sive extra -- primus Regulæ adjecit Alexander VII.
71 Et Paulus III. addidit illa -- Quavis auctoritate conferatur. --
72 In Gallia solum censuræ Regulæ subjacent Resignationes, quæ fiunt coram Pontifice, vel Legato, secus quæ in manibus Ordinariorum explentur. & n. 73.
74 Licet econtra Permutationes Beneficiorum, quæ coram Galliæ Ordinariis fiunt, sub Regula comprehendantur.
75 Regula locum sibi vindicat etiam in Permutationibus Beneficiorum.
76 Sive Beneficia hinc inde permutata sint æqualis, sive inæqualis redditus.
77 Permutans Beneficium cum Infirmo, qui postea infra viginti dies decedat, non potest ad suum Beneficium redire, & utroque privatus remanet.
78 Sed opinio hæc dura est.
79 Regula locum sibi non vindicat, si Resignans intra viginti dies moriatur civiliter, & non naturaliter.
80 Lex aut Statutum loquens de morte, intelligitur de morte naturali, non autem Civili.
81 Onus probandi, quod Resignans obierit intra viginti dies spectat ad eum, qui resignationem vigore Regulæ irritare contendit.
82 Et probatio debet esse plena, & concludens.
83 Amplia etiamsi Resignans peste correptus, solus Domi inclusus fuerit, & deinde incerto die obierit, nam adhuc probatio, quod infra viginti dies decesserit, spectat ad eum, qui Regulæ innititur.
84 Terminus viginti dierum computari debet a die per ipsum Resignantem præstandi consensus, ut Regula præscribit.
85 Verba præfata Regulæ primus adjecit Julius II.
86 In Gallia viginti dies numerantur, non a die præstiti per Resignantem consensus, sed a die admissæ per Collatorem resignationis.
87 Dies præstiti consensus non numeratur in termino viginti dierum, sed iste incipit a die sequenti.
88 Redditur ratio, quia dies termini non computatur in termino
89 Præcipue quando dies termini præfigitur per præpositionem A. quæ de sui natura excludit terminum.
90 Contrarium quod dies præstiti consensus in termino viginti dierum computetur.
91 Dies termini computatur in termino, quando ejus interest cui terminus præfigitur.
92 Resignanti utilius est, quod dies, qua præstat consensum, in termino viginti dierum computetur, quam ab illo excludatur.
93 Dies, qua Resignans moritur, debet esse completa, unde si decedat in ipsa die vigesima a præstito consensu, censetur mori intra viginti dies ad mentem Regulæ.
94 Dies cœpta in favorabilibus habetur pro completa.
95 Intellige quando tempus est designatum per annos, secus si per dies. & n. 96.
97 In termino plurium annorum ultimus annus inceptus non habetur pro completo.
98 Dies ad effectum Regulæ debet esse naturalis viginti quatuor horarum, non autem artificialis horarum duodecim.
99 Si quis bis resignaverit Beneficium, & in utraque resignatione consensum præstiterit, tempus viginti dierum incipit a die consensus præstiti primæ Resignationi.
100 Decedente Resignante infra viginti dies, Regula non solum irritat collationem, sed etiam Resignationem, quæ illam præcedit. & numer. 118. & 128.
101 Reprobatur Romanus existimans per Regulam annullari solam collationem. & n. 102. 104. 106. & 126.
103 In actibus correspectivis uno sublato, censetur sublatus & alter.
105 Annullata per Regulam collatione, & resignatione Beneficii ob Resignantis obitum intra viginti dies, Beneficium ipsum vacat per obitum vere, & non ficte. & n. 127.
Etiamsi Resignatarius Beneficii possessionem adeptus fuerit, Litterasque Resignationis publicaverit. n. 107.
108 Sequuta resignatione Beneficii extra Curiam, remanet illud Sedi Apostolicæ reservatum, si resignans infra viginti dies decedat in Mense Apostolico.
109 Secus si in Mense Ordinarii, nam tunc ad illius collationem spectat.
110 Et potest tali casu Ordinarius de Beneficio disponere alterius favore, non obstante collatione alteri prius facta.
Redditur ratio, quia quod nullum est, nullum producit effectum. n. 111. & n. 140.
112 Reprobatur Pileus contrarium existimans.
113 Æquitas tamen suggerit, ut Ordinarius de Beneficio disponat illius favore, cui prius collatum erat.
114 Et hanc æquitatem servat Dataria, quando Beneficium ad Pontificis dispositionem spectat.
115 Resignatione Beneficii coram Pontifice expleta, si resignans infra viginti dies moriatur in Mense Ordinarii, an collatio ad illum pertineat? Proponitur sententia affirmativa, & plures redduntur rationes. n. 16. & seqq. & n. 141. & seq.
116 Appositio Manus Papæ super Beneficio ex causa resignationis, non inducit affectionem, nisi Resignatio suum sortiatur effectum. & n. 139.
117 Princeps dum fingit in his quæ juris sunt, efficit, ut id quod fingitur, sit verum.
119 Resignans non aliter censetur velle a se jus, quod super Beneficio habet, abdicare, quam si illud perfecte acquiratur Resignatario, & numer. 138.
120 Et Pontifex non aliter Resignationem admittit, quam sub conditione, si Resignans per viginti

viginti dies post præstitum consensum vivat. & n. 131.

121 Regula XIX. nullam reservationem inducit.

122 De stylo Datariæ in Litteris Resignationum post clausulam -- sive præmisso, sive quovis alio modo &c. apponitur restrictiva: non tamen per obitum vacet.

123 Posterior hæc clausula restrictiva operatur, ne Resignatarius vigore prioris clausulæ generalis possit Beneficium consequi, decedente resignante infra viginti dies.

124 In quæstione, de qua supra n. 115. proponitur sententia negativa, quod nempe decedente Resignante infra viginti dies, & in Mense Ordinarii, Beneficium adhuc Apostolicæ Sedi reservatum remaneat.

125 Referuntur rationes, quæ dictæ sententiæ favent, illisque respondetur. & n. 126. & pluribus seqq.

133 Reprobatur Lotterius existimans Beneficium resignatum, decedente Resignante infra viginti dies, reservatum esse reservatione clausa in corpore juris. & n. 134.

135 Duæ fictiones circa idem in jure nostro non admittuntur.

137 Beneficium resignatum ob non factam publicationem vacans, remanet Apostolicæ Sedi reservatum.

145 Decedente Papa intra viginti dies, una cum ipso resignante, Resignatio tunc evanescit, si consensus præstitus fuerit vivente Papa, secus si post illius obitum.

146 Sed in Gallia sive consensus vivo Pontifice, sive eo mortuo præstetur. semper locus est dispositioni Regulæ, decedente Resignante infra viginti dies.

148 Regulæ dispositioni potest, & solet Papa derogare, sed raro intra Montes.

Referuntur nonnulla exempla hujusmodi derogationis. n. 149.

150 Derogatio tamen fere semper, & quasi de stylo indulgetur in Resignationibus, quæ de Beneficiis ultra Montes explentur.

151 Sed fieri debet expresse, nec subintelligitur per clausulas generales.

152 Olim, præsertim tempore Pauli II. derogatio præfata rarissime indulgebatur, sed sub Leone X. rigor hujusmodi relaxari cœpit.

153 Derogatio Regulæ suum operatur effectum, quamvis Resignans in gravi infirmitate sit constitutus.

154 Expeditis Litteris Resignationis, seu permutationis absque derogatione Regulæ, si supervenerit notitia obitus Resignantis, seu permutantis intra viginti dies, an possint novæ Litteræ derogationis expediri vigore primæ supplicationis super Gratia resignationis signatæ? & n. 155.

156 Referuntur rationes, ob quas conqueri non possunt Ordinarii etiam Germaniæ, si Papa Regulæ dispositioni deroget. & n. 157.

158 Si Papa Regulam non ederet, quod a suo pendet arbitrio, Resignationes etiam in Germania suum sortirentur effectum, esto Resignantes infra viginti dies decederent.

159 Legati a Latere possunt dispositioni Regulæ derogare.

160 Intellige, si hujusmodi potestas specialiter eis indulta fuerit, aut facultatem habeant derogandi Regulis Cancellariæ, seu æquali gaudeant potestate tributa eorum Antecessoribus, qui ea potiti fuerint derogandi Regulæ.

161 Derogatio Regulæ fere semper indulgetur in resignationibus Beneficiorum Galliæ.

162 Sed in Gallia hujusmodi derogatio non admittitur in præjudicium Cardinalium Indultum conferendi habentium. & n. 164.

Admittitur tamen in præjudicium Collatorum habentium Indultum extraordinarium. numer. 167.

163 Paulus IV. in Compacto inito cum Cardinalibus in Conclavi, promisit -- Regulæ de infirmis Resignantibus tam citra, quam ultra Montes in præjudicium Cardinalium -- non derogare.

167 Hujusmodi Compactum fuit Personale, immo nec ipsum Paulum IV. aptum erat obstringere.

168 Derogatio Regulæ in Gallia admittitur in præjudicium Graduatorum.

169 Et sive derogatio fiat a Papa, sive a Legato sufficienti facultate munito.

170 Sed non admittitur in præjudicium Indultorum Regis, & Parlamenti Parisiensis.

171 Regula de Publicandis Resignationibus originem trahere videtur a Regula de Viginti, seu Infirmis Resignantibus.

172 Agnoscit in Auctorem Sixtum IV. & inter Regulas Cancellariæ usque ad tempus Gregorii XIII. inserta fuit.

173 Exscribitur tenor ejusdem Regulæ de Publicandis.

174 Regula præfata est una ex receptis in Gallia, & lex Regni effecta.

175 De Constitutionibus Sancti Pii V. & Gregorii XIII. super modo, & forma publicandi Beneficiorum Resignationes.

176 Beneficiorum omnium Resignationes Publicationi, vigore Gregorianæ Constitutionis, subjacent.

177 Quemadmodum & illorum Permutationes.

178 Publicatio facienda est, quamvis Beneficia resignata, seu permutata sint litigiosa.

179 Et sufficit quod peragatur ab uno ex Compermutantibus, aut a Resignante solum, vel Resignatario.

180 De Personis, quæ Litteras super Beneficiorum Resignatione, aut Permutatione publicare tenentur.

181 Qui Beneficium a Papa impetravit uti devolutum ob illius cessionem, aut permutationem nulliter factam in manibus inferioris Collatoris, impetrationis Gratiam publicare tenetur.

182 Idem, si Beneficium impetratum fuerit ob non expletam ab inferiori collationem intra tempus a Gregoriana Constitutione præfixum.

183 Publicandæ sunt itidem Litteræ super Gratia restitutionis in integrum, quam obtinuit, qui Publicationem congruo tempore non peregit.

184 Quemadmodum & Litteræ Impetrationis factæ ob non sequutam dicto tempore Publicationem.

185 Amplia etiamsi in possessione Beneficii reperiatur. & n. 187.

186 Eximitur tamen ab onere publicandi Beneficii Possessor, qui cessionem, seu resignationem sui Juris a Collitigante obtinuit.

188 Qui Gratiam, Si Neutri, obtinuit, etsi possessor, ejusdem Gratiæ, Litteras publicare tenetur.

189 Ex pluribus impetrantibus ex capite omissæ Publicationis, ille in assequutione Beneficii

impetrati præfertur, qui prius suas Litteras publicavit, etsi alter Gratiam anteriorem in Data obtinuerit, & Beneficii possessionem prius fuerit adeptus.

190 *Si tamen concurrant impetrans Beneficium ob non peractam publicationem, & Resignatarius ipse, qui Gratiam restitutionis postea obtinuerat, præventiva istius Gratia publicatio non officit juribus Impetrantis.*

Redditur discriminis ratio inter utrumque casum. n. 192.

191 *Constitutio Gregoriana est Juris communis correctoria, proindeque odiosa, nec ex rationis majoritate casus in ea non expressos comprehendit.*

193 *De pluribus casibus, in quibus necessaria non est Litterarum Resignationis, & Permutationis Beneficiorum Publicatio.* Remissive.

194 *Publicatio non requiritur in Cessione Beneficii libere facta in manibus Papæ.*

195 *Minusque in dimissione Beneficii coacte expleta vigore Decreti de dimittendo.*

196 *Beneficiorum Consistorialium, de quibus Pontifex in Consistorio disponit, Resignationes, & Permutationes, exemtæ sunt a Publicatione.*

197 *Illi tamen subjacent Beneficia præfata, de quibus Papa extra Consistorium disponere consuevit.*

198 *Obligati publicandi locum sibi non vindicat, quando Resignatio suum non fuit sortita effectum.*

199 *Litteræ Coadjutoriæ cum futura successione, Publicatione non indigent, licet Coadjutor illam peragere possit, si velit.*

200 *Coadjutor Episcopi cum futura successione non potest, renuente Capitulo, Coadjutoriæ Litteras publicare cum solemnitatibus illis peragi solitis, quando Episcopus Ecclesiæ possessionem adipiscitur.*

201 *Publicatio Litterarum Resignationis, aut Permutationis Beneficiorum, quibus in locis fieri debeat?*

202 *Et de forma ad illam peragendam a Constitutione Gregoriana præscripta.*

203 *Publicatio legitime expleta dicitur, si Litterarum Resignationis, aut Permutationis summa publicetur, nec opus est, quod integre earum tenor legatur.*

204 *Quemadmodum necesse non est, quod fiat diebus festis de præcepto, & inter Missarum solemnia, sed sufficit, quod peragatur diebus etiam ferialibus, & in Vesperis, si adsit Populi frequentia.*

205 *Sed tutius erit, quod fiat de mane, dum canitur Missa.*

206 *Litteræ Resignationis, seu Permutationis Beneficiorum expletæ in manibus Pontificis, publicari debent intra sex menses in Italia, & intra novem extra Italiam.*

Et tempus præfatum currere incipit a Data concessionis Gratiæ, non a die præstiti per Resignatarium, seu Permutantes consensum. ibid.

207 *Tempus hujusmodi nedum primo, sed successivis etiam Resignatariis currit, itaut postremus intra illud Publicationem peragere debet.*

208 *Tenetur insuper Resignatarius eodem durante tempore, Beneficii possessionem adipisci, vel si impedimento aliquo fuerit detentus, instare coram Exequutore pro suarum Litterarum exequutione, & Beneficii possessione.*

209 *Beneficiorum Cessiones, & Permutationes extra Curiam expletæ, debent ab Ordinariis intra Mensem rejici, vel admitti cum effectiva eorumdem Beneficiorum collatione.*

Et postea intra tres Menses publicari. ibidem. *Sed in hac parte Gregoriana Constitutio in pluribus locis non est recepta.* n. 210.

211 *Limita si agatur de Cessione, aut Permutatione Parochialium, pro quibus conferendis gaudent Ordinarii tempore sex Mensium.*

212 *Contrarium, quod etiam Parochiales cessæ, aut permutatæ conferri debeant ab Ordinariis intra Mensem.*

Et ita pluries resolutum. n. 213. & 214.

215 *Impetrans Beneficium in manibus Ordinarii cessum, aut permutatum ob non factam intra Mensem ab eo collationem, vel non expletam intra trimestre publicationem, gaudet tempore sex, vel respective novem Mensium, ad suæ impetrationis gratiam publicandam.*

216 *Tempus ad publicandum a Gregoriana Constitutione præscriptum, non currit legitime impedito.*

217 *Qui termini prorogationem a Sede Apostolica obtinuit, sufficit, quod intra terminum prorogatum Publicationem peragat.*

218 *De stylo, quem servat Dataria in hujusmodi prorogatione, etiam pluribus vicibus, indulgenda.*

219 *Prorogatio indulgeri solet etiam circa finem termini, nec necessaria est mentio, quod instet ejusdem termini finis.*

220 *Resignatarius, qui suam fundat intentionem super Litteris Resignationis, probare debet Publicationem peregisse, & omnia a Constitutione Gregoriana præscripta adimplevisse.*

221 *Publicationem fuisse sequutam evincit illius Instrumentum a tergo Litterarum Resignationis, aut Permutationis exaratum.*

222 *In Instrumento præfato adnotari debet dies peractæ Publicationis, ut dignosci valeat, an expleta fuerit in tempore.*

223 *Si factæ Publicationis Instrumentum per actum separatum conficiatur, necesse non est, quod in eo Litterarum tenor inferatur, sed sufficit expressio sequutæ publicationis juxta formam Gregorianæ Constitutionis.*

224 *Nec quod Publicationis actus adnotetur in Libris Capitularibus.*

225 *Publicatio probari potest etiam per Testes.*

226 *Non sufficit tamen relatio Rectoris, & Bajuli, asserentium respective Litteras publicasse, earumque transumtum Ecclesiæ valvis affixisse.*

227 *Minusque dictum Notarii, Testibus præsertim destitutum, quod Publicationem peregerit.*

228 *Impetrans Beneficium ex capite non factæ publicationis, negativam hanc concludentissimis probationis evincere debet.*

229 *Maxime si Resignatarius exequutionem suarum Litterarum obtinuerit, & in Beneficii possessionem immissus fuerit.*

230 *Et longe fortius si per triennium illud postea pacifice possederit.* Et redditur ratio. n. 231.

232 *Publicationem non fuisse peractam evincit expeditio Litterarum Resignationis, vel Permutationis facta extra terminum a Gregoriana Constitutione præfixum ad publicandum.*

233 *Vel earum expeditio sequuta in fine ejusdem termini, itaut impossibile sit, quod eo adhuc durante,*

durante, pervenire valuerint ad locum, in quo publicatio facienda erat.

234 *Depositiones Rectoris, & Beneficiatorum, qui continuo interesse tenentur Ecclesia, in qua facienda est Publicatio, probant illam sequutam non fuisse.*

235 *Nisi essent infensi Resignatario, aut alteri, qui publicationem facere debet.*

236 *Vel si obstricti non essent singulis diebus Ecclesia interesse.*

237 *Publicationem peractam non fuisse probatur ex confessione illius, qui eam peragere tenetur.*

238 *Etiamsi Confessio emissa fuerit in Epistola, quæ tamen sit postea recognita per Testes notam habentes manum scribentis.*

239 *Confessio tamen debet esse clara, & importare affirmativam absolutam, unde non sufficit responsio data a Resignatario Possessoribus circa publicationem, se non recordari an illam peregerit.*

240 *Exceptio in Judicio proposita, quod Gregoriana Constitutio non sit in usu, probat Publicationem sequutam non fuisse.*

241 *Intellige si proposita fuerit ab ipso Resignatario, vel ejus Procuratore speciale mandatum habente, secus si a Procuratore hujusmodi mandato destituto.*

242 *Productio judicialis Publicationis, quæ vel extra tempus, vel minus legitime expleta appareat, evincit, Gregorianæ Constitutioni non fuisse satisfactum.* & n. 244.

243 *Redditur ratio.*

245 *Intellige dummodo productio facta sit ab ipso Resignatario, vel ejus Procuratore de speciali mandato, secus si ab Impetrante.*

246 *Gratia restitutionis in integrum adversus lapsum temporis ad publicandum præfiniti, obtenta a Resignatario, argumentum præsefert non sequuta debito tempore Publicationis.*
Nisi obtenta fuerit ad cautelam. numer. 247.

248 *Contrarium; quia Gratia præfata non excludit, quod Publicatio peragi valuerit a Resignante.*

249 *Prima sententia rite procedit, si Resignans decesserit ante expeditionem Litterarum, vel prius illæ ad locum publicationis pervenire valuerint.*

250 *Beneficium impetrans ob non adeptam a Resignatario possessionem in tempore a Constitutione Gregoriana præfixo, concludenter id probare tenetur.*

251 *Et si Resignatarius intra tempus præfatum Litteras Executori præsentavit, obstringitur impetrans ulterius probare, quod nullum intercesserit impedimentum, ob quod Resignatarius possessionem adipisci non valuerit.*

252 *Publicatione non sequuta, Beneficium vacat ipso jure, non per Resignationem, sed ob non factam Publicationem.*

253 *Et vacat in Curia, specialiter ob id Apostolica Sedi reservatum.*

254 *Nec conferri potest a Cardinali Indultario, cum illius Indultum sit restrictum ad Beneficia vacantia extra Curiam.*

255 *Parochialem tamen ob non factam publicationem vacantem, & de ea per Pontificem, dum viveret, non disposito, potest Ordinarius Sede Apostolica vacante conferre vigore* Cap. Si. Apostolica de Præb. in 6.

256 *Obligatus ad publicandum, si publicationem peragere omittat, incapax efficitur ad Beneficium resignatum, seu cessum, quandocumque obtinendum.*

257 *Non prohibetur tamen illud impetrare ob non factam publicationem Resignationis alterius favore expleta.*

258 *Resignatario, qui Publicationem emisit, pro evitandis Pœnis a Constitut. Gregoriana sancitis, non suffragantur Regulæ de Annali, & Triennali.*

259 *Sed an eum juvet Possessio decennalis?*

260 *Pœnæ a prædicta Constitutione præscriptæ, locum non habent, si Papa eidem derogaverit. Et refertur exemplum sanctis derogationis.* ibidem.

261 *In Gallia tamen derogatio Regulæ de Publicandis, quæ solum mihi recepta est, non admittitur.*

262 *Decedente Resignatario intra tempus præscriptum ad publicandam, Beneficium non vacat ob non factam publicationem, sed per obitum. Et redditur ratio.* ibidem.

263 *Qui legitimo impedimento detentus præscripta a Constitutione Gregoriana, non adimplevit, pœnas in ea contentas non incurrit.* & numer. 265.
Redditur ratio, quia legitime impedito non currit tempus, a Lege ad aliquid peragendum præscriptum. n. 264.

266 *Limita si impedimentum supervenerit in fine termini præscripti ad publicandum, & possessionem Beneficii adipiscendam.*

267 *Quæ sint impedimenta apta excusare Resignatarium ab implemento præscriptorum in Constitutione Gregoriana.* Remissive.

268 *Publicatio Litterarum Resignationis, & Beneficii possessio, adepta in termino præfixo in Gratia Restitutionis ad publicandum, a Resignatario obtenta, perinde habetur, ac si in primo termino factæ fuissent.*

269 *Restitutio adversus lapsum temporis ad publicandum, non aliter indulgetur, quam cum clausula:* Dummodo tempore illius Datæ, non sit alteri jus quæsitum.

270 *Et clausula hujusmodi etiam non adjecta, de jure subintelligitur.*

271 *Præservat solum Clausula præfata jus tertio quæsitum ex impetratione Beneficii antea facta ob omissam publicationem, aut ex eo quod nullitas Resignationis, seu Permutationis ex dicto capite in judicium deducta reperiatur.*

272 *Nil vero operatur, quando nullitas Resignationis ob non factam publicationem allegatur a tertio ad aliquem alium particularem effectum.*

273 *Clausula præfata* -- Dummodo tempore Datæ &c. -- *præservat jus certum, fixum, & radicatum, non incertum, & eventuale.*

274 *Hinc non præservat Jus quæsitum impetranti ex capite non factæ publicationis, si illius Litteræ fuerint expeditæ in forma* Dignum.
Redditur ratio, quia Gratia in forma Dignum *ante illius verificationem non tribuit, nisi jus incertum, & eventuale.* n. 275.

276 *Contrarium, quod Jus impetranti quæsitum per Gratiam, etsi in forma* Dignum *indultam, censeatur per clausulam præfatam præservatum.*

277 *Gratia in forma* Dignum *est pura, & perfecta quoad substantiam ab ipsa die Data, & solum conditionalis quoad exequutionem.*

278 *Et tribuit* Jus ad rem, *quod præservatum semper*

semper censetur per clausulam -- Dummodo tempore Datæ præsentium &c. & n. 279.

280 *Gratia Restitutionis ob lapsum temporis ad publicandum præscripti, publicari potest etiam post obitum Resignantis.*

281 *Et an mentio obitus præfati necessaria sit in ejusdem Gratiæ impetratione?* & n. 283.

282 *Gratia prorogationis temporis ad publicandum nondum elapsi, subreptitia non est ob reticitam Pontifici mortem Resignantis. Et redditur ratio.*

284 *In Gratia restitutionis ad publicandum, tunc necessaria est mentio litis, si tempore illius Data sit in Actis specifice appositum de non publicatione, secus, si de illa oppositum non fuit.*

1 DIsponitur in hac Regula, quod Resignatio,
sive simplex, sive ad favorem, sive ex causa permutationis facta, nulla sit, si resignans decedat intra viginti dies a die præstiti consensus computandos, & nihilominus Beneficium per obitum vacare censeatur.

In designando hujus Regulæ Auctorem, contentio est inter DD. Fuisse enim primo editam
2 ab *Innocentio VIII.* tradunt *Zypeus in Comment. Analyt. Juris Pontif. lib.* 1. *tit. de Renunciat. n.* 3. *Cabasut in Prax. Jur. Canon. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 4. *Pirhing. in Jus Can. lib.* 1. *tit.* 9. *de Renunciat.* §. 2 *n.* 30. *Blondeau in Addit. ad Bouchel. Bibliothec. Can. pag* 730. §. *Avant la Regle.* Ad *Sixtum IV.*
3 eam referunt *Pastor. de Benefic. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 1. *Tierry eodem tract. sect.* 26. *pag. mihi* 271. Et de ea meminit Cardinalis *Papiensis* qui vixit temporibus laudati Pontificis *Epistol.* 399. his verbis -- *Lege Cancellariæ cavetur, ne Resignata intra viginti dies ante obitum cedentis pro resignatis putentur, sed solo obitu vacent.* Sed utraque opinio non subsistit, legitur enim Regula inter illas editas *a*
4 *Joanne XXIII.* Bononiæ *die* 19. *Julii* 1410. necnon inter publicatas in Concilio Constantiæ anno 1417 *a Martino V.* qui sane Pontifices longe ante *Innocentium VIII.* & *Sixtum IV.* Petri Cathedram ascenderunt.

Receptior fert sententia, Regulam emanasse sub
5 *Bonifacio VIII.* ut existimant *Gomes ad hanc Regul. in Præfation. Peleus in Comment. Analyt. ad eandem in princip. Barbos. de Jur. Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 128. *Murg. de Benef. quæstion.* 3. *n.* 1049. *Paris. de Resignat. lib.* 12. *in præfat. n.* 2. *Castropal. Oper. Moral. part.* 2. *tract.* 13. *disput.* 6. *punct.* 2. § 3. *n.* 3. *Scopp. ad Cod. Fabrian. lib* 1. *tit.* 2. *explanat.* 14. *n.* 2. *Leuren. in For. Beneficial. tom.* 3. *quæst.* 333. *n.* 1. Verum nec desunt, qui existimant, alium Pontificem, quam *Bonifacium*,
6 quærendum esse in illius Auctorem, ea ratione, quia Resignationes in favorem, ad quas præcipue Regula respicit, non innotuerunt, nisi post tempora *Bonifacii*, earumque usus invalescere cœpit mortuo *Gregorio XI.* anno 1378. tempore Schismatis Avenionensis, ut infra dicemus in *Regul. XLV.* proindeque tuto asseri nequeat, Regulam a *Bonifacio* editam fuisse, ut post *Castell. de Usu, & Prax. Cur. Roman.* observat *Van Espen. in Jus Eccles. univers. part.* 2. *tit.* 27. *cap.* 5. *n.* 2.

Et demum alii autumant, quod Regula aderat etiam ante tempus *Bonifacii VIII.* sed in ea nul-
7 la mentio legebatur *de Infirmitate*, unde tunc *de Viginti diebus*, non autem de *Infirmis Resignantibus* denominabatur, quodque *Bonifacius* solum Regulæ addidit *Infirmitatis* verba, & post hanc additionem cœpit promiscue de *Viginti diebus*, seu *Infirmis Resignantibus* nuncupari. Sic post *Loüet ad hanc Regul. litt. B. cap.* 5. *Solier. ad Pastor. de Benefic. lib.* 3. *tit.* 7. *sub litt. A. circa fin. Tondut. resolut. Benef. part.* 3. *cap.* 169. *in princip.*

Sed quidquid sit de vero Auctore Regulæ, certo constat, eam esse de antiquis Regulis Curiæ,
quippe, ut diximus, reperitur inter editas a *Joan-* 8
ne XXIII. & *Martino V.* eamque Successores
Pontifices, aut aliquid addendo, aut minuendo, 9
innovarunt, ut fecerunt *Nicolaus V. Innocentius VIII. Adrianus VI. Clemens VII. Julius II. Paulus III. & Julius III.* per ea, quæ tradunt *Gomes. ad hanc Regul. in præfat. Kochier. ibidem n.* 9. *Paris. de Resignat. lib.* 12. *in princip. Peleus in Comment. ad hanc Regul. cap.* 31. *in princip. Tondut. resolut. Benefic. part.* 3. *cap.* 169. *in princip. Van Espen. loco cit. numer.* 4. Et postremo *Alexander VII.* nonnulla verba eidem Regulæ addidit, ut infra dicemus. Atque hinc evenit, quod ex tot additionibus per diversos Pontifices Regulæ factis, magna inter illius Interpretes reperitur opinionum
diversitas, & confusio, nam antiquiores Regu- 10
lam cum antiquis verbis, recentiores vero cum novis additionibus, & restrictionibus interpretati sunt, ut recte advertit *Van Espen loco cit. numer.* 4.

Est hæc Regula una ex illis, quæ vigent in Re-
gno Galliæ. Fuit enim in Parlamento registrata 11
anno 1493. & pro lege Regni recepta, *Peleus in Comm. ad hanc Regul. cap.* 31. *pag.* 63. §. *Registrum,*
& *pag.* 72. §. *Regula*, ait, ejusdem Regulæ dispo- 12
sitionem servari etiam in Resignatione Beneficiorum, quæ sunt de Jurepatr. Regio collativo ex Regio Ædicto emanato *die* 16. *Novembris anno* 1592. publicatio in Magno Consilio Regis *die* 5. *sequentis Novembris*, quod idem confirmat *pag.* 76. *a tergo* §. *in Gallia, Van Espen. in Jus Eccles. univers. tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 27. *cap.* 5. *n.* 3. *Cabasut. in prax. Jur. Can. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 2. *Bouchel. Biblioth. Can. Verb. la Regle de Infirmis pag. mihi* 737. §. *En quatrieme lieu, & ibidem Blondeau in addit. pag.* 739. §. *Tum hac Regula, & §. On a demandé. Paris. de Resignat. lib.* 13. *in Præfat.* Et ne fraus eidem Regulæ fieret, ac certa notitia diei
obitus Resignantis haberi posset, *Franciscus I.* 13
Gallorum Rex Ædicto anni 1539. mandavit, Ecclesiarum Registro conscribi diem Sepulturæ Beneficiarii defuncti ipsius Parochi manu, aut alterius, qui tunc existeret illius Ecclesiæ Superior, istorumque subscriptioni adjungi etiam publici Notarii subscriptionem, quodque Domestici defuncti Beneficiarii, sub pœna corporali sincere dictæ Ecclesiæ notificare debeant prædicti obitus diem, de quo Ædicto *Cabasut. dicto cap.* 19. *n.* 3.

Praxis tamen specialissima viget in Gallia, quam æquitati innixam ajunt illius Regionis Pragmatici, sed revera contra jus scriptum in *Cap. Ex transf-* 14
missa, Cap. Super hoc, & Cap. In præsenti de Renunc. ut si quis in infirmitate constitutus, & in ex-
tremis positus, Beneficium suum resignaverit, sive 15
simpliciter, sive ad favorem, sanitati postea restitutus, ad Resignatum Beneficium regredi possit, perinde acsi numquam resignasset, reducendo causam ad non causam, ad instar donationis causa mortis, *leg.* 2. *ff. de Donat. Caus. mort.* ibi -- *Mortis periculo conterritus* --, & *leg.* 3. *eodem tit.* Ita suo
Ædicto declarasse *Ludovicum XIII.* anno 1638. 16
art. 20. & pluries supremorum Galliæ Tribunalium *Arrestis* definitum, testantur *Cabasut. in Prax. Jur. Canon. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 6. *Tondut. de Pension. cap.* 46. *n.* 8. *Pastor. de Benefic. lib.* 3. *tit.* 9. *numer.* 2. & ibi *Solier. litt. D.* Nec tantum datur ei
contra suum Resignatarium regressus, sed etiam 17

contra

contra illius successorem, ut in Curia *Tolosana* de-
cisum referunt *DD. mox laudati.*
Propter duas rationes emanavit Regula. Pri-
18 ma, ne Ordinarii fraudentur jure suo. Et secun-
da, ne de Beneficiis Ecclesiasticis, instante Vitæ
periodo, disponatur eodem modo, quo fit de Bo-
nis patrimonialibus, *Gomes. Sut. & Quesad. ad hanc
Regul. Peleus ibid. cap. 31. pag. 62. a terg. §. Re-
gula, & seq. Rebuff. in Prax. ad eandem Regul.
Gloss. 1. n. 2. Paris. de Resignat. lib. 12. quæst. 1.
per tot. Card. de Luc. de Benef. disc. 35. n. 10. Ros.
de Executor. cap. 14. n. 40. Scopp. ad Codic. Fa-
brian. libr. 1. tit. 2. explanat. 14. n. 1. & 2. Leu-
ren. in For. Benefic. tom. 3. Quæst. 333. numer. 2.
Pirbing. in Jus Canon. tit. 9. de Renunciat. §. 2.
n. 30. in fine, Spad. cons. 167. sub n. 1. lib. 1. Gre-
gor. Tholos. Syntagm. Jur. par. 2. lib. 17. cap. 18.
sub num. 7. Zyp. respons. Canon. libr. 3. respons. 5.
numer. 10. & seqq. Azor. Instit. moral. par. 2. lib.
7. cap. 28. quæst. 1. Murg. de Benef. quæst. 3. num.*
1049. *Engel. in Jus Canon. libr. 3. de Præbend. tit.
5. numer. 29. Bouchel. Biblioth. Canon. verb. la
Regle de Infirmis Resign. §. Cette Regle, & Blon-
deau ibidem in addit. pag. 738. §. La Regle, &
§. seq. Rot. decis. 355. numer. 10. coram Emerix
Junior.*
Atque hinc Regula dicitur favorabilis, & non
19 odiosa; tendit enim ad occurrendum fraudibus,
& sic respicit salutem Animarum. Congruit etiam
20 juri communi, *in cap. 2. de Renunciat. in 6.* ut ad-
vertunt *Gomez ad dictam Regul. quæst. 1. vers.
Pro parte negativa, & quæst. 17. & 21. Leuren. in
For. Beneficial. quæst. 334. per tot. Pirbing. in Jus
Canon. tit. 9. de Renunciat. §. 2. n. 20. Zyp. respons.
Canon. libr. 3. respons. 5. n. 10. & seqq. Tierry de
Benef. sect. 26. pag. mihi* 273. ubi quod videtur Re-
gula depromta *ex Can. plerique 8. quæst. 1. Scopp.
ad Fabr. libr. 1. tit. 2. Explanat. 88. n. 6. Rebuff.
in Prax. ad hanc Regul. Gloss. 4. n. 9. Paris. de
Resignat. lib. 12. quæst. 2. per tot. Azor. Instit. mo-
ral. dict. cap. 28. quæst. 1. Card. de Luca de Benef.
disc. 35. n. 10. Peleus in Comm. Analyt. ad hanc
Regul. cap. 31. pag. 63. a terg. §. Hæc Regula il
2. Rot. dec. 75. n. 37. part. 2. Divers.*
Non obstat, quod Regula, ut infra dicemus,
procedat etiam in resignatione Beneficii expleta
a sano, quo casu nulla fraus excogitari potest;
unde videtur dicendum, quod nec emanaverit ad
21 fraudes vitandas, nec sit favorabilis, ut ratiocina-
tur *Mandos. hic quæst.* 1. Etenim quando lex, cu-
22 jus natura est, adaptari ad ea, quæ frequentius ac-
cidunt, *leg. Nam ad ea, leg. Neque in fine ff. de
Legib. Alex. cons. 82. n. 4. Cravet. cons. 331. n. 4.
Bursat. cons. 18. n. 15. Paris. cons. 42. n. 9. & seq.*
23 quando, inquam, lex edocta ab experientia de
fraudibus, iisque occurrere volens, aliquid ge-
neraliter, ac indefinite statuit, tunc spectandum
non est, an in quocumque casu verificetur ea ra-
tio, quæ Legislatorem ita movit ad statuendum,
quoniam talis ratio fuit causa impulsiva, ut ita ge-
neraliter statueretur, *Cardin. de Luca de Benefic.
disc. 125. n. 3. in Supplem.* Et in simili *Spad. dict.
cons. 167. n. 3. lib. 1.* ubi adducit exemplum *leg. 1.*
24 *ff. de Postul.* cui causam dedit impudicitia *Calphur-
niæ*, ut non exinde sequatur, quod solum Fœminæ
impudicæ a postulando repellantur, sed sufficit, quod
sit Fœmina, ut ab hujusmodi munere excludatur.
Hæc Regula cum loquatur per verbum gene-
25 rale, *Si quis*, omnem Personam comprehendit.
Et ideo locum habet primo in S. R. E. Cardinali-
bus, propter eamdem rationem evitandæ fraudis,
*Gomes. hic quæst. 3. Kochier. numer. 10. Rebuff. in
Prax. ad hanc Regul. gloss. 1. n. 4. Paris. de Resigna-
tion. libr. 12. quæst. 4. num. 7. & seqq.* ubi ita in
Rota judicatum, *Azor. dict. cap. 28. quæst. 2. Ca-
strapal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. disput. 6.
punct. 2. numer. 5. Murg. de Benefic. Quæst. 3. n.*
1051. *Peleus in Comment. Analyt. ad hanc Regul.
cap. 31. pag. 71. pag. 71. §. Regula, & §. Licet
Regula*, ubi quod Regula de Infirmis locum habet
in Cardinalibus, qui magis, quam ceteri homines
debent esse a fraudibus alieni, quinque sub qua- 26
cumque generali dispositione concernente bonum
publicum, vel Animarum salutem, aut periculum
comprehenduntur; *Leuren. in For. Benefic. tom. 3.
quæst. 336. n. 3. Pirbing. in Jus Canon. lib. 1. tit.
de Renunciat. §. 2. n. 31. Tondut. resolution. Canon.
part. 3. cap. 169. n. 18. Gregor. Tholos. Syntagm.
Jur. part. 2. libr. 17. cap. 18. sub n. 7. Bouchel.
in Biblioth. Canon. verbo la Regle de Infirm. §.
Gomes en son Commentaire, pag. mihi 736. Rot. cor.
Puteo decis.* 191. *n.* 1. Et est communis opinio
contra *Mandos. hic quæst.* 1.
Secundo a fortiori afficit Patriarchas, Archie-
piscopos, & Episcopos, Beneficia, quæ possi- 27
dent resignantes, & infra viginti dies decedentes,
Paris. Castropal. Murg. Azor. Pirbing. & alii Do-
ctores mox laudati.
Tertio procedit in Officialibus Curiæ Romanæ,
nec non in familiaribus Papæ, & Cardinalium, 28
*Gomes. dict. quæst. 3. Rebuff. ubi supra gloss. 1. n. 6.
Paris. dict. quæst. 4. n. 20. Bouchel. loco mox cit. §.
D'ailleurs*, ubi quod si Regula comprehendit Re-
signationes expletas a Cardinalibus infra viginti
dies decedentibus, a fortiori eas, quæ fiunt ab eo-
rum familiaribus, *Azor. dicto cap. 28. quæst. 2. in
fine, Kochier ad hanc Regul. n. 11. Peleus in Com-
ment. Analyt. ad eamdem pag. 71. a terg. §. Si fa-
miliaris, Leuren. in Fora Beneficial. dict. quæst.
336. n. 6. Tondut. dict. cap. 169. numer. 19. Gre-
gor. Tholosan. dict. cap. 18. sub numer. 7.* Verum
est tamen, quod decedente familiari Cardinalis in- 29
fra viginti dies, & sic vacante Beneficio per obi-
tum, & non per resignationem, locus erit Re-
gulæ *de Impetrantibus Beneficia per obitum fami-
liarium Cardinalium*, quod nempe provisio fiat
per Pontificem cum consensu tamen Cardinalis
Patroni, ut post *Gomes. & Rebuff. Paris. dict.
quæst. 4. n. 22. & 23.* ubi refert ita decisum in
Rota *die 22. Aprilis 1553. Bouchel. loc. cit. dict.
§. D'ailleurs*, & latius dicemus in *Commentar.
in Regulam XXXII.*
Quarto comprehendit Regula etiam Resigna-
tiones expletas a Personis exemtis, *Gomes. quæst. 5.* 30
*per tot. Paris. dict. quæst. 4. n. 17. & 18. Kochier
ad hanc Regulam n. 12. Peleus ibidem cap. 31. pag.
72. §. Regula de Infirmis.*
Quinto procedit in Fœminis habentibus Digni-
tatem in titulum, vel administrationem a Summo 31
Pontifice, ut sunt Abatissæ, Priorissæ &c. Si
enim resignent hujusmodi Dignitates collativas,
& moriantur infra viginti dies, erit locus Regu-
læ, cujus ratio par est in utroque sexu, *Gomes.
hic quæst. 6. & Kochier numer. 12. Peleus in Com-
ment. Analytic. ad eamdem Regulam cap. 31. pag.
70. a terga §. Regula, & seq. & pag. 71. a terg. §.
Regula de Infirmis, Leuren. in For. Benefic. tom. 3.
quæst. 336. n. 7. Tierry de Benefic. dict. sect. 26.
pag.* 275. ubi ex eo confirmat, quod verbum *Si
quis*, comprehendit tam masculinum, quam fœ- 32
mininum, *Bauny eodem tract. disput. 9. quæst. 7.
pag. 294. versic. Fuit altera, Paris. de Resignat.
lib. 3. quæst. 12. n. 22. & lib. 12. quæst. 4. num.
24. & seqq.* ubi reprobat contrarium sentientes,
Tondut.

Tondut. dict. part. 3. cap. 169. num. 28. Gregor. Tholosan. dict. cap. 18. sub num. 7. Rot. decis. 74. n. 25. coram Molines. An autem locum Regula sibi vindicet in resignatione Præbendarum, quas obtinent Canonissæ in Belgio, & in Germania, dicemus infra *n. 62.*

Sexto locum habet censura Regulæ, etiamsi
33 Resignans tempore præstiti consensus sit sanus, & nulla infirmitate laboret, quod clare disponit Regula in illis verbis, *etiam vigore Supplicationis, dum esset sanus signata*, quæ declaratio edita fuit a *Clemente VII.* in odium Card. de *Vich*, qui
34 plurimum in Conclavi ei obstiterat, ut ait *Gomes. in Proœm. hujus Regulæ circa finem*, & emanavit sub die 21. *Februarii* 1528. Pontificatus anno Pri-
35 mo; eamque sequutus fuit *Paulus III.* & deinde *Julius III.* in hac Regula inseruit; ut tradunt *Kochier hic sub n. 15. Peleus in Comment. Analyt. ad eamdem Regulam cap. 31. pag. 72. §. Item locum habet*, *Husson Charletau* in libro cui titulus: *Abrégé des Matières Beneficiales selon l'usage de l'Eglise Gallicane, impresso Lugduni anno* 1687. *pag.* 136. *§. Mais pour connoitre, Leuren. in For. Benefic. quæst. 341. per tot. Filiucc. Quæst. moral. tom. 3. tractat. 41. cap. 10. num. 49. Azor. dict. cap. 28. quæst. 3. Castropal. ubi supra n. 4. Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæst. 15. in fin. Scopp. ad Cod. Fabrian. lib. 1. tit. 2. explanat.* 88. *n. 8. Murg. de Benefic. quæst. 3. n.* 1050. *Card. de Luc. de Benefic. disc. 125. per tot. in Supplem. Ros. de Executor. cap. 15. n. 41. & in addit. n. 45. Antonell. de Tempor. legal. lib. 2. cap. 27. n. 5. Rot. decis.* 11. *numer.* 10. *cor. Cerro, & decis. 164. n. 14. cor. Bichio*, repetit. *in Recent. decis. 253. n. 13. part. 9.*

Non desunt tamen, qui existimant, locum non
36 esse dispositioni Regulæ, si Resignans Infirmus non fuerit tempore resignationis, propter verba illa, quæ in modernis Regulis etiam leguntur -- *Si quis in infirmitate constitutus resignaverit* -- quæque nimis aperte supponunt, Regulam loqui de Resignante infirmitate detento, *Peleus in Comm. in hanc Regul. pag. 64. a terg. §. Regulæ Cancellariæ, Van Espen. in Jus Eccles. universal. part. 2. tit. 27. cap. 5. n. 6. Francisc. Marc. Decis. Parlam. Delphinat. part. 1. quæst. 295. Pastor. de Benefic. lib. 3. tit. 7. n. 2.* Et ad verba illa -- *Etiam vigore Supplicationis, dum esset sanus signata* -- respondent, quod Pontifices voluerint solum declarare, Regulæ locum esse, si quis in infirmitate constitutus resignaverit, tametsi hæc Resignatio sequatur vigore Supplicationis signatæ tempore, quo adversa valetudine non detinebatur, ut præ ceteris, *Van Espen. loc. cit. Engel. lib. 3. Decretal. tit.*
37 *5. de Præbend. §. 3. quæst. 2.* Sed nullo modo recedendum est a priori Sententia, quæ in praxi constantissime servatur.

Egimus hucusque de Personis, transeamus modo ad Res, idest ad Beneficia, quæ sub Regula
38 comprehenduntur, & dic sub ea comprehendi Dignitates, *Gomes. hic Quæst. 6. n. 5. Rebuff. ad eamdem Regulam gloss. 5. in princip. Paris. de Resignat. dict. lib. 12. quæst. 3. n. 2. Tondut. part. 3. cap. 169. n. 27. Bouchel. in Bibliothec. Canon. verb. la Regle de Infirmis pag. 737. §. En troisiéme lieu.* Bene-
39 ficia sive Secularia, sive Regularia, *Rebuff. dict. gloss. 5. in fine, Germon. de Indult. Cardinal. §. Regularia n. 33. Leuren. in For. Beneficial. tom. 3. quæst. 335. n. 3. Paris. dict. Quæst. 3. n. 5. Kochier ad hanc Regul. sub numer. 19. Tondut. dict. cap. 169. numer. 24. Bouchel. ubi supra, Barbos. de Jur. Eccles. universal. lib. 3. cap. 15. numer. 129.*
40 *Rot. decis. 730. n. 2. part. 1. Divers.* Beneficia Patrimonialia; seu quæ certo Personarum generi conferri debent, *Gomes. ad hanc Regul. quæst. 24. Peleus in Commentar. Analyt. ad eamdem cap. 31. pag. 69. a terg. §. Regula de Infirmis, il primo, Tondut. resolut. Beneficial. part. 3. cap. 169. numer. 22. Leuren. dict. quæst. 335. numer. 6. Mandos. hic quæst. 15. Kochier ibidem numer. 19. Selva de Benefic. part. 3. quæst. 12. n. 27.* Oratoria, 41
Cappellas, Cappellanias, dummodo in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici conferantur; nec 42
non Hospitalia, si pariter in titulum perpetuum dentur, ac Præceptorias in parem titulum conferri solitas, *Rebuff. Gomes. & Germon. ubi supra, Mandos. dict. Quæst. 20. Kochier ibidem sub n. 18. Peleus dict. cap. 31. pag. 69. a terg. §. Item locum, & pag. 70. §. Regula de Infirmis, Zypeus Respons. Canon. lib. 3. de Jurepatronat. respons. 5. numer 1. & seqq. Paris. dict. Quæst. 3. numer. 7. Barbos. dict. cap. 189. numer. 23. Bouchel. dicto §. En troisiéme lieu, Leuren. dict. Quæst. 335. numer. 4.*

Comprehenduntur quoque sub dispositione Re-
gulæ Beneficia litigiosa, & electiva *Kochier hic* 43
n. 19. in fine, Rebuff. dict. gloss. 14. n. 6. Paris. de Resignat. dict. quæst. 3. n. 39. Tondut. dict. cap. 169. n. 23. & 24. Azor. Institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 28. versic. 6. quæritur Barbos. de Jur. Eccles. universal. lib. 3. cap. 15. n. 129. Peleus dict. cap. 1. pag. 71. Leuren. dict. Quæst. 335. n. 8. & 9.

Item Beneficia Consistorialia, si a Papa extra
Consistorium provideantur, secus vero si in Con- 44
sistorio, quia tunc cessat fraudis suspicio, *Gomes. hic Quæst. 14. Paris. dict. Quæst. 3. n. 40. & seqq. Peleus dict. cap. 31. pag. 75. §. Regula, Infirmis*, ubi aliam assignat rationem, quia coram Principe juris ordo non servatur, cum sit ipse lex animata in Terris, *Gregor. Tholosan. dict. part. 2. lib. 17. cap. 18. sub n. 7. Bauny de Benefic. disput. 9. quæst. 7. pag. 294. versic. Secundo non comprehenduntur, Leuren. dict. Quæst. 335. n. 12.*

Quemadmodum etiam Commendæ, dummo-
do sint perpetuæ, non temporales, censuræ Re- 45
gulæ sunt obnoxiæ, juxta clara verba ejusdem Regulæ, ibi -- *aut illius Commendæ cesserit* -- *Leuren. dict. Quæst. 335. n. 10. Kochier. hic n. 19. Bauny disput. 1. quæst. 11. pag. 25. & dict. disput. 9. quæst. 7. pag. 294. versic. Sextum, Gomes. ad hanc Regul. quæst. 13. Peleus dicto cap. 31. pag. 71. §. Regula etiam, & pag. 75. §. Regula de Infirmis il 2. Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib. 3. cap. 15. n. 129.*

Vindicat insuper Regula sibi locum in Benefi-
ciis unitis, ut clare elicitur ex verbis illis, quæ 46
in novissimis Regulis leguntur -- *seu ipsius Benefi-*
cii dissolutioni consenserint -- quæque addita fuisse 47
a *Paulo III.* testantur *Mandos. hic Quæstion. 10. n. 5. Paris. libr. 12. in præfat. sub n. 3. Pirhing. in Jus Canon. lib. 1. tit. de Renunciat. n. 31.* & reprobando *Gomes.* quem sequitur *Peleus dict. cap. 31. pag. 74. a terg. §. fin.* bene *Paris. dict. quæst. 3. numer. 47. & seq. Kochier ad hanc Regul. sub numer. 19. Mandos. ibid. quæst. 10. Leuren. loco cit. n. 11.*

An autem sub dispositione Regulæ comprehendantur Beneficia de jurepatronatus, contro-
versa quæstio est. Affirmant *Azor. dict. cap. 28.* 48
vers. Sexto quæritur, Castropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. de Benef. disput. 6. punct. 2. §. 3. n. 22. Pirhing. loc. cit. Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib. 3. cap. 15. n. 129. Murg. de Benefic. quæst. 3. n. 1054. Tondut. dict. cap. 169. n. 25. Ros. de Executor. part. 1. in addit. ad cap. 15. numer. 53. pag. mihi 279.

Rot,

Rot. decis. 36. num. 13. & seqq. cor. Caputaquen. part. 3. & decis. 184. num. 25. part. 10. Recent.
49 Contrarium vero, quod Beneficia præfata sint a
censura Regulæ exemta, censent *Decian. cons. 224.
Gomes. hic Quæst. 17. Peleus in Comm. Analyt. ad
hanc Regul. cap. 31. pag. 77. §. Regula de Infirmis
il 2. & §. seq. Carolus de Mean ad Jus Leodien.
tom. 4. obser. 418. num. 9.*

Sed recedendum non est a priori Sententia, quæ
50 in Jurepatronatus Ecclesiastico nullam admittere
videtur difficultatem, ut ait *Zypeus respons. Canon.
lib. 3. de Jurepatr.* Et sola ambigendi ratio adesse
potest super Beneficiis de jurepatronatus Laico-
rum, quæ immunia sunt ab omni dispositione Re-
gularum Cancellariæ. Verum cum Regula *de In-*
51 *firmis* sit favorabilis, publico Animarum bono
prospiciat, nec Patronorum jura lædat, non est,
cur Beneficia præfata excludere debeat. Et quidem
publico bono consultum remanet, cum fraudes,
& illicitam successionem abesse tam a Beneficiis
liberæ collationis, quam ab iis de jurepatronatus
laicorum, publico bono intersit; Nullum itidem
ex eorumdem Beneficiorum comprehensione sub
censura Regulæ Patronis infertur præjudicium, quip-
pe sive Beneficium dicatur vacare per obitum, sive
per resignationem, præsentatio semper Patrono sal-
va remanet, nec ullus ad Beneficium sine illius præ-
sentatione institui poterit. Immo magis Patroni jus
augetur, quia decedente Resignante infra viginti
dies, poterit ipse, qui Resignationi consensum præ-
stitit, libere præsentare per obitum Personam sibi
bene visam ope hujus Regulæ, quod facere non pos-
set de jure communi, quo inspecto Beneficium re-
signatum post præstitum a Resignante consensum,
etiam si illico moriatur, non alteri, quam Resigna-
tario acquiritur. Cum itaque Regula sit Patronis fa-
vorabilis, & per eam publico bono consulatur, com-
prehendere etiam debet Beneficia de Jurepatrona-
tus laicorum, ut latius ratiocinatur *Zyp. dict. lib. 3.
de Jurepatron. respons. 5. a num. 10. cum seqq.*

Quid autem dicendum, si Patronus conscius in-
52 firmitatis Resignantis, Resignationi, seu Permuta-
tioni consensum præstet, an Resignante ipso intra
viginti dies postea decedente, possit alterum, quam
Resignatarium præsentare? Discurrit hinc inde
Zyp. dict. respons. 5. a num. 15. usque ad fin. sed ni-
hil concludit. Ego autem censerem, posse iterum
alium præsentare, quia consensus præstitus Resi-
53 gnationi, qui vim præsentationis habet, ob mor-
tem Resignantis intra viginti dies, perinde habetur,
ac si præstitus non fuisset; ergo nullum præstare
valet impedimentum, quin Patronus de novo præ-
sentet, ut ait *Kochier hic sub num. 16.* quidquid in
contrarium dicat *Peleus in Comment. Analytic.
super hac Regula*, nam suum reponit fundamentum
in eo, quod ubi Ordinarius instituit, non possit
amplius Patronus præsentare, etiam si Resignans
intra viginti dies moriatur, quia hæc Regula non
habet locum in Ordinario, quod tamen est fal-
sum, ut dicemus infra *num.* 70. & contra *Peleum*
firmat *Kochier hic num.* 20.

At vero Regula locum sibi non vindicat in Offi-
54 ciis vacabilibus Romanæ Curiæ, quæ reputantur,
& sunt profana, alienari possunt cum Principis li-
centia, & eorum respectu cessant Rationes Regu-
læ. Merito proinde in Regulis editis a Pontificibus
post *Adrianum VI.* non amplius fit mentio de
Officiis vacabilibus, prout facta fuerat in Regulis
Julii III. & ejusdem *Adriani*, *Gomes. ad hanc
Regul. quæst. 22. Rebuff. in Prax. ad eamdem Quæst.
5. Kochier idem num. 49. Peleus dict. cap. 31. pag.
77. §. Regula de Infirm Gregor. Tholosan. dict. cap.*
18. *num. 7. in fine, Card. de Luc. de Regalibus disc.
6. num. 2. & in addit. ad dict. discurs. 6. in Supplem.
& in Tractat. de Offic. vacabil. cap. 7. num. 4. Leu-
ren. dict. Quæstion. 335. num. 15. Tierry de Benef.
dict. sect. 26. num. 275 Gonzal. ad Regul. 8. gloss. 15.
§. 11. sub num. 24. Gratian. discept. 167. num. 12.
Rot. cor. Coccin. decis. 865. num. 3. repetit. in Recent.
decis. 611. part. 2.* Et est receptissima opinio,
quidquid aliud agendo, dicat *Salgad. in Labyrint.
Credit. part. 1. cap. 35. sub num. 25.*

An autem si non vigore Regulæ, saltem ex
dispositione juris communis irrita sit Resignatio 55
Officii vacabilis, si Resignans paucos post dies
moriatur; Negative respondit *Cardinal. de Luc.
de Regalib. discurs. 6. per tot.* Et bene, cum enim
hujusmodi Officiorum resignatio expleri non pos-
sit absque Principis licentia, hæc nunquam indul- 56
geri solet, nisi post adhibitas a Ministris Dataria,
ad hoc deputatis, quamplurimas diligentias in ex-
plorando ætatem, & valetudinem Officialis, qui
resignare intendit, ne admissio sequatur in fraudem
futuræ vacationis, in Principis præjudicium, *Rot.
decis. 1294. num. 5 cor. Seraphin. & decis. 615. num.
9. part. 5. Recentior.* Et stylus est, quod aut posses-
sor Officii est præsens in Urbe, & tunc Præfectus
Componendarum explorat statum Resignantis,
ipsumque visitat, & facta per illum relatione, con-
ceditur, vel respective denegatur resignandi licen-
tia, *Card. de Luca de Regalib. disc. 6. n. 3. & in Sup-
plem. in addit. ad disc. 6. §. Et tertio, ac in Summ.
ejusdem tituli de Regal. n. 22.* Aut vero est absens,
& tunc probanda est illius bona valetudo, non qui-
dem per Testes, aut Notariorum depositiones, sed
per Ordinarii loci, in quo Officialis degit, testimo-
nium, & insuper præstanda est per ipsum Resignan-
tem absentem fidejussio de supervivemtia per qua-
draginta dies, de qua *Seraphin. dict. decis. 1292. n. 5.*
Quod ex ea ratione introductum fuit, quia cum in
casu absentiæ Officialis, Dataria Ministri non pos-
sint propriis oculis illius statum recognoscere, hinc
ad præcavendum omne præjudicium, quod Prin-
cipi obvenire posset, utuntur cumulative attestatio-
nibus Ordinariorum quoad bonam ejusdem Officia-
lis valetudinem, ac cautela superviventiæ.

Consuevitque adeo accurate procedi in hac ma-
teria, ut in quolibet levi dubio perfectæ valetudinis 57
in Officiali suum Officium resignare exoptantis,
differri soleat ad aliquod tempus resignationis ad-
missio, & secundo, vel pluribus vicibus fit illius
exploratio per Dataria Ministros, ut tradit *Cardi-
nalis de Luca locis mox allegatis.* Immo etiam si quis
stet sanus, & adsit probabilis suspicio, quod pos-
sit infirmari, adhuc denegatur admissio resigna-
tionis, ut in casu illius, qui accesserat ad Urbem
in mense Augusti, & steterat sanus per viginti
dies, quod fuerit ei juste denegata licentia resignan-
di Officium propter periculum mutationis aeris,
resolutum fuit a *Rota decis. 605. n. 15. & seqq. &
decis. 615. num. 9. & seqq. part. 5. Recent.* Proin-
deque seclusa collusione inter Resignantem, & Of- 58
ficialem, qui fraudulenter falsam relationem dedis-
set, si vero tempore Resignationis Officialis sanus
erat, nulla subest ratio cur ob ejus postea, sic Deo
disponente, sequutum obitum, Resignatio cetero-
quin ex debito justitiæ, & ex lege contractus de-
bita, præterquam in casu infirmitatis, irritari de-
beat, ut late prosequitur *Card. de Luc. de Regalib.
dict. disc. 6. a num. 3. & seqq.*

Minusque sub dispositione Regulæ comprehen-
ditur translatio Pensionis, quæ valida reputatur, 59
etiamsi transferens intra viginti dies moriatur, ut
fuisse resolutum in *Rota*, testatur *Gomes. ad hanc*

Regul. Quæst. 16. Mandos. ibidem quæstion. 11. Pe-
leus dict. cap. 31. pag. 71. §. Licet Regula, ubi quod
æquius esset, quod Regula compreheuderet Pen-
sionis translationem, quæ non est, nisi servitutis
propagatio, & pag. 74. a terg. §. Regula de Infirm.
Paris. de Resignat. dict. quæst. 3. num. 53. Leuren.
in For. Beneficial. tom. 3. quæst. 335. num. 14. Gre-
gor. Tholosan. dict. cap. 18. sub num. 7. Tierry de
Benefic. sect. 26. pag. 275. & sect. 36. pag. 371.
60 Bauny dict. quæstion. 7. vers. Septimum. Et de In-
dulto transferendi Pensionem obtento, dum quis
existebat in statu periculosæ infirmitatis, & trans-
latione successive facta, quod hæc non reman-
serit subjecta Regulæ de Infirmis, Card. de Luc.
discurs. 56. de Pension. ubi quod neque Indultum
61 hujusmodi poterat dici subreptitium, eo quod non
fuisset expressa in illius impetratione periculosa in-
firmitas Indultarii, quia de stylo hujusmodi ex-
pressio non requiritur, & praxis est, quod regu-
lariter Pensionum translationes peragantur in mor-
tis articulo, & num. 8. respondet decis. 701. cor. Mer-
lin. idemque firmat discurs. 59. num. 8. eodem tit. de
Pension. Leuren. dict. quæst. 335. num. 14.

Sed quid dicendum de Præbendis illis, quas no-
62 biles Fœminæ, vulgo Domicellæ nuncupatæ, obti-
nent in nonnullis Germaniæ, & Flandriæ partibus,
in quibus plura adsunt Collegia Canonissarum sub
unius Abatissæ obedientia viventia, de quibus
meminimus in Comment. in Regulam IX. §. 3. Et
existimo, hujusmodi Præbendas non comprehendi
sub Regula, quia loquitur de Beneficiis Ecclesia-
sticis, seu de Officiis spiritualibus, quæ dantur in
titulum, ut sunt respectu fœminarum Abatissatus,
63 Præfectura, Priorissatus &c. & diximus supra num.
31. Hujusmodi vero Præbendæ, non sunt Benefi-
cia Ecclesiastica, nec veræ Præbendæ, sed sunt
meræ præstationes temporales nil spiritualitatis ha-
bentes, sunt in commercio, & licite vendi pos-
sunt absque vitio Simoniæ. Corrad. in Prax. Benefic.
lib. 1. cap. 2. num. 141. & seqq. Leuren. de ætat. ad
Benefic. part. ultim. cap. 7. pag. 395. versic. Secundo,
Rot. decis. 74. num. 15. cor. Molines, ubi late de hu-
jusmodi Canonissarum Instituto, & qualitate, de
quibus & Nos egimus in Commentar. in Regul. IX.
§. 12. Et licet a laudata Decisione 74. cor. Molines
recessum postea fuerit, ut ex decis. 90. cor. eodem,
semper tamen admittitur, quod hujusmodi Præben-
dæ sunt seculares, nec habent naturam Beneficii
Ecclesiastici, & solum pro recessu a decisis consti-
tuitur fundamentum in eo, quod Dataria consue-
verit super dictis Præbendis rescribere; sed exinde
non sequitur, quod sint Beneficia Ecclesiastica,
64 cum etiam secularium Officiorum Resignationes
per organum Datariæ admittantur, ac insuper
Hospitale laicum a laico in laici favorem resignari
potest, ut post Paris. Rot. dict. decis. 90. num. 4.
65 coram Molines. Unde quemadmodum in Officiis
secularibus, & in Hospitalibus laicalibus Regula
locum non habet, ita neque procedere potest in
Præbendis, quæ per hujusmodi Domicellas obti-
nentur, quæque nihil commune habent cum Be-
neficio Ecclesiastico, seu Officio spirituali.

Ceterum quomodocumque sequatur Beneficii
renunciatio, hæc dispositioni Regulæ obnoxia erit,
si Renunciantem infra viginti dies decedere contin-
66 gat. Hinc locum habet censura Regulæ, sive Resi-
gnationi præstitus fuerit consensus per ipsum Resi-
gnantem, sive per Procuratorem. Quamvis enim
Regula loquatur de Resignante, non autem de
constituente Procuratorem ad resignandum, intel-
ligitur tamen sive de Resignante per ipsum, sive
per alium habentem legitimum Mandatum ad Resi-
gnandum, & præstandum consensum: utroque
enim casu militant rationes Regulæ. Et hæc est
notoria, & inconcussa praxis, de qua Paris. de
Resignat. lib 12. quæst. 5. num. 35. Azor. Instit. moral.
dict. cap. 28. quæst. 4. Rebuff. in Prax. ad hanc Regul.
gloss. 19. num. 2. Leuren. in For. Benefic. tom. 3. quæst.
337. num. 2. Castropal. Oper. moral. de Benefic. dis-
put. 6. part. 2. §. 3. num. 9. Pirhing in Jus Canon.
lib. 1. tit. de Renunc. num. 33.

Item si renunciatio expleta fuerit reservatis 67
fructibus, aut eorum medietate, sive certa Pen-
sione, Sarnen. hic quæst. 20. Mandos. ibidem quæst.
14. Kochier sub num. 19. Rebuff. dicta gloss. 3. Bou-
chel. ubi supra dict. §. En second lieu, Paris. de
Resignat. quæst. 5. num. 24. Van Espen in Jus Eccles.
univ. tom. 2. part. 2. tit. 27. cap. 5. num. 22. Leuren.
dict. quæst. 337. num. 5. Pirhing in Jus Canon.
lib. 1. tit. de Renunciat. num. 32. Azor. Insti-
tut. moral. part. 2. libr. 7. cap. 28. quæst. 5. vers.
Idem est judicandum, Tyerri de Benefic. dict. sect. 26.
pag. mihi 274.

Quod si Resignans cum Pensione moriatur post
viginti dies a die præstiti sui consensus, ante tamen 68
viginti dies a præstito consensu per Resignatarium
super acceptatione Pensionis, Regula locum non
habebit, & Beneficium vacare censeretur per Re-
signationem. Loquitur enim Regula de obitu Re-
signantis infra viginti dies enumerandos a die præ-
stiti per ipsum consensus, nec ullam facit mentio-
nem de consensu Resignatarii pro acceptanda Pen-
sione; unde casus iste a Regula omissus, rema-
net sub dispositione Juris; proindeque etiamsi Re-
signans moriatur infra viginti dies a consensu præ-
stito per Resignatarium, modo supervixerit viginti
dies a consensu suo, Beneficium vacabit per Re-
signationem, Paris. de Resignat. lib. 12. quæst. 11.
num. 2. Leuren. in For. Benefic. tom. 3. quæst. 339.

Rursus sub Regula comprehenditur Renunciatio
Beneficii, quæ fit extra Romanam Curiam coram 69
Legato, seu Ordinario, & in hoc clara sunt verba
illius, ibi -- Sive in Romana Curia, sive extra --
quæ ab Alexandro VII. addita fuerunt, & rursus 70
ibi -- Quavis auctoritate conferantur &c. -- quorum
verborum Auctor fuit Paulus III. & communi- 71
ter firmant Gomes. ad hanc Regul. quæst. 26. Ko-
chier ibidem num. 20. & seqq. & de Permutat.
Benefic. cap. 5. num. 6. & 7. Leuren. dict. quæst.
337. num. 3. Pirhing loc. cit. num. 32. Lotter. lib.
3. quæst. 15. num. final. Barbos. de Jur. Eccles. uni-
versal. lib. 3. cap. 15. num. 130. Wames. consil. 257.
num. 12. de Præbend. Van Espen in Jus Eccles. uni-
vers. dict. cap. 5. num. 130. Rebuff. in Prax. ad hanc
Regul. gloss. 3. §. Item si quis, & gloss. 12. & Paris.
dict. lib. 12. quæst. 15. a num. 8. Azor. dict. quæst. 4.
Antonell. de Tempor. legal. lib. 4. cap. 27. num. 8.
Engel in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præbend. num.
33. Castropal. Oper. moral. tractat. 13. disputat. 6.
punct. 2. num. 7. Tondut. part. 3. resolut. 109. num.
10. & seqq. lib. 1. Rot. decis. 1604. num. 2. cor. Penia,
& decis. 11. num. 7. & seqq. cor. Cerro, ubi repro-
bantur Decius, & Mandos. & decis. 184. num. 24.
part. 10. Recent. & decis. 397. in principio coram
Reverendissimo Crispo.

At in Gallia eo jure vivitur, ut solum censuræ
Regulæ subjaceant Resignationes, quæ fiunt co-
ram Papa, vel Legato, secus illæ, quæ coram Or- 72
dinariis explentur, & rationem assignant illius Re-
gni Pragmatici, quod major fraudis suspicio inest
Renunciationibus Beneficiorum, quæ explentur in
manibus Papæ in remotis agentis, nec locorum
Clericos cognoscentis, quam coram Ordinariis exa-
ctioram notitiam habentibus de Clericis, & Bene-
ficiis

ficiis fuarum Diœcefum. Ac ita pluribus Supre-
73 morum Tribunalium illius Regni *Arreftis* deci-
fum teftantur *Papon. lib. 3. Placit. de Infirm. Refi-
gnat. art. 2. Paftor. de Benefic. lib. 3. tit. 7. num.
4. Tondut. Refolut. Benefic. part. 2. cap. 4. §. 7.
num. 28. & part. 3. cap. 169. num. 2. & feq. Ca-
bafut. in Prax. Jur. Canon. cap. 19. num. 8. Dua-
ren. lib. 8. de Benef. part. 2. cap. 5. Chopin. de
Sacr. Polit. lib. 1. tit. 6. num. 3. Louet hic cap. 5.
Peleus in Comment. ad eamdem Regul. cap. 31. pag.
74. §. Profert, Blondeau in addit. ad Bouchel in
Bibliothec. Canon. verb. la Regle de Infirmis pag.
mihi 738. Bauny de Benefic. difputat. 9. quæft. 7.
pag. mihi 295. & 296.* ubi quod ifte eft Tribuna-
lium Galliæ communis fenfus, *Zyp. in Enarrat.
Jur. Pontific. tit. de Renunciat. num. 3. Huffon Char-
leteau* in libro cui titulus *Abregé des Matiéres Be-
neficiales felon l'ufage de l'Eglife Gallicane pag.*
74 *mihi 126. §. Notez* 4. Quamvis in Permutationi-
bus Beneficiorum, quæ fiunt coram Galliæ Or-
dinariis, locum habere difpofitionem Regulæ,
tradunt *Blondeau loco citat. pag. mihi 739. §. L'on
demande,* ubi refert *Arreftum* Parlamenti *Methen-
fis* de anno 1675. *Huffon Charleteau loco citat.
Kochier ad hanc Regul. num. 20.*

Sub Regula pariter comprehenditur Beneficio-
75 rum permutatio, ut in eadem clare difponitur. Id-
que locum fibi vindicat, five Beneficia hinc inde
76 permutata fint æqualis, five inæqualis redditus,
*Rebuff. in Prax. ad hanc Regul. gloff. 4. num. 4. &
feqq. Van Efpen in Jus Canon. univerf. tom. 2.
part. 2. tit. 27. cap. 5. num. 22. Leuren. in For. Be-
nefic. tom. 3. quæft. 337. fub num. 4. Carolus de Mean
ad Jus Leodien. tom. 4. obfervat. 421. num. 7. Pa-
rif. de Refignat. dict. quæft. 5. a num. 20. Wamef.
confil. 257. num. 12. Tierry de Benefic. dict. fect. 26.
pag. 274. Tondut. part. 3. cap. 169. num. 7. & 8.
Zypeus refponf. Canon. lib. 3. tit. de Jurepatr. ref-
ponf. 5. num. 6. in fin. Bauny eod. tractat. difputat.
10. quæft. 12. pag. mihi 334. Kochier ad hanc Regul.
num. 24. & de permut. Benefic. cap. 5. per tot. Gon-
zal. ad Regul. 8. gloff. 14. num. 54.*

Exiftimat tamen *Rebuff. ad hanc Regul. quæftion.*
77 4. quod Permutans Beneficium cum Infirmo, qui
poftea decedat infra viginti dies, non poffit ad
fuum Beneficium redire, propter animum, quem
habuit fraudandi Ordinarium Collatorem, & proin-
de debet utroque privari, ad *Text. in Clement.
Unic. de Rerum permut. & Rebuffi* opinionem fe-
quuntur *Kochier de Permut. Benefic. cap. 5. num.
8. Cabafut. in Prax. Jur. Canon. lib. 2. cap. 19.
num. 4.* late *Bouchel in Biblioth. Canon. verb.
la Regle de Infirm. pag. 737. §. Dict. Simplement.*
78 *& in verb. Permutation.* Sed videtur opinio dura,
quam huc ufque adhuc cafus non dedit, per me ut
praxi examinari.

Ceterum, ut cenfura Regulæ procedat, requi-
ritur, quod Refignans intra viginti dies deceffe-
79 rit, & quidem naturaliter, cum non fufficiat,
quod civiliter mortuus fuerit. Hinc fi quis poft
refignatum Beneficium, intra viginti dies Uxorem
duxerit, habitum Monafticum fufceperit, vel aliud
incompatibile Beneficium confequutus fuerit, non
erit locus Regulæ, & Beneficium vacabit per
80 Refignationem. Lex enim, aut Statutum loquens
de *morte*, intelligitur de morte naturali, non civi-
li, *Cap. Sufceptum, & ibi gloff. de Refcript. in 6.
Rebuff. in Prax. ad hanc Regulam gloff. 11. Kochier
ibidem num. 16. Blondeau in addit. ad Bouchel pag.
mihi 704. §. Statutum, Leuren. in For. Benefi-
cial. tom. 3. quæft. 342. Cabafut. in Prax. Jur.
Canon. lib. 2. cap. 19. num. 10. Van Efpen in
Jus Ecclef. univerf. tom. 2. part. 2. tit. 27. cap. 5.
num. 21.*

Cui vero incumbat onus probandi, quod Re-
fignans obierit intra viginti dies? Communis
Sententia eft, quod fpectet ad eum, qui vigore 81
hujus Regulæ Refignationem annullare intendit,
tamquam propriæ intentionis fundamentum, *Sar-
nen. hic Quæft. 9. & 36. Mandof. Quæft. 6. Kochier
num. 18. Leuren. in For. Beneficial. tom. 3. quæ-
ftion. 343.* ubi quod ad effectum Regulæ probatio 82
debet effe clariffima, & plena, quia agitur de
magno alterius præjudicio, de privando nempe
Refignatarium Beneficio, jam per Refignationem
obtento, *Parif. dict. lib. 12. quæft. 7. per tot. Bou-
chel in Bibliothec. Canon. Verb. la Regle de Infir-
mis §. Il eft donc.* Idque ampliat *Sarnen.* etiam 83
in eo, qui Pefte correptus, fuit folus Domi in-
clufus, & deinde incerto die obiit, nam adhuc
præfumitur mortuus poft viginti dies, & qui con-
trarium fatetur, id evincere debet, ut in dicta
*Quæft. 9. Parif. dict. Quæftion. 6 a num. 15. & feqq.
Mandof. Quæft. 7. Kochier hic num. 18. in fine.*

Terminum viginti dierum, a tempore per ip- 84
fum *Refignantem præftandi confenfus* computandum
effe, difponit Regula: quæ verba adjecta fuiffe a
Julio II. præ ceteris affirmant *Parif. de Refignat.* 85
*lib. 12. in præfat. fub num. 3. Peleus in Commentar.
Analyt. ad hanc Regulam pag. 68. §. Poft Julium
II. Van Efpen in Jus Ecclefiaft. univerf. tom. 2.
part. 2. tit. 27. cap. 5. num. 17. Bouchel ubi fupra
§. En cinquiéme lieu, Kochier hic num. 39. Paftor.
de Benefic. lib. 3. tit. 7. num. 1. ibique Solier. num.*
8. Sed in Gallia terminus viginti dierum numerari
non folet a die præftiti per Refignantem confen- 86
fus, fed a die admiffæ per Collatorem Refigna-
tionis, ut in fupremis Regni *Curiis* fæpius judi-
catum, teftatur, *Boer. Quæft. 348. Rebuff. in Prax.
ad hanc Regul. gloff. 10. num. 10. Cabafut. in Prax.
Juris Canon. lib. 2. cap. 19. num. 6.*

Sed an ipfa dies præftiti confenfus fit numeran- 87
da in termino viginti dierum, ita ut currat de mo-
mento ad momentum, vel potius terminus præ-
fatus computari debeat a die fequenti? Non fatis
conftat inter Doctores. Quod enim dies præftiti
confenfus numeranda non fit in termino viginti
dierum, ex vulgato principio, quod dies termini 88
non computetur in termino, ad *Text. in leg. Datio
ff. de Act. empt. leg. Eum qui 41. §. Plane ff. de Verb.
oblig. Cap. Statutum, de Præbend. in 6.* Potiffimum
quia numerus viginti dierum præfigitur in Regula
per propofitionem A. quæ de fui natura excludit 89
terminum, exiftimant *Sarnen. ad hanc Regul. quæft.
37. Rebuff. in Prax. ad eamdem gloff. 10. num. 9.
Tierry de Benefic. fection. 26. pag. 272. verfic. Sed
an dies, Bauny in Prax. Beneficiar. difputat. 9.
quæft. 7. pag. 293. verfic. Verum, & feqq. Van
Efpen dict. cap. 5. num. 18.* ubi refert *Arreftum*
Parlamenti Parifienfis emanatum anno 1682. *Ko-
chier ad hanc Regulam num. 37. Bouchel ubi fupra
pag. 733. §. En cinquiéme lieu, & Blondeau in
addit. pag. 739. §. Dies.*

Sed verior eft opinio, quod dies præftiti con-
fenfus numeretur in termino viginti dierum, & 90
ratio eft, quia dies termini femper computatur in
termino, quando ejus intereft, cui terminus præ- 91
figitur; utilius autem eft Refignanti, cui pro Re-
fignationis validitate terminus viginti dierum 92
præfcribitur, ut dies, qua præftat confenfum in
termino computetur, ad effectum ut citius elaba-
tur, & fic concupita refignatio fuum plenarium
fortiatur effectum, ut reprobando in fpecie *Sarnen.
& Rebuff.* contrariæ Sententiæ Antefignanos, *Rot.*

decis. 75. a num. 1. usque ad 15. part. 2. Recent.
quam laudant, & sequuntur Paris. de Resignat.
quæst. 8. num. 10. & seq. lib. 12. Leuren. in For. Be-
nefic. tom. 3. quæst. 344. num. 4. Pirbing in Jus Ca-
non. lib. 1. tit. de Renunciat. num. 34. §. Porro, Azor.
Institut. moral. dict. cap. 28. quæst. 7. Antonell. de
Tempor. legal. lib. 4. cap. 27. num. 4. Gratian. dis-
ceptat. 161. num. 24. & ibi Carol. Anton. de Luc.
num. 10. Murg. de Benefic. quæst. 3. num. 1056. Ca-
stropal. dict. tract. 13. disput. 6. punct. 2. num. 9. Ton-
dut. part. 2. cap. 4. §. 7. num. 17. Ros. de Executor.
cap. 15. num. 63.

93 Illud vero magis certum est, quod dies, qua
Resignans moritur, debet esse completa, nec suf-
ficit, quod sit inchoata, unde si Resignans decedat
ipsa die vigesima, censetur mori intra viginti dies
94 ad mentem Regulæ. Etsi enim in favorabilibus
dies cœpta habeatur pro completa, quando tempus
95 est designatum per annos, nam tunc ultima dies
anni, statim ac cœpta est, habetur pro completa;
secus tamen est quando, prout in Regula, tempus
designatur per dies, tunc enim ultima dies cœpta,
haberi non debet pro completa, quia sicut in ter-
96 mino plurium annorum, ultimus annus incœptus
non habetur pro completo, Leg. Non putabam 45.
ff. de condit. & demonstrat. ita nec in termino plu-
97 rium dierum, ultima dies cœpta haberi debet pro
completa, Pirbing in Jus Canon. dict. tit. 34. §.
Porro, Leuren. loco citat. num. 5. Van Espen. in
Jus Eccles. univers. tom. 2. part. 2. tit. 27. cap. 5. num.
14. Bouckel. in Bibliothec. Canon. Verb. Regle de
Infirm. pag. 737. §. En cinquiéme lieu. Kocbier hic
num. 40. Paris. dict. Quæst. 8. a num. 23. Azor. ubi
supra versic. Roget, Gratian. disceptat. 161. num.
27. & seq. & ibi de Luca num. 11. Antonell. de
Tempor. legal. dict. cap. 27. num. 6. Murg. de Be-
nefic. quæst. 3. num. 1057. Castropal. dict. punct. 2.
num. 11. Ros. de Executor. cap. 15. num. 64. & la-
tissime materiam examinando, Rot. decis. 75. num.
16. part. 2. divers.

98 Et dies debet esse naturalis viginti quatuor ho-
rarum, non autem artificialis horarum duodecim.
Ita enim communiter in Jure accipitur Dies, ut
dies, & nox, seu tempus, quo Sol est supra,
& infra Terram, seu Orizontem, pro una die re-
putetur, Leg. Romano ff. de Feriis, Paris. & Azor.
ubi proxime, Sotus ad hanc Regulam §. Item quia,
Gomesius ibidem quæstion. 38. Murg. ubi supra, Re-
buff. Gloss. 10. in princip. Leuren. in For. Benefi-
cial. tom. 3. quæstion. 344. num. 2. Bouchel. Bi-
b ioth. Canon. verb. Regle de Infirm. §. En quatriè-
me lieu, Antonell. de Tempor. legal. dict. lib.
4. cap. 27. num. 2. Pirbing in Jus Canon. loc. cit.
num. 34.

99 Quod si quis bis resignaverit Beneficium, & in
utraque Resignatione præstitit consensum, tunc
tempus viginti dierum computatur à consensu præ-
stito primæ Resignationi, ob quem omne Jus fuit
ab ipso abdicatum, Sarnen. quæst. 29. Paris. dict.
quæst. 8. num. 42. Rebuff. Gloss. 10. num. 3. Antonell.
de tempor. legal. lib. 4. cap. 27. num. 3.

Post hæc disponit Regula, quod decedente
100 Resignante infra viginti dies, ipsum Beneficium
quavis auctoritate conferatur per resignationem sic
factam, collatio hujusmodi sit nulla. Et per hæc
verba non solum annullatur collatio, sed etiam re-
signatio, quæ est necessarium antecedens collatio-
101 nis. Licet enim Roman. cons. 342. Rebuff. in Prax.
ad hanc Regul. Gloss. 14. n. 4. Sarnen. ibid. quæst. 30.
& Coccin. adnotat. 315. existiment, per Regulam
solam Collationem annullari; contraria tamen
102 opinio indubie verior est, ea ratione, quia licet
Resignatio, & Collatio sint actus diversi, &
distincti, nihilo minus cum negari non possit,
quin sint correspectivi, hinc sublato uno, cense- 103
tur & aliud sublatum ad Text. in leg. cum ejusdem
ff. de Ædilit. Edict. cum aliis vulgatis Juribus.
Cumque Resignatio sit necessarium antecedens ad
collationem, si ista annullatur, Resignatio quoque 104
redditur irrita. Latissime Lotter. plures alias per-
pendens rationes libr. 3. quæst. 15. a num. 4. Scopp.
ad Cod. Fabr. lib. 1. tit. 2. explanat. 88. n. 7. Ros. de
Executor. cap. 15. num. 43. & in addit. num. 48. pag.
mihi 208. Rot. dec. 11. num. 11. & seqq. coram Cer-
ro, & decis. 355. num. 9. cor. Emerix Jun.

Annullata autem collatione, & Resignatione,
Beneficium per obitum vacare censetur, & quidem
non ficte, ut voluit Roman. dict. cons. 242. sed ve-
re, ut decrevit Regula Verbis illis -- ipsumque Be- 105
neficium nihilo minus per obitum vacare censeatur --
Quæ verba tempore Romani Regulæ nondum ad-
jecta erant, ut reprobando eundem Roman. fir- 106
mant Adden. ad d. cons. 342. litt. B. Mandos. ad
Regul. de Impetran. Benefic. per obit. famil. quæst. 6.
per tot. Paris. de Resignat. lib. 12. quæst. 9. num. 7.
Leuren. in For. Benefic. tom. 3. quæst. 345. Garc. de
Benef. part. 5. cap. 1. num. 161. & seqq. Simonet. de
Reservat. quæstion. 28. in fine, & ibi Adden. litt. B.
Rebuff. in Prax. ad hanc Regul. Gloss. 14. num. 15.
Peleus in Comm. Analyt. ad eamdem cap. 31. pag.
68. a terg. §. Vacatio, il 1. Rot. decis. 355. n. 5.
& seqq. cor. Emerix Jun. ubi quod si tempore Ro-
mani supra dicta verba, ipsumque Beneficium &c.
adfuissent in Regula, ipse veram hanc vacatio-
nem in dubium non revocasset, & decis. 98. n. 2.
& 3. cor. Rño Crispo. Idque locum sibi vindi- 107
cat, etiamsi Resignatarius Beneficii possessionem
adeptus fuerit, Litterasque Resignationis publica-
verit, Rebuff. ubi supra Gloss. 14. n. 17. Rosa de
Execut. in addit. ad cap. 15. n. 48. & 49. pag. 208.
Rot. dec. 11. num. 2. & seqq. cor. Cerro.

His positis superest nunc examinandum, an
Beneficia resignata, moriente intra viginti dies
Resignante, remaneant Sedis Apostolicæ disposi-
tioni affecta. Et in hoc dubio duo casus sunt per-
pendendi. Primus est, quando Resignatio exple-
tur extra Curiam coram Ordinario, & in his ter- 108
minis distinguendum est. Aut Resignans moritur
in Mense Sedi Apostolicæ reservato, & tunc quia
Ordinarius manus habet ligatas, ex quo annullata
jam vigore Regulæ resignatione, & vacante Be-
neficio per obitum, intrat Reservatio alterius Re-
gulæ IX. collatio utique ad Sedem Apostolicam
spectat, Lotter. de Re Beneficiar. dict. quæst. 15.
num. 58. & seqq. late Ros. de Executor. cap. 15.
num. 60. & seqq. Zyp. respons. Canon. lib. 3. respons.
5. sub num. 17. Scopp. ad Codic. Fabrian. lib. 1.
tit. 2. explanat. 68. n. 9. Paris. de Resignat. quæst.
5. num. 8. Rot. in Conchen. Beneficii 19. Junii 1716.
§. In principio coram Rño Crispo inter impress. de-
cis. 398. Aut Resignantis obitus occurrit in Men- 109
se Ordinarii, & provisio Beneficii ad liberam
ejusdem collationem pertinet, Lotter. ubi supra
num. 57. Ros. loco cit. num. 59. Azor. Instit. moral.
dicto cap. 28. quæst. 9. Paris. de Resignat. dict. lib. 12.
quæst. 10. num. 12. Leuren. in For. Benef. tom. 3.
quæst. 346. num. 1. & 3. Pirbing in Jus Canon.
lib. 1. tit. de Renunciat. num. 35. Rot. dec. 1604.
num. 3. cor. Penia.

Et quidem in his terminis obitus resignantis
in Mense Ordinarii, libere Ordinarius de Bene- 110
ficio, tamquam per obitum vacante disponere
poterit, variando, & alteri illud conferendo,
neque prima collatio vigore Resignationis expleta
apta

apta est impedire secundam, cum ea fuerit nulla
ob sequutam mortem Resignantis intra viginti
dies; quod autem nullum est, nullum producit
111 effectum, *Rebuff. in Prax. ad hanc Regul. Gloss. 2.*
num. 36. & seqq. & Gloss. 12. num. 10 *& seqq. Bou-*
chel. in Bibl.oth. Canon. verbo Regle de Infirm. pag.
737. §. En septiéme lieu, Pirhing. in Jus Canon.
libr. 1. tit. de Renunc. num. 25. Leuren. loco cit.
num. 4. Et videtur verior opinio, in quam incli-
nat etiam *Zyp. respons. Canon. libr. 3. respons. 5. n.*
112 *15. & seqq.* Est tamen contra *Peleum in Comm.*
Analyt. ad hanc Reg. cap. 31. pag. 65. a verg. §.
Si Ordinarius. qui in eo se fundat, quod Ordina-
rius, qui contulit, non potest contra proprium
factum venire, & collationem semel expletam per
Resignationem, iterum facere per obitum; quæ
tamen ratio non subsistit, quia non ipse Ordina-
rius reprobat collationem, quam fecit, sed Regu-
la ista eam nullam reddit, unde non tenetur Or-
dinarius de evictione, cum nullitas collationis non
ex facto suo, sed ex facto legis proveniat, *Rebuff.*
ad hanc Regul. Gloss. 2. num. 36. ubi ponit simile
de eo, qui a lege sit privatus, *& Gloss. 11. a num.*
3. Advertit tamen idem *Rebuff.* loco mox laudato
113 *num. 7.* æquum esse, ut si is, cui primo contulit
Ordinarius Beneficium resignatum, capax sit, ei
relinquat; quemadmodum pluries in Dataria vi-
dimus servatum, ut Summus Pontifex eidem
114 Resignatario de novo contulerit Beneficium, sic
nulliter resignatum.
Secundus casus, super quo inter DD. tota re-
115 fidet controversia, est in altera specie Resigna-
tionis coram Pontifice factæ, an scilicet moriente
tali casu intra viginti dies Resignante in Mense
Ordinarii, collatio Beneficii ad ipsum, vel potius
ad Summum Pontificem spectet. Et in hac quæ-
stione, collationem spectare ad Ordinarium fir-
mant, *Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. a num. 157.*
usque ad 169. Kochier. ad hanc Regul. num. 21. &
seqq. ubi quod ita quotidie Leodii, & in Urbe
servatur, *Gonzal. ad Regul. 8. Gloss. 52. num. 49.*
seqq. Simonet. de Reservat. quæst. 8. sub n. 6. Zyp.
respons. Canon. lib. 3. respons. 5. sub num. 17. Leu-
ren. in For. Benefic. tom. 3. quæst. 346. num. 1. Engel.
in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præb. num. 32. vers.
Contrarium, Pax Jordan. de Re Benefic. tom. 2.
libr. 10. tit. 2. num. 37. Nicolarts ad Concordat.
German. §. 8. pag. mihi 149. & late articulo discusso
Rot. decis. 355. per tot. cor. Emerix Jun.
Plures huic Sententiæ favent rationes. Pri-
116 mo, quia appositio manus Papæ tunc inducit
affectionem, quando Resignatio suum sortitur
effectum, *Abas in cap. Inter dilectos num.* 10.
de Excess. Prælat. Felin. in cap. ultim. in fine de
præsumt. Garc. loco citat. num. 154. *Leuren. in*
For. Benefic. loco cit. n. 1. circa med. Rota in Ro-
mana Beneficii 3. Marti 1692. §. Insubsistens quip-
pe, & 27. Junii ejusdem anni §. Hujusmodi au-
tem, cor. Ursino. Sed in terminis nostræ Regulæ,
Resignatio omni caret effectu; ergo nulla concur-
rit affectio, *Kochier hic num. 22. Lotter. de Re*
Benef. dict. quæst. 15. num. 23.
Secundo, quia Regula dicit, quod Beneficium
vacet *per obitum*, & non *per Resignationem*,
& ista vacatio per obitum, aut est vera vacatio,
& non ficta, ut diximus *num.* 105. aut quate-
nus etiam esset ficta tantum, adhuc eundem ope-
rari debet effectum ac vera vacatio, cum Prin-
117 ceps in his, quæ sunt Juris, fingendo efficit, ut
id, quod fingitur, sit verum, *Mandos. super Re-*
gul. de Impetran. per obit. familiar. Cardinal. quæst.
6. num. 6. Garc. de Benefic. dicto cap. 1. num. 164. &
Rigantii in Reg. Cancellariæ. Tom. II.

seqq. Paris. de Resignat. dict. lib. 12. quæst. 9. num.
7. Azor. Instit. moral. dict. cap. 28. quæst. 8. Lotter.
de Re Benef. lib. 3. quæst. 15. num. 31. Coccin. adnot.
315. num. 8. & seq. & num. 18. Rot. dec. 297. num.
3. lib. 3. & decis. 355. num. 3. §. Non obstat, cor.
Emerix Jun.
Tertio, Regula annullat collationem, & per
consequens Resignationem illius præambulam,
ut diximus supra *num.* 100. & 104. ergo annul- 118
lata Resignatione, remanet sola vacatio per obi-
tum, perinde ac si numquam Resignatio sequuta
fuisset, *Kochier hic n. 22. Coccin. dict. adnotat. 315.*
num. 16. Rot. decis. 297. lib. 3. cor. Puteo.
Quarto, Resignans non aliter censetur abdica-
re Jus a se, quam si Resignatio fuerit per Papam 119
admissa, & Beneficium acquiratur ei, cujus con-
templatione resignatum fuit, *Bursat. cons. 411. n.*
4. & 5. Paris. de Resign. lib. 1. qu. 3. num. 47. Rot.
dec. 90. num. 10. part. 9. Recem. decis. 106. num. 3.
cor. Otthobon. decis. 172. num. 3. & 4. coram Celso.
Quemadmodum nec Papa aliter admittit Resi- 120
gnationem, quam si Resignans per viginti dies su-
pervivat, & sic videtur Resignatio conditionalis
pendens ab eventu vitæ Resignantis, unde cum
interim omne Jus sit penes Resignantem, Be-
neficium per illius obitum vacat, *Garc. de Be-*
nefic. dict. cap. 1. num. 166. Rota decis. 297. cor.
Puteo lib. 3.
Quinto, quia Regula ista nullam inducit Re-
servationem, *Gomes. hic quæst. 33. Kochier ibidem* 121
num. 22. in fine, Leuren. in For. Benefic. dict. quæst.
346. num. 1.
Et texto demum comprobatur hæc opinio ex
stylo Datariæ adjiciendi in supplicationibus Resi-
gnationum post clausulam, *sive præmisso, sive quo-* 122
vis alio modo, restrictionem illam, *non tamen per*
obitum vacet, ad effectum impediendi, ne ex ge-
neralitate supra dictæ clausulæ, *sive præmisso &c.*
Resignatarius possit, Resignante infra viginti dies 123
decedente, adipisci Beneficium, *Sarnen. hic quæst.*
34. Mandos. ibid. quæst. 17. Rebuff. in Prax. ad eam-
dem Gloss. 14. num. 13. Paris. de Resignat. lib. 12.
quæst. 14. num. 23. Leuren. in For. Benefic. tom. 3.
quæst. 349. num. 5.
Contrariam vero Sententiam, quod scilicet de-
cedente Resignante intra viginti dies, & in Men- 124
se Ordinarii, Beneficium sit Apostolicæ Sedi re-
servatum, firmarunt *Roman. cons. 342. Sarnen. ad*
hanc Regul. quæst. 30. num. 3. & quæstion. 33. num. 6.
& quæst. 43. Paris. de Resignat. lib. 12. quæst. 10. nu.
4. & seq. Lotter. de Re Benefic. lib. 3. quæst. 15. num.
21. cum pluribus seqq. ubi *num.* 66. testatur de ob-
servantia, & stylo *Wames. cons. 249. n. 3. & seqq.*
tom. 2. Rebuff. in Prax. ad hanc Regul. quæst. 14.
num. 4. & 5. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap.
28. quæst. 9. Amonell. de Tempor. legal. lib. 4. cap.
27. sub n. 7. & 8. Tondut. Resolut. Benef. part. 3.
cap. 169. sub num. 21. Ros. de Execut. lib. 1. cap.
15. num. 45. & seqq. & in addit. pag. mihi 208.
num. 50. Coccin. adnot. 315. num. 26. & seq.
De Luca ad Gratian. discept. 161. sub num. 11.
Piringh. in Jus Canon. lib. 1. tit. de Renunc. num.
35. in fin.
Et pro hac opinione ponderat primo *Roman.*
d. cons 242. quod decedente Resignante intra vi-
ginti dies, Beneficium vacat per Resignationem in
Curia factam, & non per obitum, & per conse- 125
quens remanet reservatum; subdens, quod Regula
per verba illa -- *Collatio hujusmodi sit nulla* -- irritat
solum collationem, non autem Resignationem, 126
cum bene possit stare simul, quod valeat Resi-
gnatio facta de Beneficio, non vero collatio de illo

alterius favore expleta; & sequitur *Coccin. adnotat.* 315. *num.* 61. *& seqq.*

Sed utraque istius fundamenti pars est minus
habens; & quidem non subsistit prima, quod
Beneficium vacet per Resignationem, cum revera
127 vacet per obitum, ut clare decernitur in Regula
ibi -- *ipsumque Beneficium nihilominus per obitum
vacare censeatur* -- quæ Verba, ut diximus non
adhuc tempore *Romani* Regulæ adjecta erant; Mi-
nusque regit altera ejusdem fundamenti pars, quod
Regula irritet collationem, non vero Resignatio-
128 nem, nam hoc falsum esse ex plurium DD. placi-
to, & Sacræ Rotæ auctoritate supra ostendimus.

Secundo adducitur, duplicem adesse vacatio-
nem, veram per Resignationem, & fictam per obi-
129 tum, & in concursu attendi non debet nisi vera
vacatio per Resignationem, quoniam ea, quæ fuit
per obitum inducta, fuit solum inducta contra Re-
signatarium ad effectum excludendi Resignatio-
nem, non autem in præjudicium Reservationis,
nec ad tollendum, quod Beneficium non vacet
per Resignationem; stant enim bene simul, quod
Beneficium censeatur vacare per obitum ad effe-
ctum, quod per Resignationem non censeatur acqui-
situm jus Resignatario, & nihilo minus non tollat
effectum Resignationis, cum Papa eam admiteri-
rit; sunt enim diversi effectus, ut considerat *Pa-
res. dict. quæst.* 10. *num.* 10. *& seqq.* & latius *Coccin.
dict. adnotat.* 315. *a num.* 31. *cum seq. & num.* 49.
cum seqq. ubi pluribus exemplis id comprobat, &
refert *Lotter. dict. quæst.* 15. *num.* 35. *& seqq.*

Verum & hoc argumentum suas patitur difficul-
130 tates; quandoquidem Regula decernit collatio-
nem, & Resignationem jam factam nullam fuisse,
ergo dici non potest præexistere veram vacationem
131 ex Resignatione. Si enim Resignatio non fuit ad-
missa per Papam, nisi conditionaliter, in casu
nempe, quo Resignans supervixerit per viginti
dies post præstitum Resignationi consensum, & si
interim, dicto tempore durante, nullum ab eo fuerit
jus abdicatum, sequitur, quod eodem infra tem-
pus præfatum decedente, dici nequeat inducta vaca-
tio ex Resignatione, cum vacationi hujusmodi re-
sistat intentio Papæ, qui Resignationem pro per-
fecta habere noluit, nisi postquam Resignans per
viginti dies supervixerit, *Lotter. de Re Beneficiar.
dicto libr.* 3. *quæst.* 15. *num.* 44. ubi etiam a *num.*
132 7. perpendit, non posse in eodem subjecto con-
currere duas vacationes, nempe veram per Resi-
gnationem, & fictam per obitum; Unde explota
vacatione ex Resignatione, remanet illa per obi-
tum, quæ licet esset ficta, adhuc tamen prævalere
debet, & pro vera haberi.

Tertio pro nostræ Regulæ intelligentia perpen-
133 dit *Lotter.* Beneficium sic resignatum esse reserva-
tum, sed reservatione clausa in corpore Juris,
præmittendo, quod Regula nihil fingit circa va-
cationem ipsam, sed tantum fingit circa modum
vacandi, & propterea ait, quod vera vacatio re-
sultans ex Resignatione semel admissa, semper du-
rat, & fictio cadit simpliciter super modo, ita ut
integra manente vacatione, quæ fuit a principio
inducta propter nullitatem collationis, solus modus
censeatur per fictionem translativam mutatus, fin-
gendo, ut id, quod factum est uno modo, alio
modo factum censeatur. Cum igitur in Regula obi-
tus sit certus, & certa sit vacatio, stante nullitate
collationis, hinc infert, quod Regula per fictio-
nem translativam fingat eum, qui resignavit, in
ipso momento tentatæ Resignationis obiisse, &
sic in loco, ubi ipsa Resignatio tentata fuit, nempe
apud Sedem, ex qua oritur reservatio clausa in
corpore Juris, ut latius ratiocinatur ipse *Lotter.
dict. quæst.* 15. *n.* 44. *vers. In hoc conflictu cum seqq.*

Hoc tamen ratiocinium subtile nimis, & ver-
bis Regulæ repugnans esse videtur. Et præter ea, 134
quæ contra *Lotterum* adducit *Ros. de Execut. dict.
cap.* 15. *num.* 51. *& seq.* Ego considero, quod ad-
missa illius opinione, duæ sequerentur fictiones, 135
quas Jus nostrum respuit, *leg. Cum post §. Gener
ff. de Jur. Dot. Gloss. in leg.* 1. *Cod. de Dot. promiss.
Ruin. cons.* 90. *in fine libr.* 1. *Gratian. discept. Fo-
rens.* 737. *num.* 28. Prima, quod qui vere moritur
extra Curiam, in illa mori fingeretur. Et secunda
fictio esset, quod censeretur mori in ipso actu ten-
tatæ Resignationis, quando vere obiret Resignans
post illam admissam, imo etiam aliquando post
adeptam a Resignatario Beneficii possessionem.
Ultra quod præsupponit veram vacationem ex Re-
signatione, quam non adesse, ex ipsomet *Lot-
terio* supra ostendimus.

Quarto consideratur appositio manus Papæ in
admittenda Resignatione, a qua causatur affe- 136
ctio; Non refragante, quod Resignatio prædi-
cta non habuerit effectum, quia vere Resignatio
fuit per Papam admissa, & præstitus a Resignante
consensus, ita ut quoad ipsum fuerit taliter perfe-
cta, ut locus non amplius esset pœnitentiæ; proin-
deque cum fuerit in genere suo perfecta, recte in-
surgit affectio ex manus appositione. Quod si po-
stea Resignatio, ob Resignantis obitum infra vi-
ginti dies, non habuit effectum, hoc non prove-
nit ex eo, quod fuit nulla, sed ex peculiari lege
Pontificis, qui suprema, qua pollet auctoritate,
has Resignationes annullat tamquam factas in frau-
dem; quasi aliud sit quando Resignatio non sor-
titur effectum ex aliquo falso supposito, propter
quod Papa manus apposuit, quo casu cessat affe-
ctio, quia Resignatio est nulla a principio; aliud
vero, quando illa est valida a principio, & non
sortitur effectum ex voluntate Pontificis, qui ita
disponat ad fraudes evitandas, nam hoc casu, li-
cet resolvatur Resignatio, non tamen resolvitur
affectio inducta per manus appositionem validam,
Lotter. de Re Benef. lib. 2. *quæst.* 27. *num.* 35. Et
ita ratiocinatur *Ros. de Executor. dict. cap.* 14. *num.*
55. *&* 56. ubi etiam considerat simile de Publica-
tione Resignationis, quam si Resignatarius non 137
facit, resolvitur ex Legis dispositione Resignatio,
& nihilo minus Beneficium remanet reservatum.

Sed iste discursus est quoque minus habens.
Præsupponit enim a principio validam Resignatio-
nem, quod dubium esse videtur, cum, ut diximus
supra, Resignans non aliter jus suum abdicare cen- 138
seatur, quam si Beneficium perfecte acquiratur Resi-
gnatario, idque pendet ab eventu vitæ Resignantis.
Cumque eo decedente intra viginti dies, Papa annul-
let Resignationem, mandando, quod Beneficium
vacet per obitum, perinde ac si Resignatio sequuta
non fuisset, hinc manifeste sequitur, quod nullate-
nus dici possit, Resignationem fuisse ab initio va-
lidam. Rursus supponit, aliud esse quando Papa
apponit manus in Resignatione a principio valida,
aliud quando eas apponit in Resignatione ab initio
nulla, sed in hoc nulla videtur considerari posse
discriminis ratio, nam si verum est, prout est ve-
rissimum, quod appositio manus Papæ in Resi- 139
gnatione, quæ non habuit effectum, affectionem
non inducit, ut supra adnotavimus, in clarum
descendit consequens, quod idem semper debet
esse judicium, sive Resignatio non habuit effe-
ctum, quia fuit nulla a principio, sive quia reso-
luta, *Lotter. de Re Beneficiar. d. lib.* 3. *quæst.* 15. *n.*
23. *&* 62. *Rot. decis.* 355. *coram Emerix Junior.*

Et

Et demum ſupponit, quod licet reſolvatur Reſi-
gnatio, non tamen reſolvitur affectio inducta per
manus Papæ appoſitionem, quod pariter non ſubſi-
ſtit, quia ſi Reſignatio eſt nulla, locum ſibi vin-
dicat Juris principium, quo edocemur, ut quod nul-
140 lum eſt, nullum producat effectum, *Rebuff. in Prax.
ad hanc Regul. Gloſſ.* 13. *in princip.*

Quid in hac Quæſtione dicendum? Verior mi-
141 hi videtur prior opinio, quam ex profeſſo ſequuta
eſt *Rota dicta decif.* 355. *cor. Emerix Jun.* & du-
rum eſſet contra *Rotæ* auctoritatem in Judicio ob-
tinere, ut in præciſis terminis advertit *Coccinus*,
quamvis contrariæ ſententiæ aſſertor *dict. adnot.*
142 315. *in fin.* Beneficium enim ſic reſignatum non
vacat per Reſignationem, quæ cum per hanc Re-
gulam fuerit a Papa annullata, non abdicavit jus
a Reſignante, qui cenſetur mortuus in poſſeſſione
Beneficii, perinde ac ſi non reſignaſſet, *Rot. de-
cif.* 11. *num.* 6. *cor. Cerro.* Neque vacatio per obi-
143 tum debet reputari ficta, ſed vera, & ideo vere
vacante Beneficio per obitum, remanere debet diſ-
poſitioni ordinarii Collatoris, ſi Reſignans in illius
Menſe infra viginti dies obierit. Accedit, quod in
dubio potius ſavendum eſt Ordinariis, quam no-
vam hanc Reſervationem inducere. Cum enim Re-
144 gula principaliter emanaverit, ne iidem Ordinarii
fraudentur ſuo jure conferendi, ratio hæc plenius
ſuum conſequitur effectum, tunc cum Jus confe-
rendi Beneficium ad liberam Ordinarii diſpoſitio-
nem revertitur, *Engel. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5.
de Præben. §. 3. *num.* 32. §. *Contrarium*, *Leuren. in
For. Benefic. tom.* 3. *cap.* 346. *num.* 1. *in fine.*

Sed ſi Papa quoque moriatur intra viginti dies,
145 & ſic ceſſaverint Regulæ Cancellariæ, an tunc
etiam Reſignatio cenſenda ſit nulla? Diſtingue, aut
conſenſus fuit præſtitus vivente Papa, & tunc licet
Papa moriatur intra terminum viginti dierum, lo-
cus erit diſpoſitioni Regulæ, quæ cum ſemel habue-
rit effectum, hic ſemper durat; Aut conſenſus eſt
præſtitus poſt mortem Papæ, & tunc Regula locum
ſibi non vindicat, ſed res remanet ſub diſpoſitione
Juris communis, ad cujus tramites Beneficium va-
cabit per Reſignationem, *Gomeſ. hic quæſt.* 32. *Leu-
ren. in For. Beneficial. quæſt.* 348. *Pariſ. de Reſignat.
lib.* 12. *quæſt.* 11. *per tot. Peleus in Comm. Analyt. ad
hanc Regul. cap.* 31. *pag.* 71. *in princip. Huſſon Char-
leteau in libro, cui titulus, Abregé des Matiéres Be-
neficial. impreſſo Lugduni anno* 1687. *pag. mihi* 427.

Sed in Gallia eo jure vivitur, ut ſemper ſit locus
146 Regulæ, ſive conſenſus vivo Pontifice, ſive eo
mortuo præſtetur. Licet enim per mortem Papæ
ceſſent Regulæ Cancellariæ, hæc tamen, de qua
agimus, recepta fuit, ut diximus, in Parlamento,
147 & effecta Lex Regni, proindeque adeo fixa manet,
ut ei non officiat mors Papæ, *Rebuff. in Prax. ad
hanc Regul. Gloſſ.* 9. *Huſſon Charleteau ubi ſupra,
Bouchel. in Biblioth. Canon. verb. La Regle de Infir-
mis pag.* 737. §. *En quatriéme lieu*, *Van Eſpen in
Jus Eccleſ. univerſ. tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 27. *cap.* 5.
num. 15. *Leuren. loco cit.*

148 Huic Regulæ Papa poteſt, & ſolet hodie de-
rogare, ſed raro intra Montes, niſi agatur cum
Perſonis Pontifici gratis, & acceptis, vel de Sede
149 Apoſtolica bene meritis, prout contingit in Reſigna-
tione plurium Beneficiorum ſimplicium de Jurepa-
tronatus laicorum annui redditus ducatorum 1350.
expleta a clar. mem. Cardinali *Franciſco Acquavi-
va* favore R. P. D. *Trojani* ejus Nepotis, cum ex-
preſſione -- *Præfatum vero Cardinalem in infirmi-
tate Corporis conſtitutum exiſtere &c. de conſenſu
Patronorum &c. Non obſtantibus &c. etiam illa
Gregorii XIII. ſuper modo, & forma publicandi
ſimiles Reſignationes, ſeu Ceſſiones edita, ita ut in
Ceſſionem, ſeu Reſignationem Commendæ hujuſmodi
minime publicare, & alia in Conſtitutione hujuſ-
modi contenta etiam minime adimplere tenearis,
nec non noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis
de infirmis reſignantibus infra viginti dies decedén-
tibus, & de præſtando conſenſu in Reſignationibus,
quibus omnibus ad præſentis Gratiæ validiſſimum
effectum, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac
vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus
&c.* -- ut ex Litteris Apoſtolicis apud S. Petrum
Anno Incarnat. Dominicæ 1724. *Sexto Idus Janua-
rii anno primo Pontificatus S. M. Benedicti XIII.*
Et anno 1726. admiſſa fuit Reſignatio cum reſer-
vatione fructuum Monaſterii in Diœceſi *Cremonen.*
ex Perſona clar. mem. Cardinalis *Paulucci* infirmi
ad favorem R. P. D. *Merlini* ejus Nepotis cum de-
rogatione *Regulæ de viginti* &c.

Frequentiſſime vero, & quaſi de ſtylo Regulæ 150
derogari ſolet in Reſignationibus, quæ ultra Mon-
tes explentur, facta in ſupplicatione expreſſione *at-
tento, quod dictus N. ut tu pariter aſſeris, eſt ab-
ſens, & ultra Montes degit*, ut communiter obſer-
vant *Rebuff. in Prax. ad hanc Regul. Gloſſ.* 2. *num.*
24. *Kocbier ibidem num.* 34. *Azor. Inſtit. moral.
part.* 2. *libr.* 7. *cap.* 28. *quæſtion.* 10. *Pariſ. de Reſign.
dict. lib.* 12. *quæſt.* 14. *Gregor. Tholoſan. Syntagm. Jur.
part.* 2. *lib.* 17. *cap.* 18. *num.* 10. *in fin. Tyrri de Be-
nef. ſect.* 26. *fol.* 272. & *fol.* 276. *Bauny eod. tract.
diſput.* 9. *quæſt.* 7. *pag.* 295. *verſ. Nonum*, *Van Eſpen
in Jus Eccleſ. univerſal. loco cit. num.* 31. Et hæc
derogatio, quæ ceteroquin fieri debet in ſpecie, & 151
expreſſe, nec ſubintelligitur per clauſulas genera-
les, *Mandoſ. hic quæſt.* 19. *num.* 17. *Sarnen. quæſt.*
41. *Kocbier nu.* 27. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 12. *quæſt.*
14. *num.* 7. *Azor. Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.*
28. *quæſt.* 10. *Leuren. in For. Beneſ. quæſt.* 349. *nu.*
4. Hæc inquam derogatio olim rariſſima, præter- 152
tim tempore *Pauli II.* invaleſcere cœpit a tem-
pore *Leonis X.* qui ſub initium Sæculi 16. Pon-
tificatum obtinuit, *Van Eſpen dict. num.* 31. *Leu-
ren. in For. Benefic. quæſt.* 349. *n.* 2. *Blondeau in
addit. ad Bouchel. in Biblioth. Canon. verb. la Regle
de Infirm.* §. *Ante Leonem pag. mihi* 739. *Rot. de-
cif.* 480. *in princip. part.* 13. *Recent.* ſuumque ope-
ratur effectum, etiamſi in gravi infirmitate Reſi- 153
gnans eſſet conſtitutus, *Rot. dec.* 418. *num.* 2. &
ſeqq. part. 1. *Recent.*

Cadente ſolum quæſtione, an ſi quis ultra 154
Montes expediverit Litteras Apoſtolicas Reſigna-
tionis, ſeu Permutationis abſque clauſula deroga-
toria Regulæ, poſſit poſtmodum, ſi ſupervenerit
notitia obitus Reſignantis, ſeu Permutantis ſequuti
intra viginti dies, novas expedire Litteras deroga-
torias: & ſtylus eſt, quod vigore primæ Suppli-
cationis novæ Litteræ expediri poſſunt, cum in
his Gratiis ſecundariis, quandocumque valeant no-
væ Litteræ expediri, ut paſſim ſervari ſolet in plu-
ribus aliis materiis, præſertim in Gratiis derogato-
riis medietati Juriſpatronatus cum gratificatione,
nam Litteræ gratificationis poſſunt quandocumque
expediri: Sicque ſervatum fuit partibus auditis de
menſe Aprilis 1705. *in Antverpien. Canonicatus
pro Petro Moretto.* Et in hanc Sententiam incli-
nat *Peleus ad hanc Regul. cap.* 31. *pag.* 79. *a tergo*
§. *Derogatio*, quamvis *Paſtor de Benefic. lib.* 3. *tit.* 155
7. *num.* 6. *in fine*, quem ſequitur *Van Eſpen in Jus
Eccleſ. univerſal. part.* 2. *tit.* 27. *cap.* 6. *num.* 32.
exiſtimet Clauſulam derogatoriam Regulæ de Vi-
ginti in Supplicatione non petitam, non aliter
ſuppleri poſſe, quam per Literas *Perinde valere*
ſi jus alteri non ſit quæſitum.

Nec habent Ordinarii Collatores, de quo juste
156 conqueri possint, si Papa Regulæ pro libito dero-
get, eo sub obtentu, quod per derogationem im-
pedita remanet Beneficii vacatio, quæ in eorum
Mensibus contingere posset; Prout ex eadem ra-
tione, & ex eo etiam, quod hujusmodi derogatio
Concordata Germaniæ infringat, conquesti sunt
aliquando laudatæ inclytæ Nationis Ordinarii. Tum
quia quemadmodum Summus Pontifex nulla ha-
bita ratione præjudicii Collatorum ordinariorum,
157 & citra violationem Concordatorum passim admit-
tit in Mensibus ordinariis Beneficiorum Resigna-
tiones in favorem, licet ex hujusmodi Resigna-
tionibus impedita remaneat vacatio per obitum;
ita in derogatione Regulæ de *Viginti* adjecta in
Litteris Resignationum, quæ in manibus Papæ ex-
plentur, nullum considerari potest Ordinariorum
Collatorum præjudicium, nullumque Concorda-
torum obstaculum, quod impedire valeat dictæ
derogationis effectum, ut bene ratiocinatur, *Rot.
in Augustana Canonicatus* 30. *Aprilis* 1713. §. *Per-
peram coram R. P. D Ratto*. Tum quia si potest
158 Papa Regulam non edere, quo casu defuncto Re-
signante intra viginti dies, Ordinarii Collatores
neque de jure, neque in vim Concordatorum pos-
sent Beneficium jam prius resignatum conferre, ita
nullum eisdem Ordinariis præjudicium infert, nec
Concordata infringit, si Regulæ specifice derogan-
do, impedit quominus oriatur Ordinariis Colla-
toribus præfatis jus, quod non habent, nisi in
vim ipsius Regulæ, ut post *Matt. ad Concordat.
German. num.* 85. *& seqq.* prosequitur *Rot. in dicta
Augustana Canonicatus* §. *Præsertim*, ubi ulterius
ponderat, quod sine derogatione Regulæ de *Vi-
ginti* in partibus Germaniæ, ob longitudinem iti-
neris, numquam essent practicabiles ab Infirmis
Beneficiorum Resignationes in ipsorum Germa-
norum præjudicium.
Sed præter Pontificem, Legati etiam de Late-
159 re possunt huic Regulæ derogare, *Paris. de Resi-
gnat. dict. quæst.* 14. *num.* 13. *Tondut. lib.* 1. *cap.* 70.
num. 9. *& cap.* 93. *num.* 25. *& part.* 2. *cap.* 4. §. 7.
num. 28. *&* 29. *& part.* 3. *cap.* 169. *num.* 15. *& seq.
Kochier ad hanc Regul. num.* 35. *Zyp. in Comment.
Analyt. Jur. Pontific. tit. de Renunciat. num.* 3. *Tier-
ry de Benefic. sect.* 26. *pag.* 272. *& pag.* 276. *Bauny
eodem Tractat. disput.* 9. *quæst.* 7. *pag.* 295. *versic.
Infertur secundo, Leuren. in For. Beneficial. tom.*
160 3. *quæstion.* 349. *num.* 11. Verum non aliter Legati
de Latere possunt huic Regulæ derogare, quam
si hujusmodi potestas specialiter eis concessa fue-
rit, aut si facultatem habuerint derogandi Regu-
lis Cancellariæ, vel demum si impertita eis fuerit
facultas æqualis potestati tributæ eorum Antecesso-
ribus, qui hujusmodi facultate gavisi fuerunt, juxta
firmata per *Rot. decis.* 508. *tom.* 1. *& decis.* 109.
tom. 2. *part.* 4. *Recent.*
Passim quoque, & fere semper indulgetur de-
161 rogatio Regulæ *de Viginti* in Resignationibus Be-
neficiorum Galliæ, adeo ut fere inutilis in dicto
Regno Regula reddita fuerit, juxta notoriam pra-
xim de qua testantur *Peleus in Commentar. Analyt.
ad hanc Regul. cap.* 31. *pag.* 80. §. *Regula de Infir-
mis, Cabasut. in Prax. Jur. Canon. cap.* 19. *num.* 13.
Carond. lib. 1. *Pandectar. lib.* 12. *Husson Charleteau
in libr. cui titulus Abregé des Matiéres Beneficial.
pag. mihi* 135. §. *Notez* 4. *Pastor. de Benefic. lib.*
3. *tit.* 7. *num.* 5. *&* 6. *Van Espen in Jus Canon.
universal. tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 27. *cap.* 5. *num.* 32. *Blon-
deau in addit. ad Bouchel in Biblioth. Canon. pag.
mihi* 740. § *La derogeance.*
Hujusmodi tamen derogatio Regulæ in Gallia
non admittitur in præjudicium Cardinalium ha- 162
bentium Indultum conferendi. Fundamentum con-
stituitur in *Compacto*, quod *Paulus IV.* iniit in
Conclavi cum Cardinalibus, in quo præ ceteris 163
Pontifex promisit -- *Quodque Regulæ de Infirmis
signantibus tam citra, quam ultra Montes in Re
præjudicium Indultorum eorumdem Cardinalium
&c. non derogabimus.* Quod *Compactum* referunt
Doujat. in Specim. Juris Gallic. part. 2. *pag.* 134.
Pinson. in Notit. Summar. ad Indult. Reg. fol. mihi
254. *& in præfat. ad easd. Not. num.* 13. *&* 15. &
rursus *fol.* 324. ubi refert *Arrestum*, quo declara-
tum fuit non bene derogatum fuisse Regulæ *de Vi-
ginti* in præjudicium Cardinalis *de Gondy*. Idemque,
inhærendo dicto *Compacto*, tradunt *Husson Char- 164
leteau loco cit. pag. mihi* 135. §. *Mais cette Regle,
Bengeus de Canon. Instit.* §. 10. *num.* 17. *&* 18. *& de
var. mod acquirend. Benefic.* §. 10. *num.* 22. *&* 23.
Louet ad hanc Regul. litt. C. cap. 15. *Peleus in
Commentar. Analyt. ad eamdem cap.* 31. *pag.* 78.
§. *Papa, Blondeau in addit. ad Bouchel Biblioth.
Canon. pag.* 739. §. *Du Molin. Pastor de Benefic.
part.* 3. *tit.* 7. *num.* 7. *Cabasut. in Prax. Jur. Ca-
non. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 14.
Quamvis e contra admitti derogationem Regu-
læ in præjudicium Collatorum habentium Indul- 165
tum extraordinarium, tradit idem *Pinson. in dict.
præfat. num.* 16. & *pag.* 836. refert super hoc *Ar-
restum* contra Episcopum *Pictaven.* qui Indulto
fruebatur conferendi Beneficia Abatiæ de la *Cou-
sture de Mans* sibi commendatæ; & *pag.* 840. con-
tra Abatem de *Lionne* Indultarium, & *pag.* 333.
contra Cardinalem *Gondy*, qui cum resignasset
Abatiam cum Indulto conferendi Beneficia ab ea
dependentia, remanserat Collator extraordinarius,
Husson Charleteau loco citat. pag. 136. *Blondeau
ad Bouchel pag.* 730.
Sed quidquid Pragmatici Galliæ firment favore
Cardinalium gaudentium Indulto ordinario, ve- 166
rius esse videtur, quod derogatio hujus Regulæ
ipsos etiam afficiat, præsertim ubi constat de vo-
luntate Summi Pontificis, cujus potestas nullo mo-
do coarctari potest. Et *Compactum* initum cum 167
Paulo IV. in Conclavi, quod forsan nec ipsum
Paulum obligabat, ad late firmata per *Bursat. cons.*
342. *lib.* 4. uti ad summum personale, cum ipsius
Pontificia vita expiravit, nec obligat Successores,
Sarnen. ad Regulam de familiaris. Quæst. 15. *Cas-
sador. decis.* 23. *num.* 7. *de Præbend.*
Admitti etiam in Gallia derogationem Regulæ
de *Viginti* in præjudicium *Graduatorum*, non se- 168
mel in Regiis Parlamentis illius Regni decisum
fuisse, testantur iidem Pragmatici, & præsertim
Rebuff. ad Concordat. titul. de Collator. §. *Præfati-
que Ordinarii, Verb. Vacare, & in Prax. ad hanc
Regul. gloss.* 2. *num.* 27. *Chopin. lib.* 1. *de Sac. Polit.
cap.* 5. *num.* 5. *Cabasut. in Prax. Jur. Canon. lib.*
2. *cap* 19. *num.* 13. *Van Espen in Jus Eccles. uni-
versal. tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 27. *cap.* 5. *num.* 31. *Peleus
dict. cap.* 31. *pag.* 77. §. *Resignata, Pastor de Be-
nefic. part.* 3. *tit.* 7. *num.* 7. *Bouchel in Biblioth. Ca-
non. Verb. la Regle de Infirm. pag.* 736. §. *Il se fait,
& Blondeau in Addit ad eumdem pagin.* 739. §.
Le Pape. Sive derogatio Regulæ fiat a Papa, sive 169
a Legato sufficienti facultate munito, *Blondeau
ubi supra, Pastor dict. lib. tit.* 7. *num.* 5. *Papon.
lib.* 3. *Arrest. tit.* 2. *Peleus dict. cap.* 31. *pag.* 78. *a
terg.* §. *Legatus, & pag.* 79. §. *Legatus il* 2. *Tondut.
quæst. Benefic. part.* 3. *cap.* 169. *num.* 16. *Leuren.
dict. quæst.* 349. *num.* 9.
In præjudicium vero Indultorum Regis, & 170
Parlamenti Parisien. non admitti derogationem
Regulæ

Regulæ de Viginti, tradunt *Pinson. in præfat. ad dict. Not. Summ. Indult. Reg. num. 78. Terry de Beneficiis section. 26. pag. mihi 277. Husson Charleteau ubi supra pag. mihi* 126. *in Notis.*

Hæc sunt, quæ super hac Regula *de Viginti* adnotare placuit tamquam in praxi magis recepta. At opportunus hic videtur loquendi locus de Publicatione Litterarum Apostolicarum super Resignationibus Beneficiorum ad favorem, quæ a Regula
171 præfata originem ducere videtur. Cum enim nonnulli Beneficiorum Possessores aspicerent præclusam eis fuisse semitam committendi fraudes tempore Infirmitatis, ac de Beneficiis, dum essent morti proximi, veluti hæreditario jure disponere, obicem injiciente laudatæ Regulæ censura, cœperunt infirmitatem, & mortis periculum prævenire, faciendo, dum sani essent, Resignationes in favorem, sed eas quamdiu viverent occultando, ut ad mortem usque Beneficiis fruerentur, & sic majora gliscebant inconvenientia, quam ante Regulam, quia nec tempore quidem infirmitatis, & mortis detegebatur fraus, sed demum post obitum, ut bene præ ceteris animadvertunt, *Van Espen. in Jus Eccles. universal part. 2. tit. 27. cap. 6. num. 1. Stopp. ad Cod. Fabr. lib. 1. tit. 2. Explanat. 14. num. 3. & 4. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 24. §. Secundo quæritur.* Hinc ut hisce fraudibus obviam irent Pontifices, primus omnium satis provido consilio Regulam *de Publicandis Resignationibus* edidit *Six-*
172 *tus IV.* ut ait *Sarnen.* in eandem Regulam, quem sequitur *Paris. de Resignat. lib. 11. in Præfat. num.* 1. non autem *Innocentius VIII.* ut existimat *Van Espen. loco citat.* quæ Regula a Successoribus Pontificibus in muins adaucta, & usque ad tempus san. mem. Gregori XIII. inter alias Cancellariæ Regulas inserta, hisce verbis concepta legebatur.

173 *Item idem Dominus Noster statuit, & ordinavit, quod quæcumque Beneficia Ecclesiastica, sive in Romana Curia, sive extra eam sic resignata (nisi de illis facta Resignationes, si in eadem Curia infra sex Menses a Data Supplicationis, & non præstiti consensus computandos, si vero extra dictam Curiam factæ sint infra Mensem, ex tunc ubi talia Beneficia consistant publicata fuerint, vel possessio illorum ab eis, quos id contigit, petita fuerit) si Resignantes ista postmodum in eorumdem Beneficiorum resignatorum possessione decesserint, non per Resignationem, sed per obitum hujusmodi vacare censeantur. Collationes quoque, & alia quævis dispositiones de illis tamquam per Resignationem vacantibus, factæ, & inde sequuta, nullius sint roboris, vel momenti.*

Et adeo provida, ac necessaria eluxit hujus Re-
174 gulæ dispositio, ut recepta fuerit in Gallia, & registrata in Curia Parlamenti *die* 27. *Augusti* 1493. effectaque lex Regni, ut post *Rebuffum* tradunt *Cabasut. in Theor. & Prax. Jur. Canon. lib. 2. cap.* 19. *num.* 5. *& seqq. Bouchel in Biblioth. Canon. Verb. Publicatio, Papon. lib. 3. tit. 1. Arrest. 1. Stopp. ad Cod. Fabr. lib. 1. tit. 2. explanat. 14. n. 4. & explanat. 59. num. 1. Van Espen. loc. cit.* n. 4.

175 At *S. Pius V.* agnoscens per supra dictam Cancellariæ Regulam non plene consultum fuisse abusibus, & fraudibus, quæ ex occultis Beneficiorum Ecclesiasticorum Resignationibus, & Cessionibus, in dies oriebantur, plura sancivit, præsertim circa modum, & formam earum Litteras publicandi a Regula præfata non præscriptam, ut in ejus *Constitut. 182. Bullar. nov.* exscripta etiam penes *Parisium de Resignat. lib.* 11. *pag.* 192. Verum *Piana* hæc Constitutio, quippe quæ nec casus omnes comprehendebat, & majori indigebat explanatione, revocata postea fuit a san. mem. *Gregorio XIII.* per suam celebrem Constitutionem, quæ incipit *Humano vix judicio* editam anno 1587. & impressam eodem *Bullar. in ordine la* 85. & pariter a Parisio exscriptam *dict. lib.* 11. *pag.* 194. eaque certam regulam, & normam pro Litteris Resignationum publicandis imposterum servandam, statuit, atque decrevit. Ad tramites igitur laudatæ *Gregorianæ* Constitutionis, quæ in viridi est observantia, plures examinandæ occurrunt inspectiones. Primo, quorum Beneficiorum Resignationes sunt publicandæ, & qui eas publicare tenentur. Secundo, quibus in locis, & quomodo facienda est Publicatio. Tertio, infra quod tempus Publicatio fieri debet. Quarto, quis Publicationem fuisse peractam, vel non probare tenetur. Et demum, quibus pœnis subjacent, qui Resignationum Litteras publicare omittunt.

Quod attinet ad primam inspectionem, Regula 176
sit, quod omnium Beneficiorum resignationes sunt publicandæ, sive Beneficia sint simplicia, sive curata, electiva, sæcularia, & quorumvis Ordinum, etiam Militarium, Regularia, ac in Commendam dari solita, perpetua, temporalia, manualia, quamvis Jurispatronatus laicorum illustrium fuerint. Nec non tam Virorum, quam Mulierum Dignitates, Officia Ecclesiastica, ac etiam Hospitalia in titulum conferri solita; ut inhærendo verbis satis amplis *Gregorianæ* Constitutionis, communiter firmant *Pirhing in Jus Canon. lib. 1. tit. 9. §. 5. num.* 104. *Paris. de Resignat. lib. 11. quæst. 3. Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 24. §. Quinto quæritur, Novar. in Summ. Bullar. part. 1. Comment. 31. num. 4. & seqq. Barbos. de Jur. Eccles. universal. lib. 3. cap. 15. a num. 190. Murg. de Benefic. Quæst. 3. a num. 1053. Ros. de Executor. Liter. Apostolic. part. 1. cap. 15.* num. 176.

Sunt autem publicandæ nedum dictorum Bene- 177
ficiorum Resignationes, sed etiam Permutationes, ut præscribitur in eadem Constitutione *Gregoriana* in principio, ibi -- *Ut post hac omnes, & quæcumque Resignationes, etiam ex causa Permutationis* -- Et merito, quia Beneficiorum Permutatio, nil aliud est quam reciproca eorum Resignatio, & in occultis etiam Permutationibus fraudes intercedere possunt, quæ in secretis Beneficiorum Resignationibus ad favorem evenire solent, *Cabasut. in Prax. & Theor. Jur. Canon. lib. 2. cap. 20 num. 8. Paris. de Resignat. lib. 11. cap. 5. num.* 18. cum aliis penes *Rot. decis.* 1030. *num.* 2. *&* 1046. *num.* 1. *coram Emerix, & decis.* 250. num. 1. *coram Molmes, & in Ilcinen. Archidiaconatus 23. Junii* 1698. *coram Muto.*

Quemadmodum facienda est Publicatio, etiam- 178
si Beneficia resignata, seu permutata fuerint litigiosa, ut præscribitur §. 3. Constitutionis Gregorianæ, ibi -- *Et si propter litem &c. nequiverit saltem Litteras Apostolicas cum earum publicatione si tunc facta erit &c.* -- Et in §. *seqq. circa med.* ibi -- *Sive pacificis, sive in possessorio litigiosis* -- & plene firmavit *Rot. in Burgen. Canonicatus cor. Pamphil.* apud *Marchesan. de Commiss. part. 2. pag. 544. num.* 28. cum aliis *decis. 420. num. 12. part. 19. Recent.*

Receptissimum tamen est in terminis Gregoria- 179
næ Constitutionis, quod Publicatio necessario fieri non debet ab utroque Compermutante, aut a Resignatario, & Resignante simul, sed exuberat, quod ab eorum altero expleatur, cum & tali modo plene satisfactum remaneat fini, ne Beneficiorum Resignationes, & Permutationes in occulto maneant, *Garc. de Benefic. part. 11. cap. 3. num.*

num. 327. *Barbof. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 3.
cap. 25. *num.* 193. *Novar. in Summ. Bullar. part.*
1. *Comm.* 31. *num.* 28. *Ventrigl. in Prax. part.* 2.
adnotat. 4. §. 2. *num.* 84. cum aliis per *Rot. deciſ.*
446. *num.* 4. *coram Lanceta*, *& in Eiſtetten. Præ-*
cedentiæ 25. *Januarii* 1717. §. *Atque*, *coram R.*
P. D. Corio, *& in Squillacen. Parochialis* 27. *Mar-*
tii 1726. §. *Hæc probatio*, *coram R. P. D. Cin-*
cio, *& in Corduben. Beneficii* 8. *Junii* 1733. §.
Nec majoris, *cor. R. P. D. Rezzonico.*

180 Ab hujuſmodi vero publicationis onere nemo
excuſatur, ſed quiſquis fuerit Reſignatarius, aut
qui Beneficia permutarunt, etiam Sanctæ Roma-
næ Eccleſiæ Cardinales, ad eam peragendam ad-
ſtringuntur, ut expreſſe ſancitur in laudata Grego-
riana Conſtitutione §. 2. ibi -- *Etiam prædictis Car-*
dinalibus, *aut eorum*, *ac noſtris familiaribus*
continuis Commenſalibus, *nec non Litterarum*
Apoſtolicarum Scriptoribus, *Abbreviatoribus*, *ce-*
teriſque Romanæ Curiæ Officialibus ex quibuſvis
cauſis &c. -- & late tradunt *Pariſ. de Reſignat. lib.*
11. *quæſt.* 4. *Pirhing in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 9.
ſect. 5. §. 5. *num.* 1. *Kochier in Regul. de Publi-*
candis num. 17. *Roſ. de Executor. part.* 1. *cap.* 15.
num. 175. *Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *num.*
302. *Azor. Inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 24.
§. *Sexto quæritur*, *P. Claudius la Croix Theolog.*
moral. tom. 1. *lib.* 4. *n.* 1069.

181 Inſuper, qui Gratiam Proviſionis Beneficii a
Papa obtinuit jure devoluto, ob illius reſignatio-
nem nulliter factam in manibus Ordinarii Collato-
ris, illam publicare tenetur, *Pariſ. de Reſignat.*
lib. 11. *quæſt.* 5. *num.* 10. *& ſeqq. Kochier in Regul.*
de Public. 36. *num.* 24. *Garc. de Benefic. part.* 11.
cap. 3. *num.* 301. *Murg. eodem Tract. quæſt.* 3. *ſub*
num. 1160. *Roſ. de Executor. part.* 1. *cap.* 15. *num.*
179. *Rot. deciſ.* 420. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 19. *Re-*
182 *cent.* ubi contrariæ explicantur auctoritates; Idem-
que dicendum ſi Papa de Beneficio diſponat jure
devoluto ob non factam ab Ordinario in tempore a
Conſtitutione *Gregoriana* præfixa proviſionem,
poſt admiſſam renunciationem, ſeu permutationem,
ut de mente Rotæ dixit *Pariſ. dict. quæſt.* 3. *num.* 50.

Litteras quoque expeditas ſuper Gratia reſtitu-
tionis in integrum ob non factam in tempore pu-
183 blicationem Reſignationis, ſeu Permutationis Be-
neficiorum, publicandas eſſe, & quidem intra
tempus in eadem Gratia reſtitutoria præfixum,
quod regulariter eſſe ſolet trium menſium, non
ambigitur, & tradunt *Kochier in Regul.* 36. *pag.*
374. *Pariſ. de Reſignation. lib.* 11. *cap.* 7. *n.* 69. *Rot.*
in Romana Beneficii 19. *Januarii* 1682. §. *Publica-*
tio, *cor. Paulutio*, *& in Ravennaten. Canonicatus*
11. *Maii* 1688. *Et nihilo minus*, *cor. Rondinino.*

184 Quemadmodum, qui Beneficium reſignatum,
ſeu permutatum impetravit ob non factam congruo
tempore, vel nulliter expletam publicationem,
Impetrationis ſuæ Litteras intra tempus a Conſti-
tutione Gregoriana præſcriptum, publicare tene-
tur, & quidem ſub iiſdem pœnis, quæ ſancitæ
fuerunt contra Reſignatarium Litteras ſuæ Reſi-
gnationis non publicantem, cum Publicatio reſ-
pectu impetrantis eodem modo ſit pars Gratiæ
impetratoriæ, quo dicitur pars primæ, nempe Re-
ſignationis, aut permutationis, ut decernit eadem
Conſtitutio *verſic. Illorum vero*, & communiter
tradunt *Lotter. de Re Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 21.
num. 22. *& ſeqq. Kochier in Regul.* 36. *num.* 18.
Roſ. de Executor. part. 1. *cap.* 15. *num.* 179. *& in*
addit. num. 91. *Murg. de Benefic. Quæſt.* 3. *num.*
1160. *Garcias eodem Tract. part.* 14. *cap.* 3. *num.*
301. *Rot. deciſ.* 420. *num.* 11. *part.* 19. *Recent.*
cum aliis plene relatis *in Aurien. Cantoriæ* 8.
Junii 1696. §. *Id autem*, *coram clar. mem. Card.*
la Tremoille, *& in Squillacen. Parochialis* 27.
Martii 1726. §. *Eoque facilius*, *coram R. P. D. Cincio.*

Id quod locum ſibi vindicat etiamſi Impetrans 185
ex capite non factæ publicationis reperiatur in poſ-
ſeſſione Beneficii. Licet enim Poſſeſſor immunis
ſit ab onere publicandi, *Lotter. dict. Quæſt.* 21. 186
num. 8. *Pariſ. dict. lib.* 11. *quæſt.* 5. *num.* 59. *Rot.*
deciſ. 459. *la* 1. *num.* 4. *&* 5. *coram Cavalerio*, *&*
deciſ. 273. *num.* 8. *part.* 18. *Recent.* Nihilo minus
Doctores præfati intelliguntur de Poſſeſſore, qui
ceſſionem, ſeu Reſignationem habet a Collitigan-
te; ſecus vero de Poſſeſſore Beneficii, qui illud
etiam impetravit ex capite omiſſæ Publicationis ab
eo, cujus favore collitigans jus ſuum reſignave- 187
rat; hunc enim ab onere publicandi non eximi,
clare eruitur ex verbis laudatæ Conſtitutionis §. 5.
generaliter, & indefinite præſcribentis, ut *qui-*
cumque ſic impetrans, *aut Gratiam Motu ſimili*
habens, *præfinitum cuique caſui tempus prædictum*
a Data conceſſionis Gratiæ ſibi factæ hujuſmodi,
ea omnia, *quæ cadens a jure prædicto debebat*,
præſtare teneatur, ut perpendendo tam verba præ-
fata, quam præcedentia §. 4. plene firmavit *Rot. in*
Romana Cappellaniæ 27. *Novembris* 1680. §. *Ideo*
coram Vice-Comite, *& coram Urſino deciſ.* 606.
num. 10. *& per tot. part.* 19. *Recent.* ubi aſſignatur
ratio diſcriminis inter utrumque caſum, & contra-
riæ auctoritates explicantur.

Et iiſdem inſpectis ampliſſimis Verbis, quibus 188
in dicto §. 5. concepta legitur *Gregoriana* Conſti-
tutio, a Publicationis onere nec eximitur, qui
Gratiam *Si Neutri* obtinuit, quamvis in Bene-
ficii poſſeſſione reperiatur, *Rot. dec.* 273. *n.* 11.
part. 18. *deciſ.* 606. *num.* 10. *part.* 19. *Recent.* *&*
in Aurien. Cantoriæ 14. *Junii* 1697. §. *Secundo*,
coram dell Olmo.

Ceterum ſi plures fuerint impetrantes ex capite 189
non factæ publicationis, ille præferendus eſt in
aſſequutione Beneficii impetrati, qui prius ſuas
publicavit impetrationis Litteras, quamvis in Data
ſit poſtremus, & poſſeſſio ab alio in publicando
negligentiore, prius apprehenſa fuerit, vel petita,
ut præſcribitur in *Conſtitutione Gregoriana* §. 5.
Quæ tamen Conſtitutionis diſpoſitio veluti re-
ſtricta ad caſum, in quo concurrant plures, qui
ſub diverſis Datis Beneficium impetrarunt ex ea-
dem cauſa non factæ publicationis, non ſe proten-
dit ad alterum, in quo controverſia ſit inter eum, 190
qui impetravit Beneficium ob non factam Publica-
tionem, & Reſignatarium ipſum, qui obtinuit
Gratiam reſtitutionis in integrum ad publicandum
poſt jus quæſitum impetranti, nam niſi de jure
præfato in ſuo congruo judicio diſcuſſum fuerit,
ſola præventio illius, qui Gratiam reſtitutoriam ob-
tinuit in ea publicanda nullam tribuit prælationem
vigore *Gregorianæ* Conſtitutionis, quæ veluti odio-
ſa, & juris communis correctoria de caſu ad caſum 191
non ſe extendit, nec ex majoritate rationis, ut bene
reſpondit *Rot. deciſ.* 22. *num.* 27. *& ſeqq. coram*
Cerro, & me ſcribente in *Tuden. Parochialis* 20.
Novembris 1705. §. *Minuſque urget*, *coram clar.*
mem. Card. Scotto. Nec diſcriminis ratio inter 192
utrumque caſum deeſſe videtur; nam quando ſunt
duo Concurrentes, qui impetrarunt Beneficium
tertii, qui Conſtitutionem non adimplevit, tunc
nihil impetrantibus præfatis imputari poteſt, &
ideo *Gregoriana* Conſtitutio favere voluit illi, qui
diligentior fuit in publicanda ſua Gratia, & ad-
implendo formam ab ea præſcriptam. At quando
Reſignatarius Publicationem omiſit, jam peccavit
in

in Constitutionem, & licet petierit Restitutionem in integrum, attamen id fecit, postquam jam erat alteri jus quæsitum vigore impetrationis Beneficii ob Publicationem non expletam, unde cum ipse ab initio formam Constitutionis non adimpleverit, tantum non meretur favorem, quantum tertius, qui nihil contra Bullam commisit; Et alias actum esset de his Impetrationibus, si ille qui Constitutionem non adimplevit, sciens factam ab alio Impetrationem juvari posset pro ea elidenda præventiva publicatione Litterarum restitutionis in integrum. Cum enim similes impetrationes ut plurimum soleant in forma Dignum expediri, ex animadversis per *Rot. in Melevitana Beneficii* 19. *Junii* 1702. §. *Referendo*, *coram bon. mem. Ansaldo*, non possunt adeo celeriter exequutioni demandari, ut qui Restitutionem in integrum obtinuit, non valeat aliquando Impetrantem in publicando prævenire.

At vero plures sunt casus, in quibus necessaria
193 non est Litterarum Resignationis, aut Permutationis Beneficiorum Publicatio, quos enumerant *Ventrigl in Prax. tom.2. adnotat.4. §. 2. a num. 83. Barbos. de Jur Eccles. univers. lib. 3. cap. 15. num.* 193. *& in Summ. Apostolic. Decis. Verb. Publicatio num. 7. Novarr. in Summ. Bullar. part.1. Comment. 31. a num. 16. Paris. de Resignat. lib. 11. cap. 3. & seqq. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 24. Pater Claudius la Croix Theolog. moral. tom. 1. lib. 4. a num.* 1067. Nos potiores seligemus.

Et primo non requiritur Publicatio in Resigna-
194 tione, seu Cessione Beneficii libere facta in manibus Pontificis; ipsa enim potius, quam Resignatio, de qua Constitutio loquitur, dimissio est, nec illius respectu intercedunt fraudes illæ, & machinationes, quibus per Publicationem Gregoriana Constitutio occurrere voluit, ut quidquid dixerint *Paris. de Resignation. lib. 11. quæst. 5. num 48. & seqq. P. Claudius la Croix Theol. moral. lib. 4. num.* 1070. *Castropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. de Benefic. disputat. 4. punct. 3. §. 6. num. 7. Azor. Institut. Moral. part. 2. lib. 7 cap. 24. §. Quæri solet*, in Foro, & praxi receptior est opinio, quam præ ceteris sequuntur *Lotter de Re Beneficiar. lib. 3. quæst. 21. num. 7. & 9. Kocbier in Regulam de Publican. num. 42. pag 383. Ventrigl. in Prax. dict. §. 2. num. 83. Ros. de Execut. part. 1. cap. 15. num. 179. circa fin. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 4. num.* 326. ubi reprobat *Parisium*, *Rot. decis. 599. num. 2. & seqq. part. 4. divers. decis. 296. in fin. part. 2. Recent.* ubi quod Rota passim hanc sequitur Sententiam, & *decis. 420. num. 8. part. 19. Recent.*

Secundo, ob eamdem rationem necessaria non
195 est Publicatio provisionis Beneficii, quod coacte dimissum fuit vigore Decreti de dimittendo in provisione alterius Beneficii incompatibilis adjecti, *Ventrigl. loco cit. num. 83. La Croix Theolog. moral. tom. 1. libr. 4. nu.* 1070. *Lotter. dict. quæst. 21. num. 7. Garc. ubi supra num. 336. Rot. coram Coccin. decis. 2060. a num. 4. & dec. 599. num. 2. part. 4. divers. decis. 420. num. 7. part. 19. Recent.*

Tertio, non comprehenduntur sub *Gregoriana*
196 Constitutione Beneficia Consistorialia, de quibus Pontifex consistorialiter disponit. Cessat enim eorum respectu quæcumque fraudis, ac machinationis suspicio ob causæ cognitionem, quæ prius adhiberi solet, & ob Principis præsentiam, argumento *Text. in leg. Omnium. Cod. de Testam.* ibi - *Omnium Testamentorum solemnitatem superare videtur, quod insertum mera fide precibus inter tot Nobiles, probatasque Personas etiam conscientiam Principis tenet* - & firmant communiter *Paris. de Resignat. lib. 11. quæstion. 3. num. 25. Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 24. Castropal. Oper. moral. tract. de Benefic. disput. 4. punct. 3. §. 6. num. 4. Pirbing in Jus Canon. lib. 1. tit. 9. de Renunciat. num. 104. Ventrigl. in Prax. dicto §. 2. num. 83. P. la Croix lib. 4. num. 1058. Cabasut. in Theor. & Prax. Jur. Canon. lib. 2. cap. 20. nn. 9. Barbos. de Jur. Eccles. universal. lib. 3. cap. 15.*
Quamvis Beneficia Consistorialia, de quibus 197
Pontifex extra Consistorium disponere consuevit, obnoxia esse Publicationi, præscriptum sit in eadem *Gregoriana* Constitutione, & illi inhærendo tradunt laudati Doctores, & Nos etiam alibi diximus.

Quarto, Constitutioni Gregorianæ non sub- 198
jacet Resignatio, quæ suum sortita non fuit effectum, vel ex defectu consensus partium, quia nempe adimpleta non fuerunt pacta, & conditiones favore Resignantis adjectæ, vel ex defectu consensus Papæ, quia narrata minus vera comperta fuerint, aut quia Resignatarius Resignationis Gratia uti noluerit, *Novarr. in Summ. Bullar. part. 1. Commentar. 31. num. 21. Barbos. de Jur. Eccles. universal. lib. 3. cap. 15. num. 193. in fine*, late *Piton. Disceptat. 143. a num. 2. & pluribus seqq. Ventrig. in Prax. part. 2. adnot. 4. §. 2. num. 81. Lotter. de Re Benefi. Quæstion. 21. num. 39. & 40. Ros. de Executor. part. 1. cap. 15. num. 177. Garcias de Benefic. part. 11. cap. 3. num. 277. & 279. Rot. decis. 171. num. 5. coram Celso.*

Quinto, Coadjutoria cum futura successione,
immunis est a Publicatione, licet prohibendus 199
non sit Coadjutor, si ad illius publicationem devenire velit ex rationibus, quas perpendunt, *Garc. de Benefic. part. 11. cap. 3. num. 275. Sarav. de Jurisdict. Adjunct. cap. 29. num. 25. Leo in Thesaur. For. Eccles. part. 2. cap. 4. ex num. 44. Murga de Benefic. Quæst. 3. num. 1161. Barbos. de Canon. cap. 29. num. 9. & de Jur. Eccles. universal. lib. 3. cap. 10. num. 55. Gonzal. in Regul. 8. Gloss. 5. §. 9. num. 72. Novarr. in Summ. Bullar. Commentar. 31. num. 18. Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 13. §. Unico num. 57. Tondut. Quæst. Benefic. tom. 1. part. 2. cap. 1. §. 13. num. 18. & seqq. Vivian. de Jurepatronat. lib. 5. cap. 1. num. 78. bon. mem. Ansald. Addit. ad decis. 20. num. 11. & 15. Rot. decis. 108. num. 2. libr. 1. coram Puteo, decis. 116. num. 4. coram Cavalerio, & decis. 10. num. 3. libr. 3. part. 3. Diversor.*

Sed celebris fuit controversia exorta in Sacra 200
Congregatione Rebus Consistorialibus præposita de anno 1691. Cum enim Episcopo *Olomucensi* Senio confecto datus fuisset a Sede Apostolica Coadjutor cum futura successione, contendebat iste post notificatas Litteras Coadjutoriæ Capitulo, Clero, & Populo, magnificam illius inire publicationem cum solemnitatibus adhiberi solitis, dum Episcopi Ecclesiæ possessionem adipiscuntur, nimirum cum explosione Tormentorum Bellicorum, pulsatione Campanarum, Processione Cleri, & nobilium Equitatu, ac sequenti die functiones explere Pontificales. At hujusmodi prætensioni se opponente Capitulo, Congregatio præfata die 2. Octobris ejusdem anni respondit, nullam faciendam esse Publicationem, vel sufficere illam ex tunc peractam, per simplicem notificationem Litterarum Apostolicarum Coadjutoriæ, interdicendo, ne superius enunciata Pompa ullo modo fieret. Hujusce Resolutionis rationes expendit *in Addit. ad decis.* 20. bon. mem. Ansaldus qui tunc temporis fa. me. Innocentii XII. Auditor, fuit unus ex Prælatis, qui dictæ Congregationi interfuerunt.

Succedit secunda inspectio, quo nempe in loco, & quo-

201 & quomodo fieri debeat publicatio. Et quidem
in ordine ad locum sancitur in *Gregoriana* Consti-
tutione §. 2. quod ea fieri debet in Cathedrali, &
in Beneficii Ecclesia, vel Ecclesiis, si in pluribus
illud situm existat. Si vero Ecclesia Beneficii Ru-
ralis sit, aut Populo, Conventuque careat, eo casu
fieri debet in Parochiali, intra cujus Parochiæ li-
mites Beneficium ipsum consistit, & in Cathedrali
Ecclesia, quodque si locus Bello, seu Peste, aliis-
que manifestis periculis subjaceat, tunc in proxi-
ma Parochiali, ac etiam in Cathedrali Ecclesia,
vel si aditus ad illius, aut utramvis minime sit se-
curus in alia Cathedrali, vel Parochiali viciniori
periculorum immuni, peragenda erit.

Quo vero ad modum faciendæ publicationis,
202 clare ille præscribitur in eadem Constitutione d. §.
2. nempe quod fiat dum frequens Populus ad Missa-
rum solemnia convenerit, & palam omnibus Lit-
teræ Apostolicæ Resignationis earumve Transum-
tum authenticum exhibeatur, claraque & intelligi-
bili voce Resignatio, seu Cessio hujusmodi ac Be-
neficii qualitas, & invocatio, nominaque, & co-
gnomina Resignantis, seu Cedentis, ac illius, in
cujus favorem Gratia hujusmodi facta est, pronun-
cientur, ita ut hæc omnia possint ad notitiam om-
nium ibi existentium verisimiliter pervenire, scrip-
toque de his omnibus exemplo collato valvis dicta-
rum Ecclesiarum affixum relinquatur, & cohæ-
renter ad hanc *Gregoriana* Constitutionis sanctio-
nem, aliis relatis *Ventrigl. in Prax. part. 2. adnot.
4. §. 2. num. 60. Pirhing. in Jus Canon. lib. 1. tit. de
Renunciat. num.* 108. *Ros. de Execut. part. 1. cap. 15.
num.* 164. *Garc. de Benefic. part. 11. cap. 3. nu.* 294.
P. la Croix Theol. mor. tom. 1. lib. 4. num. 1075.
Rot. decis. 167. *num.* 13. *coram Lancetta, & in Au-
rien. Cantoriæ* 8. *Junii* 1696. §. *At vero coram clar.
mem. Card. de la Tremoille confirmata* 14. *Junii*
1697. *coram Olmo, & Ilcinen. Archidiaconatus*
23. *Junii* 1698. *coram Muto.*

Necessarium tamen non est pro validitate Publi-
203 cationis, quod Litteræ Resignationis, seu Permu-
tationis legantur per extensum, & de verbo ad
verbum, sed exuberat quod earum summa publi-
cetur, & authenticum Transumptum ad valvas
Ecclesiæ affigatur, ut ex supra exscriptis Gregoria-
næ Constitutionis verbis perspicue eruitur, & tra-
dunt *Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib. 3. cap.* 15.
num. 195. ubi ponit formulam prædicti Summarii,
Garc. de Benef. part. 11. *cap.* 3. *num.* 290. *& seqq.
Kochier in Regul. de publicand. num.* 15. *versic. sex-
to, Novar. in Summ. Bullar. part. 2. verb. Benefi-
cii publicatio num.* 12. *Ros. de Executor. cap.* 15.
n. 164. Quemadmodum necessarium non est quod
204 Publicatio fiat inter Missarum solemnia, & diebus
festis de præcepto, sed satis est quod sequatur die-
bus etiam ferialibus si occasione Divinorum Offi-
ciorum adsit Populi frequentia, *Paris. de Resignat.
lib.* 11. *quæst.* 6. *num.* 25. *De la Croix Theol. Moral.
tom. 1. lib. 4. num.* 1070. *cap.* 22. *&* 25. *Kochier. in
Regul. de public. sub num.* 15. *Novar. in Summ. Bul-
lar. tom. 2. verb. Beneficii publicatio num.* 10. *The-
saur. de Pen. verb. Resignatio cap. 4. versic. limita*
5. *Rot. decis.* 283. *num.* 11. *coram Carillo, in Ilcinen.
Archidiaconatus* 23. *Junii* 1698. §. *Sed potius in
fine, coram bon. mem. Muto*, ubi agebatur de Pu-
205 blicatione peracta in Vesperis. Verum tutius sem-
per esset, quod Publicatio fieret de mane, dum ca-
nitur Missa, cum *Gregoriana* Constitutio expresse
mandet, eam peragendam esse dum Populus ad
Missarum solemnia convenit, ut etiam animadver-
tit *Ros. de Executor. part. 1. cap. 15. num.* 163.

Quod vero attinet ad tertiam inspectionem circa
tempus, intra quod fieri debet Publicatio. Distin-
guendum est inter Resignationem, aut Permutatio- 206
nem Beneficiorum expletam in manibus Pontificis,
& inter Cessionem, ac Permutationem, quæ co-
ram Ordinariis peractæ fuerunt. In primo casu man-
dat *Gregoriana* Constitutio quod Publicatio fieri
debeat intra sex Menses, si Beneficium intra Mon-
tes fuerit, & si ultra intra novem a Data concessio-
nis Gratiæ, non autem a die præstiti super Resi-
gnatione, aut Permutatione consensus numeran-
dos. Quod sane tempus nedum primo Resignatario
est præfixum, sed etiam secundo, aliisque; ita ut
si intra illud, primus Resignatarius jus suum re- 207
trocedat Resignanti, vel alterius favore cedat, &
hic favore tertii, omnes tenentur publicationem
facere, eodem durante termino, ut expresse san-
citur in eadem Constitutione §. 1. ibi -- *pluresque,
& quotquot in alium, vel alias cessiones, ac etiam
in ipsummet primum Resignantem, vel cedentem re-
trocessiones, termino prædicto nondum elapso, in-
tercesserint, ita ut unicus dumtaxat terminus his
successivis cessionibus, ac Retrocessionibus decurrat,
ut qui postremus Gratiam habuerit publicationem
hujusmodi facere, ceteraque omnia hic præscripta
intra eundem terminum præstare teneatur* -- & in-
hærendo præfatæ Constitutioni *Paris. de Resignat.
lib.* 11. *cap.* 4. *num.* 19. *Garc. de Benef. part.* 11.
cap. 3. *num.* 304. *Azor. Instit. Moral. lib. 7. cap.*
24. *quæst.* 6. *Castropal. Oper. Moral. Tract.* 13. *de
Benef. disput.* 4. *punct.* 3. §. 6. *num.* 6. *versic. At si
ex Resignatione*, cum aliis *apud Scopp. ad Codic.
Fabr. lib.* 1. *explanat.* 61. *num.* 6.

At vero nedum Publicatio fieri debet intra sex
vel respective novem Menses, sed etiam intra idem
tempus Resignatarius adipisci debet possessionem 208
Beneficii, vel si legitimo aliquo detentus fuerit im-
pedimento, tenetur saltem Judici exequutori Litte-
ras suæ Provisionis præsentare, atque pro illarum
exequutione, & possessione Beneficii instare, &
hoc sub iisdem pœnis, ac si Publicationem non
peregisset, ut communiter tradunt *Garcia de Be-
nefic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 47. *& part.* 11. *cap.* 3. *nu.*
320. *Piton. discept.* 143. *num.* 21. *Paris. de Resignat.
lib.* 11. *quæst. num.* 75. *Ros. de Executor. in addit.
ad Cap.* 15. *num.* 78. *Pax Jordan. var. Lucubrat.
tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 35. *num.* 11. *Rot. coram Pen. de-
cis.* 555. *num.* 3. *coram Rembold. decis.* 323. *num.*
6. *coram Bich. decis.* 358. *num.* 25. *& in Squilla-
cen. Parochialis* 27. *Martii* 1726. §. *final. coram
R. P. D. Cincio, & in Oscen. Beneficii* 13. *Ja-
nuarii* 1727. §. *Si autem, coram bon. mem. Ga-
maches, & in Corduben. Beneficii* 9. *Junii* 1732. §.
Posita, coram R. P. D. Rezzonico.

Alter casus est quando agitur de dimissionibus,
seu Renunciationibus Beneficiorum omnium, *etiam
ex causa permutationis*, quæ fiunt coram Ordina- 209
riis, aut alias quomodolibet extra Curiam, & tunc
unius Mensis spatium iis præscribitur, ut admittant,
rejiciant, vel conferant, & provisi intra tres Menses
a die sibi factæ provisionis Publicationem peragere
debent, alioquin collatio erit nulla, & Beneficii
provisio ad Sedem Apostolicam devoluta remanet,
ut eruitur ex laudata Gregoriana Constitutione §.
de Beneficiis ibi -- *Ipsi* (videlicet Ordinarii) *intra
Mensem negotium universum admissionis, vel re-
jectionis Resignationis hujusmodi, & (si per eos
facienda erit) provisio resignati Beneficii juxta
Apostolicas, & alias Canonicas Sanctiones omni-
no absolvant, &c.* & ad illius tramites communi-
ter tradunt *Paris. de Resignat. lib.* 11. *quæst.* 5. *n.* 4.
10. *& sequ.* & melius *lib.* 11. *quæst.* 2. *num.* 4. 6. *&*
7. ubi rationes assignat *Kochier in Regul.* 36. *de
Publican-*

Publicandis sub n. 15. §. *Secundo hoc interest, Gonzal. in Regul.* 8. *Gloss.* 15. *sub n.* 87. *Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 285. & *n.* 337. *Novar. in Summ. Bullar. Comment.* 32. *num.* 1. 2. & 3. *Pax Jordan. part.* 2. *lib.* 10. *tit.* 35. *n.* 9. *Ventrigl. in prax. tom.* 2. *adnot.* 4. §. 2. *n.* 64. *Lotter. de Re Benef. lib.* 3. *quæst.* 21. *num.* 9. *Rota dict. decis.* 6. *num.* 8. *post Ros. de Executor.* Licet, quod ad publicationem Beneficiorum, quæ in manibus Or-
210 dinarii dimittuntur Constitutionem Gregorianam pluribus in locis, & præcipue in Germania receptam non esse, testantur *Kocbier. in Regul.* 34. *num.* 14. *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 1. *tit. de Renunciat.* §. 5. *n.* 109. *in fine*, *Garc. de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 289.

Sed quod cessionem Parochialium existimat
211 *Massobr. in Prax. haben. Concurs. requisit.* 7. *dub.* 1. *n.* 2. & *seqq.* quod Ordinarius teneatur quidem intra Mensem illam admittere, vel rejicere, sed quod gaudeat tempore sex Mensium ad conferendum, ea ratione quod terminus a Constitutione 33. S. Pii V. præfixus ad proponendum Concursum in Parochialibus quoque vacantibus per cessionem, requisitum a Concilio Tridentino *session.* 24. *cap.* 18. *de Reformat.* est quadrimestre, cui sane Pianæ Constitutioni derogatum non fuit per Constitutionem *Gregorianam*, & maxima ceteroquin oriretur confusio, si intra Mensem facienda esset collatio præcedente Concursu; Et *Massobrium* sequuntur *Barbos. de Jur. Eccl. univers. lib.* 3. *cap.* 15. §. 2. *sub n.* 113. *Nicolarts ad Concordat. German. dub.* 11. §. 11. *n.* 161. *Antonell. de Jur. Clericor. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 28.

Verum *Massobrii*, & sequacium opinio subsi-
212 stere non videtur. Siquidem *Gregorius XIII.* in laudata sua Constitutione limitare voluit, & restringere Ordinariis tempus ad conferendum, demandando, ut ipsi Beneficia in eorum manibus resignata conferant infra Mensem ad obviandum fraudibus, quæ possent fieri, & contingere in Renunciationibus extra Curiam, *Paris. de Resignat. dict. lib.* 11. *quæst.* 2. *n.* 6. Cum vero fraudes non minus contingere possint in Resignationibus Beneficiorum Curatorum, quam simplicium, hinc est quod utrumque casum hæc generalis Constitutio amplecti debet, & idem jus statuendum sit, *Paris. dict. lib.* 11. *quæst.* 5. *n.* 2. Alias si Constitutio præfata *in vers. de Beneficiis autem*, non comprehenderet Parochiales, sequeretur, quod nec etiam illarum publicatio eodem contextu demandata, fieri deberet intra tres Menses, & sic nullum esset præscriptum tempus pro facienda publicatione in Parochialibus resignatis in manibus Ordinariorum, quod esset absurdum.

Nec relevat, quod in Parochialibus requiratur Concursus, qui intra Mensem expleri non potest; quia cum pro Concursu aliud necessarium non sit, quam publicatio Edictorum cum termino decem dierum, & examen illorum, qui intra idem temporis decursum se describi fecerunt, spatium Mensis est plusquam congruum ad hæc omnia explenda in hoc casu particulari, in quo *Gregoriana* Constitutio id præscripsit ad obviandum fraudibus. Et
213 ita re discussa in Congregatione Datariæ, resolutum fuit anno 1721. Cum enim occasione dimissionis Parochialis *Camerinen.* in manibus Ordinarii factæ, de hoc articulo actum fuisset in S. Congr. Concilii extra folium, rescriptumque, ut audirentur Officiales Datariæ, isti censuerunt collationem, etiam in Parochialium dimissione faciendam esse infra Mensem, alias devolutio fieret ad Sedem Apostolicam; eumdemque sensum constanter semper habuit clar. mem. *Card. Sacripantes* sub recolendæ memoriæ Clemente XI. Prodatarius. Et re
iterum examinata de anno 1724. in eadem Congre- 214
gatione Datariæ, occasione petitæ relaxationis supplicationis super impetratione Parochialis *Oxomen.* in manibus Ordinarii renunciatæ, & post Mensem de ipsa per eum disposito, idem prodiit judicium.

Ceterum licet provisi ab Ordinariis de Beneficiis in eorum manibus cessis, aut permutatis publicationem intra tres Menses peragere debeant, nihilominus si Beneficium impetretur, vel ob non factam intra terminum præfatum publicationem, vel quia Ordinarius intra Mensem non providit, licet, ut diximus, Impetrator exemptus non sit ab hujusmodi Gratia publicanda, Publicatio nihilo-
minus non intra dictum tempus expleri debet, sed 215
fieri potest infra sex, vel respective novem Menses, quia non ob Ordinario, sed a Pontifice Gratia obtinetur, ut innuit *Gregoriana* Constitutio in §. 7. *versic. Beneficiis modo, & forma prædictis*, & observant *Garc. de Benef. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 287. *Murg. eodem tract. quæst.* 3. *num.* 1162. *Castropal. Oper. Moral. part.* 2. *tract.* 13. *disput.* 6. *punct.* 2. §. 6. *n.* 6.

Illud etiam omittendum non est, quod tempus præscriptum ad publicandum, & ad Beneficii pos-
sessionem adipiscendam, tam provisis Apostolicis, 216
quam Ordinariis non currit, si legitimum aliquod intercesserit impedimentum, ut dicemus infra *n.* 263.
vel si obtenta fuerit a Pontifice ejusdem termini 217
prorogatio, tunc enim sufficit, quod Publicatio peragatur, & possessio adipiscatur in termino prorogato, qui cum unus idemque dicatur cum primo adhuc durante, perinde est ac si in ipso priori termino publicatio sequuta, ac Beneficii possessio adepta fuisset, *Paris. de Resign. lib.* 11. *quæst.* 13. *n.* 139. *Lott. de Re Benef. lib.* 3 *quæst.* 3. *Card. de Luc. de Benef. disc.* 36. *num.* 9. *Scopp. ad Cod. Fabr. lib.* 1. *tit.* 2. *explanat.* 59. *n.* 10. *Ros. de Execut. cap.* 14. *n.* 156. & *in adnot. ad idem Cap. n* 83. *Rot. decis.* 166. *n.* 5. *coram Priolo*, *decis.* 286. *n.* 10. & *decis.* 301. *n.* 23. *coram Bichio.* Prorogatio vero termini ad publicandum de facili cuicumque
eam petenti indulgetur a Papa, etiam absque ulla 218
causa, & quidem de stylo per tres vices. Prima enim vice, si Beneficium resignatum sit intra Montes, conceditur ad quatuor Menses, qui prorogantur secunda vice ad alios tres, & postremo ad duos alios Menses. Si vero Beneficia resignata ultra Montes existant, prima prorogatio indulgetur ad sex Menses, secunda ad quatuor, tertia
demum ad tres Menses. Et de stylo Datariæ, hu- 219
jusmodi prorogationes indulgentur etiam circa finem termini, absque necessitate faciendi de illius expiratione mentionem, de quo stylo, reprobato *Parisio*, testantur *Mandos. in Regul. de Annal. quæst.* 77. *n.* 2. & 3. *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 36. *n.* 17.

In ordine ad quartam inspectionem, quis nempe probare teneatur Publicationem sequutam, omniaque a *Gregoriana* Constitutione præscripta, ser-
vata fuisse vel non, duo casus sunt distinguendi. 220
Primus est quando Resignatarius suam fundat intentionem super Litteris Resignationis, pro quarum exequutione instat, & hoc casu utique docere tenetur se *Gregoriana* Constitutioni satisfecisse, cum ut diximus Publicatio, omnisque in eadem Constitutione præscripta, sint pars Gratiæ, *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 94. *n.* 11. *Barbos. de Jur. Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 299. & *seqq.* *Tor. de Pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 90. & *seqq.* *Rot. dec.* 331. *n.* 15. *par.* 15. *rec.* Et Publicationem

221 fuisse sequutam satis evincit Instrumentum rei ge-
stæ, exaratum a tergo Litterarum Resignationis,
vel Permutationis, cum interventu duorum Te-
stium, & cum expressione diei, quæ necessaria
222 videtur, ut dignosci possit, an Publicatio expleta
fuerit intra tempus ab eodem Constitutione præscri-
ptum, *Rot. decis. 331. n. 18. part. 15. rec.* Vel si
dictum Instrumentum per actum separatum confe-
223 ctum fuerit, sat erit quod in eo dicatur, Publicatio-
nem expletam esse juxta formam *Gregorianæ* Con-
stitutionis, absque necessitate inserendi Litterarum
tenorem, *Ros. de Executor. part. 1. cap. 15. n. 169.
Car. de Luc. dec. 594. n. 11. part. 10. Recentior.*
224 Quemadmodum nullibi præscriptum habetur, quod
publicatio adnotari debeat in libris Capitularibus,
Rot. dec. 446. n. 5. coram Lancetta.

Probatio itidem sequutæ publicationis rite ex Te-
225 stium depositionibus erui potest, *Garc. de Bene-
fic. part. 11. cap. 3. n. 302. Paris. de Resignat. lib.
11. quæst. 24. num. 48.* cum aliis per *Rotam in Cor-
duben. Beneficii 4. Februarii 1684. §. Accedit,
coram clar. mem. Cardin. Caccia, & in Pampilo-
nen. Beneficii 5. Junii 1705. §. final. coram bon.*
226 *mem. Scotto.* Non sufficere tamen relationem Re-
ctoris, & Bajuli asserentium respective publicas-
se Litteras Resignationis, earumque exemplum
Ecclesiæ Valvis affixisse, firmavit *Rot. dict. decis.*
227 *331. n. 18. part. 15. Rec.* Quemadmodum nec fi-
dem adhibendam esse Notario testimonium perhi-
benti de actu præterito, præsertim si illius dictum
sit Testibus destitutum, tradit *Garc. de Benef. 10.
cap. 3. n. 330. circa fin.*

Secundus casus est, quando tertius Beneficium
impetravit ob non factam a Resignatario congruo
228 tempore Publicationem, & tunc tenetur ipse hanc
negativam non factæ publicationis evincere, &
quidem adeo claris, & dilucidis probationibus,
ut exclusa remaneat quæcumque possibilitas, quod
publicatio sequi potuerit, ut firmant communiter
*Paris. de Resignat. lib. 11. quæst. 14. num. 5. &
seqq. Kocbier. in Reg. 36. n. 29. & seqq. Lotter. de
Re Benef. lib. 3. quæst. 21. n. 13. & seqq. Castro-
pal. Oper. Moral. part. 2. tract. 13. Disput. 4.
punct. 3.* cum aliis penes *Rot. in Aurien. Cantoriæ 8.
Junii 1696. §. Id autem, cor. cl. me. Card. de la
Tremoille, & in Squillacen. Parochialis 27. Mar-
tii 1726. §. Cum autem, coram R. P. D. Cincio,
& in Corduben. Beneficii 8. Junii 1733. §. Dubita-
ri coram R. P. D. Rezzonico.* Potissimum si Resi-
229 gnatarius sententiam super Executione suarum
Litterarum obtinuerit, & in Beneficii possessio-
nem immissus fuerit, cum tali casu præsumatur Pu-
blicationem sequutam fuisse, *Lotter. d. lib. 3.
quæst. 21. n. 13. Rot. dec. 671. part. 4. Divers. &
dec. 662. n. 26. cor. Molines, & in Eystetten. Præce-
dentiæ 25. Junii 1717. §. Quandoquidem, cor. R. P.
D. Corio.* Et longe fortius si in possessione per
230 Triennium pacifice permanserit; nam licet posses-
sio Triennalis non suffragetur Resignatario, seu
Permutantibus, quos certo constat ad publicatio-
nem Litterarum Resignationis, vel Permutationis
non devenisse, ut dicemus infra, nihilominus ad
231 exclusionem illius, qui impetravit ex capite non fa-
ctæ Publicationis, Triennalis possessio juridicam
præsefert præsumtionem, vel quod Litteræ fuerint
tempore debito publicatæ, vel quod Resignata-
rius, aut Permutantes restitutionem in integrum
obtinuerint ad publicandum, & intra tempus in
dicta restitutione præfixum, Publicationem pere-
gerint, *Torr. de Pact. futur. success. lib. 3. cap. 9.
n. 92. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 3. n. 313. Ko-
cbier. in Regul. 36. n. 32. De Marin. var. resolut.
tom. 1. cap. 300. n. 6. Thesaur. de Pan. Eccles. part.
2. verb. Resignatio cap. 4. versic. Limit. tertio, Rota
decis. 305. n. 4. part. 8. & decis. 505. n. 18. part. 18.
tom. 2. Recent. & coram Royas dec. 98. coram Ubag.
decis. 9. in fine.*

Porro inter probationes evincentes Publicatio-
nem peractam non fuisse, quæ principem locum
sibi vindicant sunt; Primo si demonstretur Litteras
Resignationis, seu Permutationis fuisse expeditas 232
extra terminum a Constitutione *Gregoriana* præfi-
xum ad Publicandum, quod ut diximus, currere
incipit a die Datæ supplicationis; Cum enim pu-
blicatio fieri non possit nisi Litteris expeditis, ex
quo non Resignatio, seu Permutatio a Pontifice
admissa, sed earum Litteræ publicari debent, *Car-
dinal. de Luc. de Benef. disc. 94. n. 4. Ventrigl. in
Prax. part. 2. adnot. 4. §. 2. n. 77.* sequitur exin-
de, quod semel ac Litteræ expeditæ compensan-
tur elapso jam termino præfato, negativa Publica-
tionis concludentissime probata remanet, ut sine
contradictore firmant *Paris. de Resignat. lib. 11.
quæst. 14. n. 56. Ros. de Exequutor. part. 1. cap. 7.
n. 15. Garc. de Benef. part. 11. cap. 3. n. 316. &
n. 317.* post eumd. *Paris.* ampliat, ut idem dicen- 233
dum sit, si Litteræ fuerint expeditæ in fine termini
præfixi ad publicandum, itaut impossibile sit, quod
pervenire valuerint eodem termino durante ad lo-
cum, in quo facienda erat Publicatio, *Ventrigl.
in Prax. part. 2. adnot. 4. §. 2. n. 86. Mandos. in
Regul. de verisim. Notit. quæst. 9. Prosper. de Au-
gustin. in addit. ad Quarant. in Summ. Bullar. Pi-
ton. discept. 143. n. 18. Lotter. de Re Benef. lib. 3.
quæst. 21. n. 14. & 15. Rot. decis. 148. n. 6. coram
Burat. decis. 98. n. 4. coram Roxas, decis. 210. n.
4. coram Gregor.* cum aliis in *Aurien. Canonicatus
14. Junii 1697. §. Prout nec obstat, coram Olmo,
& in Squillacen. Parochialis 25. Martii 1726. §.
Hæc probatio, in fine coram R. P. D. Cincio, & in
Oscen. Beneficii 13. Januarii 1727. §. Ac denique,
coram bon. mem. Gamaches.*

Secunda eruitur ex formali Depositione Recto-
ris, ac Beneficiatorum, qui continuo interesse te- 234
nentur Ecclesiæ, in qua fieri debet Publicatio,
quique deponant de Publicationis defectu, negati-
vam coarctantes, quod si peracta fuisset, eam ipsi
necessario audivissent, *Paris. de Resignat. lib. 11.
quæst. 14. n. 60. & seqq. Prosper. de Augustin. in
addit. ad Quarant. in Summ. Bullar. verb. Benef.
Resignat. Publicat. n. 19. Novar. eodem Tract. &
tit. Commentar. 31. n. 26. Rota coram Cerro decis.
400. num. 7. & in Pampilonen. Beneficii 5. Junii
1705. §. Et nihilominus, & seqq. coram clar. mem.
Cardin. Scotto, & in Oscen. Beneficii 13. Janua-
rii 1727. §. Cura, coram bo. mem. Gamaches, &
in Corduben. Beneficii 9. Junii 1732. §. Et sane,
cor. R. P. D. Rezzonico,* & admittitur in altero *De-
cis. 8. Junii 1733. §. Hac autem cor. Eodem.* Nisi
Rector & Beneficiati infensi essent Resignatario, 235
aut Compermutanti, & cum iis in alia Causa col-
litigantes, quo casu eorum fidem suspectam esse,
nec plenam non factæ Publicationis probationem
præseferre, dixit *Rot. decis. 146. n. 5. coram Re-
verendiss. Crispo.* Aut si ipsi non continuo, & sin-
gulis diebus Ecclesiæ inservirent, quo casu cum 236
coarctare non possent negativam tali modo, ut fie-
ri non potuerit Publicatio, quando ipsi non inter-
fuerunt, nullum ex eorum depositione desumi po-
test validum argumentum non sequutæ Publicatio-
nis, *Rota decis. 446. num. 6. cor. Lancetta, & in
Squillacen. Parochialis 27. Martii 1726. §. Mili-
tat insuper, coram R. P. D. Cincio, & in dicta
Corduben. Beneficii 8. Junii §. Reliqui.*

Tertia

Tertia probatio non factæ Publicationis depro-
237 mitur ex confessione illius, qui illam peragere tenetur, & quidem nedum expressa, quam esse in hac materia probationem utique convincentissimam, firmant communiter *Novar. in Summ. Bullar. part. 1. Comment. 31. n. 36. Garc. de Benef. part. 11. cap. 3. n. 330. Ventrigl. in Prax. part. 2. adnot. 4. §. 2. n. 86. Card. de Luc. de Benef. disc. 94. n. 13. Lotter. de Re Benef. lib. 3. quæst. 21. n. 15 & seqq. & decis. 210. n. 4. coram Gregor. & in Pampilonen. Beneficii 5. Junii* 1705. §. *Et quidem, coram clar. mem. Card. Scotti*, ubi quod confessio præfata plenam constituit probationem,
238 etiamsi emissa fuerit in Epistola, quæ tamen sit recognita per Testes, notam habentes manum scribentis, *& in dicta Squillacen. Parochialis, coram R. P. D. Cincio*, §. *Militat, & in dicta Corduben. Beneficii* 8. *Junii, cor. R. P. D. Rezzonico* §. *Nec majoris*, ubi quod confessio debet esse cla-
239 ra, & importare affirmativam absolutam non factæ Publicationis, qua ratione firmat, responsionem datam a Resignatario Positionibus circa Publicationem, se non recordari an illam peregerit, dictam affirmativam non præseferre, nec ei præjudicare.

Verum etiam ex confessione tacita, & implicita, quia nempe Resignatarius in Judicio fassus fuerit, Constitutionem *Gregorianam* non esse in usu,
240 cum opus non fuisset exceptionem hanc opponere, si Publicationem peregisset, ut ponderat *Rot. in Pampilonen. Benef. 5. Junii* 1705. §. *Resultat, cor. cl. mem. Card. Scotto, & in Corduben. Beneficii* 9. *Junii* 1732. *eademque, coram R. P. D. Rezzonico.*
241 Quod tamen intelligendum est, si exceptio præfata opposita fuerit ab ipsomet Resignatario, vel ejus Procuratore cum speciali mandato, secus si a Procuratore dicto speciali mandato destituto, cum in re adeo maximi præjudicii illius Confessio Principali nocere non possit, ut dixit *Rota* in eadem Causa *Corduben. Beneficii* 8. *Junii* 1733. §. *Nec majoris cor. R. P. D. Rezzonico.*

Quinto, Productio Publicationis, vel minus
242 legitime, vel extra tempus a *Gregoriana* Constitutione præfixum expletæ, judicialiter facta a Resignatario, validum præsefert argumentum, quod ipse eidem Constitutioni non satisfecerit. Cum enim præsumtio sit, quod quis producendo titulum, illum producat quo meliorem non habet,
243 juxta doctrinam *Innocent. in Cap. Dudum. versic. Sed quia, de Decimis*, profecto eo ipso quod quis illegalem exhibet Publicationem, jam fatetur a-
244 liam legalem non peregisse, cum unique illam exhibere non omisisset, ut ponderant *Lotter. de Re Benef. lib. 3. cap. 21. n. 38. Ruf. de Execut. in addit. ad cap. 15. n. 92. Card. de Luc. de Benefic. disc. 94. n. 12. & 13. Garc. de Benef. part. 11. cap. 3. n. 319. Rot. dec. 227. n. 17. coram Cerro, decis. 167. n. 18. coram Lancetta, & in Aurien. Cantariæ* 8. *Junii* 1696. §. *Minus, coram cl. mem. Card. de la Tremoille, & 14. Junis* 1697. *Quoniam, coram*
245 *dell'Olmo.* Ad differentiam casus, si producta fuisset ab ipso Impetrante. Cum enim Publicatio sit actus reiterabilis, ex hujusmodi productione non ita coarctatur negativa, ut exclusa remaneat possibilitas, quod alia Publicatio præcedenter peragi non valuerit in tempore, *Ruf. de Execut. cap. 7. n. 14. & in addit. ad cap. 15. n. 92. Piton. disceptat. 143. n. 20. Adden. ad Gregor. decis. 210. n. 3. & decis. 288. pariter n. 3. Lotter. d. cit. cap. 21. n. 37. Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 4. §. 2. n. 86. Rot. apud Garc. de Benef. part. 11. cap. 3. n. 330.*

Similiter ex eo, quod Resignatarius, seu alter ex Compermutantibus a Sede Apostolica obtinuit 246
Gratiam restitutoriam adversus lapsum temporis, quod Constitutio Gregoriana præfixit ad publicandum, validum insurgere argumentum non peractæ congruo tempore Publicationis, firmarunt *Paris. de Resignat. lib. 11. quæst. 14. n. 70. & seqq. Garc. de Benef. par. 11. cap. 3. n. 306. Castropal. Oper. Moral. tom. 2. tract. 13. Disput. 4. punct. 3. §. 6. n. 15. Rot. decis. 98. num. 4. cor. Roxas, decis. 498. n. 6. cor. Burat. & in Aurien. Cantariæ 14. Junii* 1697. §. *Prout nec obstat, coram dell'Olmo, & in Tuden. Parochialis 15. Januarii* 1704. §. *Quidquid enim, & 20. Novembris* 1705. §. *In principio, cor. cla. mem. Cardinali Scotti.* Nisi Restitutio
petita fuisset ad cauthelam, quo casu eam non præ- 247
seferre argumentum exclusivum Publicationis, dixit *Rota in Ilerden. Archidiaconatus* 13. *Junii* 1698. §. *Quin hæc, cor. Muto.*

Sed circumstantiam hanc non coarctare negati-
vam omissæ publicationis, rectius alii existimant; 248
Siquidem Restitutio præfata solum præsefert confessionem Resignatarii, aut Compermutantis circa Publicationem ab ipsis non factam in termino præfixo, sed non probat defectum Publicationis ex parte ipsius Resignantis, aut alterius Compermutantis, a quibus, ut diximus, etiam fieri potuit Publicatio, ut animadvertunt *Lotter. de Re Benefic. libr. 3. quæst. 21. num. 21. Novar. in Sum. Bullar. part. 1. Commentar. 31. n. 38. Piton. discept. 143. n. 19. Rot. decis. 210. n. 3. & dec. 288. n. 2. cor. Greg. & dec. 446. num. 4. cor. Lancetta, & in Eystetten. Præcedentiæ* 25. *Junii* 1717. §. *Nec huic oneri, cor. R. P. D. Cario.* Verum si post præstitum consensum Resignationi, vel Permutationi,
& ante Literarum Apostolicarum expeditionem, 249
aut antequam Litteræ ipsæ expeditæ pervenire potuerint ad locum faciendæ Publicationis, Resignans ipse, vel alter Compermutans decessisset, tunc cessante motivo possibilitatis, quod Publicatio ab ipsis fieri potuerit, confessio Resignatarii, vel Compermutantis resultans ex restitutione in integrum ab ipsis obtenta, univocum præseferret non factæ tempore opportuno Publicationis.

Postremo sciendum est, quod etiam Impetrans
Beneficium ex capite non adeptæ per Resignata- 250
rium possessionis intra tempus a Constitutione Gregoriana præscriptum ad publicandum, id concludenter probare tenetur. Et si Resignatarius intra tempus præfatum Litteras Executori præsentaverit
ad effectum habendi possessionem, quia præsumi- 251
tur id peregisse propter existentiam legitimi impedimenti, obstringitur ulterius Impetrans probare, nullum intercessisse impedimentum, quod præpedire valuerit possessionis adeptionem, quodque per ipsum Resignatarium steterit, quominus illam apprehenderit, *Piton. discept.* 143. *n.* 22. *Rot in Leodien. Canonicatus* 23. *Januarii* 1711. §. *Non relevante, & §. Alias cor. clar. mem. Card. Scotto, & in Corduben. Beneficii* 8. *Junii* 1733. §. *Parique, cor. R. P. D. Rezzonico.*

Remanet nunc agendum de Pœnis, quibus subjacent qui Publicationem intra tempus a Constitutione Gregoriana præscriptum non peregerunt, vel minus recte, eo tempore durante, expleverunt. Et illud in primis laudata Constitutio decernit, quod tali casu Gratia Resignationis, aut
Permutationis nulla prorsus, & irrita sit, Benefi- 252
ciumque ipsum resignatum, vel Beneficia permutata vacent eo ipso, non quidem per Resignationē, sed ob non factam Publicationem, & quidem in Curia, itaut de illis tamquam specialiter Sedi Apo-

253 stolicæ reservatis, nullus inferior disponere possit,
ut inhærendo laudatæ Constitutioni, firmant com-
muniter *Paris. de Resignat. lib.* 11. *quæst.* 8. *n.* 6. &
seqq. Lotter. de Re Benef. lib. 3 *quæst.*21. *n.*26. *Ros.*
de Execut. in Addit. ad cap. 15. *n.* 73. *Scop. ad Cod.*
Fabrian. lib. 1. *tit.* 2. *Explanat.* 50. *n.* 6. *Rot. dec.*
227. *n.* 2. *cor. Cerro*, *decis.* 358. *n.* 23. *cor. Bichio.*
Et ex prædicta ratione, quod ob non sequutam
254 Publicationem, Beneficia vacent *in Curia*, ea non
comprehenduntur sub Indultis Cardinalium, quæ
sunt restricta ad Beneficia extra Curiam vacantia,
Rota in Pampilonen. Beneficii 16. *Maii* 1727. §. *Etsi*,
cor. R. P. D. Nunez, & conferunt tradita per *Rot.*
decis. 351. *n.* 11. *cor. Lancetta.*

Illud tamen animadversione dignum est, quod
255 si agatur de Parochiali vacante ob non sequutam
Publicationem, & de ea per Pontificem, dum vi-
xit, dispositum non fuerit, non prohibetur Ordina-
riis, Sede Apostolica vacante, ad illius provisio-
nem devenire, juxta *Text. in cap. Si Apostolica de*
Præb. in 6. cujus Decretalis dispositioni derogatum
non fuisse per clausulas generales derogatorias,
contentas in Constitutione *Gregoriana*, firmavit
Rota decis. 1030. *num.* 6. & *decis.* 1046. *cor. E-*
merix.

Insuper Resignatarius, qui Publicationem facere
256 omisit, inhabilis, & incapax efficitur ad Benefi-
cium resignatum, & cessum, quandocumque ob-
tinendum, ut præscribitur in eadem Constitutione
§. 5. eique inhærendo tradunt Doctores cumulati
per *Rot. in Oscen. Beneficii* 13. *Januarii* 1727. §. *Si*
autem, *cor. bon. mem. Gamaches*, & *in Pampilo-*
nen. Beneficii de Pueyo 23. *Januarii* 1728. §. *Pec-*
cat, *cor. Rño Calcagnino*, & 25. *Junii ejusdem an-*
ni cor. R. P. D. Ratto. Quod tamen intelligitur, si
Beneficium præfatum acquirere velit per obitum, aut
257 per cessionem, sive Resignationem, vel Permuta-
tionem, secus vero si illud impetraverit, ob non fa-
ctam publicationem Resignationis favore alterius
expletæ, ut firmavit *Rota in Colonien. Canonicatus*
14. *Martii* 1696. *cor. Ursino*, & *in Aurien. Canto-*
riæ 8. *Junii ejusdem anni* §. *Consequens*, & §. *Quia*
Bulla, *cor. clar. mem. Card. de la Tremoille.*

Pro hujusmodi vero pœnis evitandis non opitu-
258 lari Resignatario, qui Publicationem peragere o-
misit, Regulam de Annali, minusque alteram de
Triennali, ex quo deficit titulus coloratus omnino
necessarius, ut illius beneficio Possessor triennalis
frui valeat, decernitur in eadem *Constit.* §. 5. Et
tradunt, *Paris. de Resign. lib.* 11. *quæst.* 6. *num.* 76.
Ventrigl. in Prax. part. 2. *adnot.* 4. §. 2. *num.* 26.
Kochier. in Regul. de Public. n. 32. *Garc. de Benef.*
lib. 11. *cap.* 3. *n.* 313. cum aliis apud *Rot. in Cor-*
duben. Beneficii 9. *Junii* 1732. §. *fin. cor. R. P. D.*
259 *Rezzonico.* Quod si concurrat possessio decennalis,
etsi nec eam Resignatario suffragari, dixerit *Rota*
in Aurien. Cantoriæ 14. *Junii* 1697. §. *Quoniam*
objectum, *coram dell'Olmo.* Propositio tamen hæc
difficultate non caret, quia decennalis possessio in-
ducit præsumtionem Tituli, Apostolicæ nempe de-
rogationis Constitutioni Gregorianæ, vel obtentæ
Gratiæ restitutionis in integrum ad publicandum,
cum subsequuta ejusdem Gratiæ publicatione, per
ea, quæ in fortioribus terminis pacificæ possessio-
nis decennalis duorum Beneficiorum incompatibi-
lium, dicemus in *Commentar. in Regul. XXXVI.*
de Triennali.

At vero plures sunt casus, in quibus pœnæ a
Constitutione Gregoriana sancitæ locum sibi non
vindicant. Primus est, quando Papa eidem Con-
260 stitutioni derogavit, quæ darogatio licet raro, ali-
quando tamen indulta fuit, ut præ ceteris deroga-
vit san. mem. *Benedictus XIII.* in resignatione Be-
neficiorum, quam favore R. P. D. *Trojani Ac-*
quavivæ explevit clar. mem. Cardinalis *Franciscus*
ejus Patruus, ut diximus supra *num.* 149. Dero-
gationem vero Regulæ *de Publicandis* in Regno 261
Franciæ, in quo adhuc hodie cum ea vivitur, non
admitti, tradunt communiter illius Regni Pragma-
tici.

Secundus casus est, quando Resignatarius de-
cessit intra tempus præscriptum ad publicandum, 262
tunc enim non vacat Beneficium ob non factam
Publicationem, sed per obitum, & ratio est, nam
quoties pœna aliqua imponitur, nisi intra certum
tempus quid adimpleatur, in ipsam pœnam non
incurritur, nisi terminis omnibus præscripti tempo-
ris elapsis, *Paris. de Resignat. lib.* 11. *quæst.* 8. *n.*8.
& *seqq. Kochier. de Permut. Benef. par.* 3. *quæst.*
17. *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloss.* 15. §. 2. *n.* 53. & 54.
Novar. in Summ. Bull. part. 1. *Comm.* 31. *num.*19.
Massobr. in Prax. haben. Concurs. Requisit. 5. *dub.*
39. *n.* 52. & 53. *Fiton. discept.* 143. *n.* 16. *Ros. de*
Execut par. 1. *cap.* 15. *n.* 155. *Rot. post eumdem*
decis. 4. *n.* 12.

Tertius casus est, quando Resignatarius justo
aliquo impedimento detentus Publicationem face- 263
re, aut Beneficii possessionem intra tempus præfi-
xum a Constitutione Gregoriana adipisci non va-
luit. Quemadmodum enim legitime impedito tem-
pus ad aliquid peragendum a lege præscriptum, 264
non currit, *Leg. Si cum ipse* 42. *ff. de Excusat.*
Tutor. Leg. Libertatem 36. *in fin. Cod. ad leg. Jul.*
de Adulter. ita nec adversus eum locum sibi vin-
dicant pœnæ, ob non peractum in tempore id, 265
quod a Lege demandabatur, sancitæ, *Paris. de*
Resignat. lib. 11. *quæst.* 13. *per tot. Ros. de Execut.*
cap. 15. *num.* 143. *Barbos. de Jur. Eccles. univers.*
lib. 3. *cap.* 15. *n.* 193. *Rota decis.* 420. *in fin. part.*
19. *Recent.* & *in Lycien. Canonicatus* 4. *Maii*
1705. §. *Non obstat coram Muto.* Quod tamen est
intelligendum, si impedimentum superveniat de 266
tali tempore, quod nisi intervenisset, Publicatio
fieri, aut possessio adipisci valuisset, secus vero si
in fine temporis præscripti ad Publicandam, &
possessionem adipiscendam, intervenerit, *Card. de*
Luca de Benefic. disc. 94. *n.* 15. *Ros. de Execut.*
in Addit. cap. 15. *num.* 81. *Scopp. ad Cod. Fabrian.*
lib. 1. *tit.* 2. *Explanat.* 59. *num.* 9. *Rot. decis.* 196.
n. 6. *part.* 8. *Recent.* & *decis.* 172. & 191. *cor. Cel-*
so, *decis.* 227. *n.* 15. *cor. Cerro.* Quæ vero sint 267
impedimenta apta excusare Resignatarium ab one-
re publicandi, & per consequens eum a pœnis
eximere, consule *Ros. de Executor. part.*1. *cap.*15.
a n. 143. & *seqq. Paris. de Resignat. lib.* 11. *cap.*
13. *per tot.*

Quartus casus est, quando Resignatarius Gra- 268
tiam Restitutionis obtinuit ob non factam in præ-
fixo tempore Publicationem; hoc enim casu pœ-
nas a Constitutione præscriptas non incurrit, si Pu-
blicationem intra tempus in Gratia restitutoria præ-
fixum peragat, ipsa enim perinde habetur ac si in-
tra sex, aut respective novem Menses peracta
fuisset, *Paris. de Resignat. lib.* 11. *quæstion.* 7. *n.* 68.
& 69. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 3. *quæst.* 21. *n.* 3.
Ros. de Execut. part. 1. *cap.* 15. *num.* 156. *Paris. de*
Resignat. lib. 11. *quæstion.* 13. *num.* 139. *Rot. decis.*
383. *n.* 8. *cor. Carillo*, *decis.* 154. *n.* 9. *coram Ot-*
thob. decis. 322. *n.* 1. *cor. Celso*, *decis.* 286. *n.* 10.
cor. Bich. decis. 141. *n.* 34. *part.* 16. *Recent.* & *in*
Lycien. Canonicatus 1. *Maii* 1705. §. *Potissime*,
cor. Muto.

Hujusmodi tamen Gratia Restitutionis non ali-
ter indulgeri solet, quam cum clausula -- *dum-* 269
modo

modo tempore Datæ præsentium, *ob lapsum tempo-*
ris hujusmodi non sit alteri in Beneficio specialiter
jus quæsitum -- ut est notorius stylus, & cæteroquin
etiamsi in Litteris Apostolicis expressa Juris tertio
270 quæsiti præservatio deficeret, adhuc tacite de jure
subintelligenda esset, ut firmant *Paris. de Resignat.*
lib. 11. *quæst.* 7. *num.* 72. & 79. *Ventrigl. in Prax.*
part. 2. *adnot.* 4. §. 2. *num.* 75. *Kochier. in Regul.*
de Public. num. 42. *Ros. de Execut. part.* 1. *cap.*
15. *n.* 157. *Novar. in Summ. Bullar. part.* 1. *Com-*
ment. 31. *n.* 31. *Rot. decis.* 14. *num.* 52. *part.* 10.
Recent. & in Alerien. Parochialis 28. *Novembris*
1692. §. *Subsistente*, *cor. Muto*, *& in Aurien. Can-*
toriæ 14. *Junii* 1697. §. *Quo vero*, *cor. dell'Olmo.*
271 Et clausula præfata operatur quidem, ut Gratia
restitutoria nil operetur in præjudicium Juris quæ-
siti tertio, qui interim Beneficium impetraverat
ex capite non factæ Publicationis, aut alterius,
qui nullitatem Resignationis, seu Permutationis
ex dicto motivo in judicium deduxerat, *Paris. de*
Resignat. lib. 11. *quæst.* 7. *num.* 79. *& seqq. Ros.*
de Executor. in Addit. ad cap. 15 *num.* 85. *Scapp.*
ad Cod. Fabrian. libr. 1. *tit.* 2. *Explanat.* 59. *n.*
13. *Barbos. de Jur. Eccles. Univers. lib.* 3. *cap.*
15. *numer.* 149. *Lotter. de Re Benef. lib.* 2. *quæst.*
51. *num.* 26. *Rot. decis.* 606. *n.* 5. & 6. *part.* 19.
Rec. & dec. 86. *n.* 42. *cor. Bichio*, *& in Tuden.*
Parochialis 25. *Januar.* 1704. §. *Non obstante*, *con-*
firmata coram cl. mem. Card. Scotto. Sed quando
nec alter impetravit, nec nullitas Resignationis,
aut Permutationis ob omissam Publicationem fuit
in judicium deducta, sed allegatur ad particularem
272 aliquem effectum, tunc cum Gratia restitutoria
non tangat jus tertii, clausula *Dummodo Datæ &c.*
impedimento non est, quin ipsa ad initium primæ
Gratiæ retrotrahi non debeat, *Amyd. de Stylo Da-*
tar. lib. 1. *cap.* 12. *n.* 7. & 8. §. *Notandum*, *Lot-*
ter. dict. lib. 2. *quæst.* 51. *num.* 25. & 26. *plene Rot.*
dec. 286. *a n.* 1. *& seqq. cor. Bichio*, *& in Eyste-*
tten. Præcedentiæ 26. *Junii* 1717. §. *Replicatione*,
cor. R. P. D. Corio.

Quemadmodum clausula præfata solum præser-
273 vat jus certum, fixum, & radicatum alteri quæ-
situm, non autem jus incertum, eventuale, & con-
ditionale, ut firmant *Lotter. de Re Benefic. dict.*
quæst. 51. *num* 26. *Rot. in Romana Cappellaniæ* 27.
Novembris 1680. §. *Nec obstat*, *coram Vicecomi-*
te. Hinc alias in contingentia facti contendeba-
274 tur, per dictam Clausulam *Dummodo Datæ præ-*
sentium &c. præservatum non fuisse jus, quod im-
petranti Beneficium ex capite omissæ Publicatio-
nis competebat vigore Litterarum in forma *Dig-*
275 *num* expeditarum, ex quo Jus præfatum erat in-
certum, & eventuale, & ante illius verificatio-
nem coram Executore nullum jus certum, & fi-
xum tribuebat. At contrarium scribens in *Rota* fa-
276 vore Impetrantis, obtinui in *d. Tuden. Parochialis*
cor. cl. mem. Cardin. Scotti. Et merito, quando
enim Exequutor in Litteris deputatus est necessa-
rius, utpote qui Gratiam exequi debet, si expo-
sita veritati non comperta fuerint, tunc Gratia
dicitur a principio facta, & perfecta a die Datæ.
277 Et clausula illa *quatenus idoneus* sonat in monitio-
nem, solumque reddit conditionalem exequutio-
nem, non autem substantiam ipsam Gratiæ, quæ
ab initio est pura, & habetur pro facta, ut in
terminis Litterarum Apostolicarum in forma *Dig-*
num communiter tradunt *Tondut. quæst. Benef. part.*
2. *cap.* 4. §. 2. *num.* 15. *& seqq. Ros. de Executor.*
cap. 2. *n.* 83. & 86. *& cap.* 4. *sub num.* 14. *Card.*
de Luca de Benefic. disc. 35. *in fine*, ubi quod est
absolutum principium, *Adden. ad Gregor. decis.*
301. *sub litt. C. Rot. cor. Carillo decis.* 283. *n.* 3.
& seqq. cor. Peutinger. decis. 303. *a num.* 10. *in*
Recent. decis. 122. *num.* 19. *part.* 10. *decis.* 256.
n. 3. *& seqq. part.* 12. *decis.* 141. *n.* 33. *part* 16.
cum aliis in *Melphiten. Cappellaniæ* 17. *Junii* 1679.
§. *Gratiam*, *cor. Muto*, & latius 7. *Junii* 1700.
§. *Distribuenda*, *cor. bo. me. Ansaldo*, *& in Me-*
levitana Beneficii 19. *Junii* 1702. §. *Ceterum cor.*
eodem.

Et in specie, quod etiam per Mandatum de
providendo ad certum corpus Beneficii acquiratur 278
ita proviso *jus ad rem*, quod operatur, ut Bene-
ficium illud alteri conferri non possit, ex rationi-
bus supradictis, fuit late firmatum per *Rot. in Bur-*
gen. cor. Pamphil. apud *Marches. de Commis. part.*
1. *pag.* 359. *n.* 3. *& seqq. decis.* 305. *n.* 22. & 23.
part. 6. *decis.* 141. *num.* 31. *& seqq. part.* 16. ubi
quod hoc casu agitur de privando Provisum jure
quæsito, *& dec.* 116. *num.* 10. *part.* 17. *Recent. &*
cor. Peutingerio decis. 303. *n.* 18. Quamobrem stan-
te jure *ad rem* vigore Mandati de Providendo
quæsito Impetranti Beneficium ob non factam Pu- 279
blicationem, censetur utique jus illud præservatum
per clausulam *Dummodo tempore Datæ præsentium*
&c. adjectam in Gratia Restitutionis adversus lap-
sum temporis ad Publicandum obtenta, juxta
Theoricam *Felin. in cap. Causam quæ*, *numer.* 29.
versic. Sed, *Rota de Rescript. Adden. ad Burat. de-*
cis. 55. *n.* 7. *Lotter. de Benef. lib.* 2. *quæst.* 51. *n.*
28. cum aliis laudatis per *Rot. in dicta Tuden. Pa-*
rochialis 20. *Novembris* 1705. §. *Et propterea*,
coram clar. mem. Card. Scotto.

Illud vero non ambigitur, quod Restitutione
ob non factam congruo tempore Publicationem, 280
a Resignatario obtenta, peragi potest Publicatio
etiam post obitum Resignantis. Et solum emergit
dubium, an sit nulla dijudicanda Restitutio, si
Pontifici reticita fuerit mors ejusdem Resignantis 281
interim sequuta. Et in hac controversia, licet ne-
gativam sequuto fuerit sententiam *Rot. decis.* 306.
num. final. & decis. 251. *n.* 5. *& seq. cor. Lancet-*
ta. Ea ratione, quod Restitutio non est nova
Gratia, sed remotio quædam obstaculi, cujus ope
Resignatio reponitur in pristino statu validitatis,
perinde acsi Publicatio intercessisset; Nihilominus 282
distinguendum est. Aut agitur de prorogatione
temporis ad resignandum expedita, quando non-
dum lapsus erat primus terminus, & tunc non re-
quiritur mentio obitus Resignantis, quia proroga-
tio non est nova Gratia, sed eadem cum prima,
& tempus prorogatum, adhuc durante primo,
dicitur unum & idem, perinde ac si ab initio esset
tale. Aut agitur de Gratia Restitutionis post lapsum 283
temporis a *Gregoriana* Constitutione præfixi ad pu-
blicandum, & in his terminis cum sit nova Gratia,
ex quo ob non sequutam Publicationem jus omne
Resignatarii resolutum fuerat, necessaria est men-
tio obitus Resignantis, quæ probabiliter Papam re-
trahere, vel difficiliorem reddere potuisset in ea
concedenda. Et ita distinguunt *Ros. de Execut. par.*
1. *cap.* 15. *n.* 159. *& seqq. Paris. de Resign. lib.* 11.
qu. 7. *n.* 69. & 78. *Card. de Luca de Benef. disc.*
36. *a n.* 10 *& seqq. Scopp. ad Cod. Fabr. lib.* 1. *tit.*
2. *Explanat.* 59. *n.* 14. & 15. *Rot. decis.* 357. *n.* 2.
& seqq. part. 12. *Recent.*

Controversum quoque est, an in Gratia Resti-
tutionis ad publicandum, facienda sit mentio litis 284
pendentis inter ipsum Resignatarium, & alium,
& post longum examen distinguit *Rota cor. Bichio*
decis. 286. & 301. quod scilicet, aut de tempore
obtentæ ejusdem Gratiæ specifice oppositum fuit
in Actis de non Publicatione, & tunc requiritur

mentio litis, aut non fuit oppositum, & necessaria non est illius expressio. Quam distinctionem prius amplexa fuerat eadem *Rota decis.* 91. *n.* 9. & 10. *part.* 4. *Recent.* eamque sequuntur *Scopp. ad Cod. Fabr. loc. cit. num.* 14. *Ros. de Executor. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 158. & in *Addit. ad idem cap. num.* 87.

REGULA XX.

De Idiomate.

ITem voluit, quod si contingat tam in Curia, quam extra alicui Personæ de Parochiali Ecclesia, vel quovis alio Beneficio exercitium curæ Animarum Parochianorum quomodolibet habente provideri, nisi ipsa Persona intelligat & intelligibiliter loqui sciat Idioma loci, ubi Ecclesia, vel Beneficium hujusmodi consistit, Provisio, seu Mandatum, & gratia desuper quoad Parochialem Ecclesiam, vel Beneficium hujusmodi nullius sint roboris, vel momenti. Decernens irritum &c.

ARGUMENTUM.

PArochialium Ecclesiarum, & Beneficiorum Curatorum provisiones tam in Curia, quam extra, eorum favore expletas, qui Idioma locorum, in quibus Ecclesiæ, & Beneficia præfata consistunt, ignorant, nullas, & irritas esse decernit hæc Regula, quæ in Auctorem agnoscit Gregorium XI. illiusque dispositio favorabilis est, & innititur non minus juri Divino, & Canonico, quam humanæ societatis commercio. Debent autem provisi de Parochialibus Ecclesiis, aut Beneficiis Curatis Idioma loci de tempore provisionis intelligere, & loqui, & quidem Idioma naturale, non accidentale, nisi istud omnibus notum sit, nec sufficit quod Idioma præfatum pro parte intelligant, & loquantur, pro parte non, aut quod calleant Idioma viciniæ, vel habeant Substitutos de naturali Idiomate instructos. Comprehendit Regula S. R. E. Cardinales, si forte de Beneficiis Curatis provideri contigerit, nec non promotos ad Ecclesias Episcopales, quos etiam præstat doctrinæ copia abundare, & latinæ linguæ peritos esse, cum non minus Idiomatis, quam doctrinæ, & latinæ linguæ imperitia effecerit, ut quamplures ab Episcopalibus Insulis rejecti fuerint, licet hodie ex providis Concilii Tridentini, & Summorum Pontificum Sanctionibus quoad perscrutandam scientiam, & qualitatem promovendorum ad Ecclesias Episcopales, timor hujusmodi non subsit. Obnoxii pariter sunt censuræ Regulæ provisi de Beneficiis Curatis, vel Parochialibus, etsi non in titulum, sed in Commendam, quemadmodum provisi de Beneficiis electivis, ac de quibuscumque Beneficiis *exercitium Curæ Animarum Parochianorum quomodolibet* habentibus, dummodo cura sit Sacramentalis in Foro Pœnitentiali, non spiritualis contentiosa. Sed quid si provisus de Parochiali, aut Beneficio Curato Indulto gaudeat non residendi, an dispositioni Regulæ subjaceat? Sunt tamen ab illa exemti provisi de Beneficiis, vel habitu tantum Curatis, vel quæ Curata non sunt de eorum natura, sed tantum ratione adhærentiæ, quemadmodum & Collegia, vel Capitula, penes quæ residet Cura Animarum, quam sufficit exerceri a Vicario, aut perpetuo, aut amovibili Idioma loci callente: & illi postremo, qui Idioma loci ignorantes, Motu proprio, & ex certa scientia sint de Beneficiis Curatis provisi a Papa, quem super dispositione Regulæ dispensare posse non ambigitur. Sacrosanctum Missæ Sacrificium, & Divina Officia, secluso Apostolicæ Sedis Privilegio, alia lingua, quam latina celebrari non debent. Et an usus linguæ vernaculæ debeat per eamdem Sedem permitti in celebranda Missa, & in administratione Sacramento-

mentorum pro aliquo Populo infideli, noviter ad Catholicam Fidem conversο, seu convertendo, cum non adsint, qui calleant linguam latinam, plene examinatur.

SUMMARIUM.

1 *Regulam primus edidis Gregorius XI.*

2 *Per eam irritantur provisiones Parochialium, & Beneficiorum Curatorum, expletæ eorum favore, qui idioma locorum, in quibus Beneficia hujusmodi existunt, non intelligant.*

3 *Concordat Regula cum Jure Divino.*

4 *Necnon cum Jure Canonico.*

Proindeque censetur favorabilis. n. 12.

5 *Linguarum diversitas humanæ societatis destructivæ.*

6 *Tempore Vespasiani Imperatoris Provinciarum Regimini non præficiebantur, nisi earum idiomatis periti.*

7 *Traditur ratio Regulæ*, & n. 8.

9 *In Galliæ non admittitur dispensatio contra Regulæ dispositionem.*

10 *Ex Capitularibus Caroli Magni Parochialibus Ecclesiis præfici non poterant, nisi qui sibi commissi Gregis linguam callerent.*

11 *Parochi tenentur ex præscripto Concilii Tridentini Sacramentorum vim, & usum lingua vernacula, si opus sit singulis diebus festis, & sollemnioribus Populo explicare.*

13 *Parochi debent perfecte loqui, & intelligere idioma loci, nec sufficit, quod illud pro parte intelligant, & loquantur, pro parte non.*

14 *Aut quod calleant idioma Viciniæ.*

Quemadmodum loqui debent idioma naturale, non accidentale loci, nisi istud sit omnibus notum. n. 16.

15 *Galli obtinere possunt Beneficia Curata in Normandia, Piccardia, Burgundia &c. quia Gallicum idioma in toto Regno intelligitur.*

17 *Idiomatis Peritia adesse debet de tempore provisionis Beneficii Curati.*

18 *Et ad quem spectet probare, quod Provisus de Beneficio curato loci idiomate polleat?* & n. 19.

20 *Regulæ dispositio comprehendit etiam promovendos ad Ecclesias Episcopales.*

21 *S. Augustinus ad Ecclesiam Fussala elegit Punica lingua instructum.*

22 *Et ipsimet Augustino in Presbyterum ordinato, Valerius Episcopus Hypponensis origine Græcus, & latinæ linguæ ignarus, contra usum, & consuetudinem Ecclesiarum Africæ potestatem fecit coram se Evangelium prædicandi.*

23 *S. Basilius Armeniæ Episcopos eos designavit, qui Regionum linguam, & idiomata callebant.*

24 *Referuntur exempla eorum, qui ob ignorantiam idiomatis ad Ecclesias Episcopales promoti non fuerunt.* & n. 25. & 26.

27 *Paulus IV. novas in Belgio erexit Cathedrales, eo præsertim motivo, ut ab Episcopis, qui Regionis idioma callerent, regerentur.*

28 *Congregatio Consistorialis, non aliter censuit nominatum ab Imperatore promovendum esse ad Ecclesiam* Temnen. *in Croatia, quam si calleret idioma congruum ad obeundum functiones tam Episcopales, quam Comitiales.*

29 *Et de Promovendo ad Ecclesiam de novo erigendam in Germania, Congregatio particularis censuit inspiciendum esse, an calleret linguam Theutonicam.*

30 *Episcopi præter Idiomatis peritiam, ea doctrinæ copia abundare debent, qua Dignitas Episcopalis eget.*

31 *Mediocris doctrina non mediocribus ornata virtutibus Episcopis non officit.*

32 *Episcopi esse debent in latina lingua periti.*

33 *Et ob latinæ linguæ imperitiam* Gulinetus *rejectus fuit ab Archiepiscopatu Rhemensi, ad quem fuerat electus.*

34 *Honorius III. ab administratione Ecclesiæ amovit Episcopum, qui Grammaticam non didicerat, nec legerat* Donatum.

35 *Hodie vix dari potest casus, quod ob defectum scientiæ quis excludatur ab Episcopatu.*

36 *Clemens VIII. Congregationem instituit Examinis coram Pontifice subeundi a Promovendis ad Ecclesias Episcopales Italiæ, Insularumque adjacentium.*

37 *Examen hujusmodi subire tenentur etiam Examinatores ipsi Episcoporum.*

38 *Sed ab accessu ad Urbem, & examine subeundo san. mem. Innocentius XII. exemit Episcopos promovendos ad Ecclesias de novo erigendas in Provinciis a Turcarum tyrannide armis Reipublica Veneta liberatis.*

39 *Instructio de qualitatibus, & scientia promovendorum ad Cathedrales extra Italiam, Insulasque adjacentes a quibus sit sumenda?*

40 *Neminem ex capite ignorantiæ fuisse ab Episcopatu dejectum & suo tempore, & priscis etiam temporibus, testatur* Fagnanus.

41 *Sed casus rejiciendi electum ad Ecclesiam Episcopalem, ex quo latinum sermonem non callebat, evenit tempore san. mem. Clementis XI.*

42 *Censura Regulæ de Idiomate subjacent etiam S. R. E. Cardinales.*

Et reprobatur Peleus *contrarium existimans.*

43 *Regula requirit idioma loci in ipso Titulari, nec contentatur, quod illud calleat substitutus.*

44 *Locum sibi vindicat etiam in Beneficiis Curatis, quæ sint electiva, vel de Jurepatronatus.*

45 *Verbum* providere *in favorabilibus comprehendit Electiones, & Institutiones.*

46 *Comprehendit Regula provisos de Parochialibus Ecclesiis in Commendam.*

47 *Necnon Vicarios perpetuos.*

48 *Quemadmodum provisos de quovis Beneficio* exercitium Curæ Animarum Parochianorum quomodolibet habente, *ut Regula præscribit.*

49 *Et verba præfata Regula addidit Gregor. XIII.*

50 *Cura est duplex, altera spiritualis contentiosa, altera Sacramentalis in Foro pœnitentiali.*

51 *Regula locum sibi vindicat in Beneficiis adnexam habentibus Curam secunda, & non primæ speciei.* & n. 52.

53 *Quemadmodum non procedit in Beneficiis habitu tantum, & non actu Curatis.*

54 *Sed an comprehendat provisum de Beneficio Curato, qui Indulto fruatur Apostolico non residendi?* & n. 55. & 56.

57 *Regula afficit provisos de Parochialibus, vel Beneficiis Curatis, etiam ab aliis, quam a Papa.*

58 *Contrarium, quod provisi de Beneficiis præfatis ab Ordinariis, vel Legatis non subjaceant censuræ Regulæ.*

59 *Sed prior sententia verior, maxime ob verba illa* - tam in Curia, quam extra -- *quæ Regulæ additæ fuerunt ab Alexandro VII.*

61 *Regulæ non comprehendit Collegia, vel Capitula, penes quæ residet cura Animarum, sed sufficit, quod illa exerceatur per Vicarios sive perpetuos, sive temporales idioma locorum callentes.*

62 *Minusque provisum de Beneficio, quod non sit Curatum de natura sua, sed per viam adhærentiæ, quia nempe illud obtinens teneatur Parochum coadjuvare.*

63 *Limitæ si teneatur Populo Sacramenta administrare.*

64 *Cessat dispositio Regulæ, si Papa ex certa scientia, & Motu proprio Parochialem conferat ignoranti idioma loci.*

65 *Pontifex derogare potest dispositioni Regulæ, & dispensare, ut idiomatis imperitus Parochialem obtineat.*

66 *Et dispensationem hanc indulgere etiam per Rescriptum*, Perinde valere.

67 *De Formula hujusmodi dispensationis, quæ fere numquam conceditur. Remissive.* & n. 68.

69 *Rector Parochialis præter idioma loci, tu quo Curam exercet, linguam latinam callere debet; & de ratione.*

70 *Minores Ordines juxta Concilii Tridentini Decretum, bis, qui saltem latinam linguam intelligant, conferri debent.*

71 *Reprobatur* Suavis *impie existimans, Concilium Tridentinum non fuisse Oecumenicum, ex quo Decretum præfatum non comprehendit Asiam, Africam, aliasque Regiones, in quibus latina lingua non addiscitur.*

72 *Redditur ratio, quia mens Concilii in puncto disciplinæ fuit comprehendere partem maximam, & potissimam Europæ, in qua frequens est latini sermonis usus.*

73 *Linguæ latinæ intelligentia non est necessaria pro illis Nationibus, quæ in Divinis Officiis eadem non utuntur.*

74 *Missa, & alia Divina Officia, secluso Privilegio Apostolico, alia lingua, quam latina celebrari non debent.*

75 *De gravissimis incommodis, quæ Populis ex usu linguæ vulgaris, & tritæ in sacris Misteriis peragendis orirentur.* Remissive.

76 *Usus linguæ vernaculæ, an debeat per Sedem Apostolicam permitti in celebranda Missa, & administrandis Sacramentis pro aliquo Populo infideli noviter ad fidem converso, seu convertendo, si non adsint qui calleant linguam latinam.*

77 *Proponitur Sententia affirmativa, pro qua ponderatur Text.* in cap. Quoniam de Offic. Ordinar.

Et Canon. 51. *Concilii Francofordiensis ad Manum celebrati anno* 794.

78 *Adrianus II. concessit SS. Cyrillo, & Methodio, qui in Moravia Christi Fidem disseminaverant, ut Horas Canonicas, & Missæ Sacrificium proprio a se conversarum Nationum idiomate, ut prius decreverant, celebrare permitterent.*

79 *Hanc eamdem licentiam Divina Officia, & Missam Sclavonica lingua celebrandi Moravis confirmavit Joannes VIII. anno* 880.

Sed Pontifex iste mandavit, ut in ipsa Sclavorum Missa Evangelium latine prius legeretur. n. 98. & n. 103.

81 *Necnon Innocentius IV. anno* 1248.

82 *Ecclesia Græca Ruthenis, seu Moscis ad Christi fidem conversis permisit, ut propria lingua, quæ Sclavonica itidem est, Missam, Divinaque Officia celebrarent.*

83 *Apostoli in die Pentecostes variis linguis magnalia Dei loquebantur, & per Orbem diffusi cujusque Populi idiomate Evangelium prædicabant.*

84 *Ecclesia permittente, Alexandrini, & Ægiptii* Arabice, *Armeni* Siriace, *Dalmatæ* Dalmatice, *aliique Populi suis vulgaribus linguis Sacra faciunt.*

86 *Decreto Sacræ Congregationis SSmæ Inquisitionis a Paulo V. per Breve confirmato, permissum fuit PP. Jesuitis, ut traducere possent S. Bibliam in linguam Synarum non vulgarem, sed eruditam.*

87 *Necnon Synis ad Sacros Ordines promotis, ut celebrare possent in eadem lingua erudita Synarum Missas, & Divina Officia.*

Sed Breve præfatum, nec PP. Jesuitis traditum, nec exequutioni demandatum fuit. numer. 111.

88 *Super inspectione, de qua supra* num. 76. *proponitur sententia negativa; Exponuntur rationes ei faventes, & respondetur contrariis rationibus.*

89 *Apostoli non scripserunt nisi Hebraice, Græce, & Latine.*

90 *Et cum dictis tribus linguis inscriptus fuit Titulus Sñæ Crucis D. N. J. C.*

Quemadmodum Ecclesia, Apostolorum exemplo, linguis præfatis tantummodo, semper usa fuit. ibidem.

91 *In Synodo omnium Prælatorum Dalmatiæ, & Croatiæ tempore Alexandri II. celebrata, statutum fuit, ne de cetero Divina Mysteria in lingua Sclavonica celebrarentur, sed tantum Latina, & Græca.*

92 *Gregorius VII. Bohemiæ Duci, totius Gentis suæ nomine supplicanti, licentiam denegavit celebrandi Divina Officia lingua Sclavonica.* & n. 104.

93 *Reprobantur* Pasqualig. & Pax Jordan. *quorum primus factum hujusmodi tribuit Urbano III. alter Gregorio III.*

94 *Concilii Tridentini Decreto anathemate percutiuntur qui asserunt, lingua vulgari tantum celebrandam esse Missam.*

95 *In Concilio Tridentino actum inter PP. an congruum esset Sacr. Scripturam verti in linguam vernaculam, eademque lingua Missam celebrari; sed nil innovandum esse resolutum fuit.*

96 *Majestas Sacrificii Missæ, & Sacramentorum suadet, ut celebrari, & administrari non debeant lingua Muliereulis etiam communi.*

97 *Unitas Catholicarum Nationum cum Ecclesia Romana exposcit, ut lingua latina communis sit omnibus.*

99 *In Ecclesia Constantinopolitana consuevit olim dum Missa celebraretur, Epistolam, & Evangelium Latine prius, & postea Græce cantari.*

100 *Idem obtinebat Romæ, ut sollemnioribus Festis, prius Græce, & tum Latine recitarentur Evangelium, & Epistola, ad ostendendam geminæ Ecclesiæ unitatem.*

101 *Ex difficultate versionis Linguæ latinæ in linguas vernaculas Regionum noviter ad Fidem conversarum depromitur argumentum; quod*

in

in Divinis peragendis illarum usus non sit permittendus.

102 Decretalis in Cap. Quoniam de Offic. Ordinar. *loquitur de linguis Graca, & Latina, qua non sunt lingua vulgares.*

103 *Respondetur argumento deducto ex concessione prius facta ab Adriano II. SS. Cyrillo, & Methodio, & postea a Joanne XIII. Genti Sclavona celebrandi Missam, & Divina Officia in lingua Sclavonica.* & n. 105.

106 *Idemque Joannes VIII. postea vetuit Archiepiscopo Pannonia, ne Missam Sclavonica lingua celebraret.*

107 *Concilium* Francofordiense *docens, Deum in omni lingua orandum, loquitur de privatis fidelium orationibus, non de Liturgiis, aut Ecclesiasticis Officiis.*

108 *Respondetur argumentis deductis tum ab exemplo Apostolorum, qui variis linguis Misteria Fidei tradiderunt, tum a consuetudine diversorum Populorum, qui suis vulgaribus linguis Sacra faciunt, tum a necessitate ob penuriam Sacerdotum in Regionibus de novo ad fidem conversis, vel convertendis.* & n. 109. & 110.

112 *Usus vernacula lingua in Sacris peragendis, quemadmodum priscis temporibus a Sede Apostolica concessus fuit, ita posset etiam hodie indulgeri, si necessitas urgeret, ne tota Gens periret.*

113 *Explicantur Rescripta Joannis VIII. & Gregorii VIII. quorum primus usum lingua Sclavonica in Divinis Officiis peragendis indulsit, secundus ei derogavit.* & numer. 114. & 115.

Redarguitur Suavis, *qui laudatorum Pontificum Rescripta de contrarietate notat.* dicto n. 113.

116 *Necessitas indulgendi usum lingua vernacula in Sacris peragendis quando intercedere dicatur, ex facti cujusque circumstantiis pendet.*

117 *Sed hujusmodi necessitate concurrente indulgendus non est usus illius lingua, qua est vulgaris, & omnibus nota, sed qua est erudita, & propria Litteratorum.*

1 REgulam hanc primus edidit *Gregorius XI.*
Pontifex electus anno 1370. ut post *Gomes.*
hic *in Præf.* tradit *Peleus in Comm. in ead. Regul.*
§. 1. In ea disponitur, quod si contingat Ecclesiam
2 Parochialem, seu aliud Beneficium Curatum conferri
alicui, qui non intelligat, & loquatur idioma
illius loci, in quo extat Beneficium, provisio hujusmodi
sit nulla, & irrita. Et concordat cum Ju-
3 re Divino *Ezech.* 3. ibi -- *Non enim ad Populum*
profundi sermonis, & ignota lingua tu mitteris ad
Domum Israel, quorum non possis audire sermones. --
Et *D. Paulus Epist. 1. ad Corinth. cap.* 14. ait -- *Si*
ergo nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus - & iterum -
Ita & vos per linguam, nisi manifestum sermonem
dederitis, quomodo scietur id, quod dicitur? eritis
4 *enim in aera loquentes.* -- Concordat itidem cum
Jure Canonico *in Cap. Quoniam de Offic. Ordinar.*
ubi disponitur, quod in Civitate, in qua sunt
Populi diversarum linguarum, provideri debeat
de Viris idoneis, qui secundum diversitatem linguarum,
Divina Officia illis celebrent, & Ecclesiastica
Sacramenta ministrent. Et in Concilio apud
Castrum *Gumberii* celebrato anno 1231. *Can.* 16.
statuitur, ne quis Ecclesiæ regimini præficiatur,
nisi loci illius idioma loquatur, & intelligat, alioquin
& institutus privetur Beneficio, & Collatores
instituendi potestate careant illa vice, de quo *Thomassin. tom. 2. lib. 1. cap.* 103. *n.* 11. late *Gonzal. in*
dict. cap. Quoniam de Offic. Ordinar. Frances. de
Ecclef. Cathedral. cap. 6. a n. 152. *Hoyeda de Incompat. Benefic. part. 1. cap. 24. a n. 44. & seqq.*

Et quam humanæ societatis destructiva sit lin-
guarum diversitas, eleganter ostendit *S. Augusti-* 5
nus de Civit. Dei lib. 19. cap. 7. ibi -- *Linguarum*
diversitas hominem alienat ab homine, nam si duo
sibimet fiant obviam invicem, neque praterire, sed
simul esse cogantur aliqua occasione, & necessitate,
quorum neuter norit linguam alterius, facilius sibi
Animalia muta etiam diversi generis, quam illi
cum sint homines, ambo sociantur. Quando enim
quæ sentiunt, inter se communicare non possunt propter
solam linguarum diversitatem, nihil prodest ad
cognoscendos homines tanta similitudo naturæ, itaut
libentius homo sit cum Cane suo, quam cum homine
alieno -- Et *Cicero lib. 5. Tusculan.* ibi *Omnesque*
id nos in iis linguis, quas non intelligimus, quæ
sunt innumerabiles, surdi profecto sumus. -- apud
Scaliger. ad Pers. tom. 3. pag. 131. Et *Ovid.* dum
apud Getas exul esset *lib. 5. Trist. Eleg.* 11.

Exercent illi sociæ commercia linguæ,
Per gestum res est significanda mihi.
Barbarus hic ego sum, quia non intelligor alli;
Et rident stolidi verba latina Getæ.

Hinc sapienter Vespasiano suadebat *Apollonius*,
ut Præfecti, qui proponerentur singulis Provin- 6
ciis, linguæ Regionis periti existerent, ne per Interpretem
omnia exequi cogerentur, *Philostrat. de*
Vit. Apollonii lib. 5. cap. 13. Altaserr. ad Decretal. Innocentii III. lib. 1. tit. 31. de Offic. Judic. ordinar. cap. 14. Et Claudius Imperator, Auctore
Suetonio in ejus Vita *cap.* 16. *Splendidum Virum,*
Græciæque Provinciæ Principem, verum Latini sermonis
ignarum non modo albo Judicum erasit, sed
etiam in peregrinitatem redegit, idest, ut explicat
Commentator ibidem *inter peregrinos numerari*
voluit tanquam Civitate Romana, nedum Judicatura,
dignus non esset, qui latine loqui nesciret.

Necessarium proinde est, quod Pastor linguam
Ovium suæ Curæ commissarum intelligat, & e 7
converso istæ illum percipiant, tum ob administrationem
Sacramentorum, tum ob prædicationem
verbi Dei, *Quis enim* (inquit Joannes Papa XXII.
in Epistola ad Regem Armeniæ penes *Raynald.*
Annal. Eccles. ann. 1318. *num.* 15.) *licet eximia*
Sanctitatis splendore fulgeat, licet lacteo eloquentiæ
fonte decurrat, verbum Dei, etiam benevolis,
atque devotis auribus utiliter proferet, quando vis
verborum ab audientibus non percipitur, & audientis
animus vocis barbarica asperitate venatur? Aut cujus umquam præstantissimi Viri gratus
poterit esse convictus, si sermo, humanæ mentis interpres,
a convivente omnifariam fuerit alienus?
Ut enim verbis utamur Apostoli, si nesciero virtutem
vocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur
mihi barbarus. Unde & Salvator noster ad
præclaram confessionem sui nominis diversitatem
Gentium vocaturus, Beatis Apostolis, ut linguis loquerentur
omnium, potestatem tribuit, ut divinæ vocationis
novitatem nova lingua promeret, & veritatem
Christianæ fidei inauditæ facundiæ celebre miraculum
confirmaret. Et hæc est ratio Regulæ, ut 8
late firmat *Gomes. quæst.* 1. ubi, quod reputatur favorabilis,
Mandos. ibidem quæst. 1. *Lonet in banc*
pariter Reg. pag. 640. *Van Espen. in Jus Eccles.*
univers. tom. 2. part. 2. tit. 24. n. 6. & seqq. Peleus

in

in Comm. in eandem Regul. pag. 104. *a tergo* §. *Re-*
ctorem, ubi quod ratio hujus Regulæ est, quod
non in solo Pane vivit homo, sed ex omni verbo,
quod procedit ab ore Dei, Verbi autem pabulum
ministratur lingua, & oratione: *Rebuff. in prax.*
9 *ad hanc Regul. gloss.* 1. ubi ait, non recipi in Fran-
cia dispensationem contra hanc Regulam, quæ
juri Divino uniformis est, *& in Addit. ad Regul.*
Cancell. §. *Ratio est Tomassin. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.*
10 90. *n.* 3. ubi, quod in Capitularibus Caroli Ma-
gni præcipitur, ne admittantur Parochi, nisi qui
Gregis sui linguam calleant, & qui possint tum
fidei misteria, tum Christiana morum Decreta
docere, *Hoyed. de Incompatibil. Benefic. part.* 1.
cap. 24. *n.* 43. *& seqq. Borell. de Præstant. Reg. Ca-*
tholic. cap. 51. *a num.* 8. *usque ad* 19. *Perez. lib.* 1.
tit. 3. *l.* 18. *pag. mihi* 148. *in princip. Gonzal. in*
dict. cap. Quoniam n. 4. *& sub num.* 5. ubi ponde-
rat dispositionem *Concilii Tridentin. cap.* 7. *sess.* 24.
de refor. qua sancitur quod Parochi explicent lin-
11 gua vernacula, si opus sit, Sacramentorum vim,
& usum, & salutis monita eadem lingua verna-
cula singulis diebus festis, & sollemnioribus ex-
planent, *Corrad. in prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 17.
num. 21. *Solorzan. de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3.
cap. 15. *n.* 76. *& seqq. Rot. decis.* 13. *coram Cres-*
cent. de Præben. & late *decis.* 136. *num.* 2. *& seqq.*
part. 10. *Recent.* ubi *n.* 8. ait, quod Regula est
12 favorabilis, & prodiit a Divini, & humani juris
ratione.

Debet autem Parochus perfecte loqui, & intel-
13 ligere idioma loci, nec sufficit quod illud pro par-
te intelligat, & loquatur, & pro parte non, *Pe-*
leus in hanc Regul. §. *Qui pro parte pag. mihi* 107.
Hoyed. de Incompatibil. part. 1. *Benef. cap.* 24. *n.*
50. *Gomes. hic quæst.* 8. *Rebuff. ibid. vers. Quinto*,
Rot. decis. 23. *n.* 5. *cor. Priolo.* Et quidem debet
14 loqui idioma loci, in quo est Ecclesia, nec Re-
gulæ satisfactum erit, si loquatur idioma vicinum,
Rebuff. loco cit. Gloss. 2. *num.* 11. ubi infert, quod
15 hodie *Gallus* poterit obtinere Beneficium Cura-
tum in *Normandia*, *Piccardia*, *Burgundia &c.*
quia Gallicus sermo in toto Regno intelligitur,
& reprobat *Gomesium* sententem, quod cum duas
in linguas universa scindatur Gallis, quarum alte-
ra *Occitana* dici potest, altera *Francica*, & Aulæ
Regiæ, cujuscumque Provinciæ Incolas extra
ejus limites, tamquam Peregrinos censendos esse;
& *Rebuffo* contra *Gomesium* assentitur *Thomassin.*
part. 2. *lib.* 1. *cap.* 104. *num.* 8. *vers. Illud.* Im-
mo etiam debet loqui idioma naturale illius loci,
16 non autem accidentale, *Hoyeda de Incompat. Be-*
nefic. part. 1. *cap.* 24. *n.* 51. *Gomes. in hanc Regul.*
quæst. 9. *Peleus ibidem pag.* 107. §. *Si quis*, dum-
modo idioma illud accidentale non sit omnibus no-
tum, *Hoyed. loco cit. n.* 5. *Mandos. in hanc Re-*
gulam quæst. 4. *Rot. decis.* 136. *num.* 9. *part.* 11.
Recent.

Peritia autem Idiomatis adesse debet de tempo-
17 re Provisionis Beneficii Curati: Regula enim con-
siderat initium, *Gomes. in hanc Regul. quæstion.* 15.
circa med. Rot. decis. 136. *num.* 13. *part.* 10. *Re-*
cent. Et in terminis Linguæ Illiricæ requisitæ ad
effectum assequendi Canonicatus Ecclesiæ S. Hie-
ronymi Illiricorum de Urbe, *Rota decis.* 23. *n.* 14.
cor. Priolo.

Sed cui incumbat onus probandi peritiam idio-
matis? *Gomes. in hanc Regul. quæst.* 1. ait, creden-
18 dum esse Proviso de Beneficio Curato se linguæ
loci peritiam habere, & contrarium prætendenti,
onus inesse id probandi, quia non præsumitur,
quem malle alieno potius, quam proprio idiomata
loqui. Rectius vero *Rot. decis.* 8. *n.* 7. *cor. Priolo*
existimat, spectare ad Provisum ostendere, quod
sciat ipse loqui idioma loci, in quo extat Benefi 19
cium. Loqui enim potius uno, quam altero idio-
mate est qualitas extrinseca, quæ non præsumitur,
sed probanda venit, *Menoch. de Recuper. Possess.*
remed. 15. *num.* 442. *Lambert. de Jurepatr. lib.* 2.
part. 1. *quæst.* 10. *art.* 2. *n.* 11. *Rota decis.* 72. *n.* 3.
part. 4. *tom.* 2. *Recent.*

Comprehenduntur sub censura hujus Regulæ,
etiam promovendi ad Ecclesias Episcopales. Epi- 20
scoporum enim præcipuum, & peculiare munus est
concionari, *Cap. Inter cetera, de Offic. Ordinar.*
Card. Bona Rer. Liturgic. lib. 2. *cap.* 7. *n.* 7. ibi
Munus prædicandi proprie, & præcipue ad Episco-
pos pertinere tum usus veteris Ecclesiæ, & omnium
Sanctorum Episcoporum exemplum, tum ipsa docet
Episcopalis Consecratio, in qua dicitur: Accipe
Evangelium, vade, prædica Populo tibi commisso —
cum concordantibus relatis per *R. P. D. Braschium*
Archiepiscopum Nisiben. in erudito libro, qui in-
scribitur *Idea del Pulpito Mitrato, cap.* 2. *& seqq.*
Proindeque Episcopi non minus, quam Parochi
idioma loci callere debent, cum absque miraculo,
Populi ejus curæ commissi, linguam quam non no-
verant, audire non possint *Kochier in hanc Regul.*
n. 8. *Barbos. in Cap. Quoniam n.* 3. *de Offic. Ordi-*
nar. Leuren. in Foro Beneficial. tom. 3. *quæst.* 359.
n. 1. *Hoyed. de Incompatibilit. Benefic. part.* 1. *cap.*
24. *n.* 62. *& seqq.* ubi respondet rationibus addu-
ctis per *Mandos. in hanc Regul. quæst.* 8. contrarium
sentientem.

Hinc cum *S. Augustinus* Episcopum daturus es-
set *Fussalæ* Oppido, quod Schismati Donatistarum 21
subduxerat, eum elegit, qui aptus, congruusque
loco illi Punica lingua esset instructus, ut ex ejus-
dem Sancti *Epistol.* 261. *Thomassin. tom.* 2. *lib.* 1.
cap 88. *n.* 6. Et eo tantum consilio *Valerius* Hi-
ponensis Episcopus *Augustinum* ipsum Presbyte-
rum ordinavit, eidemque potestatem dedit coram 22
se in Ecclesia Evangelium prædicandi, contra u-
sum, & consuetudinem Ecclesiarum Africæ, ut
cum ipse natione Græcus, minusque Latina lin-
gua, & Litteris instructus, muneri concionandi
impar esset, Presbyterum haberet, qui vice sua
prædicandi munus impleret, ut *ex Possid. in Vita*
S. Augustini, & Baronio ad annum 391. *n.* 22. nar-
rat idem *Thomassin. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 6. *Basi-*
lius quoque, Episcopos Armeniæ designaturus, 23
eos quærebat, qui Regnorum linguam, & idioma-
ta callerent, ut ex *Epistol.* 185. apud *Thomassin. tom.*
2. *lib.* 1. *cap.* 88. *n.* 6. Et Episcopum Cameracen-
sem ad Archiepiscopatum Coloniensem promoveri 24
Rex Romanorum cupiens, cum ab Electoribus res-
ponderetur, *quod Idioma Terræ ignoraret*, quievit.
Gnimundus insuper scientia, & Sanctitatis fama ce-
leberrimus, qui calamum strinxit adversus Beren- 25
garium, Episcopales Angliæ Infulas a *Wilelmo*
Notho Rege oblatas, constantissime recusavit, *quo-*
niam extraneos mores, barbaramque locutionem
nesciebat, ut ex *Raynald. ad annum* 1206. refert
Thomassin. tom. 2. *lib.* 1. *cap.* 103. *n.* 11. *versic. Nar-*
rat. Et ceteris prætermissis exemplis, *Fulco* Rhemen- 26
sis Archiepiscopus, *Formosum* Papam percunctatus
est, an *Herilandum* Episcopum Tervanensem pos-
set ad aliam vacantem Ecclesiam transferre, *quia*
homines præfatæ Tarvanensis Parochiæ barbariea
videbantur esse feritatis, & alium in memorata Ec-
clesia subrogare, *qui acceptior propter Parentelam,*
& linguam in eodem loco posset existere, ut narrat
idem *Thomassin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 63. *n.* 10.

Antiquis moderniora accedunt exempla. Inter
Causas,

27 Causas, ob quas, Supplicante *Philippo II.* Hispa-
niarum Rege, *Paulus IV.* devenit ad novarum e-
rectionem Cathedralium in Belgio, ea quoque re-
censetur -- *Quod Episcoporum hactenus existentium*
Diœcesani linguæ idiomate, institutisque differrent,
atque ita fidei doctrina, & pie vivendi præceptis
commode instrui minime poterant -- ut ex Actis
Consistorialibus, & apud *Raynald. ad annum*
28 1559. *num.* 33. Et cum ad Ecclesiam *Temnen.* in
Croatia sub Archiepiscopatu *Spalaten.* existente a
Cæsare uti Rege Ungariæ nominatus esset Frater
Petrus de Orosco Franciscanus, Sac. Congreg.
Consistorialis die 18. Junii 1643. censuit - *Eccle-*
siæ præfatæ providendum esse de Persona dicti Fra-
tris Petri de Orosco, dummodo calleat idioma con-
gruum ad obeundum functiones tam Episcopales,
quam Comitiales sibi ratione Episcopatus hujusmodi
incumbentes. Sub Clemente IX. actum fuit de re-
29 stituenda Sede Episcopali *Ratzerburgen.* in Saxo-
nia inferiori ad instantiam Ducis de Mil heburg,
& de præficiendo eidem Ecclesiæ Personam *P.*
Theophili Dantresal, & inter cetera discussa in par-
ticulari Congregatione super hoc habita *die* 19.
Augusti 1667. cui interfuerunt recolend. mem. Car-
dinalis *Orthobonus*, postea Summus Pontifex sub
nomine Alexandri VIII. & Cardinalis *Julius Spi-*
nola, nec non Prælati *Ugolinus*, *Fagnanus*, & *de*
Rubeis, dictum fuit, *quod circa Personam videa-*
tur, an calleat linguam Theutonicam: quam re-
solutionem die 20. Augusti Sanctissimus approba-
vit, ut ex *Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Ot-*
thoboni tom. 59. *Mater. Datar. pag.* 186.

30 Sed præter idiomatis peritiam, Episcopos om-
ni ea doctrinæ copia abundare, qua tanta Digni-
tas eget, summopere optat *Concilium Tridentinum*
sess. 22. *cap.* 2. Imprimisque ut sint Doctores, &
licentiati in Theologia, vel in jure Canonico; me-
31 diocris tamen Doctrina, non mediocribus succin-
cta virtutum luminibus, non officit Episcopo,
quamquam etsi desideranda sit eminens scientia in
Pastore, in eo tamen sit competens toleranda,
quia secundum Apostolum *scientia inflat, Chari-*
tas autem ædificat, & ideo imperfectum scientiæ,
potest supplere perfectio Charitatis, sunt verba *In-*
nocentii III. ad Archiepiscopum Calaritanum *in*
Cap. Nisi pridem, de Renunciation. Et exemplo
Vulstani Episcopi Vorcestrensis in Aoglia, probat
Thomassin. tom. 2. *lib.* 1. *cap.* 91. *n.* 1.

Oportet itidem, quod latinæ linguæ periti sint
32 Episcopi, cum ejus præsidio destituti, nec Scrip-
turas possent, nec Sacros Canones legere. Cano-
nes enim, & Scripturæ sunt Regulæ, ad quas com-
poni, fingique debent Clericorum mores, ut post
Fagnan. advertit *Thomassin. pars.* 2. *lib.* 1. *cap.* 91.
n. 12. Hinc latinæ Linguæ imperitia fecit, ut ab
Archiepiscopatu Rhemensi ejiceretur *Gulimerus*,
33 qui ad eum electus fuerat. Cum enim ad examen
illum evocassent Episcopi Provinciæ, obtulissent-
que Codicem Sancti Evangelii, legit quidem ille,
sed tam imperite, ut manifeste proderet, se non
intelligere, unde reprobatus, ac veluti insipiens
ab omnibus est ejectus, ut ex *Concil. Gallic. tom.*
3. *pag.* 350. refert *Thomassin. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 90.
34 *n.* 5. Et *Honorius III.* a Pontificalis exercitii exe-
quutione, & ab administratione Ecclesiæ *Callinen.*
in Germania penitus duxit esse amovendum illius
Episcopum, qui confessus fuerat, se nunquam de
Gramatica didicisse, nec etiam legisse *Donatum*,
ut habetur in *Cap. Quamvis de Ætat. & qualit.*
præficien. Raynald. ad annum 122. *n.* 38. *Thomas-*
sin. tom. 2. *lib.* 1. *cap.* 91. *n.* 3.

At nostris hisce temporibus, postquam invalue-
re publicæ Studiorum Universitates, & in Con-
ciliis, præsertim *Tridentino*, plures hac in re San-
ctiones editæ fuerunt, lux Litterarum revixit, igno-
rantia profligata est, inquit *Thomassin. dict. cap.* 91.
n. 6. *& seqq.* Et casus deepiscopandi Episcopum 35
ex defectu scientiæ vix hodie contingere potest;
nam ut observat *Baron. ad annum* 398. *num.* 69.
illud ipsum, quod olim in optans habuerat Conci-
lium *Carthaginense IV.* accuratissimum nempe de
Episcopis promovendis examen, Romæ a Cle 36
mente VIII. institutum fuit quoad promovendos
ad Ecclesias Episcopales, & majores Italiæ, In-
sularumque adjacentium, designatis Cardinalibus
ad eos excutiendos, Theologisque, & Canonistis
peritissimis, *quin, & ipse Pontifex propositis quæ-*
stionibus urgebat, ut plane nulli, nisi bene diser-
to, ad Episcopatum aditus patere sinatur, unde
ambitiosus lugeat imperitus, verba sunt *Baronii lo-*
co cit. quem refert *Thomassin. pars.* 2. *lib.* 1. *cap.* 91.
n. 11. §. *Observatum*, quod examen exceptis tan-
tummodo S. R. E. Cardinalibus ob rationes, quas
expendit *Fagnan. in dict. Cap. Cum pridem n.* 63.
de Renunciat. subire tenentur omnes etiam insignis,
& exploratæ Literaturæ, itaut ne ipsi quidem E- 37
piscoporum Examinatores, sint ab eo immunes,
teste eodem *Fagnan. loco mox laudato num.* 62. Ad
enixas tamen inclytæ Reipublicæ Venetæ preces
indulsit san. mem. Innocentius XII. ut Episcopi 38
promovendi ad Cathedrales Ecclesias, quæ de no-
vo in Provinciis a Turcarum tirannide, invictis-
simis Reipublicæ Armis liberatis, erigi contige-
rei, & quarum respectu san. mem. Alexander VIII.
jus præsentandi, seu nominandi eidem Reipublicæ
impertitus fuerat, ab accessu ad Urbem pro exa-
mine subeundo immunes essent, ut diximus in
Commentar. in Regul. II. §. 1. *n.* 28. *&* 29.

Quo vero ad promovendos ad Cathedrales, a-
liasque majores Ecclesias extra Italiam, Insulasque 39
adjacentes, ex Tridentini Concilii dispositione, &
ex Constitutione *Gregorii XIV.* edita *Idibus Maii*
1591. nec non Decretis Sacræ Congregationis
Rebus Consistorialibus præpositæ, & præsertim
Instructione particulari publicata, & impressa an-
no 1627. plura sunt accurate, & salubriter præ-
scripta circa eorum qualitates, & scientiam, super
quibus per Sedis Apostolicæ Legatos, vel Nuncios
Provinciarum rigorosius efformatur Processus, ut
late ostendit *Fagnan. in dict. Cap. Cum pridem n.*
77. ubi testatur, quod a multis annis, quibus Con- 40
gregationi Rerum Consistorialium interfuit tam-
quam unus ex Consultoribus nominatis in Consti-
tutione sa. me. Urbani VIII. super Institutione ip-
sius Congregationis, numquam vidit, nec prius
audivit quempiam ex hoc capite ignorantiæ fuisse
ab Episcopatu dejectum.

Sed quod non vidit, nec audivit *Fagnanus*, vi- 41
dimus Nos tempore san. mem. Clementis XI. Cum
enim ad Ecclesiam Cathedralem N. in Regno Nea-
politano vacantem designatus fuisset N. N. hic in
examine habito coram Papa, pluries interrogatus,
nec verbum quidem respondit. Credidit Pontifex,
quod Pontificia Majestate territus, & tot illustrium
Virorum, qui examini præerant auditum audiens
timuerit, & loqui nesciverit; jussit proinde, ut
illius idoneitatem privatim exquireret clar. mem.
Cardinalis *Ferrarius*, qui ea, qua pollebat hu-
manitate, familiari, blandoque sermone nonnulla
Dubia proposuit, sed nec ullum umquam repor-
tare valuit responsum. Tandem ei demandavit,
ut Dubiis præfatis in scriptis responderet. Scrip-
sit ille, & mediocriter respondit, sed vernaculo
idiomate: lacessitus, ut latine responderet, id ad-
implere

implere non valuit. Agnitum proinde fuit, quod taciturnitatis causa ex eo maxime provenerat, quod latine nec loqui, nec scribere sciebat. Qua de re certior redditus Pontifex, noluit *contra Deum, & Canonicas Sanctiones tantum in Episcopo tolerare defectum*, juxta verba *Honorii III.* in dicto *Cap. Quamvis, de Ætat. & qualitate Præficien.* proindeque ad Episcopatum, quem ei destinaverat, alterum promovit.

42 Secundo, etiam S. R. E. Cardinales subjacent Censuræ hujus Regulæ de *Idiomate*, quæ inspecta ejus finali ratione respiciente animarum salutem, est vere favorabilis, apta proinde Cardinales comprehendere, ut in Rota suo tempore, ipsoque præsente judicatum fuisse, testatur, *Bellencin. de Subsid. Charitat. quæst. 66. in 5. Column. Gomes. hic quæst. 3. Mandos. ibidem quæst. 7. Hoyed. de Incompatibil. Benefic. part. 1. qu. 24. num. 59.* Quidquid in contrarium dixerit *Peleus in Comment. in hanc Regul. §. Cardinales pag. 106. a ter.* autumans, Cardinales non subesse censuræ Regulæ, quia non coguntur per se ipsos Parochialibus Ecclesiis inservire, cum sint regimini universalis Ecclesiæ præpositi, nec comprehenduntur sub Regulis Cancellariæ, nisi expresse in eis nominentur. Siquidem Regula, ut diximus, afficit etiam promovendos ad Ecclesias Episcopales, quibus Cardinales regulariter præficiuntur, & in eis tenetur de jure Divino residere; Et quamvis si Ecclesiæ Parochiali, qui casus impossibile fere est, quod evenire possit, præficerentur, possent per Substitutos eidem inser-
43 vire, nihilominus Regula requirit idioma loci in ipso Titulari, nec sufficit, quod habeat Substitutum, qui præfatum idioma calleat, *Rot. decis. 136. numer. 12. & seqq. part. 10. Mandos. in hanc Regul. quæst. 1. sub num. 18.*

44 Tertio, afficit Regula Beneficia curata electiva, & de jurepatronatus, ex eadem ratione, quod Regula est favorabilis, proindeque licet loquatur per verbum *providere*, verbum istud in favorabilibus
45 Electiones, Institutiones, & quasvis alias Beneficiorum provisiones comprehendit, *Sarnen. hic quæst. 4. Kochier n. 10. Peleus ibidem pag. 105. §. Regula locum habet, Leuren. in For. Benefic. tom. 3. quæst. 359. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 15. n. 86. Hoyed. de Incompatibil. Benefic. part. 1. cap. 24. n. 59. Rot. decis. 136. n. 8. part. 10. Recent.*

Quarto, locum sibi vindicat Regula in iis, qui
46 de Parochialibus Ecclesiis providentur in Commendam, ut quidquid dixerit *Rot. decis. 13. de Præbend. coram Crescentio*, de veriori testantur *Gomes hic quæst. 5. per tot.* ubi plures reddit rationes, *Rebuff. in Prax. in eamdem Regul. gloss. 2. n. 2. Kochier ibidem n. 9. Mandos. quæst. 1.* late *Hoyed. de Incompatibil. Benefic. dict. cap. 24. n. 48. Gonzal. in Regul. 8. gloss. 5. §. 8. n. 22. Solorzan. de Jur. Indiar. libr. 3. cap. 5. n. 85. Menoch. de Recuper. possess. remed. 15. n. 442.*

Quinto, procedit itidem in Vicario perpetuo ob
47 rationis identitatem, cum Vicarius perpetuus in Ecclesia, ubi non adest Rector, in omnibus Rectoris vice fungatur, & jura, quæ de Parochiali Ecclesia loquuntur, locum habent in Vicaria perpetua, *Clement. 1. de Offic. Vicar. Gomes. hic quæst. 11. Kochier. n. 10. Rebuff. ubi supra n. 6. & 7. & in addit. ad hanc Regul. §. 3. Peleus ibidem §. Regula locum habet pag. 107. a terg. Leuren. in For. Benefic. tom. 3. quæst. 359. n. 1.*

Sexto, locum habet nedum in Parochiali Eccle-
48 sia, verum in *quovis alio Beneficio exercitium Curæ Animarum Parochianorum quomodolibet habente*, sunt verba Regulæ, quæ addita fuerunt a
san. mem. Gregorio XIII. *Kochier ad hanc Reg.* 49
n. 4. Van Espen. in Jus Eccles. universal. tom. 2.
part. 2. tit. 24. n. 4. Cumque duplex sit cura, alia 50
nempe spiritualis contentiosa, quæ versatur circa exercitium Fori spiritualis, excommunicando, suspendendo, absolvendo &c. Altera vero sit Cura Sacramentalis in Foro pœnitentiali, ut ait *Gomes hic quæst. 11.* & generaliter *Rot. in Nullius, seu Urgellen. Præpositura 8. Julii 1685. §. Et quidem cum seqq. coram Paulutio.* Hinc est, quod
Regula proprie locum sibi vindicat in Cura secun- 51
dæ speciei, quæ versatur circa administrationem Sacramentalem Fori Pœnitentialis, secus circa curam in Foro contentioso, nam ut ait *Gloss. in Clementin. Dudum, de Sepult.* habens jus excommunicandi, non habet Curam Animarum, & ita distinguunt *Peleus in Commentar. in hanc Regul. §. final. n. 208. Mandos. ibidem quæstion. 12. in princip. Gomes. dict. quæst. 11. vers. Et ideo pro vero.*
Et sic quoque legitur in antiquo volumine Rerum 52
Notabilium Cancellariæ, ibi -- *Fuit dubitatum, si in provisione Præposituræ Dignitatis principalis in Collegiata, quæ est Curata, & in Alemania debeat derogari Regulæ de Idiomate, quia providetur Italo non intelligenti Idioma &c. responsum fuit, quod si Ecclesia est non solum Collegiata, sed etiam Parochialis, & Cura imminet Dignitati Parochianorum ejus, licet non provideatur de Ecclesia, sed de Dignitate in ea, bonum esset derogare Regulæ de Idiomate, quia ratio Regulæ militat, & verba non adversantur multum, licet dicant de Parochiali, si vero esset Cura Jurisdictionalis, vel Collegii, creditur, quod non.*

Quod si Beneficium sit habitu tantum Curatum,
& non actu, an ejus respectu locum habeat dis- 53
positio Regulæ? *Sarnen. dict. quæst. 21.* concludit affirmative, sed pluribus rationibus illum impugnat *Mandos. in Regul. quæst. 11.* & in fine ait, ita fuisse a Rota resolutum, ex ratione, quia cessat in tali casu ratio Regulæ. Et hæc ultima opinio videtur magis conformis verbis modernarum Regularum, quæ loquuntur de Beneficio *habente exercitium Curæ Animarum Parochianorum.*

Sed an Regula procedat in eo, qui habet In-
dultum non residendi? Affirmative respondet *Man-* 54
dos. in hanc Regulam quæst. 13. duplici ratione. Prima, quia cum Indultum non possit esse, nisi ad tempus; Indulta enim perpetua non residendi, quo ad Parochos præsertim, sublata fuerunt per *Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 1.* sequitur quod e- 55
lapso tempore subintret ratio Regulæ. Secunda,
quia Regula non solum emanavit ad effectum, ut 56
Parochus ad residentiam jure divino adstrictus suæ Gregis vocem, & Grex vicissim eam Pastoris audire, & votis obsequi possit, sed etiam ut cum suis Substitutis Parochialis negocia tum temporalia, tum spiritualia concernentia, pertractare valeat, ideoque sive resideat, sive non, semper necesse est, quod calleat Idioma, quo utuntur ipsi Substituti in præstando manus adjutrices pro bono regimine Parochialis in spiritualibus, & temporalibus, *Mandos.* sequitur *Hoyed. de Incompatibil. Beneficior. lib. 1. cap. 24. a n. 60. & ante eos Bellencin. de Charitat. Subsid. quæst. 66. n. 20.*

Postremo locum sibi vindicat dispositio Regulæ
etiam in provisione Parochialis, alteriusque Be- 57
neficii Curati expleta extra Curiam. Quamvis enim *Sot. Glossator antiquus in Commentar. in*
hanc Regul. firmaverit valere Provisionem Paro- 58
chialis ab Ordinario, sive Legato expletam favore ignorantis Idioma loci, & eum sequuti fuerint
Mandos.

Mandof. hic quæst. 3. num. 14. & 1 13. Azor. Insti-
59 *tut. moral. tom. 2. lib. 5. cap. 29. quæstion. 21.* Con-
traria tamen opinio priscis etiam temporibus ma-
gis communiter in Foro iovaluerat, ob finem, &
rationem Regulæ æque militantem in provisione
Parochialis expletæ a Papa, ac al. Ordinario, &
Legato, *Gomef. hic quæst. 6. Kochier num. 14. Leu-
ren. in For. Benefic. tom. 3. quæst. 359. num. 1. Pe-
leus in Commentar. in hanc Regul. §. Regula locum
habet pag. 107. Hoyed. de Incompatibil. Benefic.
part. 1. cap. 24. Rot. decis. 156. num. 8. part. 10 Re-*
60 *cent.* Sed hodie cessat omnis difficultas propter no-
vissima illa verba *tam in Curia, quam extra* ab
Alexandro VII. Regulæ superaddita.

At e contra nostræ Regulæ dispositio non pro-
61 cedit in Collegiis, vel Capitulis, penes quæ Cu-
ra Animarum residet; Sufficit enim, quod Curæ
hujusmodi præficiatur Vicarius vel temporalis, vel
perpetuus, qui idioma loci intelligat; remanet
enim tali modo plene fini Regulæ satisfactum, &
exercitio Curæ Animarum Parochianorum abunde
consultum, *Rebuff in addit. ad Regul. 20. §. Ter-
tio requiritur, & in Prax. tit. Regula quod quis in-
telligat Idioma, Gomef. in hanc Regul. quæst. 2. Pe-
leus in Commentar. in eamdem pag. 106. a tergo §.
Dispositio, Gonzal. in Regul. 8. gloss. 37. num. 18.
& gloss. 2. num. 6. & seqq.* ubi ait consuluisse, quod
Unio Parochialis facta Monasterio Monialium non
fuerit irrita per hanc Regulam, licet Moniales non
loquerentur, nec intelligerent idioma loci, in quo
aderat Parochialis.

Nec etiam locum habet in Beneficio, quod
62 non sit Curatum de sui natura, sed tantum per
viam adhærentiæ, ut quando Beneficium de sui
natura simplex, adnexum haberet onus coadju-
vandi Parochum, tunc enim illud obtinens non
diceretur proprie habere Beneficium Curatum,
*Gomef. in hanc Regul. quæst. 11. versic. Hoc tamen
intelligas*, ubi tamen subdit, quod si dicti Beneficii
63 possessor obstrictus esset Populo Sacramenta ad-
ministrare, locum haberet Regula.

Item cessat Regulæ dispositio, quando Papa ex
64 certa scientia, & Motu proprio confert Parochia-
lem non intelligenti Idioma loci; præsumitur enim
tali casu, cum eo dispensasse, & voluisse Regulæ
derogare, ut post *Sot.* firmat *hic Mandof. quæst. 5.
Kochier num. 16 Hoyeda de Incompatibil. Benefic.
lib. 1. quæst. 24. num. 53. & seqq. Leuren. in For.
Benefic. tom. 3. qu. 359. num. 1.* quamvis contrarium
sentiat *Gomef. in hanc Regul. quæst. 12.*

Posse tamen Papam huic Regulæ dispensare,
65 communiter firmant Doctores, exceptis *Rebuff. in
Prax. in hanc Regul. Solorzan. de Jur. Indiar. tom.
2. lib. 3. cap. 15. num. 82.* Etiam per Rescriptum
66 *Perinde valere*, dummodo sint expressa ea omnia,
quæ de jure exprimi debent, *Leuren. dict. quæst.
359. num. 1. Gomef. hic quæst. 7. Kochier num. 19.
Cassador. super Regul. Cancellar. decis. 33.* Et for-
67 malam hujusmodi dispensationis ponunt *Gomef. in
hanc Regul. quæst. 4. & 5. Kochier*, ubi proxime
Corrad. in Prax. Beneficiar. lib. 3. cap. 17. num. 22.
68 ubi tamen ait, quod numquam ipse vidit huic Re-
gulæ dispensatum.

Ceterum advertendum est, quod Rector Paro-
69 chialis ultra naturale Idioma Populi, cujus curam
gerit, & quod ista Regula requirit, tenetur etiam
latinam linguam scire, ut vim, & naturam Sa-
cramentorum intelligat, *Gomef. hic quæst. 15. Pe-
leus pag. 104. a tergo §. Rectorem, & pag. 107. a
tergo §. In Rectorem, Rebuff. gloss. 2. quæst. 7.* ubi
quod alias non posset prædicare Evangelium,
quod non intelligeret; & penitus illitterati non
sunt capaces Beneficiorum, cum sint irregulares,
*Cap. Illitteratus distinct. 36. Cap. Illitterates dist. ...
55. Gomef.* ubi proxime: late *Barbof. de Episcop.
part. 3. allegat. 63. num. 1. Carolus de Grass. de
effect. Clericat. in Præl. num. 71. Hoyeda de In-
compatibil. Benefic. part. 1. cap. 24. num. 28. Paris.
de Resignat. lib. 4. cap. 11. quæst. 3. num. 25. Rebuff. in
addit. ad Regul. 20. §. Tertio requiritur in fine,* & la-
tissime *Thomassin. tom. 2. lib. 1. a cap. 68. & pluribus
seqq.* ubi per singula sæcula rem erudite examinat.

Quod si Concilium Tridentinum *Session. 23.
cap. 11. de Reformat.* sancivit, *quod minores Or* 70
*dines his, qui saltem latinam linguam intelligant,
conferantur*, quanto potiori jure præfatam linguam
scire debent Parochi? Ex eo autem, quod lau-
datum Concilii Decretum non astringit *Asiam*,
Africam, & eam Europæ partem, in qua Latina
Lingua in Schola non addiscitur, non exinde in- 71
ferri potest, quod Concilium Tridentinum non
fuerit Oecumenicum, ut perperam, & maligne
inferunt *Soavis*, & *Heddigerus*. Cum mens Con-
cilii in puncto disciplinæ fuerit comprehendere 72
partem maximam, & potissimam Europæ, in qua
frequens est latini sermonis in Scholis usus: Hinc
Sacra Congregatio Concilii declaravit, in Illyrico
ad Sacros Ordines promovendo, Latinæ Linguæ 73
intelligentiam a Peritia Illyricæ Linguæ litteralis
excusari, *Card. Pallavicin. in Histor. Concil. Tri-
dent. lib. 21. cap. 13. Redingius in Histor. tom. 3. ad
sess. 23. pag. mihi 166. Natal. Alex. sæcul. 15 &
16. part. 4. dissert. 12. artic. 13. pag. 243. Eminen-
tiss. Petr. ad Constitut. Apostolic. tom. 1. pag. 343.
num. 52. Passerin. de Stat. homin. tom. 3. pag. 837.
num. 229. Pasqualig. ad Lauret. part. 1. num 301.*

Pro coronide quæro, an permitti possit, ut
Missa, & Divina Officia non lingua latina, sed
vernacula, & vulgari in aliquibus Regionibus
celebrentur. Pro cujus quæstionis resolutione præ- 74
mittendum, certum esse apud omnes Catholicos,
absque Apostolicæ Sedis Privilegio, alia lingua
quam latina, Missam, & alia Divina Officia ce-
lebrari non deberi, ut statuit Concilium Tridenti-
num *Sess. 22. de Sacrific. Missæ*, & communiter
tradunt *Natal. Alex. Histor. Eccles. tom. 8. sæcul.
15. & 16. dissert. 12. artic. 12. de Sess. 22. Decret.
num. 4. & seqq. pag. mihi* 652. ubi late, & egre-
gie a *Soavis* objectionibus vindicat laudatum Tri-
dentini Decretum *dict. Sess. 22. Canon. 8. & 9. Ju-
venin. de Sacram. dissert. 5. quæst. 8. cap. 7. §. 1.
& §. Probatur iterum*, ubi examinat gravissima in-
commoda, quæ ex usu linguæ Populis vulgaris, 75
& tritæ in Sacris Mysteriis peragendis, conti que-
rentur, *Pax Jordan. var. Elucubrat. tom. 1. lib. 4.
tit. 1. num. 333. Card. Bellarmin Controvers. tom. 1.
libr. 2. capit. 15. pag. mihi 110. & tom. 3. lib. 2.
cap. 31. pag. mihi 201. versic. Nota tertio cum seqq.
Card. de Albicis de Inconst. in fide cap. 34. num.
31. Hurtad. tractat. 5. cap. 6. num. 1184. Pasqua-
lig. de Sacrific. Missæ quæst. 222. Verricell. de Apo-
stol. Mission. quæst. 140. num 1. Azor. Instit. moral.
tom. 1. lib. 8. cap. 26. quæst. 6.*

Difficultas tamen est, an usus linguæ vernacu-
læ debeat per Sedem Apostolicam permitti in ce- 76
lebranda Missa, & in administratione Sacramen-
torum pro aliquo Populo infideli noviter ad fidem
converso, seu convertendo, cum non adsint, qui
calleant Linguam Latinam. Fuit hæc quæstio
late examinata tempore san. mem. *Alexandri VII.*
occasione petitionis factæ a Missionariis Regni
Chinensis, ut vernacula lingua celebrare liceret
Chinensibus ad Sacros Ordines promotis. Et in va- 77
rias itum fuit Sententias. Pro parte affirmativa

ponderabatur *Text. in Cap. Quoniam de Offic. Ordinar.* ubi præcipitur, quod si in aliqua Urbe permixti sint homines diversarum linguarum, Episcopus provideat Viros idoneos, qui diversis linguis Divina Officia celebrent, & Sacramenta ministrent secundum diversitatem Rituum, & Linguarum.

78 *Secundo*, adducebatur concessio facta ab *Adriano II.* Sanctis *Cyrillo*, & *Methodio*, qui in Moravia Christi fidem disseminaverant, ut Horas Canonicas, Missarumque Officia proprio a se conversarum Nationum Idiomate, ut prius decreverant, celebrare permitteret. Legitur enim in eorumdem Sanctorum Vita secunda apud *Bolland. ad diem 9. mensis Martii pag.* 22. quod *Apostolicus, & reliqui Rectores Ecclesiæ corripiebant B. Cyrillum, cur videlicet ausus fuisset in Sclavonica lingua Horas Canonicas statuere, at ille humiliter respondens dixit: Attendite vos fratres, & Domini sermonem Apostoli dicentis, loqui variis linguis nolite prohibere. Secutus ergo Apostolicam doctrinam linguam, quam impugnatis institui. At illi dixerunt: quamvis Apostolus loqui variis linguis permiserit, non tamen per hoc, in ipsa, quam statuisti lingua divina solemnia voluit decantari. Cum autem propter hujusmodi institutionem plus, & minus apud eos cresceret altercatio, Beatus Cyrillus dictum Davidicum protulit in medium dicens: Scriptum est enim: omnis lingua laudet Dominum: & si omnis spiritus laudando magnificat Dominum, cur me prohibetis Sacrarum Missarum solemnia, & Horarum Sclavonice modulari? Siquidem si quivissemus illi Populo aliter aliquando cum ceteris Nationibus subvenire in lingua Græca, vel Latina, omnino quæ reprehenditis non sanxissem: sed quia idiotas Viarum Dei totaliter eos reperi, & ignaros, solum hoc ingenium mellisflua Sancti Spiritus gratia Cordi meo inspiravit, per quod etiam innumerum Populum acquisivi. Quapropter Patres, & Domini cogitate consultius, si institutionis meæ normam hanc expediat immutare. At illi audientes, & admirantes tanti Viri industriam, & fidem, studiosa deliberatione prahabita, statuerunt, supra dicto ordine, & sermone in illis partibus, quas B. Cyrillus Deo acquisierat, sicut statuerat, Canonicas Horas cum Missarum solemniis, ita debere deinceps celebrari.* Hæc Auctor secundæ Vitæ, & Auctor prioris non alia conditione ordinatos fuisse, scribit, quos secum adduxerat ex Discipulis suis S. Cyrillus, & dignos esse ad honorem Episcopatus suscipiendum censuerat, quam ut *Sclavonice* Sacra facerent ipsi, & aliis deinde ordinandis Presbyteris facienda traderent, ut refert *Pater Pagius in Breviar. Histor. Roman. Pontificum in Vita Hadriani II. num.* 13. *in fine.*

Hanc eamdem Divina officia, & Missam *Sclavonica* lingua celebrandi licentiam Moravis ab *Adriano II.* concessam confirmavit *Joannes PP.*
79 *VIII.* anno 880. *Epist.* 247. *ad Sfentopulchrum*
Moraviæ Comitem data, quæ per extensum refertur *a Baronio* ad eundem annum §. 19. & 20. & in qua legitur, quod *omnibus linguis Deum laudare auctoritate Sacra monemur, quæ præcipit dicens: laudate Dominum omnes Gentes, & collaudate eum omnes Populi. Hinc & Paulus cælesti quoque tuba insonat monens, omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris. De quibus etiam prima ad Corinthios Epistola satis, & manifeste Nos admonet, quatenus linguis loquentes Ecclesiam Dei ædificemus. Nec sanæ fidei, vel doctrinæ aliquid obstat sive Missas in eadem Sclavonica lingua canere, sive Sacrum Evangelium, vel Lectiones Divinas novi, & veteris Testamenti bene translatas, & interpretatas legere, aut alia Horarum Officia omnia psallere: Quoniam qui fecit tres linguas principales Hebræam scilicet, Græcam, & Latinam, ipse creavit & alias omnes ad laudem, & gloriam suam*. Et de hac Joannis VIII. Epistola meminere etiam *Pagius loco mox laudato, Thomassin. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 82. *num.* 1. *Verricell. dict. quæst.* 140. *num.* 6. *Pasqualig. de Sacrif. nov. Missæ tom.* 1. *quæst.* 222. *n.* 3. *Pax Jordan. var. Elucubrat. tom.* 1. *lib.* 4.
tit. 1. *n.* 335. *Azor. Instit. moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 80
26. *quæst.* 6. Et Concilium *Francofordiense* ad Mœnum anno 794. celebratum, cui interfuerunt *Adriani I.* Legati cum ter centum circiter Episcopis ex Germania, Gallia, & Italia, *Canon.* 52. Deum in omni lingua docet orandum, *Ut nullus* inquam, *credat quod nonnisi in tribus linguis Deus orandus sit, quia in omni lingua Deus adoratur, & homo exauditur, si justa petierit.*

Innocentius insuper IV. *Sclavonica* lingua Mis-
sam, & Officia Divina celebrandi licentiam con- 81
firmavit anno 1248. Extat ejusdem Pontificis Epistola ad quemdam in *Sclavonia* Episcopum apud *Raynald.* ad dictum annum *n.* 52. Eademque indulgentia usam esse Ecclesiam Græcam erga Ru-
thenos, seu Moscos, postquam per missos sub an- 82
num Christi millesimum, Constantinopoli Prædicatores, Christi fidem eis tradidit cum Græcis Ritibus exercendam, ut lingua propria, quæ ipsa quoque *Sclavonica* est, Missam, Divinaque Officia celebrarent, ex *Papebrochio* tradit *Pagius in Vit. Adrian. II. num.* 15.

Tertio ad rem conferre dicebatur exemplum 83
Apostolorum, qui die Pentecostes variis linguis loquebantur Magnalia Dei, unde diffusi per Orbem prædicaverunt ubique Terrarum linguis illorum Populorum, quibus prædicabant.

Quarto idem suadebat consuetudo Populorum; 84
Nam Alexandrini, & Ægyptii *Arabice*, Armeni *Syriace*, Dalmati *Dalmatice*, & alii Populi suis vulgaribus linguis Sacra faciunt, & quidem permittente, & approbante Ecclesia, ut an *Verricell. de Apostol. Mission. quæst.* 140. *num.* 7. & *seqq. Azor. Institut. moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 26. *quæst.* 6. *circa finem, Pax Jordan. var. Elucubrat. tom.* 1. *lib.* 4 *tit.* 1. *n.* 335. ubi quod in *Dalmatia*, in cujus Provincia Episcopatum *Traguriensem* vulgo *Trau* obtinebat, concessio *Joannis VIII.* est in viridi observantia.

Quinto præ oculis exponebatur maxima, quæ 85
urgebat necessitas hujusmodi indulgentiæ, ob penuriam Sacerdotum in iis Regionibus, quæ vastissimæ sunt, vigentem. Multum enim temporis impendere ac terere oporteret, si expectandum esset, quod ii Barbari, qui sunt ut plurimum hebetes ingenio, & incapaces externæ Doctrinæ, addiscerent linguam Latinam.

Sexto demum magnum constituebatur funda- 86
mentum super Resolutione Congregationis Sanctissimæ Inquisitionis *de anno* 1615. qua permissum fuit PP. Societatis Jesu, ut possent transferre Sac. Bibliam in linguam *Synarum*, non tamen vulgarem, sed eruditam, ac Litteratorum propriam, & mandatum, ut in Translatione præfata summam adhiberent & exquisitam diligentiam. Per-
missum itidem fuit, ut in eadem lingua erudita 87
Synarum possent Missæ, & Divina officia celebrari a Synis quando essent promoti ad sacros Ordines. Quod Decretum per speciale Breve confirmavit eodem anno *Paulus V.* Aliamque similem concessionem *ab Urbano VIII.* factam, refert *Verricell. dict. quæst.* 140. *sub n.* 4.

At

88 At ab aliis contrariam sententiam propugnan-
tibus hæc proponebantur argumenta. *Primo* exem-
89 plum Apostolorum, qui non scripserunt nisi *He-
braice, Græce, & Latine. Card. Bellarmin. tom.
1. de verb. Dei lib. 2. cap.* 15. Istæ enim sunt tres
90 linguæ Sacræ, cum quibus titulus Sanctissimæ
Crucis D. N. J. C. inscriptus fuit. Non ergo conce-
dendum Ecclesiis hodie nascentibus, quod in pri-
mitiva Ecclesia non fuerit indultum. Et Apostolo-
rum exemplo uniformis est communis usus Eccle-
siæ, quæ his tantum linguis semper usa est, ut fuse
probat *Cardin. Bellarmin. ubi proxime, & tom. 3. lib.
2. cap. 21. vers. Probatur hæc propositio pag. mihi* 202.
Secundo, quia in Synodo omnium Prælatorum
91 Dalmatiæ, & Croatiæ a Legato *Alexandri II.*
coacto, statutum fuit, ne quis de cetero in lingua
Sclavonica præsumeret Divina Mysteria celebrare,
nisi tantum in Latina, & Græca, ut ex *Auctore*
Historiæ Episcoporum *Salonitarum* apud *Card. Bo-
na lib. 1. Rer. Liturgicar. cap. 9. num. 4.* tradit *Pa-
gius tom. 1. in Vit. Alexand. II. num.* 54. Et *Grego-
92 rius VII.* Alexandri successor *Boleslao* Bohemiæ
Duci licentiam, quam totius Gentis suæ nomine
rogaverat, celebrandi Officia Divina lingua *Scla-
vonica*, jam prius a SS. *Cyrillo*, & *Methodio* ob-
tentam, omnino denegavit, quia *nobilitas tua*,
(sunt verba Epistolæ a laudato Pontifice ad *Bo-
leslaum* scriptæ) *postulavit, quod secundum Scla-
vonicam linguam apud Vos Divinum celebrari an-
nueremus Officium, scias Nos huic petitioni tuæ ne-
quaquam posse favere. Ex hoc nempe sæpe volventi-
bus liquet non immerito Sacram Scripturam Omni-
potenti Deo placuisse quibusdam locis esse occultam,
ne si ad liquidum cunctis pateret, forte vilesceret, &
subjaceret despectui, aut prave intellecta a medio-
cribus, in errorem induceret. Neque enim ad excu-
sationem juvat, quod quidam Religiosi Viri* (SS.
nempe Cyrillus, & Methodius) *hoc quod simpli-
citer Populus quærit, patienter tulerunt, seu incor-
rectum dimiserunt, cum primitiva Ecclesia multa
dissimulaverit, quæ a Sanctis PP. postmodum fir-
mata Christianitate, & Religione crescente subtili
examinatione correcta sunt. Unde ne id fiat, quod
a Vestris imprudenter exposcitur, auctoritate B.
Petri inhibemus, atque ad honorem omnipotentis
Dei huic vanæ temeritati viribus totis resistere præ-
cipimus.* De qua Epistola *Baron. ad annum* 1080.
*in princip. in Vit. S. Gregorii VII. num. 77. Natal.
Alex. sæcul. 15. & 16. dissert. 12. art. 12. de sess.
22. Decret. num. 4. Azor. Instit. moral. tom. 1. lib.
8. cap. 26. quæst. 6. Juenin. de Sacram. dissert. 5. de
Eucharist. Sacrif. cap. 7. §. Probatur primo, Pasqua-
lig. de sacrific. novæ Legis tom.* 1. *quæst.* 222. qui
tamen eandem Epistolam minus recte tribuit *Ur-
93 bano III.* quemadmodum non bene in illius Au-
ctorem agnoscit *Gregorium III. Pax Jordan. var.
Elucubrat. lib. 4. tit. 1. num.* 335.
94 *Tertio* per Concilium Trident. *sess. 22. can.* 8.
& iterum *Can.* 9. anathematizantur asserentes lin-
gua vulgari tantum celebrandam esse Missam,
quod factum fuit contra Hæreticos id autuman-
tes; unde si ab Apostolica Sede approbaretur,
quod in illis partibus Missa celebrari posset lin-
gua vulgari, Hæreticis daretur ansa effutiendi eo-
rum Pseudodogma fuisse ab Ecclesia canoniza-
tum. Cumque in Congregatione habita a Patri-
95 bus ejusdem Tridentini Concilii *die tertia Apri-
lis* 1546. valde discussum fuisset, an Sacra Scrip-
tura verti deberet in linguam vernaculam; ac ali-
quibus etiam suadentibus, ut Missa eadem lin-
gua celebraretur ad effectum, ut a Populo ad-
stante intelligi posset: Visum est Sapientissimis PP.
nihil ea in re novandum, *Raynald. ad annum* 1546.
num. 42. & 43.
Quarto dicebatur, quod Majestas tanti Sacrifi- 96
cii, & Sacramentorum vilesceret, & contemnere-
tur, si celebrari, & administrari deberent in ea
lingua, qua utitur quælibet *Muliercula* in rebus
domesticis; Non enim Sacra Mysteria quibuscum-
que vulganda sunt, sed colenda potius, & vene-
randa, nam ipsa obscuritas venerationem parit, ut
inquit *Cardinalis Bellarmin.* ubi supra *de Verbo
Dei dict. cap. 15. & cap. 31. circa finem.*
Quinto Catholicarum Nationum omnium unitas
cum Ecclesia Romana, postulat latinæ linguæ 97
communionem, *Bellarmin. dicta cap. 15. vers.
Sed accedat, & dict. cap. 31. circa finem.* Alias
quomodo poterint convenire in Sacris, si linguis
discrepant? Hinc *Stanislaus Hosius in Tract. de
Sacrament. Euchariſt. cap. 41. Confess. pag.* 144.
hæc ait -- *Ne existimet aliquis temere sic sine causa
factum esse, quod una, & sola lingua latina in
Occidentali Ecclesia Sacra peraguntur, in qua si-
cut una est fides, ita visum est æquum, ut una esset
quasi Catholica lingua communis omnium Gentium,
& Nationum, qua res Divina fieret, per quam
etiam unitas fidei retineretur* -- & recte animad-
vertunt *Raynald. ad annum* 1546. *num. 43. Natal.
Alex. Histor. Ecclesiast. tom. 8. in sæcul. 15. & 16.
dissert. 12. art. 12. de Sess. 22. Decret. num 4. §.
Respondetur pag. mihi* 652. Et ob hanc fortasse ra-
tionem *Joannes VIII.* in Epistola, quam ad *Sfen* 98
topulcrum Moraviæ Comitem scripsit, & de qua
supra meminimus, præcepit, ut in ipsa *Sclavorum*
Missa, Evangelium latine prius legeretur. Quem-
admodum in Ecclesia Constantinopolitana *Episto-
lam*, & *Evangelium* in S. Synaxi Latine prius, 99
& tum demum Græce decantari consuevisse, te-
statur *Nicolaus I. Epistol. VIII.* ibi -- *Esse quotidie,
immo vero in præcipuis Festivitatibus inter Græcam
linguam, velut quoddam pretiosum, hanc Romanam
Linguam miscentes &c. Constantinopolitana Ecclesia
lectionem Apostolicam, & Evangelicam istius dictio-
ne linguæ in Stationibus fertur primitus recitare,
sicque demum propter Græcos Græco sermone utique
ipsas Lectiones pronuntiare* -- Quam Epistolam re-
fert *Thomassin. tom. 1. libr. 2. cap. 82. n.* 3. Idem
obtinebat & Romæ, ut prius Græce, & Latine 100
recitarentur Evangelium, & Epistola solemniori-
bus Festis, *ut gemina unitas Ecclesiæ ostenderetur*,
ut prosequitur *Thomassin. loc. mox laudato.*
Sexto proponebatur difficultas in versione;
Quis enim tam peritus illius linguæ, ut timeri 101
non possint multa pericula errorum in versione?
Quis post versionem, de bona interpretatione ju-
dicabit? Quot errores, & dissentiones in Eccle-
sia ex hoc ortæ sunt? Si incidant in aliquem erro-
rem, quis illis persuadere posset quod errarent,
si inhærentes suis versionibus, non audirent, nec
intelligerent, quid Concilia, quid Sancti Patres
docerent? Et conferunt quæ de difficultate versio-
num commemorat *Thomassin. tom. 1. lib. 2. cap. 82.
sub num.* 2.
Quique hanc tuebantur sententiam, contrariis
respondendo rationibus ajebant, non officere *Text.* 102
in cap. Quoniam de Offic. Ordinar. quia Decre-
talia hæc loquitur de lingua Græca, & Latina,
quæ non sunt vulgares. Cum enim capta a La-
tinis Civitate Constantinopolitana, permulti ad-
essent in Græcia Latini cum Græcis mixti, pe-
tebant ipsi in singulis locis duos Episcopos ordina-
ri, quod cum *Innocentio III.* & Lateranensi Con-
cilio visum fuisset monstruosum, demandatum fuit,
quod Episcopi providerent de idoneis Ministris,

qui græce Græcis, & latine Latinis Sacra facerent;
& proinde non est intelligenda Decretalis de lin-
gua vernacula, & vulgati, ut ibidem firmat Gan-
zal. num. 5. in fine, Bellarmin. tom. 5. de Verb. Dei
libr. 2. cap. 16. vers. Objectio tertia pag. mihi 122.
Aheri motivo depromto ex concessione facta
primum ab Adriana II. SS. Cyrillo, & Methodio,
103 deinde a Jaanne VIII. Genti Sclavonæ, celebrandi
Missam, & Divina Officia in lingua Sclavonica,
plures adaptabant responsiones. Primo quia ipse-
met Pontifex Joannes VIII. noluit ea licentia ne-
gligi usum linguæ latinæ, dum addit hæc verba:
Jubemus autem ut in omnibus Ecclesiis Terra ve-
stra per majorem honorificentiam Evangelium la-
tine legatur, & postmodum Sclavonica lingua trans-
latum in auribus Populi latina verba non intelli-
gentis enuncietur, sicuti in quibusdam Ecclesiis fieri
videtur, ut apud Baron. anno 880. num. 20. & ad-
ditur postea -- Etsi tibi, & Judicibus tuis placet
Missas latina lingua magis audire, præcipimus
ut latine Missarum solemnia ibi celebrentur.
Secundo quia postea Gregorius VII. ut diximus,
104 Bohemiæ Duci denegavit licentiam Divina Offi-
cia celebrandi lingua Sclavonica, jam prius a
Joanne VIII. indultam. Singularis porro fuit hac
Joannis VIII. indulgentia, ut qui neminem imi-
tatus, nemini imitandus visus sit: hinc elucet,
nihil umquam istiusmodi sibi arrogare, vel excipere
posse Gentes recens conversas, etsi in potestate sem-
per sit Ecclesiæ, ubi ex re visum fuerit ea huma-
nitate uti. Sed si prisca ex historia fas est ea, quæ
in posterum prosint exsculpere documenta, cum in-
ter innumeras Gentes suo quousque tempore conver-
sas ad fidem, unum id Sclavis indultum sit, hinc
facile augurraberis quam paucis posthac id indul-
gendum erit, ut Patria lingua Psalmodias, &
Synaxes Ecclesiasticas personent -- sunt verba Tho-
massin. tom. 1. lib. 2. cap. 82. num. 3. vers. Observa.
Tertio denique, quia ut ait Bellarmin. de verb.
105 Dei dict. Cap. 16. in fine, id factum fuit ex justa
causa, quia nempe totum Regnum simul Christi
Fidem amplectebatur, & in defectum latinorum
Sacerdotum, melius visum fuit Sclavonice, quam
nullo modo Divina Officia celebrari. Sed deinde
crescente Ministrorum numero, communem Ec-
clesiæ consuetudinem sequuti sunt, & hodie Mo-
ravi Catholici latine Missam celebrant. Ideo for-
san & hoc motivo ipsemet Joannes VIII. vetuit,
106 ne Archiepiscopus Pannonia posthac Sclavonice
Missam celebraret, quod jam forsan Pannonia in
Christianorum partes tota defecisset, Thomassin.
tom. 1. lib. 2. cap. 82. num. 2. in fine.
Ad Canonem vero 52. Concilii Francofordiensis
107 respondebatur, quod ubi docet, Deum in omni
lingua orandum, id statuit de privatis fidelium
orationibus, non de Liturgiis, aut Ecclesiasticis
Officiis, Natal. Alex. in Histor. Ecclesiastic. Sacul.
108 8. cap. 4. art. 9. sub §. Quinquagesimus pag. mihi
311. Quemadmodum exemplum Apostolorum,
quod variis linguis Mysteria Fidei tradiderint, res-
picit Prædicationem, quæ facienda est in proprio
cujuscumque Nationis idiomate, ut intelligatur;
sed non rite desumitur argumentum a Prædica-
tione ad Scripturam, cum Apostoli non scripserint
nisi Hebraice, Græce, & Latine, Bellarmin. de
Verb. Dei cap. 16. object. 5.
Quoad consuetudinem diversorum Populorum,
109 respondet Bellarmin. dict. cap. 16. circa finem,
se nihil moveri hoc exemplo. Sunt enim illi vel
Schismatici, vel Hæretici, & eorum Majores, qui
Catholicam Fidem profitebantur, aliter fecerunt.
Et addit Azor. dict. cap. 26. quod Populi illi id
extorserunt in odium Græcorum, a quorum jugo,
& jurisdictione se separaverunt. Immo cum hodie
Turcarum grave jugum portent, de facili peri-
rent, nisi a pia Matre Ecclesia conservarentur.
Ad quintum argumentum depromtum ex ne-
cessitate hujusmodi indulgentiæ, ob penuriam Sa- 110
cerdotum in iis Regionibus vigeotem, responde-
batur, quod incommodo prædicto occurri poterat
per institutionem Seminariorum, in quibus Pueri
edocentur. Quid enim facilius erit, habere Sacer-
dotes, qui Missas celebrent lingua latina, an lin-
gua Sinarum? Ad discendam linguam Sinarum,
faciendamque versionem, petendam confirma-
tionem a Sede Apostolica, & toto negocio per-
ficiendo, multi non sufficerent anni, & e con-
verso in addiscenda lingua Latina, quæ saltem
sufficiat ad Missam, & Sacra peragenda, duo,
vel tres anni sat esse possent.
Denique quoad Breve Pauli V. dicebatur,
quod illud non fuit exequutum, neque traditum 111
PP. Jesuitis. Et ita cum anno 1658. late fuerit ma-
teria in pluribus Congregationibus discussa, nil
potuit ob varietatem opinionum resolvi, ut videre
est apud Card. Albic. de Inconstant. in Fide cap.
34. a num. 42. cum pluribus seqq.
In hac autem controversia ego, salvo semper
S. Sedis judicio, censerem pendere ex necessitate
responsum. Si enim adsit revera necessitas pro Ca- 112
tholicæ Fidei propagatione indulgendi usum ver-
naculæ linguæ in Sacris peragendis, æquum vide-
tur, ne tota Gens pereat, ut pia Mater Ecclesia il-
lum benigne permittat, quemadmodum ad hujus-
modi necessitati occurrendum, usum præfatum
concessere Adrianus II. Joannes VIII. & Inno-
centius IV. Seclusa vero necessitate præfata, rece-
dendum non videtur ab antiqua, & approbata per
plurima sæcula in Ecclesia Dei consuetudine. At-
que, ut bene animadvertit Natal. Alexand. Hi-
stor. Eccles. Sacul. 15. & 16. part. 4. Dissert. 12. art.
12. Sess. 22. a pag. 224. cum hac distinctione intel-
ligenda sunt Rescripta Joannis VIII. & Gregorii 113
VII. quæ de contrarietate notat Soavis, qui tamen
a Cardinali Pallavicino, & a Redingio juste re-
darguitur: quod nempe Joannes VIII. indulserit 114
Moravis usum Sclavonicæ linguæ, quia totum
Regnum ad Catholicam fidem convertebatur, &
non poterant inveniri Ministri, qui latine celebra-
rent, unde urgebat necessitas, quod permitteretur
tur usus maternæ linguæ, ut ait Bellarminus su-
pra laudatus. Contra vero Gregorius VII. eam- 115
dem Gratiam denegavit, quia adulta jam Chri-
stianitate, nulla aderat necessitas permittendi usum
illius linguæ; & in hoc sensu pariter intelligen-
dus est Verricell. dict. quæst. 140. num. 4. & seqq.
Salus enim Populi suprema lex est. Uode ait Bel-
larmin. tom. 3. lib. 2. cap. 31. de Effect. Sacrament.
pag. mihi 201. vers. Nota secundo, quod Ecclesiæ
visum est, ut Sacramenta oon ministrentur lingua
vulgari, nisi forte in casu necessitatis. Et posita
tali necessitate, utpote quia Fides in novas Gen-
tes propagetur, non reformidanda semper sunt
discrimina novarum versionum, ut ait Thomassin.
tom. 1. lib. 2. cap. 82. num. 2. in fine.
Quando autem hujusmodi necessitas adesse di-
catur, ex singulis facti pendet cujuscumque cir- 116
cumstantiis. Quod si talis urgeat necessitas, ut ve-
niat a Sede Apostolica permittendus usus linguæ
alicujus Regionis in Missæ celebratione, & Sa-
cramentis administrandis, non est indulgendus il- 117
lius linguæ, quæ est vulgaris, & omnibus nota, sed
quæ est erudita, & propria Litteratorum, ut in
supradicto Brevi Pauli V. & notat Verricell. dict.
quæst.

quæst. 140. *sub n.* 9. ubi quod appellatione vulgaris linguæ, de qua in Concilio Tridentino, intelligitur illa, quæ est Plebi communiter nota, non autem lingua, quæ est nota solis Doctis, & Peritis; subdens quod ex his linguis politioribus, & Litteratorum propriis, non tollitur communicatio Ecclesiarum, *Bellarmin. dicto tom.* 3. *cap.* 31. *de Effect. Sacrament* ubi hæc ait - *Nota tertio Nos loqui de Ecclesia Latina, nam in Ecclesia Græca recte faciunt cum Græca lingua utuntur, & in Ecclesiis Syriæ, cum utuntur lingua Chaldaica; Nam requiritur ad ministerium Sacramentorum lingua non vulgaris, sed quæ tamen non sit omnino incognita saltem Doctis, alioquin non invenirentur Pastores, & Ministri necessarii. Tales autem sunt lingua Græca, Chaldaica, & Latina, nulla enim est vulgaris, & tamen quælibet est communis, & nota Peritis in suis Regionibus. Idem fere dici potest de Arabica, quæ nunc est communis multis Orientalibus Provinciis, & in ea celebrantur Officia Divina; sed alia est Arabica vulgaris, alia Arabica, qua utuntur in Sacris.*

REGULA XXI.

De non impetrando Beneficium per Obitum viventis.

ITem si quis supplicaverit, sibi de Beneficio quocumque tamquam per obitum alicujus, licet tunc viventis, vacante provideri, & postea per obitum ejus vacet, provisio, & quævis dispositio etiam vigore alterius novæ supplicationis, vel gratiæ dicto Supplicanti per obitum hujusmodi denuo faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti.

ARGUMENTUM.

AGitur in hac Regula de Pœnis, quibus subjacent Impetrantes Beneficia viventium, uti per eorum obitum. Quis fuerit illius Auctor, quibus rationibus innitatur, & an vigeat in Gallia? Impetratio Beneficii viventis est ipso jure nulla, nec ea Beneficiati superveniente obitu, validatur; Est itidem nulla, quamvis tempore impetrationis Beneficium vacaret ob incapacitatem possessoris, & Litteræ impetrationis essent munitæ clausula: *Sive præmisso, sive quovis alio modo &c.* nec nova provisio ejusdem Beneficii post obitum possessoris a Papa reportata, viribus subsistit, nisi mentio facta sit prioris obtentæ, vivente Beneficiato, vel adsit derogatio Regulæ, quæ debet esse expressa, nec suppletur per clausulam *Motus proprii.* Provisio quoque a Legato, vel Ordinario de Beneficio viventis reportata, subjacet censuræ Regulæ, quæ Provisiones omnes cujuscumque generis Beneficiorum viventium comprehendit, & an ei sint obnoxii promoti ad Ecclesias Episcopales non adhuc vacantes? Qui Beneficium viventis occupat, licet censuram Regulæ non incurrat, ex alio tamen capite incapax efficitur ad illud obtinendum post obitum Possessoris, si Papæ præcedentem occupationem non exprimat. Justa credulitas mortis Beneficiati eximit impetrantem illius Beneficium a Pœna inhabilitatis ad obtinendum idem Beneficium post illius obitum, sed non operatur provisionis validitatem, tenetur tamen Impetrans in nova impetratione nullitatem prioris provisionis Pontifici exprimere. Justa vero credulitas obitus Beneficiati unde oriri possit, & an ob longævam absentiam possit ille Beneficio obtento privari, late disseritur. Examinatur quæstio, an Pœnæ in Regula contentæ locum sibi vindicent, si quis viventе Beneficiato Pontifici supplicaverit pro Beneficii Provisione, licet eam non obtinuerit? & pluribus distinctis casibus resolvitur, Pœnas non incurri nisi Supplicatio fuerit non solum signata, sed etiam datata in vita ipsius Beneficiati, & quid si Supplicatio sit datata eadem die, qua Beneficiatus obiit? Ratihabitio illius cujus Beneficium fuit impetratum, non eximit impetrantem a Pœna jam incursa vigore Regulæ; Ejusdem vero Beneficii resignatio ad favorem impetrantis expleta, non aliter sustinetur, quam si Pontifici præcedens impetratio expressa fuerit. Demum agitur quibus in casibus possit Datarius reportationem Litterarum Apostolicarum demandare.

SUMMARIUM.

1 *Impetrans Beneficium viventis uti per illius obitum vacans, inhabilis efficitur ad idem Beneficium vigore novæ gratiæ obtinendum.* & num. 10.

2 *Regulam primus edidit Benedictus XII.*

3 *Eique Julius III. addidit verba illa* -- & quælibet alia dispositio.

4 *Et Alexander VII. alia verba* — etiam vigore alterius novæ supplicationis, vel Gratiæ.

5 *Concordat Regula cum jure communi, præsertim* cap. 1. de Concess. Præben.

6 *Et assignatur illius ratio.*

7 *De pœnis, quas incurrunt impetrantes Beneficia viventium uti per obitum vacantia.*

8 *Regula an locum habeat in Gallia?* & n. 9.

11 *Impetratio Beneficii viventis est ipso jure nulla, etiamsi illud vacaret ob incapacitatem illius obtentoris, & in Litteris Impetrationis adesset clausula:* Sive præmisso, sive quovis alio modo &c.

12 *Nova provisio de eodem Beneficio a Pontifice reportata, non facta mentione prioris obtentæ vivente Beneficiato, nulla prorsus, & irrita est.*

13 *Sed pro validitate secundæ Provisionis, vel requiritur expressa mentio nullitatis prioris.*

14 *Vel derogatio Regulæ.*

15 *De Formula hujusmodi Derogationis* Remissive.

16 *Et refertur exemplum sequuta derogationis.*

17 *Regula locum sibi vindicat etiam in Provisionibus Beneficiorum viventium, reportatis ab Ordinariis, vel Legatis Apostolicis,* & numer. 18.
Et reprobantur DD. qui contrarium existimant. num. 20.

19 *Legato Sedis Apostolicæ competere nequit facultas major ea, qua Pontifex potitur.*

21 *Nec Ordinarii, nec Legati dispensare possunt cum eo, qui Beneficium viventis impetravit, nisi potestas hæc sit eis a Papa elargita.*

22 *Ordinarius conferendo Beneficium viventis, privatur facultate illud postea, dum revera vacat, conferendi.*

23 *Intellige si scienter id egerit, secus si ex probabili credulitate obitus Beneficiati.*

24 *Regula afficit Cardinales Beneficia viventium impetrantes.*

25 *Et procedit etiamsi Provisio Beneficii viventis expleta fuerit a Papa Motu Proprio.*
Intellige dummodo fuerit illa a proviso acceptata. num. 27.

26 *Motus proprius nil operatur in iis, quæ sunt facti, de quibus Papa non est instructus.*

28 *Regula locum habet etiam in proviso de Beneficio viventis in* forma Dignum.

29 *Et comprehendit omnem modum disponendi de Beneficiis viventium propter illius verba* — provisio, & quævis dispositio.

30 *Nec non provisos de Beneficiis cujuscumque generis existant, Regularibus, Curatis, Dignitatibus &c.*

31 *Quemadmodum afficit promotos ad Ecclesias Episcopales, non adhuc vacantes.*
Intellige, si agatur de Promotione ad Ecclesiam expleta ad suggestionem Promoti, secus si Promotio fiat a Papa ob delatum falsum rumorem obitus Episcopi, & prævio solito Processu.

33 *Refertur casus provisionis Ecclesiæ Episcopalis taliter expletæ.*

34 *Impetrans Officium Ecclesiasticum a vivente possessum, censuræ Regulæ subjacet.*

35 *Qui de facto Beneficium viventis occupavit, etiamsi postea defuncto Beneficiato illud a Papa impetraverit, adhuc subjacet Pœnis Regulæ.*

36 *Contrarium, & redditur ratio.*

37 *Sed violentus Beneficii occupator redditur ad illud obtinendum incapax ex alio capite, quam vigore Regulæ.*

38 *Regula etsi loquatur de impetratione Beneficii, tanquam vacantis per obitum viventis, adhuc quemcumque falsum vacationis modum, per contractum nempe Matrimonii, Professionem Regularem &c. comprehendit,* & n. 39.

40 *Locum sibi vindicat etiam stante justa credulitate obitus Beneficiati.*

41 *Intellige ut nulla sit Provisio Beneficii sub tali credulitate reportata, non quod Impetrans perpetuo ad illud postea obtinendum inhabilis reddatur,* & num. 43. & 50.

42 *Regula* De verisimili notitia *procedit etiamsi Impetrans, vel Collator juste credere potuerint, Beneficium tempore collationis esse vacans.*

44 *Qui Beneficium impetravit ex justa credulitate obitus Beneficiati, tenetur in nova ejusdem Provisione, nullitatem prioris Gratiæ Pontifici exprimere.*

45 *Et hoc casu derogari solet Regulæ ad cautelam.*

46 *Justam credulitatem obitus Beneficiati, non evincunt Litteræ privatorum; sed pro ea saltem fama publica requiritur.*

47 *Longæva absentia Beneficiati, absque eo quod umquam de illo habita fuerit notitia, justam ejus obitus credulitatem præ se fert.*

48 *Et sufficit quod abfuerit per quadriennium, quo tempore præsumitur mortuus juxta* text. in l. Uxor. C. de Repud.

49 *Præfati Textus dispositio est tantummodo correcta quoad Matrimonium, sed firma remanet quoad alia non tanti præjudicii.*

51 *Beneficia Absentium conferri non possunt, nisi adsint probationes, quæ moralem certitudinem eorum obitus evincant,* & num. 53. & 56.
Sed interim deputari debent Oeconomi, qui illis inserviant, eorumque Bona administrent, dict. num. 56.

52 *Juxta praxim, quæ viget in Gallia, censetur quis mortuus a die quo discessit a loco suæ habitationis, Vicinis discessu suo non patefacto.*

53 *Sed praxis hæc a Juris principiis aberrat, & de ratione.*

54 *Beneficiatus per longum tempus absens, ita quidem ut dubitari possit an vivus, vel mortuus sit, Beneficii administrationem habere desinit, sed titulo privari nequit.*

55 *Quemadmodum nec absens a longo tempore, seclusa certitudine morali illius obitus, privari potest suis Bonis, eaque deferri ad venientes ab intestato.*

58 *Beneficium residentiale habetur pro derelicto, si intra decennium non habeatur notitia vitæ Beneficiati.*

59 *Quid de jure requiratur ad effectum ut Beneficiatus a longo tempore absens, & de quo notitia haberi non potuit, spoliari possit suo Beneficio, illudque alteri conferri?* & n. 57.

60 *Dataria de Beneficiis residentialibus obtentis per absentes a longo tempore, non aliter disponere*

nere consuevit, quam ob desertam, seu neglectam residentiam.
Et referuntur exempla ibidem.

61 Si contingat Episcopum per longum tempus a sua Ecclesia abesse, nec certum de illius morte Nuncium haberi, deputandus est eidem Ecclesia Administrator.

62 Et ita alias in praxi servatum.

63 Refertur casus provisionis Ecclesia Episcopali ob famam obitus Episcopi, qui postea ad eandem reversus in illius possessione permansit.

64 Regula dispositio locum sibi vindicat, quamvis exhibita solum fuerit Pontifici supplicatio super Impetratione Beneficii viventis.
Redditur ratio, & ponderantur verba illa Regulæ -- si quis supplicaverit, num. 65.
Quin imo sufficit, quod Beneficiato vivente transmissus fuerit ordo pro reportanda provisione Beneficii per eum obtenti, num. 66.

67 Contrarium quod sola supplicationis exhibitio non subjiciat supplicantem pœnæ Regulæ.

68 Et respondetur verbis illis Regulæ -- si quis supplicaverit &c. & num. 86.

69 Supplicatio Impetrationis Beneficii, signata & Datata, licet non registrata vivente illius possessore, operatur, ut impetrans pœnam Regulæ incurrat.

70 Gratia semel ac est Datata dicitur perfecta, & consummata.

71 Regula procedit etiam quando supplicatio est tantum signata vivente Beneficiato, licet post ejus obitum fuerit Datata, & n. 72.

73 Contrarium quod pœna in Regula contenta non incurritur, nisi supplicatio fuerit signata, & Datata vivente Beneficiato, & num. 79. & 85. & 94. & 110.
Quæstio tamen hæc unico verbo dirimi posset, dum novæ Cancellariæ Regulæ efformantur, & bonum esset id facere, num. 111.

74 Si in Litteris Apostolicis jam expeditis error aliquis irrepserit, mandare solet Datarius, ut illæ reportentur ad effectum corrigendi, debitamque formam redigendi.

75 Sed Litterarum reportatio non demandatur quando solum prætenditur provisio nulla in totum ex capite subreptionis, seu ob incapacitatem Provisi, & num. 76.
Maxime si ille adversus quem promovetur instantia pro reportatione Litterarum, non foveat jus clare, & manifeste nullum, numer. 78.

77 Dataria post Litteras Apostolicas expeditas partes Judicis non assumit in iis, quæ telam judiciariam, causæque cognitionem exquirunt.

79 Relaxatio supplicationis adhuc penes Officialem Dataria existentis, impediri nequit, nisi constito de claro, & evidenti malo jure supplicantis.

82 Regula de Verisimili notitia valde affinis est alteri Regulæ de non impetrando Beneficium per obitum viventis.

83 In terminis Regulæ de Verisimili Notitia sufficit pro validitate gratiæ, quod verisimilis notitia obitus Beneficiati adsit de tempore Datæ.

84 Lex una declaratur ab altera.

85 Una Cancellariæ Regula alteram supplet, & declarat.

86 Maxime si eadem ratio in utraque Regula vigeat.

87 Gratia complementum recipit a Data, & ab illius tempore incipit suum operari effectum.

88 Supplicationes de stylo antiquo non signabantur a Papa, nisi postquam iis apposita fuisset parva Data.

89 Stylus iste locum sibi vindicabat in supplicationibus Resignationum Beneficiorum; sed in aliis materiis prius signabatur supplicatio, & postea apponebatur parva Data, & num. 92.

90 Reprobatur Pitonius existimans, Præsentatam hodie successisse loco parvæ Datæ.

92 Parva Data nullam fidem facit de gratia concessa, nec reddit eam perfectam, sicuti Data magna.

93 Præsentata est actus mere præparatorius, qui nil commune habet cum substantia Gratiæ.

95 Supplicationes aliquando ante tempus signantur, ut postea tempore debito Datentur.

96 Idque servari solet in Gratiis de Beneficiis devolutis, ut durante semestre obtineatur signatura, eoque elapso Data.

97 Quemadmodum hæc cautela adhibetur ad effectum Regulæ de verisimili notitia.

98 Præsentata non est necessario apponenda de tempore, quo exhibetur Supplicatio.

99 Respicit favorem partium, ut gaudere possint, si velint, Data anteriori.
Sed non denegatur Data currens, si ea petatur, num. 101. & 102.

100 In Datariæ Officialibus non præsumitur error circa ea, quæ illius stylum respiciunt.

103 Impetrans Beneficium viventis non incidit in pœnas Regulæ, nisi probetur, quod supplicatio, signatura, & alia gesta ab Expeditore vivente Beneficiato, expleta fuerint de illius mandato, aut consensu.

104 Nec proinde sufficit sola præsumtio generalis, quod Expeditor non porrexerit Supplicationem, nisi de mandato principalis. Et redditur ratio.

105 Ampliа etiamsi Supplicatio fuerit registrata.

106 In materia odiosa, & objectiva, Mandatum est plene, & concludenter probandum.

107 Mandatum non præsumitur ex obligatione emissa ab Expeditore expediendi Litteras Apostolicas.

108 Expeditores quamvis se obligent in quamplurimis materiis Litteras Apostolicas expedire, numquam tamen ad illas expediendas, nec ad quidquam de proprio solvendum, obstricti fuerunt.

109 Adversus Datam magnam nulla admittitur probatio in contrarium.

112 Provisio Beneficii expleta sub Datum ejusdem diei, quo obiit Beneficiatus, nulla prorsus, & irrita est.

113 Inhabilem tamen non reddit impetrantem ad illud de novo a Papa, vel ab Ordinario obtinendum, & num. 81.

114 Impetrans Beneficium viventis non redditur immunis a censura Regulæ, quamvis ipsius Possessoris ratihabitio postea intervenerit. Et redditur ratio, num. 115. & 116.

117 Resignatio tamen ejusdem Beneficii a possessore ad favorem ipsius Impetrantis expleta, non aliter valida erit, quam si Pontifici præcedens impetratio narrata fuerit.

118 Regula dum irritat dispositionem de novo favore impetrantis Beneficium viventis faciendam, comprehendit etiam Resignationem.

1 SI quis Beneficium Viventis, tamquam per
illius obitum vacans, impetraverit, præter
Provisionis nullitatem, inhabilis efficitur ad illud
obtinendum vigore alterius novæ Gratiæ. Hoc
2 disponit Regula, quæ edita fuit a *Benedicto XII.*
Gomes. in eamdem Regul. in Præfat. & ampliata
3 primum a *Julio III.* qui post verbum *Provisio*
addidit -- *& quævis dispositio* -- *Kochier. ibidem*
4 *num.* 8. deinde ab *Alexandro VII.* qui addidit
ea verba -- *etiam alterius novæ Supplicationis, vel*
5 *Gratiæ.* -- Concordat autem cum Jore communi
in Cap. 1. de Concess. Præben. ubi ab Ecclesiæ
communione arcetur, qui quid simile tentare
præsumpserit; *& Cap. 2. eod. tit. & Cap. In primis*
2. quæst. 1. Cap. Non furem, & Cap. Cum qui 7.
quæst. 1.

Plures perpendi possunt Regulæ rationes, sed
6 præcipua, quod impetrans Beneficium viventis,
votum alienæ mortis captandæ enutrit, illam, tam-
quam Vultur Cadaver, expectando; unde ju-
stum visum fuit, ut non solum nullum ex provisio-
ne Beneficii, ad quod inhiavit, commodum repor-
tare valeat, sed ulterius ea pœna plectatur, ut
ad idem Beneficium assequendum, etiam vigore
alterius Gratiæ, post obitum Beneficiati obtinen-
dæ, inhabilis prorsus reddatur, *Gomes. in hanc*
Regul. in Præfat. & ibidem Mandos. n. 5. Kochier.
num. 20. Louet. num. 3. Rebuff. in addit. ad eam-
dem Regul. in princip. & in Prax. tit. de Repro-
bat. Benefic. Vivent. impetr. num. 1. & seqq. ubi
etiam multiplices enumerat pœnas, quas incur-
7 runt Beneficia viventium impetrantes, *Gonzal. in*
cap. 2. num. 12. de Concess. Præben. Pastor. de Be-
nefic. lib. 3. tit. 2. num. 2. Decius cons. 398. num.
2. & in fine, ubi *Adden. litt. B. Tondut. quæst.*
Benefic. part. 8. cap. 170. num. 1. & seqq. Gregor.
Tholosan. Syntagmat. Jur. univ. lib. 17. cap. 12.
num. 2. & 3. Bengæus, & Pinson. eod. Tract. pag.
mihi 401. n. 50. Torr. de Pactis futur. success. lib.
1. cap. 20. num. 55. & 56. Francisc. Salern. lib.
1. cons. 10. num. 3. & seqq. & num. 15. Doujat.
in Specim. Jur. Gallic. tom. 2. cap. 7.

Regulam hanc non habere locum in Gallia, non
8 sine admiratione testatur *Auctor Novar. Addit.*
ad Pastor. de Benefic. lib. 2. tit. 6. in principio,
ubi ait, quod non parvum Reipublicæ Gallicanæ
commodum accederet, si Regula præfata ex visce-
ribus Juris communis deprompta, & rationi ad-
modum contentanea, inibi observaretur. Verum
quod in Gallia quoque vigeat censura Regulæ,
9 tradunt *Bengæus, & Pinson. de Benefic. pag. mihi*
401. num. 50. Loüet. in hanc Regul. in princip.
Auctor Libri, cui titulus -- *Les Definitions du Droit*
Canoniq. Anno 1679. Parisiis impressi *Verb. Des*
Petites Dates 9. final. ubi hæc ait ex Gallico Idio-
mate translata -- *Si quis retinere fecerit Datam*
Titulari vivente, is erit incapax Beneficii &c.
poteritque probari retentio Datæ compulsando Re-
gistrum Expeditoris, cui injunctum fuit, ut illam
expediri curaret; sufficit, quod Beneficiato viven-
te, orda transmissus sit, ut pœnas pro hac indigna
re incurrat, quamvis Cursor Romam non appule-
rit, nec Data retenta post obitum Titularis.

Impetratio igitur Beneficii Viventis, est ipso
10 jure nulla, ita ut neque ea obitu Beneficiati su-
perveniente, convalescat, *Rot. dec. 520. n. 11.*
& 12. part. 4. tom. 3. Recent. Pastor. de Benefic. lib.
11 *3. cap. 2. num. 3.* ubi ampliat, etiamsi tempore
collationis Beneficium vacaret per incapacitatem
ejusdem obtentoris, aut nullitatem tituli, & si-
mul modus ille incapacitatis, aut nullitatis tituli
fuisset expressus in Supplicatione, aut contentus
sub clausula generali -- *sive præmisso, sive quovis*
alio modo.

Quod si postea Impetrans defuncto Beneficiato
idem Beneficium a Papa obtinuerit, non facta ex-
pressione prioris collationis reportatæ, dum adhuc 12
Beneficiatus vivebat, nulla utique, & irrita erit
secunda Provisio, tum quia subreptitia, tum quia
jam ipse redditus fuerat inhabilis ad Beneficium il-
lud assequendum, *Rebuff. in Prax. tit. de Reprob.*
Benef. Vivent. impetrat. n. 13. & 15. Kochier. in
hanc Regul. num. 20. Ros. de Executor. Litter. Apost.
cap. 16. sub num. 182. Tondut. Resolut. Benefic.
part. 3. cap. 170. num. 3. & seqq. Pirhing. in Jus
Canon. lib. 3. tit. de Concess. Præben. §. 1. num. 3.
Unde ad evitandam hujus Regulæ dispositionem 13
requiritur, vel quod Impetrans Pontifici expresse-
rit, fuisse sibi idem Beneficium, vivente adhuc
Beneficiato, antea collatum, ita ut Papa ex cer-
ta scientia illud de novo postea conferat, vel quod
fuerit dispositioni Regulæ expresse derogatum, 14
Rebuff. ubi proxime num. 55. 68. & seqq. Tondut.
dict. cap. 170. num. 3. in fine, Pastor. de Benefic.
lib. 3. tit. 2. n. 3. Kochier. in hanc Regul. num. 21.
ubi per extensum ponit formulam hujusmodi de- 15
rogationis. Et ita servatum fuit anno 1675. *in Ar-*
gentinen. Canonicatus, & Scolastriæ Collegiatæ
Ecclesiæ *SS. Michaelis, & Petri* per obitum *Bar-* 16
tholomæi Flager, pro *Joanne Starmen nuper pro-*
viso, (ut legitur in Summariolo Supplicationis)
uti per obitum dicti Bartholomæi, quem fama fere-
bat obiisse, licet adhuc viveret, cum derogatione
Regulæ Cancellariæ contra petentes provideri de
Beneficio uti vacante per obitum alicujus, licet
tunc viventis, ad cautelam.

Idque locum sibi vindicat etiam in Provisioni-
bus Beneficiorum viventium, quæ reportantur ab 17
Ordinario, vel Legato Pontificis; non tam enim
inspici debent Regulæ verba, quæ tantum de pro-
visionibus Pontificis loqui videntur, quam per-
pendi ratio ipsa, & Regulæ fundamentum, cum
& in Legatorum, & Ordinariorum Provisionibus
eædem prorsus militent rationes, quibus jura ve- 18
tant Beneficiis viventium inhiare, ut firmant com-
muniter *Decian. cons. 398. in fine, & ibi adden.*
litt. B. Gomes. in hanc Regulam quæst. 2. & ibidem
Mandos. quæst. 3. Kochier num. 19. & 20. Loüet.
num. 2. & 3. & seqq. ubi recte ponderat, quod
si Pontifex summa æquitate, & publica utilitate
suadente, quid de sua potestate minuere voluit,
hancque sibi legem imponere, ut viventis Bene-
ficium ab eo impetrari non possit, idem in Le-
gato etiam a Latere justa ratione statuendum est, 19
cum Legatus veluti Papæ, vel Sedis Apostolicæ
Vicarius majorem suo Domino auctoritatem non
habeat, *Rebuff. in Prax. ubi supra num. 16. Ton-*
dut. dict. cap. 170. num. 16. Peleus in Comment.
Analyt. in Regul. Cancell. cap. 38. versic. Regula
locum habet, & versic. de Impetrant. Auctor. nov.
Addit. ad Pastor. de Benefic. lib. 3. tit. 2. ad num. 2.
quidquid in contrarium dicant Doctores allegati 20
per *Rot. decis. 344. num. 8. part. 5. Recent.*

Nec poterit Ordinarius, aut a Latere Legatus,
nisi id fuerit eis expresse indultum, dispensare 21
cum eo, qui Beneficium viventis impetravit; soli
enim Pontifici facultas hæc reservata est, *Rebuff.*
ubi supra num. 17. Quin imo cum Ordinarius de- 22
linquat conferendo Beneficium viventis, non pote-
rit illud, dum revera vacabit, amplius conferre,
ad Text. in Cap. Cum in cunctis in fin. & Cap. Su-
per eo, de Elect. nisi fuerit probabili ignorantia de- 23
tentus, quia nempe contulerit Beneficium absen-
tis a pluribus annis, absque eo quod unquam de
illo

illo habita fuerit notitia, *Rebuff. ubi supra num.*
19. & 21. Tondut. dict. cap. 170. num. 4. ubi,
quod vix est, quod Ordinarius sic conferat sine
probabili ignorantia.
24 Comprehendit censura Regulæ etiam Cardi-
nales Beneficia viventium impetrantes, quia ejus-
dem ratio iis quoque adaptabilis est, *Gomes. in*
hanc Regul. quæst. 6.
Item locum sibi vindicat, quamvis provisio
25 Beneficii Viventis expleta fuerit a Papa *Motu*
proprio, ut quidquid dicat *Sot. hic*, & se invol-
vat *Gomes. quæst. 1.* tradunt *Mandos. in hanc Re-*
gul. quæst. 2. Kochier ibidem num. 16. & seqq. Pe-
leus in Comment. Analyt. in Regul. Cancell. cap. 38.
versic. Controversum. Clausula enim *Motus proprii*
non tollit ambitionem, & votum captandæ mor-
26 tis, nec quidquam operatur in his, quæ sunt fa-
cti, de quibus Princeps non est informatus, & li-
cet clausula præfata tollat subreptionem, nihilo
minus non præ se fert dispensationem, seu dero-
27 gationem Regulæ; & admittit *Rebuff. ubi supra*
num. 5. ubi ait, teneri eum pœnis hujus Regulæ,
si acceptavit Beneficium viventis sibi *Motu proprio*
collatum, secus si non acceptavit.
Procedit itidem dispositio Regulæ in Mandato
28 de providendo in *forma Dignum* super Beneficio
Viventis, tum quia Regula annullat omnem dis-
positionem, tum quia illius verba hunc quoque ca-
sum comprehendunt, dum ajunt, *si quis suppli-*
caverit sibi de Beneficio &c. provideri, & sic in-
telliguntur etiam de Mandato de providendo, in
quo eadem ratio prohibitionis militat, ut decla-
rando *Gomes.* firmat *Rot. decis. 975. num. 4. coram*
Seraphin. quam sequuntur *Kochier in hanc Re-*
gul. num. 11. Tondut. Resolut. Benefic. part. 3. cap.
170. num. 7.
Insuper amplectitur Regula omnem modum
29 disponendi de Beneficiis propter verbum illud *dis-*
positio, quod in ea legitur, ibi -- *Provisio, & qua-*
vis dispositio -- quodque comprehendat modum
omnem tribuendi jus, etiam de futuro, tradunt
Kochier in hanc Reg. num. 8. & Mandos. quæst. 10.
num. 11. Quemadmodum afficit Impetrantes Vi-
30 ventium Beneficia cujuscumque generis ea exi-
stant, Curata, Regularia, Dignitates, Persona-
tus &c. etiamsi de proximo sint vacatura, *Re-*
buff. in Prax. ubi supra num. 41. & 44. Mandos.
in hanc Regul. quæst. 5. sub n. 3. in fine, Kochier
ibidem num. 8. & seqq.
31 Subjectos itidem esse censuræ Regulæ promo-
tos ad Ecclesias Episcopales non adhuc vacantes,
ait *Rebuff.* ubi supra *num. 44.* Sed distinguit *Man-*
32 *dos. hic quæst. 6.* inter Promotionem sequutam ad
suggestionem ipsius Promoti ad Episcopatum, &
illam, quæ fiat a Papa præviis informationibus, &
Processibus requisitis, delato ad eum falso rumore
obitus Episcopi; ut scilicet in primo casu locum
sibi vindicet dispositio Regulæ, cum & illius respe-
ctu militent rationes ambitionis, & voti alienæ
mortis captandæ, secus in secundo, in quo nihil
est, quod possit Promoto imputari, cum ipsemet
Papa falso rumore suborto in credulitatem vaca-
tionis Episcopatus incidit. Adest exemplum sub
33 *Clemente VI.* Cum *Ugolinus* Episcopus Sutrinus
ad Ecclesiam suam pervenisset, & in gravem in-
cidisset morbum, ita ut mortuus pene judicaretur,
relatumque fuisset ad Curiam, Sutrinam Eccle-
siam vacare, ad eam promotus fuit *Frater Ray-*
mundus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini,
qui Consecrationis munus ab Episcopo Cardinali
Albanensi recepit. Cognita deinde veritate de
valetudine Ugolini, Raymundus Juvenacensi Ec-
clesiæ præfectus fuit *Kalendis Decembris* 1350. ut
refert *Ugbell. Ital. Sacr. tom. 7 in Epis. op. Juve-*
nacen. pag. 730. num. 18. juxta impressionem Ve-
netam *anni* 1721.
Amplectitur quoque Regula Officia non qui- 34
dem mere sæcularia, seu mixta, aut ea, quæ par-
tim spiritualitatis, partim temporalitatis habent,
sed ea solum Officia mere Ecclesiastica, quæ Be-
neficia vocari possunt, & in titulum Ecclesiasticum
perpetuum conferri solent, & de quibus late disse-
ruimus *in Commentar. in Regul. IX §. 2.* ut tradunt
Mandos. in hanc Regul. quæst 7. Kochier ibidem n. 12.
Quid autem dicendum, si quis non supplica- 35
verit, seu impetraverit Beneficium Viventis, sed
illud de facto occupaverit, an subjaceat pœnæ a
Regula præscriptæ? Affirmant *Rebuff. in addit.*
in hanc Regul. ubi quod non facta mentione pri-
mæ occupationis, collatio non valet tamquam sub-
reptitia; non enim verisimile est, quod Papa per-
dito illi Vno Beneficium contulisset, si ei prima
occupatio nota fuisset, *Mandos. ibidem quæst. 11.*
ubi refert utriusque partis fundamenta. At in ter-
minis Regulæ contrarium existimat *Loüet in Re-* 36
gul. de Verisimil. notit. num. 19. ea ratione, quod
Regula præfata loquitur tantum in provisione Be-
neficii, & pœnam statuit contra illud impetran-
tem, dum adhuc a Vivente Possessore obtinetur,
nihil vero decernit contra Beneficii detentorem.
In pœnis autem imponendis nulla admittitur ex-
tensio Verborum, ad *Text. in leg. Factum cuique*
§. In Pœnalibus ff. de Regul. Juris, Cap. In pœ-
nis eodem tit. lib. 6. & omissum a lege suppleri
non potest, *Alex. consil. 103. num. 15. lib. 1.*
Recte tamen subdit, quod cum violentus Benefi- 37
cii occupator, seu detentor venia indignus sit, &
majori pœna mulctandus: hinc licet plectendus
non sit in vim Regulæ *de non impetrando Bene-*
ficium Viventis, cum de eo non loquatur, ejus
tamen incapacitas ad idem Beneficium assequen-
dum ex qualitate Criminis judicanda erit, cum
Ecclesia rejiciat violentos hos Occupatores, qui
per ostium non intrant, quique committunt *in*
cap. 1. de Regulis Jur. in 6. Et conferunt, quæ
tradit *Pirhing. in Jus Canon. lib. 3. tit. de concess.*
Prabend. §. 1. num. 3.
Postremo quamvis Regula loquatur de impetra-
tione Beneficii uti vacantis per obitum viventis, ni-
hilo minus ad quemcumque falsum vacationis mo- 38
dum extenditur, cum tali casu, licet cesset votum
captandæ mortis, militat tamen altera ratio am-
bitionis, & aviditatis expiscandi Beneficium non
adhuc vacans, ut post *Rossinac. de Re Sacerdo-*
tali lib. 3. tit. 9. firmat *Solier. ad Pastor. de Be-*
nefic. lib. 3. tit. 2. litt. A. ubi quod *Text. in cap. 1.*
de Concess. Prabend. ex cujus visceribus orta fuit, 39
ut diximus, Regula, non magis loquitur de titu-
lo per obitum Viventis, quam per assecutionem
alterius Beneficii incompatibilis, Contractum Ma-
trimonii, Professionem Regularem, aut aliam va-
cationis speciem, & in *cap. 3. eodem tit. in 6.*
omnis aspiratio ad Beneficia nondum vacantia,
tamquam damnabilis prohibetur, quomodocum-
que vacatura sint, *Loüet, in hanc Regulam num.*
64. & seqq. Mandos. ibidem quæst. 5. num. 3.
An autem stante justa credulitate obitus Bene- 40
ficiati, sit locus Regulæ, & inhabilitati per eam
inductæ? Concors non est Doctorum Sententia;
alii existimant etiam in his terminis procedere
censuram Regulæ, *Gomes. in hanc Regul. quæst. 3.*
ubi tamen multum se involvit *Mandos. ibidem*
quæst. 4. Decius consil. 398. num. 3. ibidem ad-
den. litt. A. E contra vero autumant alii, quod
tali

41 tali casu, licet impetrans nullum jus in Beneficio
acquirat, excusetur tamen a pœna inhabilitatis
ad idem Beneficium, postea revera mortuo Be-
neficiato, assequendum. Sic *Rebuff. ubi supra num.*
51. *& seqq. Pastor de Benefic. lib.* 3. *cap.* 2. *num.*
3. ibique *Auctor novar. addit. Tondut. dict. cap.*
170. *num.* 8. *& seqq.* ubi ex hoc infert ad diffe-
rentiam, quæ viget inter hanc Regulam, & alte-
42 ram de *Verisimili Notitia*, in cujus terminis nulla
fit distinctio scientiæ, vel ignorantiæ, cum lo-
cum sibi vindicet, esto Impetrans, aut etiam Col-
lator justam habuerint credulitatis causam, quod
Beneficium tempore Provisionis esset vacans; Tem-
pus enim verisimilis notitiæ numquam incipit ab
opinione quantumvis publica, & justa, sed dun-
taxat a vera vacatione; Quam differentiam agnos-
cit etiam *Louet in hanc Regul. num.* 15. *& seqq.*
& num. 21. ubi de justo, vel injusto rumore obi-
tus Beneficiati, *Kochier ibidem num.* 14. *& num.*
20. *&* 21. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 20.
num. 95. *Rot. decis.* 187. *num.* 38. *&* 39.

43 Et in terminis *Cap.* 1. *de Concess. Præbend.* cum
quo, ut diximus, concordat hæc Regula, quod
illius dispositio solum afficiat scienter provisum de
Beneficio Viventis, secus vero eum, qui igno-
ranter obtinuit Beneficium illius, quem existima-
bat esse mortuum, quia ignorans non delinquit,
& consequenter non est puniendus, cum fama,
quod Beneficiatus sit mortuus, præbeat justam
causam credulitatis ad excusandum Provisum a
pœna, firmat *Rip. in Respons. unic. de Jurepatr.*
lib. 3. *decretal. num.* 5. *&* 6.

Verum quidquid sit de hujusmodi opinionum
subsistentia, & veritate, hoc unum certum est, quod
44 Impetrans Beneficium Viventis ex justa credulitate
illius obitus, esto excusetur a pœna inhabilitatis
ad idem Beneficium postea revera vacans, obti-
nendum, obstringitur nihilo minus in Supplicatio-
ne pro nova ejusdem Beneficii Provisione obti-
nenda, impetrationem prius nulliter factam, Pon-
tifici patefacere. Non enim tali casu ignorantia
punitur, sed oneratur solum Impetrans ad expri-
mendam impetrationem Beneficii Viventis, ut
Papa agnoscat, an expediat illud idem Benefi-
cium de novo ei conferre, quæ sane obligatio
non est pœna, sed onus, *Rebuff. ubi supra num.*
34. *Tondut. dict. cap.* 170. *num.* 12. *Louet in hanc*
Regul. num. 16. *& seqq. in fine*, *Pastor de Benefic.*
lib. 3. *cap.* 2. *num.* 3. *Rot. decis.* 975. *num.* 5. *&*
seqq. coram Seraphin. Et in hoc casu derogari so-
45 let Regulæ ad cautelam.

Ad justam tamen credulitatis causam requiritur
45 saltem fama publica, nec sufficit ostendere Lit-
teras privatorum propter suspicionem antidatæ,
Gomes. in hanc Regul. quæst. 3. *versic. Et per ista*,
Rebuff. ubi supra num. 52. *Tondut. dict. Resol.* 170.
num. 12. *Ros. de Execut. Litter. Apost. cap.* 16. *num.*
183. *Rot. decis.* 975. *in fine coram Seraphin.*

47 Quemadmodum longæva absentia Beneficiati,
absque eo quod ulla umquam de illius Persona
habita fuerit notitia, justam præ se fert credulita-
tem ejus obitus, ad *Text. in leg. Uxor. Cod. de*
48 *Repud.* ubi disponitur, quod is censeri debeat mor-
tuus, de cujus vita post discessum spatio quadri-
ennii, non fuit habitus certus Nuncius. Cujus
49 *Text.* dispositio licet fuerit correcta respectu Ma-
trimoniorum, in quibus agitur de præjudicio irre-
parabili, ut in *Auth. Hodie Cod. de Repud.* firma
tamen remanet, quoad alia non tanti præjudicii,
juxta doctrinam *Bartol. in Tractat. de Test. num.*
38. *circa med. Afflict. super Constitut. Regni Nea-*
polit. lib. 3. *rubr.* 49. *num.* 52. *Carpan. ad Statut.*
Mediol. cap. 97. *num.* 23. *Alex. consil.* 4. *num.* 7.
versic. Fortius dicitur, *Cephal. consil.* 65. *num.*
44. *Vivian. decis.* 243. *num.* 7. *Rot. decis.* 421.
num. 4. *coram Priolo.*

Verum cum dispositio dictæ *leg. Uxor.* præ se fe- 50
rat nudam, & simplicem præsumptionem mortis
illius, qui a longo tempore abest, hæc etsi apta
sit excusare Impetrantem Beneficium absentis a
pœna per Regulam indictam, inhabilitatis nempe
ad illud idem Beneficium postea, dum revera con-
stat de morte Beneficiati, assequendum, non ope-
ratur tamen validitatem prioris provisionis, repor-
tatæ vivente adhuc Beneficiato, cum Beneficium
per absentem obtentum conferri non possit, nisi 51
adsint probationes tales, quæ moralem præ se ferant
certitudinem de illius obitu, putà si adesset publi-
ca vox, & fama a Personis fide dignis exorta de
illius obitu, aliaque concurrerent adminicula, &
probabiles causæ illam verisimilem reddentes, ex
plene relatis per *Rot. in Romana Administrationis*
de Pellis cor. Priolo decis. 421. *&* 26. *Junii* 1679.
cor. Bourlemont.

Hinc insubsistens penitus dignoscitur assertio
Auctoris Libri Gallico idiomate scripti, cui titu-
lus -- *Les Definitions du Droit Canon. anno* 1679.
Parisiis impressi *verb. de la vacance des Bénéfices*
pag. mihi 778. -- quod ex Arrestis Gallicanis cen-
letur quis mortuus a die, qua e loco solitæ habi- 52
tationis discessit, quando Vicinis discessum non
patefecit, quodque proinde Beneficium per ipsum
obtentum de eo tempore vacet, & impetrari pos-
sit absque timore incurrendi censuram Regulæ
de non impetrando Beneficium Viventis.

Aberrat siquidem assertio præfata a receptis Juris
Regulis, ad quarum tramites non potest Benefi- 53
cium provideri per obitum, nisi adsit certus Nuncius,
aut certitudo saltem moralis de morte illius Posses-
soris. Desinit quidem absens habere administratio- 54
nem Beneficii, si tamdiu absit, quod dubitari va-
leat, an vivat, an mortuus sit, *Gloss. in Can. non*
oportet Verb. Profecisci, *de Consecrat. distinct.* 5.
Sed non potest privari Titulo. Sicuti in terminis 55
bonorum prophanorum, nequit absens illis pri-
vari, nec possunt concedi venientibus ab inte-
stato, nisi adsit certitudo saltem moralis ejus obi-
tus, juxta casum strenue in Rota disputatum in
dicta Romana Administrationis de Pellis coram
Priolo, *& Bourlemont.* & tradit *Rebuff. in Prax.*
tit. de Reprobat. Benefic. Vivent. impetrat. num. 52.
§. Quia sicut. Et quamvis damnatæ memoriæ Au-
ctor in parva Nota super eadem *Glossa* dicat, hoc
casu posse Beneficium alteri conferri ex *Antonio*
Corsetto in Singul. verb. Vagabundus, relato in
dicto libro -- *Les Definitions du Droit Canon. pag.*
778. *in Notis versic. le Chapitre* -- Attamen sine
certitudine morali mortis Beneficiati, non est hæc 56
opinio admittenda in Beneficiis simplicibus, &
pro adimplemento onerum eis inhærentium potest
deputari Oeconomus, qui Beneficio inserviat.

In iis vero Beneficiis, quæ residentiam requi-
runt, placet id, quod tradit Auctor dictarum No- 57
tarum *pagin.* 778. ibi -- *Remarques* : *A l'egard*
des Bénéfices, qui requierrent Résidence comme sont
les Cures, & les Prébendes, & les autres Bénéfi-
ces, auxquels la nécessité de résider a été imposée
par la fondation, l'absence quoique longue, & la
nan-résidence ne les font point vaquer de plein
droit: mais il faut que les Evêques fassent som-
mer ceux qui en sont pourveus, d'y aller résider,
& après trois sommations, ou trois monitions Ca-
noniques, auxquelles le Titulaire aura meprisé
d'obéir, les Bénéfices sont reputez vacans, &
impé-

impetrables, & *pour lars seulement*, & *non pas*
plutôt les Collateurs en peuvent disposer, & *les par-*
ticuliers s'en faire canoniquement pourvoir.
58 Innititur hæc Theorica canonicæ Sanctioni, ad
cujus tramites, quoties lapsum sit decennium, in-
tra quod nulla haberi potuit notitia Vitæ Benefi-
ciati, Beneficium ab eo obtentum præsumitur de-
relictum, *Gloss. in Cap. Ex parte verb. per decem*
annorum, & *ibi Barbas. num.* 4. *de Cleric. non*
residen. & servata forma *Cap. Ex tuæ*, *de Cleric.*
non residen. qua præscribitur, quod Clericus ab-
59 sens tribus publicis Edictis citari debeat apud Ec-
clesiam suam, posteaque per sex menses expecta-
ri; quod si intra dictum tempus non redierit, Be-
neficio residentiali spoliari poterit, & alter de eo
provideri, late *Fagnan. in dict. Cap. Ex Tuæ num.*
1. & *pluribus seqq. de Cleric. non residen.* Et ita
alias me consulente servatum fuit respectu Benefi-
cii de Jurepatronatus laicali, certum habentis ser-
vitium in Ecclesia, cujus possessor per decem, &
ultra annos absens fuerat, absque eo quod notitia
de illius vita, aut obitu umquam haberi potuerit;
nam præmissis ad instantiam Patronorum tribus
monitionibus, & expectato lapsu sex mensium post
Sententiam Episcopi, qua absentem Beneficio spo-
liatum declaravit, illud alteri ad eorumdem Patro-
norum præsentationem collatum fuit.

Nec aliter de hujusmodi Beneficiis residentiali-
bus obtentis per absentes a longo tempore, dis-
60 poni consuevit per Datariam, quam ob *desertam*,
seu neglectam residentiam. Sic enim Beneficiatus
Basilicæ S. Mariæ Majoris, quem obtinebat *Mar-*
cellus de Pellis a pluribus annis absens, & de cu-
jus morte incertus percrebuerat rumor, fuit a Da-
taria collatus *ob desertam*, *seu neglectam residen-*
tiam, ut in dicta *Romana Administrationis* 13.
Junii 1674. §. *final. cor. Bourlemont.* Et vidi in
libro D. per obitum registratam de Februario 1676.
Supplicationem *in Taremina pro Francisco Anto-*
nio Caravina his verbis -- *Thesaurariatus Colle-*
giata Terra Martina ex eo, *quod Josephus Simo-*
nettus a residentia jam a duodecim annis, & *ul-*
tra discedens, *nescius qua profectus*, *ad ipsam*
residentiam toto hoc duodecim annorum, & *ultra*
spatio, *numquam reversus est*, *nec de se interim*,
aut ubi esset ullam notitiam dedit, *ita ut dubitetur*,
an vivat, *vel potius vita functus sit ob non residen-*
tiam hujusmodi, *vel per obitum ejusdem Josephi*
hoc tempore extra Curiam forsan defuncti vacans.

Ecclesiis vero Episcopalibus, si contingat ea-
61 rum Præsules per longum tempus abesse, nec eo-
rum mortis certam haberi notitiam, novi Præsu-
les præficiendi non sunt, sed eis deputandi Admi-
nistratores, donec indubius de eorum vita, aut
morte nuncius habeatur. Hinc ob absentiam *Ray-*
mundi Acciensis Ecclesiæ in Insula Corsicæ Epis-
copi, de cujus vita, vel obitu per decennium ve-
62 ridica relatio haud haberi potuit, *Bonifacius IX.*
in ejusdem Ecclesiæ administratorem deputavit *Jo.*
Bonacursium Ordinis Minorum Gravinensem Epis-
copum, quem etiam in Insulis Sardiniæ, & ejus-
dem Corsicæ Apostolicæ Sedis Nuncium, & Hæ-
reticæ pravitatis Inquisitorem constituit, deinde-
que, certo habito Nuncio obitus præfati Episcopi
Acciensis, ad eamdem Ecclesiam transtulit, *Ughell.*
Ital. Sacr. tom. 7. *in Episcop. Gravinens. pag.* 119.
num. 16.

Et casus alioquin singularis apud *Bedam* legi-
63 tur *S. Ceadda*, qui suffectus est *Vvilfredo Ebora-*
censi Archiepiscopo, quem in Gallia vita functum,
fama per totam Angliam percrebuerat. Hic enim
tandem cum *Eboracum* rediisset, & *Ceaddam* in sua
Sede Episcopalibus fungentem muneribus invenis-
set, paucis eum monuit, Sponsam, seu Ecclesiam
alterius non potuisse ducere, quam cum ultro
Ceadda reliquisset, etiam nonnisi reluctans alteri
Ecclesiæ se præfici passus est, cum alioquin si non
legitima, tamen valida ejus Ordinatio haberetur:
Ita legitur in Libro, qui inscribitur -- *Delectus*
Actorum Ecclesiæ univers. ad Concilii Nicæni Ca-
non. 8. *pag mihi* 77.

Quid vero dicendum, si quis tantummodo Pon-
tifici supplicaverit pro obtinendo Beneficio Vi-
ventis, sed illius Provisionem cum effectu non ob-
tinuerit, an Pœnæ inhabilitatis ad idem Beneficium
postea assequendum in Regula contentæ subjaceat?
Plures casus distinguendi sunt. Primus, quando 64
super Impetratione Beneficii Viventis est tantum
porrecta, sed non signata Supplicatio. Et hoc
casu non desunt, qui existimant, solam hanc Sup-
plicationis exhibitionem sufficere pro incurrenda
pœna contenta in Regula, ut plectatur ambitio
Supplicantis, & coerceatur Votum, quod ha-
buit expiscandi Beneficium Viventis. Maxime,
quia respectu illius, qui Supplicationem solum
porrexit, verificentur verba Regulæ, ibi -- *Si* 65
quis supplicaverit -- *Gomes. hic quæst.* 1. *Mandos.*
ibidem quæst. 9. *a num.* 2. *Rebuff. in Prax. tit. de*
Reprobat. Benef. Vivent. impetrat. n. 38. ubi quod
sufficit sola petitio, cum per ipsum petentem non
stet, cum id procuret supplicando, quominus Bene-
ficium habeat, *Peleus in Comm. Analyt. in Reg. Can-*
celler. cap. 38 §. *Ad probandam*, Auctor libri, cui
titulus -- *Les Definitions du Droit Canon. verb. des*
Petites Dates §. *fin.* ubi quod ad incurrendam Pœ- 66
nam præscriptam in Regula, sufficit, quod Bene-
ficiato vivente, transmissus fuerit ordo pro illius
Beneficio obtinendo, juxta verba, quæ transcrip-
simus supra *num.* 9.

Sed rectius alii autumant, solam Supplicatio- 67
nis exhibitionem non sufficere pro incurrenda pœ-
na per Regulam sancita, cum secundum commu-
nem loquendi usum, Supplicatio accipiatur pro
Rescripto signato, & obtento, *Kochier in hanc*
Regul. num 13. *Ros. de Executor. part.* 1. *cap.* 17.
num. 182. *in fine*, *Quesada in Notis ad eamdem*
Regul. ubi quod verbum illud *Supplicaverit*, quod 68
in Regula legitur, accipi debet cum effectu, hoc
est si per Supplicationem aliquis revera impetra-
verit, ad *Text. in leg.* 1. §. 1. *ff. quod quisque Ju-*
ris &c. non vero quando solum supplicavit, &
non impetravit, quia regulariter affectus, seu co-
gitationis pœnam nemo pati debet.

Secundus casus est, quando Supplicatio est si- 69
gnata, & datata vivente adhuc Beneficiato, li-
cet non registrata, & in hoc casu fere omnes con-
veniunt, quod sit locus dispositioni Regulæ, quia
per *Datam* Gratia dicitur perfecta, & consummata,
ut præ ceteris *Mandos. in hanc Regul. quæst.* 9. 70
num. 10. *versic. Quid dicendum*, *Kochier ibidem*
num. 13. *Amayden. de styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 32.
num. 15. *Tondut. Resolut. Benefic. part.* 3. *cap.* 170.
num. 5. *Rot. decis.* 975. *num.* 1. *coram Seraphin.*

Tertius casus est, quando Supplicatio est tan-
tum signata vivente Beneficiato, & post ejus 71
obitum datata; Et in his terminis, quod Suppli-
cans subjaceat pœnis in Regula contentis tradunt
Doctores in primo casu laudati, nec non *Ros. de*
Executor. Litter. Apostol. part. 1. *cap.* 2. *num.* 33.
ubi quod sola Supplicatio, etiamsi non sit regi- 72
strata operatur, ut sit locus Regulæ *de non im-*
petran. &c. & clarius *cap.* 87. *num.* 82. *in fine*,
ibi -- *Requiritur tamen*, *quod habeat Supplicatio-*
nem signatam in vita ejus, *per cujus obitum im-*
petravit,

petravit, & *sufficit*, *quod sit signata*, *licet non*
fuerit registrata Supplicatio.

Verum mihi magis arridet contraria opinio,
quod ad effectum, ut sit locus pœnæ in Regula
73 contentæ requiratur, quod Supplicatio sit non so-
lum signata, sed etiam datata vivente Beneficiato:
Eamque substinui scribens de anno 1706. *cor. clar.*
mem. Card. Sacripantes Pro-Datario in Causa *Ja-*
nuen. pro *Salvatore Castellini*, ad cujus favorem
signata tantummodo fuerat Supplicatio super Gra-
tia pro *Præsentato*, cum derogatione medietatis vo-
cum Patronalium de tempore, quo adhuc vive-
bat Beneficiatus. Cumque eo defuncto curasset
Castellinus eamdem Supplicationem Datari, &
successive Litteras Apostolicas expediri, hinc *Fran-*
ciscus Scaglia ab altera medietate Patronorum præ-
sentatus, instabat pro reportatione dictarum Lit-
terarum sub fundamento, quod *Castellinus* effe-
ctus fuerat incapax, & inhabilis ad Beneficium
assequendum, ex quo vivente adhuc Beneficiato
supra dictam Gratiam reportaverat. Sic igitur pro
rejectione instantiæ dicebam.

„ Instantia ex adverso promota, quod repor-
„ tentur Bullæ jam diu ad favorem *D. Castellini*
„ integraliter expeditæ, videtur incongrua. Duo
„ enim casus in hac materia veniunt distinguendi.
74 „ Primus est, quando in Litteris jam expeditis
„ aliquis irrepsit error, qui corrigendus veniat,
„ utpote quia vel discrepent a Supplicatione, vel
„ fuerunt expeditæ contra formam a Datario præ-
„ scriptam, vel aliqua alia facta fuit erronea ex-
„ pressio, & tunc solet Dominus Datarius man-
„ dare, ut reportentur Bullæ ad effectum illas cor-
„ rigendi, & ad debitam formam reducendi juxta
„ casum, de quo *Rota decis.* 374. *in relatione ca-*
„ *sus*, & *num.* 1. & *seqq.* & *decis.* 380. *num.* 6. *part.*
„ 18. *Recent. Ros. de Executor. Litter. Apostolic. in*
„ *addit. ad part.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. ubi quod Do-
„ mini Datarii mandare possunt, quod Litteræ
„ expeditæ reportentur ad *finem corrigendi*, quia
„ habent potestatem addendi, & minuendi; Et
„ in his circumstantiis id servatum fuit in una *Vir-*
„ *dunen. in Lotharingia* de Mense Junii 1702.
„ Cum enim expedita fuissent Litteræ super Coad-
„ jutoria Monasterii, & irrepserit in Litteris er-
„ ror, quod esset Electivum, Decretum emanavit,
„ quod reportarentur ad effectum corrigendi.

„ Alter casus est, quando in Litteris nullus
75 „ continetur error, sed prætenditur provisio nul-
„ la in totum, ex quo ille, qui impetravit est in-
„ capax, veluti quia irregularis, illegitimus, quia
„ non expressit verum valorem, & veram reser-
„ vationem &c. Et hoc casu non solet Datarius
„ mandare, ut Bullæ reportentur, quia non agitur
„ amplius de sola illarum correctione, salva in re-
„ liquis remanente substantia Gratiæ, sed agitur
„ de annihilanda Gratia ipsa jam facta, & expe-
„ dita; & hoc casu integrum jus remanet parti
„ opponenti, aut redeundi ad Exequutorem, &
„ ostendendi Litteras Apostolicas non esse exequi-
„ biles, aut impetrandi a Dataria idem Beneficium
76 „ tamquam nulliter collatum. Ita servatum fuit in
„ Pontificatu *fel. mem. Innocentii XII.* Cum enim
„ fuisset provisus de Canonicatu Ecclesiæ *Aquis-*
„ *grani* Sacerdos Leodiensis ex Patre illegitimo
„ natus, & peteretur revocatio hujus Gratiæ, ex
„ quo vigore Statutorum Ecclesiæ ille esset inca-
„ pax, Dataria noluit illam revocare, sed dedit
„ Impetrationem ad favorem unius ex Oppositori-
„ bus, qui coram Exequutore, & Judicibus Ordi-
„ nariis jura sua postmodum expertus fuit.

„ In hoc secundo casu Nos versamur; Non enim
„ petitur ex adverso, ut Litteræ corrigantur, sed
„ quod iis reportatis circumscribatur, & annulle-
„ tur Provisio cum impensa considerabili jam ex-
„ pedita, sub obtentu, quod *D. Castellinus* impe-
„ travit Beneficium Viventis: Hæc inspectio requi- 77
„ rit telam judiciariam, cognitionem Causæ in
„ contradictorio, & Sententiam, quam provin-
„ ciam Datariæ Officiales assumere non solent post
„ Litteras expeditas, sed Pars adversa, aut debet
„ comparere coram illarum Exequutore, aut expe-
„ dire novam Gratiam; Si enim, ut prætendit,
„ Gratia per *D. Castellinum* reportata est nulla,
„ suum intentum ab Exequutore obtinebit.

„ Multoque minus est locus reportationi Lit-
„ terarum, quando emergit probabile dubium, 78
„ an ille, qui impetravit Beneficium sit incapax,
„ nec ne, & clarum undique non est provisionem
„ esse nullam; & in debilioribus terminis, quan-
„ do agitur de sola Supplicatione penes Officia- 79
„ lem Datariæ adhuc existente, semper solet talis
„ Supplicatio relaxari, quoties non constet de cla-
„ ro, & evidenti malo jure Supplicantis, reser-
„ vato examine jurium opponentis in judicio exe-
„ quutionis Litterarum Apostolicarum, ut firmant
„ communiter *Amayden. de styl. Dat. cap.* 15. §.
„ 11. *num.* 44. *Vivian. de Jurepatr. lib.* 6. *cap.* 2. *n.*
„ 31. *Card. de Luca eod. Tract. disc.* 65. *num.* 25.
„ *Rot. in Messanen. Parochialis* 26. *Junii* 1686. §.
„ *Fundamentum*, *cor. Albergato*, & *in Bituntina*
„ *Jurispatron.* 26. *Martii* 1688. §. *fin. cor. Ursino.*

„ Non solum hic adest probabile dubium, sed
„ res clara videtur, quod Gratia a *D. Castellino*
„ jam expedita sit valida, nec ille inciderit in pœ-
„ nas *Regulæ XXI. de non impetrando Beneficium*
„ *per obitum Viventis.* Magis enim communis,
„ & recepta est opinio, quod ad hunc effectum 80
„ requiratur, nedum quod Supplicatio vivente Be-
„ neficiato fuerit *signata*, sed ulterius, quod fuerit
„ *datata*, *Amayden. de styl. Datar. lib.* 1. *cap.*
„ 32. *num.* 25. ibi -- *Supplicatio datata*, *non re-*
„ *gistrata operatur*, *ut sit locus Regulæ de non im-*
„ *petrando Beneficia Viventium* -- *Tondut. Re-*
„ *solut. Benefic. part.* 3. *cap.* 170. *num.* 5. ibi --
„ *Ad incurrendas supra dictas pœnas introductas*
„ *contra Impetrantes per obitum Beneficia Vi-*
„ *ventium*, *non sufficit*, *quod Supplicatio præsenta-*
„ *ta fuerit*, *sed oportet*, *quod fuerit signata*, &
„ *Data in ea apposita*, *quamvis non fuerit regi-*
„ *strata* -- *Kocbier in hanc Regul. num.* 13. Et
„ in fortioribus terminis de habente *Datam* in 81
„ eadem die obitus Beneficiati, quod non incidat
„ in pœnas dictæ Regulæ, *Rot. decis.* 344. *num.*
„ 2. & 3. *part.* 5. *Recent.*

„ Id ipsum receptum habemus in terminis Re-
„ gulæ *de verisimili notitia*, quæ magnam con- 82
„ nexionem habet cum dicta Regula *De non im-*
„ *petrando Beneficium per obitum Viventis*, utra-
„ que enim fundatur in ratione, ne quis inhiare
„ videatur Beneficio Viventis, *Tondut. dict. part.* 3.
„ *cap.* 170. *in princip. Bergens.* & *Pinson. in Tract.*
„ *de Benef. pag. mihi* 391. *num.* 34. & *pluribus*
„ *sequentib.* Sicuti autem in terminis Regulæ de
„ *Verisimili notitia*, sufficit, quod adsit verisimi- 83
„ lis notitia obitus Beneficiati de tempore *Datæ*,
„ ut disponitur in *Regula XXX.* Cancellariæ;
„ ita sufficit ad evitandam censuram *Regulæ*
„ *XXI.* quod tempore *Datæ*, Beneficiatus jam 84
„ decesserit. Nam quemadmodum lex una aliam
„ declarat, ita Regula una Cancellariæ aliam sup- 85
„ plet, & explicat, *Roman. cons.* 379. *num* 15. *vers.*
„ *Quod autem casus Gratiæ*, & plures alibi dixi-
„ mus. Præsertim dum in utraque Regula viget, ut 86
diximus,

„ diximus, eadem ratio, unde propter hanc ra-
„ tionis identitatem, eo magis locum sibi vindicat
„ declaratio unius Regulæ per aliam, *Roman. consf.*
„ *345. numer. 22. versic. Vel quando, & ibi ad-*
„ *den. litt. L. Mandos. in Regul. Cancell. quæst. 3.*
„ *Proœmial n. 2. in princip.*

„ Ratio hujusmodi Assumti perspicue desumi-
„ tur ex ipsa *Rubrica Regula XXI.* quæ emana-
„ vit *contra impetrantes Beneficia viventium.* Im-
„ petrare autem non censetur, qui non obtinet,
„ ut ab hac eadem *Rubrica* argumentum desu-
„ mendo tradont *Kochier. in hanc Regul. n. 13.*
„ *versic. Et pro hac opinione, Mandos. ibidem*
„ *quæst. 9. circa finem versic. Si a Rubro, Lotter.*
„ *de Re Benefic. lib. 2. quæst. 44. n. 1.* ubi, quod
„ impetrare idem est, ac cum effectu obtinere. Et
„ licet in *Nigro* Regula dicat *Supplicaverit*, ta-
„ men *verbum illud* supplicaverit *debet hic accipi*
„ *cum effectu, hoc est si per Supplicationem aliquis*
„ *revera impetraverit*, ut sunt verba *Quesad. in*
„ *Notis in dicta Regul. XXI. versic. Unde.*

„ Obtineri autem, & impetrari non dicitur Be-
„ neficium per solam signaturam Papæ, nec per
„ illam Gratia est perfecta, sed perficitur in pun-
„ cto *Data*, quæ dat complementum. *Data* enim
87 „ facit, ut Gratia dicatur esse in rerum natura, &
„ tunc incipit operari, nam Papa sciens in hujus-
„ modi Gratiis apponendam esse certam diem,
„ virtualiter declarat, quod solum a die *Data* ope-
„ rari debeat ejus signatura, itaut tunc, & eo
„ tempore facere dicatur Gratiam, ut materiam
„ egregie examinando *Lotter. de Re Benefic. libr. 2.*
„ *quæst. 23. numer. 10. & 13. cum seqq. Corrad. in*
„ *Prax. Benefic. lib. 3. cap. 8. n. 46. cum seqq. Ros.*
„ *de Executor. Litter. Apostolic. part. 1. cap. 1.*
„ *n. 43. & seqq. & in addit. n. 2. Card. de Luc. de*
„ *Benef. disc. 41. num. 9.* ubi ait totum punctum
„ esse in *Data*; Et est magistralis Decisio *Merli-*
„ *ni la 281. per tot. & cor. Emerix decis. 1149.*
„ *n. 6.* ubi, quod ante *Datam* Gratia est imper-
„ fecta, *& numer. 9.* ubi quod ante *Datam* non
„ dicitur esse in rerum natura.

„ His positis non obstat, quod Doctrinæ per
„ Nos allegatæ requirentes *Datam* ad hoc, ut lo-
„ cum habeant pœnæ contentæ in Regulæ *De non*
„ *impetrando Beneficium per obitum viventis*, pro-
88 „ cedant de stylo antiquo, juxta quem prius ap-
„ ponebatur *parva Data*, & deinde per Papam
„ signabatur Supplicatio; sed cum hodie, sublato
„ hoc stylo, loco *parvæ Datæ* successerit *Præsen-*
„ *tata*, hinc laudati Doctores intelligendi sunt,
„ quod sufficiat Supplicatio adnotata cum die *Præ-*
„ *sentata.* Sed hoc subtile argumentum pluribus
„ innititur suppositionibus, quæ nec in Praxi, nec
„ in Jure subsistunt. Et primo supponit, antiqui-
„ tus prius apponi consuevisse *parvam Datam*,
89 „ & deinde signaturam Papæ: At quidquid sit in
„ puncto Resignationum, in quibus apponebatur
„ *parva Data*, & parvus consensus, de quibus
„ loquuntur Auctoritates exadverso allegatæ, in
„ aliis materiis tenacissimus, & inconcussus Data-
„ riæ stylus fuit, ut prius signarentur Supplicatio-
„ nes, & deinde datarentur *parva Data*, ut ex-
„ plicat *Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæst. 33. nu-*
„ *mer. 16. per tot.* ubi dicit cavendum a *Gabriel.*
„ *consil. 193. n. 3. lib. 2.* exadverso allegato.

„ Secundo, supponit *Præsentatam* hodie succes-
90 „ sisse in locum antiquæ *parvæ Datæ*, quod non
„ subsistit. Licet enim *D. Pitonius* in sua *Discept. 5.*
„ ingeniose hanc prætensam subrogationem pro-
„ bare studuerit, attamen in Causa succubuit, &
„ contrarium per plures rationes in eadem Causa
„ firmavit *Rota decis. 1149. n. 10. & seqq. cor.*
„ *Emerix Jun.*

„ Ex his sequitur, quod antiqui Doctores fir-
„ mantes requiri signaturam, & *Datam*, non po-
„ tuerunt intelligere de *parva Data* posita ante
„ signaturam Papæ, dum *Data* post signaturam 91
„ semper apponi consuevit. Nec itidem intelli-
„ gere potuerunt de *parva Data*, sed de ea *Data*,
„ in qua perficitur, & substantiatur Gratia, nem- 92
„ pe de *Data magna*, cum ceteroquin *parva Da-*
„ *ta* nullam fidem faciat de Gratia concessa, nec
„ reddat actum perfectum, *Amayd. de Styl. Da-*
„ *tar. libr. 1. cap. 6. numer. 7. Ros. de Execut. Lit-*
„ *ter. Apostol. part. 1. cap. 1. n. 28.*

„ Sequitur etiam, quod moderni *Auctores*,
„ qui dicunt requiri signaturam, & *Datam*, non
„ possint intelligi, quod sufficiat *Præsentata*, ut-
„ pote subrogata loco antiquæ *Datæ*, quia id non
„ est verum, immo moderna *Præsentata* est actus 93
„ mere præparatorius, qui nihil commune habet
„ cum substantia Gratiæ, *Rot. cor. Emerix dict.*
„ *decis. 1149. n. 13.*

„ Quinimmo admisso etiam per modum dis-
„ cursus, quod sufficeret *parva Data*, seu *Præ-*
„ *sentata* in vita Beneficiati, adhuc cessat omnis
„ quæstio, nam in præsenti casu nec *Præsentata*,
„ nec *parva Data* appositæ fuerunt, Beneficiato
„ vivente; ipse enim obiit die 14. & Supplica-
„ tioni apposita fuit *Præsentata* cum *parva Data*
„ sub *die 22. Julii*, & sic post octo dies, itaut
„ etiamsi *Doctores* per Nos laudati detorquendi
„ sint in sensum, ut sufficiant *Præsentata*, & *par-*
„ *va Data* in vita Beneficiati, profecto in casu
„ nostro utrumque deficit.

„ Nullatenus subsistente asserta fraude Expe-
„ ditoris, quasi quod decipere, & circumvenire
„ voluerit Officiales Datariæ. Quoniam aut di-
„ cta fraus deduci prætenditur ex quo Supplica-
„ tio fuit porrecta, & signata longe ante obitum,
„ & statim ac pervenit notitia Morbi Apopletici,
„ quo affectus fuerat ultimus Beneficiatus, &
„ (præterquamquod sola signatura nullam, ut di-
„ ximus, inducit pœnam, & consequenter nullam 94
„ præsupponit fraudem) novum non est, quod
„ diligentiores Expeditores faciant ante tempus si- 95
„ gnari Supplicationes, quas postea tempore de-
„ bito datari curant. In *Devolutis* passim id ser-
„ vari consuevit, nam antequam labatur semestre, 96
„ obtinetur signatura, & deinde post lapsum tem-
„ poris *parva Data* apponitur. Et usque a tem-
„ pore *Soti*, qui sub *Innocentio VIII.* scripsit, ad
„ effectum Regulæ *De verisimili notitia* Expedi- 97
„ tores practici hac cauthela utebantur, ut ipse-
„ met refert *ad Reg. 28. versic. Contra.*

„ Aut fraus deduci prætenditur ex quo distu-
„ lerit reportare *Præsentatam*, quæ de necessita-
„ te est apponenda tempore, quo porrigitur Sup-
„ plicatio, & nullibi scripta est hæc Lex, seu
„ Praxis, quod de necessitate apponi debeat *Præ-* 98
„ *sentata* tempore, quo porrigitur Supplicatio.
„ *Præsentata* enim respicit favorem partium, ut 99
„ possint gaudere *Data* anteriori ad effectum Re-
„ gulæ *de Viginti.* Uti, vel non uti hoc favore est
„ repositum in libertate Supplicantis, qui potest,
„ si velit, obtinere signaturam, etiam *Præsentata*
„ non apposita. Alias si verum esset, quod *Præsen-*
„ *tata* de necessitate esset apponenda in ipsa die,
„ qua porrigitur Supplicatio, id esset redarguere
„ de errore, & negligentia *D. Officialem* præpo-
„ situm *Vacationibus per obitum*, quod signari
„ fecerit Supplicationem, non apposita prius per
„ ipsum *Præsentata*, quod in Officialibus Datariæ

100 „ optime illius stylum callentibus, non est certe
„ præsumendum, *Mandos. in Regul. 27. quæstion.*
„ 24. *n.* 9. *Amayd. de Styl. Datar. cap.* 26. *n.* 45.
„ *Rot. cor. Burat. decis.* 249. *n.* 8.

„ Auctoritates vero in contrarium adductæ fir-
„ mant quidem, quod *Data* apponitur sub die
„ *Præsentatæ*, sed quod de necessitate *Præsentata*
„ apponi debeat sub die, quo porrigitur Suppli-
„ catio, nec quidem somniarunt. Immo propo-
101 „ sitio illa, quod *Data apponitur sub die Præsen-*
„ *tata*, alias in Rota per *D. Pitanium* adducta, &
„ rejecta, non est semper vera, dum apponi po-
„ test, & solet, etiam in alia die, *Rota cor. Eme-*
„ *rix Jun. dict. decis.* 1149. *n.* 18. *& seq.* Et est
„ notoria Praxis, quod si Expeditores petant ab
102 „ Officiali *Datam* currentem posteriorem *Præsen-*
„ *tata*, *Data* currens non denegatur.

„ Hæc in facto quoad suppositam fraudem;
„ Ceterum in Jure hæc prætensa fraus esset aliquo
„ modo considerabilis, si ageretur de Beneficio li-
„ beræ collationis. At in Gratiis pro *Præsentato*,
„ seu *Derogationis medietati vocum Patronalium*,
„ in quibus provisio necessario fieri debet ad favo-
„ rem præsentati, non congruunt termini deceptio-
„ nis, vel fraudis, cum totum pendeat a majori-
„ bus diligentiis, quas præmittere oportet, ne locus
„ sit præventioni, ut bene ratiocinatur *Cardin. de*
„ *Luc. de Jurepatr. disc.* 71. *à n.* 15. *usque ad fin.*

„ Rursus asserta ista fraus Expeditoris præjudi-
103 „ care non potest *D. Castellino*, qui numquam po-
„ terit reportare damnum adeo considerabile ex
„ facto tertii, & incidere in pœnas dictæ Regu-
„ læ XXI. *De non impetrando Beneficium per obi-*
„ *tum viventis*, nisi justificetur, quod porrectio
„ Supplicationis, signatura, & alia gesta ab Ex-
„ peditore, vivente ultimo Beneficiato, facta fue-
„ rint de ejus mandato, aut consensu, *Rebuff. in*
„ *Prax. Benef. tit. de Reprobat. Benefic. vivent. im-*
„ *petrat. num.* 17. *Tondut. Resolut. Benef. part.* 3.
„ *cap.* 170. *n.* 6.

„ Nec sufficit sola generalis præsumtio, quod
„ Expeditor non porrexerit Supplicationem, nisi
104 „ de Mandato Principalis. Quia cum pro Sup-
„ plicatione porrigenda aut nulla, aut satis modi-
„ ca fiat impensa, non oritur exinde sufficiens con-
„ jectura ad præsumendum Mandatum absentis,
„ pro quo requiritur impensa considerabilis, bene
„ *Lotter. de Re Benef. lib.* 3. *quæst.* 28. *n.* 81. *&*
„ *seqq. Gomez. in Regul. de Annali quæst.* 32. *circa*
„ *med. versic. Contrarium tamen*, *Ros. de Execu-*
„ *tor. Litter. Apostolic. in addit. ad cap.* 1. *n.* 13.
„ *Corrad. in Prax. Dispensat. libr.* 3. *cap.* 5. *n.* 16.
„ *Tondut. dicta cap.* 170. *n.* 6. *Amayd. de Styl.*
„ *Datar. dicto cap.* 38. *n.* 18. *Rot. decis.* 560. *nu*
„ *mer.* 1: *cor. Seraphin. & decis.* 221. *a numer.* 13.
„ *cor. Bich.* ubi fortius, dum agebatur de Suppli-
105 „ catione signata, & registrata, *& decis.* 611. *n.*
„ 12. *cor. Pamphil. Duran. decis. seu discurs.* 285.
„ *n.* 132. Præsertim in materia objectiva, & odio-
106 „ sa, in qua requiritur plena, & concludens pro-
„ batio, *Ros. de Executor. Litter. Apostolic. part.* 1.
„ *cap.* 1. *n.* 82. *versic. Hæc tamen*, *Rot. cor. Ca-*
„ *rillo decis.* 19. *n.* 14. *&* 15.

„ Nec pariter potest præsumi Mandatum, ex
107 „ quo Expeditor se obligaverit ad expediendum
„ Litteras Apostolicas. Quia nec etiam pro hujus-
„ modi actu quidquam impenditur, & sicuti po-
„ tuit porrigere Supplicationem sine Mandato, ita
„ potuit sine Mandato *D. Castellini* absentis, &
„ verisimiliter de hac materia non informati, hanc
108 „ emittere obligationem, quæ in Praxi, ut dixi,
„ remanet actus cæremonialis, cum in tot mate-
„ riis, in quibus Expeditores ita se obligant, ut
„ sunt *Perinde valere*, *Novæ Provisiones*, *Gratiæ*
„ *si Neutri*, *Indulta non faciendi mentionem*, &
„ similes, nunquam auditum, quod obligati fue-
„ rint ad expediendas Litteras, aut quidquam de
„ proprio solverint. Et licet postea revera facta
„ fuerit Litterarum expeditio cum impensa consi-
„ derabili, attamen hujusmodi impensæ factæ fue-
„ runt tempore habili, nempe longe post obitum
„ Beneficiati, & sic ad evitandum delictum præ-
„ sumendum est, quod etiam tempore habili fue-
„ rint de partibus pecuniæ transmissæ. Non enim
„ quæstio est, an Litteræ expeditæ fuerint sine
„ Mandato, sed versatur difficultas in tempore, an
„ scilicet Mandatum datum fuerit ad porrigendam
„ Supplicationem, & expediendas Litteras tempore,
„ quo Beneficiatus vivebat, vel tempore congruo.

„ Demum nil relevat, quod *D. Castellinus* usus 109
„ fuerit hac Gratia in partibus, producendo co-
„ piam Litterarum Apostolicarum in Curia Ar-
„ chiepiscopali. Quia objectio procederet, si Lit-
„ teræ præfatæ haberent *Datam* de tempore, quo
„ ultimus Possessor in humanis adhuc degebat,
„ aut usus fuisset ipsa Supplicatione, sciens, quod
„ fuisset tempore incongruo signata. Cum igitur
„ ille non produxerit Supplicationem, sed Litteras
„ Apostolicas habentes *Datum* sub *die* 22. *Julii*,
„ utique non potest exinde ullum deduci argu-
„ mentum, quod utendo Litteris præfatis dederit
„ mandatum ad obtinendam Gratiam *pro præsen-*
„ *tato*, tempore, quo Beneficiatus vivebat; ipse
„ enim videns *Datam* congruam, nempe sub *die*
„ 22. *Julii*, credere potuit, & debuit, quod ea-
„ dem die fuerit signata Supplicatio, cum adver-
„ sus hanc *Datam* nulla admittatur probatio in con-
„ trarium, *Gabriel. cons.* 193. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2.
„ *Gratian. Discept. Forens. cap.* 191. *n.* 1. *& seq.*
„ *Lotter. de Re Beneficiar. libr.* 2. *quæst.* 23. *à nu-*
„ *mer.* 14. *Carrad. in Prax. Benef. lib.* 3. *cap.* 8.
„ *numer.* 47. *& seqq. Rot. decis.* 270. *n.* 7. *part.* 17.
„ *decis.* 808. *numer.* 17. *part.* 18. *tom.* 2. *Recent. &*
„ *decis.* 250. *n.* 3. *&* 4. *cor. Carillo, & decis.* 1049.
„ *n.* 24. *cor. Emerix Jun.* „ Hactenus discursus,
„ & cohærenter ad rationes in eo expositas, fuit a 110
„ Congregatione Datariæ rescriptum die 2. Octo-
„ bris 1706. -- *Nihil de reportatione Litterarum*
„ *Castellini.*

Ceterum, pro eo quod attinet ad mox enu-
cleatam quæstionem, an ad effectum incurrendi
Pœnas a Regula indictas, sufficiat, quod fuerit
tantummodo signata Supplicatio super Beneficio
viventis, vel requiratur etiam illius *Datatio*, pla-
cet id, quod ait *Mandos. in hanc Regul. quæst.* 9. 111
in fine, quod qui curam habet Regularum con-
dendarum, unico verbo addito, omnem hanc hæ-
sitationem tollere posset.

Quid vero dicendum, si Supplicatio sit datata
eadem die, qua mortuus est Beneficiatus, an scili- 112
cet locum habeat Regula, & inhabilitas per eam
inducta? Duo casus distinguendi sunt. Primus
respicit provisionem factam de Beneficio eadem
die, qua Beneficiatus obiit, & hujusmodi provisio
est nulla propter quamdam *Extravagantem Bonifa-*
cii VIII. quam vidisse ait *Gomes. in hanc Regul.*
quæst. 7. & per quam decernitur nullas, & irritas
esse omnes Impetrationes Beneficiorum factas sub
Data ejusdem diei obitus Beneficiati. Secundus ca-
sus est respectu novæ provisionis de eodem Benefi- 113
cio, quæ a Papa, seu Ordinario fieret alia die post
obitum Beneficiati, & valida erit talis provisio, cui
non obstabit impetratio facta eadem die obitus, quia
esto sit nulla, non tamen reddit impetrantem inhabi-
lem

lem ad obtinendam novam provisionem super eodem Beneficio, nec tali casu locum habet, prout ex
per hanc Regulam inductæ, ut distinguendo firmat *Rot. decis. 344. n. 5. & seqq. part. 5. Recent.*
Demum quæritur, an si post impetrationem Beneficii viventis superveniat illius ratihabitio, seu
114 Resignatio, locus sit dispositioni Regulæ? Et quidem si agatur de sola ratihabitione, seu declaratione
illius, cujus Beneficium fuit impetratum, ea non obstante, locus erit Regulæ; quod enim ab initio
115 non valuit, tractu temporis firmari non potest, *leg. quod ab initio ff. de Regul. Jur. Cap. Non firmatur eod. tit. in 6.* & semel ac quis impetravit Beneficium
116 viventis, jam incidit in pœnas a Regula præscriptas, quarum remissio non a partium voluntate, sed a Pontificis potestate dependet. Si vero agatur de Resignatione per Pontificem admissa, & 117
tunc aut fuit Pontifici narrata præcedens impetratio, & Resignatio erit valida, aut fuit reticita, &
Resignatio nulla erit propter hanc Regulam; quæ cum annullet, irritamque reddat omnem *disposi-* 118
tionem, annullat etiam Resignationem sub ea comprehensam, ut post longam discussionem concludit *Mandos. in hanc Regulam quæst. 10. per tot.* quem sequitur *Kochier. ibidem n. 13. in fine.*

Cetera, quæ hujus Regulæ materiam respiciunt, videas apud *Rebuff. in Prax. tit. de Reprobat. Benefic. vivent. impetr.* qui multas affert ampliationes, & limitationes, necnon *Mandos. & Gomes. in eamdem Regul.* Nobis sufficit hæc pauca, uti magis notabilia, delibasse.

REGULA XXII.

De Unionibus, & Unionum confirmatione.

ITem voluit, quod petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, teneantur exprimere verum annuum valorem secundum communem extimationem, tam Beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur, alioquin Unio non valeat, & semper in Unionibus Commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest. Et idem voluit observari in quibusvis suppressionibus perpetuis, concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus Unionum, singularumque dispositionum hujusmodi.

ARGUMENTUM.

REgula in prima parte, qua mandat expressionem valoris, tam Beneficii uniendi, quam alterius, cui fieri petitur Unio, an sit favorabilis, & quomodo valoris expressio fieri debeat? De utriusque Beneficii fructibus, si valorem 24. ducatorum excedant, solvi debet media Annata, quamvis agatur de Beneficiis Germaniæ, & Franciæ, in quorum provisionibus valor, etsi excessivus, exprimitur solum in ducatis viginti quatuor. Non comprehendit Regula Uniones factas ab Ordinariis, sed eas tantummodo, quas explet Papa etiam *Motu proprio*, & an omissa expressione valoris Unio sit nulla ipso jure? In secunda vero parte decernit Regula, quod Beneficiorum Uniones fiant in forma Commissaria, vocatis *quorum interest*, nisi Papa eas explere velit in forma Gratiosa, quamvis in Gallia Uniones aliter quam Regula præscribit factæ, exequutioni non demandentur, & exequutæ, etiam post longissimi temporis spatium revocentur. Qui vero in Beneficiorum Unionibus sint vocandi late examinatur. Subjacent itidem Regulæ vigore ejus tertiæ partis Beneficiorum suppressiones, si perpetuæ sint: Dismembrationes, & applicationes partis fructuum Beneficii: Unionum Dissolutiones, & Confirmationes Apostolicæ Unionum, quæ ab Ordinariis explentur, quæque tamen nisi legitime factæ fuerint, per Sedem Apostolicam non confirmantur; quemadmodum nec eadem Sedes confirmat Uniones auctoritate sua ab aliis expletas, sed eas roborat mediante Gratia, quæ vocatur in forma *etiam valere*. Afficit insuper dispositio Regulæ Uniones, earumque dissolutiones, Dismembrationes, Suppressiones &c. Beneficiorum Consistorialium, & exponitur stylus, & praxis Sac. Congregationis Consistorialis in decernenda ad tramites Regulæ tum Unione æque principali duarum Ecclesiarum Cathedralium, vel illius dissolutione, si præcedenter Unio cano-

nice facta fuerit; Tum erectione loci *Nullius* in Cathedralem; Tum dismembratione unius partis Diœcesis, alteri Diœcesi applicandæ, vel novam in ea Cathedralem erigendi; & hac occasione agitur de Causis novæ Cathedralis erectionem suadentibus, & examinatur, an ex quo Diœcesis sita reperitur in Dominiis temporalibus duorum Principum, insurgat juxta causa eam dismembrandi novamque erigendi Cathedralem in Dominio illius Principis, in quo erecta non reperitur. Et postremo exponitur ejusdem Sac. Congregationis stylus in demandanda Divisione Provinciæ in duas Ecclesias Metropolitanas. Comprehendit itidem Regula Permutationem Oppidorum, quæ ad duas Diœceses pertinent, & an, quibusque ex causis compelli possint earumdem Diœcesum Episcopi ad dictam permutationem faciendam?

SUMMARIUM.

1 Regula est de antiquis Regulis Curiæ, jam edita temporibus Joannis XXIII. & Martini V. licet non ita ample, ut modo legitur.

2 Causæ, ob quas Beneficiorum Uniones fieri solent, regulariter ad geminas restringuntur, & quæ sint?

3 Assignantur rationes, quibus prima pars Regulæ innititur. & n. 6.

4 Regula est favorabilis, late proinde interpretanda.

5 Contrarium, quod sit exorbitans, & quantum fieri possit restringenda.

7 Regula locum sibi vindicat, etiamsi Unio expleatur a Papa Motu proprio. Et redditur ratio. n. 9.

8 Contrarium, quia loquitur de petentibus Beneficia uniri.

10 Debet vigore Regulæ exprimi valor utriusque Beneficii, tam scilicet uniendi, quam alterius, cui fit Unio, alias hæc nulla prorsus, & irrita erit. & n. 25.

Et de utroque solvi media annata, si eorum fructus excedant viginti quatuor ducatos auri de Camera. dicto n. 10.

11 In Beneficiorum Unione, quæ expletur favore Ecclesiæ, aut Mensæ, non est facienda mentio aliorum Beneficiorum, quæ eisdem Ecclesiæ, vel Mensæ unita reperiuntur.

12 Valor exprimendus est secundum communem æstimationem. Et quomodo hæc regulanda?

13 Et exprimi debet per non excessum, ne fiat fraus Annatistis.

14 Expressio valoris necessaria est etiam in Unionibus Beneficiorum Galliæ, & Germaniæ.

Et respondetur contrariis exemplis. numer. 19. & seqq.

15 Qua ratione in Provisionibus Beneficiorum Regionum earumdem fructus, etsi excessivi, exprimantur in ducatis viginti quatuor? & numer. 16.

17 Facultas nominandi ad Beneficia certi annui valoris a Sede Apostolica nonnullis Universitatibus Studiorum Germaniæ concessa, non se protendit ad Beneficia, quæ dictum valorem excedunt sub prætextu, quod in eorum Provisionibus valor exprimitur per non excessum in ducatis viginti quatuor.

18 Et in nominationibus præfatis, ut valide expleta dicantur, exprimi debet verus valor Beneficii, ut dignoscatur an illud sub Indulto comprehendatur.

20 In claris non admittitur interpretatio.

21 Decretum irritans, quo munitæ reperiuntur subsequentes Regulæ Cancellariæ, refertur, etiam ad præcedentes.

22 Omnes Cancellariæ Regulæ pro una lege reputantur, & quælibet Regula pro uno Paragrapho ejusdem legis.

24 Dataria nil firmat in sui præjudicium, non docto de scientia Papæ.

26 Non expresso valore utriusque Beneficii, Unio an sit nulla ipso jure, vel potius annullanda veniat? & n. 27.

28 Admissa nullitate Unionis ipso jure, Beneficia unita statim tamquam vacantia impetrari possunt, etiam ante declarationem nullitatis Unionis.

29 Reprobatur Zypeus existimans, Unionem esse validam, etiam non expresso vero Beneficiorum valore, si de voluntate Papæ constare possit, quod dicto valore narrato, adhuc Gratiam concessisset.

30 Qualitates, quæ de stylo Curiæ, vel Cancellariæ exprimi debent, si omittantur, Rescriptum redditur subreptitium, non attento an Papa, facta earumdem qualitatum expressione, Gratiam facilius, vel ne, indulsisset.

31 Regulæ dispositio comprehendit solum Beneficia Ecclesiastica, non autem temporalia.

32 Et ubi petitur Unio Beneficii non Beneficio, supprimitur titulus Beneficii, fitque illius fructuum applicatio.

33 Dispositioni Regulæ an subjaceant Beneficia, quæ uniuntur ab Ordinariis?

34 Regula in secunda parte decernit, quod semper in Beneficiorum Unionibus fiat Commissio ad partes vocatis quorum interest.

Et in hac parte recepta est in Gallia. num. 37.

35 Sed aliquando indulgetur Unio a Papa in forma gratiosa cum derogatione Regulæ in hac parte.

36 In Gallia tamen Uniones in forma Gratiosa sine clausa vocatis vocandis, & absque deputatione Commissariorum in partibus, exequutioni non demandantur.

38 Et si fuerint exequutioni demandata, quamvis per longissimum tempus observata, juxta illius Tribunalium stylum irritantur.

39 Pro validitate Unionis necesse est, quod citentur, & vocentur coram Exequutore omnes interesse nedum principale, sed etiam secundarium habentes. & n. 40.

41 Citari debent Patroni tam Sæculares, quam Ecclesiastici.

42 Sed Patroni Ecclesiastici citandi non sunt in Unionibus, quæ fiunt a Legatis de Latere.

Redditur ratio, quia Legatus de Latere derogare potest Juripatronatus Ecclesiastico. numer. 43.

44 Contrarium, quod citandi sint etiam Patroni Ecclesiastici, & de ratione?

45 Patroni laici nedum sunt vocandi, sed eorum etiam consensus exquirendus. & n. 49.

46 Pontifices derogare non solent Juripatronatus laicali, nisi paucis in casibus, in quibus vel nullum

nullum Patronis irrogatur præjudicium.

Et hac ratione derogant Juripatronatus attenta lite super illius pertinentia. n. 47.

48 *Vel concurrat præsumta Fundatorum voluntas, prout contingit in derogatione Juripatronatus ob vacationem Beneficii* apud Sedem.

50 *Patronorum consensus intercedere debet in ipso actu Unionis.*

51 *Contrarium, quod sufficiat, ut Unionem subsequatur, & redditur ratio.*

52 *In Beneficiorum Unione, quæ fit per Papam, vocandus non est Episcopus.*

53 *Sed an vocari debeat quando expletur a Legato?* & n. 54.

55 *Capitulum Cathedralis citari debet in Unionibus, quæ fiunt ab Ordinariis, vel a Legato tamquam Ordinario.* & n. 57.

56 *Secus in illis, quæ explentur a Papa, vel Legato, vice, & nomine Papæ.*

58 *Rector Beneficii citari non debet, si Unio non sit effectum sortitura, nisi post illius obitum.*

59 *Æquum tamen erit, ut in Unione Beneficii, præsertim Curati, audiatur possessor.*

60 *Plebs Ecclesiæ Parochialis, quæ unitur, vocanda non est.*

61 *Audienda tamen, si Unioni se opponat, & justam causam aliquam alleget.*

62 *Regula in tertia parte quid disponat?*

63 *Verba illa* — Idem voluit observari in quibusvis suppressionibus perpetuis, Concessionibus &c. — *addita fuerunt Regulæ sub Clemente VIII.* & n. 70.

64 *Verbum* idem, *quod in Regula legitur, non solum refertur ad vocationem eorum,* quorum interest, *de qua ipsa proxime immediato loquitur, sed etiam ad primam partem circa valorem Beneficiorum exprimendum.*

65 *Regula locum sibi vindicat etiam in Beneficiorum suppressionibus, quæ sint perpetuæ.*

66 *Quemadmodum comprehendit solum Uniones perpetuas, non autem temporales.*

67 *Procedit itidem in dismembrationibus, & applicationibus de quibuscumque Beneficiorum fructibus.*

68 *Sollemnitates omnes, quæ de jure necessariæ sunt pro Unione, requiruntur etiam pro dismembratione, & applicatione fructuum.*

69 *Regulæ dispositio comprehendit etiam dissolutionem Unionis.*

Et reprobatur Mandosius *contrarium existimans,* n. 70.

71 *Quemadmodum afficit confirmationes Unionum.*

72 *Intellige de confirmationibus Apostolicis Unionum ab aliis, quam a S. Sede factarum.*

73 *Papa confirmat solum Uniones auctoritate Ordinarii, vel Legatorum* legitime *factas.*

74 *Super Unionibus Auctoritate Apostolica expletis non datur confirmatio, sed Gratia in forma* — etiam valere. & n. 75.

76 *Uniones Beneficiorum ab Ordinariis nulliter expletas, Pontifex non confirmat, sed justa concurrente causa de novo concedit.*

Et referuntur exempla. ibidem.

77 *Regulam an locum sibi vindicet in Unionibus, earumque dissolutionibus, dismembrationibus, suppressionibus &c. Beneficiorum Consistorialium, quæ consistorialiter provideri solent?*

78 *Sequuta Unione, dissolutione, dismembratione &c. Beneficiorum Consistorialium, Litteræ Apostolicæ super iis expeditæ, de subreptionis vel obreptionis vitio redargui non possunt. Et de ratione.*

79 *S. Congregatio Consistorialis decernere non solet Beneficiorum Consistorialium Uniones, nisi servatis iis, quæ a Regula præscribuntur.*

80 *De Causis, quæ necessariæ sunt ad effectum, ut duæ Ecclesiæ Cathedrales æque principaliter, & perpetuo a Sede Apostolica uniantur.*

81 *Et requiritur in hujusmodi Unione consensus Capitulorum, & Cleri utriusque Ecclesiæ.*

82 *Dissolutio Unionis duarum Ecclesiarum Cathedralium regulariter expleri solet ex causis contrariis illis, ob quas concessa fuit Unio.*

83 *Et in ea decernenda servari debent præscripta a Regula XXII.*

84 *Quemadmodum Sacra Congregatio Consistorialis Regulæ dispositionem servari mandat, ubi justa concurrente causa agitur de dismembrando aliquo loco ab una Diœcesi, & alteri applicando.*

85 *Et hæc dismembratio, & respective Unio aliquando demandari solet invito etiam, & irrationabiliter dissentiente Episcopo, e cujus Diœcesi locus dismembrari debet.*

86 *In dismembratione facienda unius partis Diœcesis, ut in ea nova Ecclesia Cathedralis erigatur, ultra concursum Causarum, quæ ad hunc effectum sunt necessariæ, requiritur etiam consensus Episcopi.* & n. 88.

Quod si hæc dismembratio, & nova respective Cathedralis erectio petatur, Sede Episcopali vacante, Sacra Congregatio supersedere solet, donec Ecclesia provideatur de novo Episcopo. & n. 89.

87 *Limita si Pontifex ad dismembrationem, & respective nova Cathedralis erectionem deveniat Motu proprio, ac de plenitudine potestatis cum derogatione Regulæ.*

Hacque potestate quamplures Pontifices usi fuerunt. Et referuntur exempla. ibidem.

90 *In erectione loci* Nullius Diœcesis *in Cathedralem exquirendus est consensus Episcopi viciniorís, & de ratione.* & n. 121.

91 *Sed opportunum aliquando visum fuit hujusmodi loca in Cathedrales erigere, dissentientibus etiam Episcopis vicinioribus.*

92 *In erectione novæ Cathedralis præter consensum Episcopi, e cujus Diœcesi fieri debet dismembratio, requiritur etiam consensus Capituli.*

93 *Sed tam Episcopo, quam Capitulo irrationabiliter consensum præstare detrectantibus, nova Cathedralis erectio, absque eorum consensu indulgeri solet.*

94 *De Causis necessariis pro nova Cathedralis erectione. Remissive.*

95 *Inter causas præfatas præcipue enumeratur talis excrescentia Populi cum latitudine Diœcesis, ut unus Pastor pro spirituali omnium indigentia non sufficiat.* & n. 97.

96 *Sola vero Diœcesis amplitudo numquam habita fuit pro sufficienti causa eam dividendi, novamque erigendi Cathedralem.*

98 *Situatio Diœcesis intra Dominia temporalia duorum Principum justam causam non suppeditat eam dismembrandi, novamque erigendi Cathedralem in Territorio illius Principis, in quo erecta non reperitur. Et redditur ratio.* & n. 99.

100 *Maxime si præfatæ dismembrationi contradicat Princeps, in cujus Ditione sita est Ecclesia Cathedralis.*

Et ob hujusmodi dissensum dismem'ratio præfata, & respective nova Cathedralis erectio, pluries a Sede Apostolica denegata fuit. ibidem.

101 *Aliquando tamen justis concurrentibus causis, quæ numerantur, prudens, optimumque temperamentum erit ad Diœcesis dismembrationem, novæque Cathedralis erectionem devenire.*

Et ita pluries servatum. ibidem.

102 *Exemtionis Privilegia a Jurisdictione Episcopi Collegiatæ Ecclesiæ competentia, sublata censentur per illius erectionem in Cathedralem, nisi fuerint expresse præservata.*

103 *Divisio Provinciæ in duas Metropolitanas non aliter per Summum Pontificem expleri solet, quam justa concurrente causa, & auditis tam antiquo Metropolita, quam Episcopis Suffraganeis, eorumque Capitulis. Et referuntur exempla.* n. 104. & 105.

106 *Intellige, ubi divisio Provinciæ, & erectio novæ Metropolis fieri debeat ad alicujus Supplicationem, secus si expleatur a Papa de plenitudine potestatis.*

107 *Et hac potestate pluries usi sunt Pontifices, vel non requisitis, vel contradicentibus etiam antiquis Metropolitis.*

108 *Si Ecclesia Episcopalis exemta, & Sanctæ Sedi immediate subjecta in Archiepiscopalem erigatur absque ulla assignatione Suffraganeorum, qui ab aliis Metropolitis dismembrandi essent, nullius consensus exquirendus erit.* & n. 110.

109 *De requisitis necessariis ad effectum, ut Ecclesia Episcopalis erigi valeat in Archiepiscopalem. Remissive.*

111 *In Permutatione Oppidorum, quæ ad duas Diœceses spectant, utriusque Episcopi consensus requiritur, & ad tramites Regulæ vocandi sunt omnes, quorum interest. Et ita alias servatum.* & n. 115. & 117.

Nisi Papa Permutationem Motu proprio, & plenitudine potestatis expleat. n. 114.

112 *Refertur status celebris controversiæ inter Episcopos Aquipendien. & Soanen. quorum primus secundum cogere intendebat ad invicem permutanda nonnulla Oppida ad eorum respective Diœceses spectantia.*

113 *Et resolutio Sacræ Congregationis Concilii in eadem Causa emanata.*

116 *Quod Principi placet, legis habet vigorem.*

118 *In Permutationibus, Unionibus, dismembrationibus, &c. licet non requiratur consensus Principum temporalium, plurimum tamen Apostolica Sedes eorum supplicibus instantiis deferre solet.*

119 *Magnus Dux Etruriæ sibi subjectæ jure nominandi ad Ecclesias Episcopales in sua Ditione existentes non gaudet, sed earum occurrente vacatione proponit quatuor Personas, ut ex eis Pontifex unam seligat.*

120 *Si Diœcesis aeris intemperiei subjecta sit, Sedes Apostolica Episcopo indulget, ut ab ea Mensibus æstivis abesse possit.*

1 QUamvis de Auctore hujus Regulæ certo non constet, satis tamen compertum est, illam esse de antiquis Regulis Curiæ; reperitur enim inter Regulas editas a *Joanne XXIII. & Martino V.* impressas apud *Hermannum Wonderhart in Histor. Concilii Constant. part. 1. tom. 2. pag. mihi* 960. & 986. licet non ita ample concepta, ut modo legitur ob nonnullas additiones ei factas sub *Clemente VIII.* ut infra dicemus.

Causæ, ex quibus fieri solent Beneficiorum Unio-
nes ad duas restringuntur, nempe ad eorum utili- 2
tatem, & necessitatem, *Cap. Exposuisti, de Præb.
Can. Et si Ecclesia 1. quæst. 7. Cabasut. in Theor. &
Prax. Jur. Canon. lib. 2. cap. 11. n. 11. Pax Jord.
Lucubr. Canon. tom. 2. lib. 10. tit. 32. n. 2. & 60.
Petr. Gregor. de Benefic. cap. 20. n. 4. Murg. eodem
Tract quæst. 3. divis. 3. n. 109. Van Espen. in Jus
Eccles. universal. part. 2. tit. 29. cap. 2. n. 2.* cum
concordantibus apud *Piton. disceptat. 151. num. 3.*
Cumque utilitas, vel necessitas consideretur prin- 3
cipaliter respectu fructuum, ideo ne Uniones in-
considerate expleantur, mandatur in prima parte
Regulæ, quod verus valor tam Beneficii uniendi,
quam illius, cui uniri petitur, exprimatur, *Sotus
hic n. 1. & seqq. Quesad. ibidem in princip. Van
Espen. dict. tit. 29. cap. 3. num. 17. & seqq. Rebuff.
in Prax. ad hanc Regul. gloss. 8. & in Addit. ad
eamdem Regul. verb. Tam Beneficii uniendi, Ca-
stropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 16. disputat. 6.
punct. 2. §. 2. n. 28.* Et in hac parte Regula,
tamquam favorabilis venit amplianda, cum respi- 4
ciat favorem publicum; interest enim, ne una Ec-
clesia fiat alterius ancilla, & cultus divinus mi-
nuatur, ut his, aliisque rationibus perpensis, tra-
dunt *Mandos. in hanc Regul. quæst. 1. numer. 3.
Kochier. ibidem sub n. 25.*

At contrarium, quod Regula in hac parte sit
exorbitans, & quantum fieri potest restringenda, 5
existimat *Zypeus Consult. Canon. lib. 5. de Exces.
Prælat. consult. 17. n. 22. & 28. & n. 47.* ubi ait,
rationem Regulæ non esse illam, ne scilicet Pon-
tifex valoris ignarus inconsiderate Uniones faciat,
sed alteram potius respicientem interesse bursale 6
ratione Quindenniorum, quæ solvuntur ex causa
Beneficiorum unitorum, ut sub *numer. 24. & 25.
& sub n. 47. & 48.* quodque hæc Regula adinven-
ta fuerit, ne fraus fieret *Annatistis*, tradit *Lotter.
de Re Benefic. lib. 3. quæst. 20. num. 48.*

Locumque sibi vindicat dispositio Regulæ,
etiamsi Unio facta esset a Papa *Motu proprio.* 7
Quamvis enim in ea dicatur *Petentes Beneficia uniri,
&c.* & Gratia *Motu proprio*, non fiat ad instan- 8
tiam, & petitionem alicujus, qua ratione Regulam
non procedere in Gratia Motu proprio facta per
Pontificem autumarunt, *Sot. hic n. 12. Rebuff. in
Prax. ad hanc Regul. gloss. 1. in addit in princip.*
Verior tamen est contraria opinio, quia *Motus pro-* 9
prius licet excludat subreptionem, non tamen in-
tentionem concedentis, *Mandos. hic quæst. 2.* quem
sequitur *Kochier in hanc Regul. n. 36. & 37.*

Debet igitur exprimi valor utriusque Beneficii,
nempe tam uniendi, quam illius, cui fit Unio, & 10
de utroque solvi debet media Annata, si valor ex-
cedit vigintiquatuor ducatos auri de Camera, ut in
praxi servatur, & advertit *Sot. hic numer. 3.* Be-
ne verum, quod in Beneficiorum Unione, quæ
expletur favore Ecclesiæ, aut Mensæ alicujus Præ- 11
laturæ, non est facienda mentio Beneficiorum,
quæ alias fuerunt dictæ Mensæ, aut Ecclesiæ uni-
ta, *Rebuff. in Prax. ad hanc Regul. gloss. 8. Tur-
ricel. de Union. cap. 4. n. 25. & cap. 9. n. 94. &c.
Piton. disceptat. 151. n. 11. Rot. decis. 8. & 13. de
Reb. Eccles. non alienan. in antiquis, & decis. 340.
n. 4. cor. Puteo.*

Et valor exprimi debet secundum *communem
extimationem*, ut clare in Regula præscribitur, & 12
tradunt *Rebuff. ubi supra gloss. 7. Turricell. dict.
cap. 9. n. 91. Rot. decis. 294. num. 5. part. 5. Re-
cent.* idest, quod Beneficium tempore Unionis,
oneribus

oneribus deductis, tantum valuit per quinque an-
nos ante, anno sterili cum fertili computato, *Ka-
ebier hic numer.* 17. *Mandos.* ibidem *quæst.* 5. ubi
in fine ponit formulam Supplicationis pro expres-
sione valoris utriusque Beneficii, *Lotter. de Re Be-
neficiar. lib.* 3. *quæst.* 20. *numer.* 86. ubi quod va-
13 lor exprimi debet per non excessum, ad hoc ut
non fiat fraus Annatistis.

Hujusmodi autem valoris expressio in Unioni-
bus vigore Regulæ facienda, locum sibi vindicat,
14 etiam quoad Uniones Beneficiorum Galliæ, &
Germaniæ; Licet enim in Provisionibus Aposto-
licis eorumdem Beneficiorum, fructus vigore con-
suetudinis, de cujus origine sermonem habebimus
in *Commentar. in Regulam LV.* solum expriman-
tur in ducatis vigintiquator, etsi longe excedant;
15 Consuetudo tamen hujusmodi, veluti introducta
ad unicum effectum eximendi Provisos de iisdem
Beneficiis a solutione Annatarum, quæ solvi de-
berent, si fructuum expressio in summa excedente
ducatos viginti quatuor fieret, non attenditur quo-
16 ad alios effectus, præsertim quoad illum Unio-
nis, ut resolutum fuit a Sacra Congregatione Con-
sistoriali de *anno* 1676. in casu, de quo infra di-
cemus, & præ ceteris tradunt *Rebuff. Doctor Gal-
lus in Prax. Benefic. tit. de Unien. confirmat. gloss.
5. in princip. & gloss. 7. in fine, & in tract. de
Nominatian. quæst. 9. n. 34. & in addit. ad Regu-
lam* 21. *versic. Teneantur exprimere, Bauny in
Prax. Benefic. disput. 7. quæst. 3. pag. mihi 250.
Van Espen. in Jus Eccles. universal. part. 2. tit. 29.
cap. 3. n. 18. Zypeus consultat. Canon. lib. 5. de Ex-
cess. Prælat. consil. 17. n. 20.* qui tamen *n. seqq.* se
iovoluit, & contrarium firmare videtur, *Mandos.
ad hanc Regul. quæst. 5. sub n. 2. Kochier ibidem n.*
17. Et adest Discursus *Armindi Ricci* in causa,
17 cui titulus *Galliarum Expressiones valoris.* Eo pror-
sus modo, quo facultas nominandi ad Beneficia
Germaniæ certum annuum valorem non exceden-
tia, quo ex Apostolicis Indultis nonnullæ Studio-
rum Universitates gaudent, se protendere non va-
let ad ea Beneficia, quæ valorem præfatum exce-
dunt, sub prætextu, quod in eorumdem Benefi-
ciorum provisionibus, valor exprimi soleat in duca-
tis viginti quatuor, cum immo, ut valide dicantur
Nominationes præfatæ expletæ, exprimendus est
18 valor Beneficiorum, ad effectum dignoscendi, an
illius generis sint, quæ sub nominandi facultate
comprehendantur, *Rot. in celebri Decis. Camera-
cen. Canonicatus cor. Merlin. dec.* 139. *fere per tot.*
quam sequuntur *Zyp. consult. Canon. lib. 1. consult.
6. de Valor. Benef. Belgic. Card. de Luc. de Be-
nefic. disc. 90. Nicolarts ad Concordat. German. lib.
2. §. 2. Pasqualig. Quæstion. moral. Canon. quæst.
200. per tot.* & prius dixerat *Rebuff. in Tract. No-
minat. quæst. 9. n. 32. & 33. & ad Concordat. §. Vo-
lumus lit. G. in Rubr. de Cellat.*

Et quamvis aliquando expletæ fuerint per Da-
19 tariam Uniones Beneficiorum Galliæ, & Germa-
niæ cum expressione valoris in viginti quatuor
ducatis auri de Camera, non exinde ulla allegari
potest observantia adversus apertam Regulæ dis-
positionem. Vel enim observantia hujusmodi præ-
20 tenditur interpretativa, & in claris non admittitur
interpretatio, ad *Text. in leg. ille, aut ille ff. de
Legat. 3. leg. Continuus §. Cum quis ff. de verbor.
obligat. Rot. dec. 672. n. 5. cor. Moliner, & decis.
487. n. 5. cor. Cavaler. & decis. 712. num. 3. part.
3. Recent.* ubi, quod alias non esset interpretativa.
Aut prætenditur præscriptiva, & elisa remanet tum
21 ex innumeris exemplis, quæ extant in contrarium,
tum ex Decreto irritanti, quo munitæ reperiun-
tur subsequentes Regulæ Cancellariæ, signanter
Regulæ XXXIII. LXVIII. & LXIX. quod sa-
ne Decretum refertur etiam ad Regulas præceden-
tes; habentur enim omnes Cancellariæ Regulæ 22
pro una lege, & quælibet Regula pro uno Para-
grafo ejusdem legis, eo quod incipiunt per dictio-
nem continuativam *Item*, sicut eleganter dixit *Gon-
zal. in Regul. 8. gloss. 5. numer. 5. & 7. Rot. decis.
253. num. 1. & seqq.* & Nos late *in Commentar. in
Proæm. Regular. n. 29. & seqq.* Accedit, quod ex-
pressio valoris in vigintiquatuor ducatis sequi po- 23
tuit de Beneficiis, quæ revera hujusmodi valorem
non excedebant, vel etiam absque scientia Papæ
de vero excessu, qua non probata, Dataria ni- 24
hil in sui præjudicium firmare potest, ut millies
diximus.

Quod si verus valor utriusque Beneficii, tam
scilicet uniendi, quam ulterius, cui fit unio nar- 25
ratus non fuerit, Unio ipsa est nulla, ut clare
præscribitur in Regula, ibi – *Alioquin Unio non
valeat*, eique inhærendo præ ceteris – *Turricell.
de Union. cap. 9. n. 90. Pax Jordan. Elucubrat.
Canon. tom. 2. lib. 10. tit. 23. n. 103. Rot. decis. 68.
n. 13. part. 4. tom. 2. Recentior.* An autem tali casu
Unio sit nulla ipso jure, vel annullanda veniat, 26
valde inter se discordes sunt Doctores, & plures
faciunt distinctiones, ut apud *Rebuff. in Prax. gloss.
9. Kochier in hanc Regul. n. 19. & seqq. Sanchez
ad Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 175. &
seqq. Rot. decis. 294. n. 6. & seqq. part. 5. Recent.*
Sed *Mandos. hic quæst. 6.* explosis distributionibus
præfatis tamquam extraneis a Regula, quæ non
disponuit circa veritatem, vel falsitatem Causarum,
indistincte tuetur, quod Unio sit nulla ipso jure,
idque pluribus comprobat rationibus apud ipsum 27
videndis, a *num. 4. usque ad finem*, & idem sen-
tire videtur *Rebuff. dict. gloss. 9. & in addit. ad
Regul. 22. Verbo Alioquin Unio, Murg. de Benefic.
quæst. 3. n. 17. Bauny in Prax. Benefic. disput. 5.
quæst. 12. dub. 3. pag. mihi* 161. Effectus vero nul-
litatis *ipso jure* magnus est, dum Beneficia nulliter 28
unita tamquam vacantia, statim impetrari pote-
runt, etiam ante declarationem nullitatis ejusdem
Unionis; *Mandos. dict. quæst. 6. in princip. Rebuff.
dict. gloss. 9. §. 1. in fine.*

Hinc apparet male sentire *Zypeum*, qui *dict.* 29
consult. 7. lib. 5. de Excessib. Prælat. existimat Unio-
nem esse validam, tametsi verus Beneficiorum va-
lor narratus non fuerit, dummodo constet de vo-
luntate Pontificis, quod Gratiam concessisset, etiam
vero valore non expresso; Cum etiam, ut ait, Re-
gula non ample, sed sit stricte interpretanda, me-
liorem recipere nequeat interpretationem, quam
ab ipsa Concedentis voluntate, ut in *numeris* 23.
26. 43. & 48. Siquidem eo ipso, quod Regula re-
quirit pro forma expressionem veri annui valoris, &
in casu contrario Unionis Gratiam nullam, & irri-
tam reddit, extranea est inspectio, an Pontifex fa-
cilius, vel difficilius Gratiam Unionis concessisset,
si valor Beneficiorum expressus ei fuisset, nam quan-
do agitur de qualitate, quæ de stylo Curiæ, vel 30
Cancellariæ exprimendæ sunt, nisi illæ narrentur,
Rescriptum redditur subreptitium, nec attenditur,
an Princeps eadem facilitate concessisset, si quali-
tates illæ fuissent expressæ, quemadmodum conces-
sit eis reticitis, juxta theoricam *Felin. in Cap. Super
Litteris n. 2. limit. 1. & Cap. ad Aures n. 12. con-
clus. 9. de Rescript. Sanchez de Matrimon. lib. 8.
disputat. 21. n. 16. Menoch. de Arbitr. cas. 201.
n. 28. Mascard. de Probat. Conclus. 846. num. 8.
Adden. ad Buratt. decis. 510. n. 11. Rot. dec. 375.
numer. 18. part. 19. Recent.* cum aliis in *Mediolanen.*

lanen. Jurispatronatus 3. *Julii* 1684. §. *Ideoque*, *coram bon. mem. Paulutio.*

Ceterum Regulæ dispositio intelligitur solum
31 de Beneficiis Ecclesiasticis, non autem de temporalibus, *Rebuff. in Prax. in hanc Regul. gloss.* 3. & 4. ubi, quod Regula tam respectu Beneficiorum, quæ uniri debent, quam eorum, quibus Unio explenda erit, locum sibi vindicat in Beneficiis Ecclesiasticis; Ecclesiastica enim Ecclesiasticis uniri debent, & temporalia temporalibus, & Uniones fiunt de Beneficio ad Beneficium. Hinc cum olim
32 in Cancellaria Apostolica peteretur fieri Unionem cujusdam Beneficii certo Altari, pro Paramentis ad usum Sacristiæ Ecclesiæ, dubitatum valde fuit, an deberet dari Unio, ex eo quod non apparebat, an prædictum Altare esset Beneficium Ecclesiasticum, ut in Alemania, ubi Altare pro Beneficio Ecclesiastico habetur, & confertur in titulum, unde inconveniens videbatur, quod Beneficium uniretur non Beneficio Ecclesiastico. Eaque propter DD. da *Parco* dixerunt, debere supprimi Beneficium in dicta Ecclesia, & facta suppressione, deberi applicari fructus Beneficii suppressi eidem Altari, ut ex *Notabili* ejusdem Cancellariæ apud *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 79. *& seqq.*

Quemadmodum Regula locum sibi non vindicat
33 in Beneficiis, quæ uniuntur ab Ordinariis. In tantum enim expressionis valor requiritur in Unionibus, quæ fiunt a Papa, & Legato, quia Beneficiorum valorem ignorant, & timor subest, ne ab iis inconsulto Uniones expleantur, ut diximus supra *n.* 3. At Ordinariis hujusmodi valor satis perspectus esse videtur, proindeque si quoad ipsos non viget ratio Regulæ, nec ejus dispositio procedere debet, *Castrupal. Oper. mor. dict. Tract.* 13. *disp.* 6. *punct.* 2. §. 2 *versic. Hoc tamen.* Quamvis & in hoc contrarium existimet *Mandos. in hanc Regul. quæst.* 11. ubi probat Regulæ dispositionem comprehendere etiam Uniones expletas ab Ordinariis, tam in prima ejus parte circa valoris expressionem, quam in secunda, quoad vocationem eorum, quorum interest, sequitur *Kochier ibidem n.* 32.

Hæc quoad primam partem Regulæ. In secun-
34 da disponitur, quod semper in Beneficiorum Unionibus *fiat Commissio ad partes vocatis quorum interest*, idest, quod committatur Unionis discussio certis Executoribus in partibus, vel in loco, in quo sita sunt Beneficia, ipsique, vocatis interesse habentibus, perspiciant, an adsit justa causa concedendi Unionem, ut late ostendit *Mandos. hic quæst.* 7. ubi ponit formulam hujusmodi Commissionis, *Kochier. ibidem n.* 15. *& seqq. Rebuff. in Prax. ad hanc Regul. gloss.* 10. ubi quod fit in partibus. quia veritas melius scitur per Vicinos, quam per alios, *& in Addit. ad Regul.* 22. *versic. Et semper, Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 162. *in fine*, *Van Espen. in Jur. Eccles. universal. part.* 2. *tit.* 29. *cap.* 3. *n.* 6. *&* 7. *Hoyed. de Incompatibilit. Benefic. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. *Pax Jordan. Lucubrat. Canon. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *numer.* 104.

At si Pontifici placeat, Beneficiorum Uniones
35 indulgere in forma gratiosa, non vocatis vocandis, utique a libera ejus dependet voluntate, & in hoc casu derogatur Regulæ de Unionibus committendis ad partes, cum Pontifex ipse Unionem tunc faciat, *Rebuff. dict. gloss.* 10. §. *Si tamen*, *Van Espen. loco cit. numer.* 3. *Hoyeda dict. n.* 9. *Pax Jordan. dict. tit.* 32. *numer.* 105. *Kochier in hanc Regul. n.* 29. late *Mandos. ibidem quæst. ultim.* ubi ponit formulam hujusmodi derogationis tam in perpetuis, quam in temporalibus Unionibus.

Sed in Gallia si mordicus ab illius Pragmaticis rejicitur dispositio hujus Regulæ quoad primam ejus partem, expressionem nempe valoris utriusque
Beneficii, pari conatu insistitur super observantia, 36
& punctuali executione ejusdem Regulæ, quoad alteram ejus partem; unde ibidem Uniones factæ in forma gratiosa sine clausula *vocatis vocandis*, & absque prævia deputatione Commissariorum, qui de Causis cognoscant, exequutioni non demandantur. Nititur hæc praxis tum Decreto Concilii
Constantiensis *in cap.* 44. Tum hujus Regulæ 37
XXII. Cancellariæ, quæ est una ex receptis in Regno, ut communiter tradunt *Rebuff. ad eamdem Regul. gloss.* 10. §. *Si tamen*, *& in Prax. Benefic. tit. de Union. n.* 47. *Tondut. resolut. Benefic. cap.* 37. *n.* 3. *part.* 1. *Pastor de Benefic. lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 10. *Van Espen. in Jus Eccles. universal. part.* 2. *tit.* 29. *cap.* 3. *n.* 3. *& seqq. Hieronym. a Costa in Tract. des Revenus Ecclesiastiques pag. mihi* 208. late *Bouchel in Biblioth. Canonic. Verb. Archevêques pag.* 110. *& seqq. Bengeus de Benefic. tit. de Union.* §. 5. *a.* 5. *Chopin. de Sacr. Polit. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 7. *Bauny in Prax. Benefic. disput.* 8. *gloss.* 2. §. *Debet autem*, *&* §. *Ad hæc*, *Cabasut. in Theor. & Prax. Jur. Canon. lib.* 2. *cap.* 11. *pag.* 130. *Pithou. de Libertat. Eccles. Gallican. artic.* 44.

Id quod apud laudatos Galliæ Pragmaticos pro-
cedit, non obstante quocumque longissimi tempo- 38
ris, etiam centenarii decursu, semel ac constat, Unionem expletam fuisse in forma gratiosa, & non vocatis de jure vocandis, quoniam abusus, ut inquiunt, numquam dat locum præscriptioni, ut ex *Chopin.* & aliis *Bengeus loco citat.* §. 6. *n.* 2. *&* 3. *Hieronym. a Costa ubi supra*, *Tondut. dict. cap.* 37. *n.* 4. *Cabasut. dict. cap.* 11. *n.* 11. ibi -- *Qui omnes pariter testantur, præscriptione plusquam centenaria nullatenus apud Curias Regas firmari Ecclesiarum Uniones, si vitiosus titulus quantumvis vetustissimus proferatur, atque hoc est receptissimum effatum forense, præstare ad Unionis effectum si sola proferatur longi temporis præscriptio, scilicet quadraginta, vel quinquaginta annorum, vel ejus, cujus initii memoria non extet; sed si constet de titulo vitioso, etiam annos centum excedente, discindi quamlibet Unionem, quia cessat præsumtionis favor, ubi de opposito vitio liquet. Innumera proferuntur ad hoc Senatus consulta, inter quæ famosum valde est Divionense in causa evacuata inter Henricum Robertum, & Annibalem Rascassium Ecclesiæ Metropolitanæ Aquisextiensis Archidiaconum. Iste quidem tuebatur Decanatum Dragniniacensis Ecclesiæ fuisse Archidiaconatui Aquisextiensis Ecclesiæ olim ante annos centum unitum, eamque Unionem sine interruptione ad se usque continuatam fuisse liquebat, & id quidem sufficiebat ad excludendum Robertum, qui sibi Decanatum Draguiniacensem vindicabat, quasi extra jus, & prohibitionem Concilii Constantiensis devulsum a propria Ecclesia: ideoque ejus obtenta qualicumque provisione, se in possessionem Decanatus immitti curaverat. At Rascassius, cui tanta sufficiebat præscriptio, quasi obruturus titulorum multitudine, Diplomata Summorum Pontificum in forma gratiosa, & sollemnitatibus consuetis vacua, jamdudum ante annos centum expedita produxit, per qua Causa sua cecidit. Senatus enim Divionensis secundum Robertum judicavit, ab his Diplomatibus tamquam abusivis provocantem die* 11. *Aprilis anno* 1641. *illaque tunc rescissa Unio fuit, atque Actori adjudicatus Decanatus.*

Citari itaque debent, & coram Executore vo- 39
cari omnes quorum interest, alias Unio remanet

net nulla, *Clementin. Unic. §. Ad hæc de Stat.
Monachor. Concil. Trident. seß. 7. cap. 6. de Refor-
mat. Pax Jord. dict. tit. 32. numer. 83. Hoyed. de
Incompatibil. Benefic. dict. cap. 3. sub numer. 9.
Sanchez ad Pracept. Decalog. dict. cap. 29. nu-
mer.* 163. *Tondut. Resolut. Benefic. part. 1. cap. 37.
num. 1. Rebuff. ad hanc Regul. gloß.* 11. *num. 3.
Murg. de Benefic. quæst. 4. divis. 4. num.* 105. Et
non solum citari debent ii, qui habent principale
interesse, sed optimum etiam esset, ad omne du-
40 bium tollendum, citare habentes interesse secun-
darium, & sic citare per Proclama, seu Edictum
omnes, & quoscumque alios sua interesse putan-
tes, *Mandos. hic Quæst. 8. num. 5. Hoyed. de In-
compatibil. dict. cap. 3. n. 9.*

Ii autem, quorum principaliter interest, & qui
41 citari debent, sunt Patroni tam Sæculares, quam
Ecclesiastici, ut ex *Tridentin. seß. 24. cap. 15. Man-
dos. hic quæst. 8. Sanchez. dict. cap. 29. n. 198.
Rebuff. gloß.* 11. *num. 6. Gonzal. in cap. Sicut uni-
re, de Excessib. Prælat. n. 7. Peleus in Comment.
Analyt. ad Regul. Cancell. cap. 42. in princip. Garc.
de Benefic. part. 12. cap. 2. a n. 205. Van Espen.
in Jus Eccles. universal. part. 2. tit. 29. cap. 3.
numer. 9. Bauny in Prax. Benefic. disput. 5. quæst.
12. dub. 3. Faber in Cod. lib. 1. tit. 2. definit. 48.
& 49.* & ibidem *Scoppa Explanat. 48. n. 25. &
Explanat. 49. numer. 5. Turricell. de Union. cap. 9.
num. 40.* ubi reprobat opinionem eorum, qui exi-
stimant vocandos esse Patronos laicos, non au-
42 tem Ecclesiasticos. Solum autem in Unione Be-
neficiorum facienda a Legato de Latere contro-
versia est, an Patronus Ecclesiasticus vocari de-
beat. Putant aliqui, quod sicuti potest Legatus de
43 Latere in provisione Beneficiorum derogare Juri-
patronatus Ecclesiastico, ita, & possit in Unione,
Sanchez ad Pracept. Decalog. dict. cap. 29. n. 169.
cum concordantibus apud *Barbos. de Jur. Eccles.
univers. cap. 16. n. 50. Scopp. ad Cod. Fabr. Expla-
nat. 49. n. 6. Gonzal. in Cap. Sicut unire num. 7.
in fine, de Excess. Prælat.* Sed rectius alii contra-
44 rium existimant, cum Legato de Latere nullibi hu-
jusmodi facultas concessa legatur, & licet potestate
gaudeat derogandi in Provisionibus Beneficiorum
Juripatronatus Ecclesiastico, non exinde bene in-
fertur ad Uniones, quæ Beneficiorum titulum, ex-
tinguunt, *Garc. de Benefic. part. 12. cap. 2. numer.
221. Castropal. Oper. moral. dict. Tractat. 13. disp-
putat. 6. punct. 2. §. 2. n. 22.*

Sed nedum Patroni laici sunt vocandi, sed eo-
45 rum etiam requiritur consensus; Ad effectum enim
ut fideles a Beneficiorum fundationibus non retra-
hantur, Pontifices derogare non solent Juripatro-
46 natus laicali, nisi paucis exceptis casibus, & in
quibus, vel nullum Patronis ipsis irrogatur præ-
judicium, ut in derogatione, quæ fit ob litem in-
47 ter illos super pertinentia Patronali vigentem, ob
quam ad invicem præsentare se impediunt, ut di-
cemus in *Commentar. in Regul. XLII.* vel præ-
48 sumta concurrat eorumdem Fundatorum voluntas,
prout contingit in derogatione Juripatronatus ob
vacationem Beneficii apud Sedem, per ea, quæ
49 diximus in *Commentar. in Regul. I. §. I.* Proinde-
que cum in Beneficiorum de Jurepatronatus laicali
Unionibus Patronorum laicorum jura læsa rema-
neant, æqui bonique ratio expostulat, ut eorum
accedat consensus, ut sancivit *Concil. Tridentinum
cap. 15. Seß. 24. de Reformat.* & tradunt *Faber
in Cod. dict. Definit. 48. sub numer. 2. ibique Scop.
Explanat. 48. numer. 25. & Explanat. 49. num. 2.
Van Espen in Jus Eccles. univers. part. 2. cap. 3.
num. 9. Cabasut. in Theoric. & Prax. Jur. Canon.
lib. 2. cap. 11. n. 5. Rebuff. in Prax. part. 1. tit. de
Benefic. Union. n. 28.*

An autem Patronorum consensus intervenire
debeat in ipso actu Unionis, seu sufficiat, quod 50
subsequatur, non eadem est Doctorum opinio.
Quod enim intercedere debeat in ipso actu Unio-
nis tradunt *Bursat. cons. 285. n. 4. lib. 2. Castropal.
Oper. moral. dict. §. 2. n. 26.* cum aliis penes *Rot.
decis. 294. n. 19. & seqq. part. 5. Recent.* Verum
magis recepta sententia est, sufficere, quod con- 51
sensus præfatus Unionem subsequatur, quia non
requiritur pro forma, sed ratione præjudicii Patro-
norum, qui proinde & ante, & post Unionem
consensum præstare possunt, ut præ ceteris firmant
*Rebuff. in Prax. ad hanc Regul. Gloß. 11. n. 20. Pe-
leus in Comment. Analyt. ad Regul. Cancellar. cap.
42. in princ. Hoyed. de Incompatibilit. Benefic.
dict. cap. 3. numer. 9. Sanchez dict. cap. 29. n. 165.
& numer. 170. Murg. de Benefic. quæstion 4. divis.
4. numer. 149. Kochier. in hanc Regul. numer. 28.
in fine, Garc. de Benef. dict. cap. 2. numer. 147.
Tondut. dict. cap. 37. n. 2. Barbos. alleg. 66. n. 22.
Gratian. discept. 278. numer. 30.* & recedendo a
prius decisis *Rot. decis. 318. numer. 41. usque ad fi-
nem part. 5. Recent.* Et conferunt quæ diximus in
Comm. in Regul. XIII.

Sed præter Patronos nullus alius vocandus vi-
detur; non quidem Episcopus, quando Unio fit 52
per Papam. Solaque controversia est, an sit vo-
candus quando fit per Legatum; & vocandum esse 53
existimat *Pax Jordan. var. lucubrat. libr. X. tit.
32. numer. 84.* Sed contrarium ea ratione, quod
præjudicium ex Unione Episcopo obveniens circa 54
amissionem collationis Beneficii uniti, tamquam
proveniens ex natura Unionis, attendi non me-
reatur, *Gambar. de Potest. Legat. lib. 5. Rubr. 1.
numer. 150. Rip. respons. 18. n. 12. Murg. de Be-
nef. quæst. 4. divis. 4. n. 18. Garc. ubi supra num.
222. Castropal. dict. §. 2. num. 22. circa finem.*

Capitulum Cathedralis licet citandum sit in
Unionibus, quæ fiunt ab Ordinariis, ut diximus 55
in *Comment. in Regul. XIII.* vocari tamen non de-
bet, quando Unio fit a Papa, vel a Legato vice, 56
& nomine Papæ, licet aliter dicendum, si fieret
ab ipso Legato tamquam Ordinario, ut distin- 57
guunt *Garc. de Benefic. part. 12. cap. 2. num. 150.
& 151. Sanchez dict. cap. 29. n. 166. Barbos. alle-
gat. 66. n. 26. Castropal. ubi supra num. 24. Murg.
loc. cit. n. 147. Card. de Luc. de Benefic. disc. 45.
num. 11. & disc. 47. n. 12. Scopp. ad Cod. Fabr.
libr. 1. tit. 2. explanat. 48. num. 23. & 24.*

Minusque citari debet Rector Beneficii, si Unio 58
non sit effectum sortitura durante ejus vita, sed
solum post obitum, quia hoc casu nullum ei irro-
gatur præjudicium, *Clement. 2. Reb. Eccles. non
alienan. Peleus in Comm. Analytic. ad Regul. Can-
cell. cap. 42. in principio, Barbos. allegat. 66. n.
20.* ubi quod curandum non est de illo præjudi-
cio, quod ei obvenire posset, ex quo stante Unio-
ne, Beneficium resignare, aut permutare nequeat,
*Gonzal. in cap. Sicut unire, n. 5. de Excess. Prælat.
Petr. Gregor. de Benef. cap. 20. n. 10. Murg. eod.
tractat. cap. 4. Divis. 4. numer. 156. Van Espen in
Jus Eccles. univ. part. 2. tit. 29. cap. 3. numer. 14.*
etsi ibidem §. *Quantumvis* æquum esse asserat, ut
in Unione Beneficii, præsertim Curati, audiatur 59
Possessor, *Sanchez in Pracept. Decalog. lib. 7. cap.
29. numer. 171. Castropal. ubi supra numer. 23.
Hoyed. de incompatib. Benef. dict. cap. 3. sub n. 9.
Kochier. in Regul. 13. num. 28. Lotter. de Re Be-
nefic. libr. 1. quæst. 28. numer. 171. & seqq. Pax
Jordan. dict. tit. 32. numer. 87. & 96. Rot. de*
cis. 1078.

ci. 1078. *numer.* 3. *cor. Seraphin. cum aliis decis.* 817. *n.* 14. *part.* 18. *tom.* 2. *Recent.*

Nec itidem vocanda est Plebs Ecclesiæ Paro-
60 chialis, quæ unitur, quia non præsumitur allegatura id, qund sibi utilius, & convenientius sit, & sæpe contra propria commoda laborat; Si ta-
61 men de facto Unioni se opponat, & justam aliquam alleget causam, ob quam ad Unionem deveniri non expediat, audienda est, quia sua interest bonum habere Pastorem, ut fuit sensus Sacræ Congregationis Concilii in *Fulginaten.* 21. *Novembris* 1722. & tradunt *Barbos. ad Concil. cap.* 5. *sess.* 21. *de Reformat. & alleg.* 66. *n.* 37. *Van Espen dict. cap.* 3. *n.* 15. *Sanchez dict. cap.* 29. *n.* 163. *Hoyed. de Incompat. dict. cap.* 3. *n.* 9. *Tondut. dict. cap.* 37. *n.* 5. *&* 6. *Castropal. dict.* §. 2. *n.* 23. *Pax Jordan. dict. tit.* 32. *n.* 94. *& seqq. Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *adnotat.* 8. §. 2. *n.* 20. *Riccius in Praxi part.* 1. *resolut.* 392. *n.* 4. *Murg. de Benef. part.* 4. *divis.* 4. *n.* 154.

Superest tertia pars Regulæ, in qua disponitur
62 *ut idem observetur in quibusvis suppressionibus perpetuis, Concessionibus, Dismembrationibus, & applicationibus etiam de quibuscumque fructibus, &*
63 *Bonis Ecclesiasticis.* Quæ verba addita primo fuerunt Regulæ a *Clemente VIII.* dum in Regulis Antecessorum Pontificum post verba illa -- *vocatis quorum interest* --, solum aderant alia -- *& idem*
64 *in confirmationibus Unionum* -- Verbum autem *idem* refertur non solum ad vocationem eorum, *quorum interest*, de qua Regula proxime immediate loquitur, sed etiam refertur ad primam partem circa valorem, itaut sensus sit, quod etiam in Beneficiorum *Suppressionibus, Dismembrationibus &c.* exprimendus sit verus valor, & vocandi ii, *quorum interest, Sot. hic num.* 8. *Rebuff. ubi supra Gloss. ult. & in addit. ad hanc Regulam in fine.*

Procedit itaque Regulæ dispositio etiam in Be-
65 neficiorum Suppressionibus, quando tamen sunt perpetuæ, ut Regula ait. Quemadmodum locum
66 sibi vindicat in Unionibus perpetuis, non autem temporalibus, *Mandos. in hanc Regul. quæst.* 12. *Kochier. ibidem n.* 30.

Item in Dismembrationibus, & Applicationi-
67 bus de quibuscumque Beneficiorum fructibus, quod adnotavit *Rebuff. in Prax. ad hanc Regul. Gloss. ult. in fine*, quamvis suo tempore facta non
68 adhuc fuisset supradicta additio Regulæ. Jure enim communi inspecto, sollemnitates omnes necessariæ pro Unione requiruntur etiam in Dismembratione, & Applicatione fructuum, ex relatis per *Kochier. in hanc Regul. n.* 15. *& seqq.* At cum in hoc hodie verba Regulæ sint clara, inutiles remanent longæ disputationes, quas facit hic *Mandos. quæst.* 4. *&* 13.

69 Idem dic in Dissolutione Unionis, quæ simbolizat cum Suppressione, & Dismembratione, nam sicuti in his locum habet Regula, ita & in illa, *Rebuff. in Prax. ad hanc Regul. Gloss. ultima in fine, Van Espen in Jus Eccles. univers. part.* 2.
70 *tit.* 29. *cap.* 4. *n.* 7. Quidquid in contrarium dicat *Mandos.* cujus opinio resistit verbis Regulæ, quæ suo tempore non erant tam ampla, cum, ut diximus, additio illorum verborum, *in quibusvis Suppressionibus &c.* emanaverit sub *Clemente VIII.* ipseque scripsit super Regulis *Julii III.* ut etiam advertit *Kochier. hic n.* 15. Maxime cum ipse *Mandos.* parificet dismembrationem, & dissolutionem, unde inter unam, & alteram, nulla est assignabilis differentiæ ratio.

Locum etiam sibi vindicat Regula in Confirma-
71 tionibus Unionum, ut ibidem clare disponitur. Et sic non valet Confirmatio Unionum, nisi omnia
præscripta in Regula observentur, *Rebuff. in Prax.* 72
ad hanc Regul. Gloss. ult. Quod tamen intelligit *Mandos. ibidem quæst.* 9. in Confirmationibus Apostolicis Unionum ab aliis, quam a S. Sede factarum; & sequitur *Kochier. n.* 35.

At circa Unionum confirmationem sciendum
in Praxi, quod Papa solum confirmat Uniones au- 73
ctoritate Ordinarii, vel Legati legitime factas. Quod si Unio expleta fuerit auctoritate Apostoli-
ca, non datur confirmatio, sed Gratia in forma 74
etiam valere, vel similes Litteræ, *Mandos. in hanc Regul. quæst.* 9. *Corrad. in Prax. Benef. libr.* 2. *cap.* 15. *n.* 64. §. *Quando autem.* Et adest Notabile Can-
cellariæ *pag. mihi* 30. *n.* 29. ibi -- *In Confirmatio-* 75
bus Unionum, nota, quod semper dici debet, an fuit ordinaria auctoritate, vel Legati facta, quia tunc bene datur confirmatio, si vero fuisset facta auctoritate Papæ, non daretur confirmatio, sed etiam valere, aut similes Litteræ, sed non Confirmationis.

Uniones vero Beneficiorum ab Ordinariis nul-
liter expletas, numquam Papa confirmat, sed eas, 76
quando rationabiles causæ suadent, de novo concedit, *Amayd. de Styl. Datariæ lib.* 1. *cap.* 15. §. 4. *n.* 4. *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 15. *sub n.* 64. Hinc cum PP. Jesuitæ supplicassent Pontifici pro confirmatione Unionis ab Episcopo *Allien.* nulliter expleta favore eorum Collegii, de quodam Prioratu Sæculari, non aliter signata fuit Supplicatio, quam cum clausula -- *Et citra confirmationem Unionis, sed de nova Unione, ac Dismembratione, & Applicatione &c. sine alicujus præjudicio &c.* ut ex tenore Supplicationis, quam per extensum refert *Amayd. loco cit.* Et cum a fa. me. *Clemente XI.* petita fuisset confirmatio Unionis, nulliter ordinaria auctoritate factæ de quodam Beneficio Jurispatronatus Universitatis Terræ S. Danielis *Aquilejen.* Diœcesis, favore Conventus PP. S. Dominici ejusdem Terræ, in fine secundæ partis Supplicationis appositum fuit sequens Decretum -- *Et committatur Patriarchæ Aquilejen. sive ejus Vicario in generalibus spirituali, & citra aliquam confirmationem supradictæ Unionis, sed de nova Unione, cum clausula vocatis, & verificato prius coram eo ad præscriptum Concilii Tridentini dicto Jurepatronatus ex fundatione, vel dotatione hujusmodi &c.* ut ex Supplicatione apud *S. Mariam Majorem Decimo octavo Kalendas Octobris Anno decimo quinto Pontificatus san. me. Clementis XI.*

Remanet nunc examinandum, an Regula lo-
cum sibi vindicet in Unionibus, earumque Disso- 77
lutionibus, Dismembrationibus, Suppressionibus &c. Beneficiorum Consistorialium, quæ Consistorialiter provideri solent. Et negative respondet *Rebuff. in Prax. in hanc Regul. Gloss.* 10. *in fine*, ea ratione, quod Provisiones Consistoriales fiunt prævia plena Causæ cognitione, & examine in Congregatione Consistoriali, proindeque Litteræ Apostolicæ super hujusmodi generis Beneficiorum Unionibus, Dismembrationibus &c. aliqua justificatione non indigent, late *Mandos. in eamdem Regul.*

Verum id ita intelligendum est, ut sequuta Unio-
ne, Dissolutione, Dismembratione &c. Benefi- 78
ciorum Consistorialium &c. Litteræ Apostolicæ super iis expeditæ de subreptionis, aut obreptionis vitio notari non possint, ex quo præsumuntur expeditæ prævia Causarum cognitione, ac omnium, quæ ad hunc effectum necessaria sunt, discussione in Sac. Congregatione Consistoriali. Sed in decernenda eorumdem Beneficiorum Con-
sistorialium Unione, eadem Sacra Congregatio 79
præscripta

præscripta in Regula XXII. omittere non solet. Hinc cum in Congregatione habita *die* 9. *Januarii* 1676. propositum fuisset Dubium — *An Mensa Abatialis Monasterii S. Martini Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini Bellovacen. Diœcesis taxati ad florenos* 400. *& soliti commendari, unienda esset prævia suppressione Tituli Abatialis Collegio Claramontano, quod incolunt, excoluntque PP. Societatis Jesu, & an esset ejusdem Collegii PP. tribuenda facultas conferendi Beneficia Ecclesiastica Monasterio adnexa.* Quamvis Præpositus Generalis proprio, & totius Congregationis suæ nomine consensum præstaret, & Episcopus *Misapicensis* pro dictæ Unionis gratia, Commendæ Monasterii cederet; nihilominus Sacra Congregatio respondit, *Nihil*, ea præsertim ratione, quod in *Regula XXII.* de *Unionibus* statuitur, ut exprimatur valor tam Beneficii uniendi, quam ejus, cui unitur, & neutrum adimpletum fuerat. Quinimmo Procurator requisitus de fructibus Collegii Parisiensis noluit eos exprimere. Et insuper quia vigore *Regulæ* vocandi erant ii, *quorum interest*, Capitulum nempe generale, & Canonici Regulares ejusdem Monasterii, qui jus habebant se opponendi, tum propter non factam separationem Mensarum, tum propter nominationem ad Beneficia, & ne circa sustentationem propriam, dispendium paterentur, nam propter hujusmodi Uniones — *& succus Pecori, & lac subducitur Agnis* — Ita legitur in Notis *ms. bon. mem. Fagnani*, qui fuit unus ex Prælatis, qui dictæ Congregationi interfuerunt.

Uniones quoque perpetuas, & æque principales duarum Ecclesiarum Cathedralium decernere non solet eadem Sac. Congregatio Consistorialis, nisi ultra causas, quæ ad hunc effectum necessariæ
80 sunt, Civitatum nempe, & Diœcesum vicinitatem, & angustiam, Cleri exiguitatem, earum reddituum tenuitatem, aliasque Ecclesiarum utilitatem, & necessitatem præseferentes, ad *text. in cap. 1. de Reb. Eccles. non alien. in 6. Canon. & temporis qualitas, & Can. Postquam 16. quæstion. 1. Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 8. D. de Sanctis in Examin. Consistor. cap. 8. à n. 58. & seqq. & 271. usque ad finem, Thomassin. de Benef. part. 1. lib. 1. cap. 58. à n.* 10. constet de consensu Capitulorum, & Cleri utriusque Ecclesiæ. *Frances d. cap. 8. n. 152. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 11. a n.* 479. Et antiquioribus omissis exemplis per mox laudatos Doctores adductis, ex iisdem causis, & prævio consensu Capitulorum, & Cleri Ecclesiarum *Ravellen.* & *Minoren.* sa. me. *Clemens VIII.* eas æque princi-
81 paliter, univit, ut ex Decreto Consistoriali die 8. Aprilis 1595. his verbis concepto: *S. Congregatio attenta Civitatum, & Diœcesum Ravellen. & Minoren. vicinitate, & angustia, maximaque exiguitate non modo redituum, sed etiam Cleri, itaut illarum Episcopi pro conficiendis feria V. in Cœna Domini SS. Ceremoniis, & pro Missa Pontificali decenter celebranda nullatenus sufficientem Ministrorum numerum ex propriis Presbyteris habere possint, valde expedire censuit, ut illæ Ecclesiæ invicem perpetuo, & æque principaliter uniantur.* Quemadmodum *Innocentius IX.* Ecclesias *Grassen.* & *Vincien.* invicem univit, attentis utriusque Ecclesiæ non magna ad invicem distantia, ambarum Diœcesum contiguitate, & fructuum ex earundem Ecclesiarum Mensis Episcopalibus provenientium tenuitatem, quam Unionem confirmavit postea *Urbanus VIII.* ut ex Decreto Consistoriali edito *die* 8. *Aprilis* 1644.

Sic etiam in dissolutione Unionis duarum Eccle-
82 siarum Cathedralium, quæ regulariter fieri solet ex causis contrariis illis, propter quas concessa fuit Unio, quæque reducuntur ad evidentem utilitatem, aut necessitatem Ecclesiarum, *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 8. n. 487. Rebuff. in Prax. Benefic. tit. de Union. revocan. n. 6. Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 28. quæst. 20. D. de Sanctis Examin. Consistor. cap. 11. n.* 108. In dissolutione, inquam, 83
Unionis duarum Cathedralium Ecclesiarum, servanda esse præscripta a *Regula XXII.* fuit sensus Sac. Congregationis Consistorialis *die* 24. *Aprilis* 1690. Univerat æque principaliter *Gregorius X.* anno 1275. Ecclesias *Valentinien.* & *Dien.* in Delphinatu, ad hoc ut unicus Episcopus Hæreticorum insultibus validius resisteret. Cumque per extirpationem Hæresis hujusmodi causa cessaverit, & unaquæque dictarum Civitatum Capitulum, Diœcesim, ac redditum distinctum, & sufficientem haberet, supplicavit Rex Christianissimus pro Unionis dissolutione; Propositoque Dubio — *An Supplicationi sit annuendum?* responsum fuit — *Committatur confectio Processus legitimi Legato Avenionen. super requisitis Dissolutionis.* Concordes enim fuerunt PP. qui dictæ Congregationi interfuerunt, quod *Regula XXII.* Cancellariæ, qua statuitur, ut tam in Unionibus, quam in Dismembrationibus Commissio fiat ad partes, citatis iis, *quorum interest*, locum habeat in dissolutionibus Unionum. Cumque absolutus fuerit supradictus Processus, Sacra Congregatio *die* 21. *Augusti* 1691. rescripsit — *Annuendum dissolutioni Unionis cum primum per cessum vacare contigerit.*

Idipsum servare solet eadem Sacra Congregatio, quando agitur de dismembrando ex rationa- 84
bilibus causis aliquo loco ab una Diœcesi, eoque alteri uniendo. Cum enim Catholici Regis nomine supplicatum fuisset san. mem. *Clementi X.* pro dismembratione Oppidi *S. Joannis* cum locis adjacentibus a prædiviti Ecclesia *de Quits*, ejusque Unione pauperi Ecclesiæ de *Popajan.* in Indiis Occidentalibus facienda, cum id etiam oportunius futurum esset Regimini Animarum, S. Congregatio Consistorialis censuit — *Si Sanctissimo D. N. placuerit, committendum Dismembrationem, & Unionem præfatas Episcopo viciniori, constito de narratis, & auditis Episcopo, & Capitulo Quiten.* — Et facta relatione, SSmus Sac. Congregationis sententiam benigne approbavit in *Popajan.* 22. *Novembris* 1674. Hæcque Dismembratio, & respective Unio 85
expleri quandoque solet, invito etiam, & irrationabiliter dissentiente Episcopo, e cujus Diœcesi loca dismembrari debent, ut ex sequenti Decreto S. Congregationis Consistorialis edito die 19. Septembris 1670. — *Sacra &c. Negocio Erectionis Græci Oppidi Stiriæ in Civitatem Episcopalem mature discusso, factaque ab Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinali Biscia relatione Processus hac super re in partibus fabricati, causas adesse censuit, propter quas dicta erectio fiat, triaque Castra, sive Dominia videlicet Rorbac, Ettendorff. & Hornegg. invitis, & dissentientibus Monachis Monasterii Stainsensis, atque etiam Secoviensi Episcopo a dicto Monasterio dismembrentur, seu separentur, futuræque Mensæ Episcopali attribuantur, ex quorum proventibus Dos Ecclesiæ Cathedralis constituatur.*

Quemadmodum ubi agitur de dismembranda
parte unius Diœcesis, & in ea novam Ecclesiam 86
Cathedralem erigendi, eadem Sacra Congregatio Consistorialis ultra concursum Causarum, quæ ad hujusmodi effectum de jure sunt necessariæ, inspicere præcipue solet, an intercedat consensus Episcopi. Licet enim consensus hujusmodi non sit ne-
cessarius, quando Pontifex ad novam Cathedralis 87
erectio-

erectionem devenit Motu proprio, ac de potestatis plenitudine, cum derogatione Regulæ de jure quæsito non tollendo, ut lata *Matt. de Caus. Consistor. sect.* 1. *num.* 23. *sect.* 2. *n.* 21. *sect.* 10. *n.* 3 *& seqq. & numer.* 12. *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 16. *Pignatell. tom.* 7. *consult.* 78. *numer.* 12. *Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *quæst.* 11. *numer.* 1. *& seqq. & numer.* 19. *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap.* 10. *num.* 6. *De Sanctis in Examin. Consist. cap.* 11. *n.* 64. *Eminentiss. Petr. in Constit. Apostol. tom.* 4. *pag. mihi* 189. *n.* 18. Qua potestate usi sunt quamplures Pontifices, inter quos *Paulus II.* Ecclesiam *Viennensem* in Austria in Episcopalem erexit, assignando ei partem Diœcesis, quam dismembravit ab Ecclesia *Passavien.* absque eo quod fuerit citatus, vel auditus Episcopus *Passaviensis*, ut testatur *Eminentiss. Petr. in Constit. Apostolic. tom.* 5. *pag.* 201. *n.* 49. Et san. mem. *Sixtus V.* ad honorandum Patriam suam, erexit Episcopatum *Montis Alti*, ac etiam Episcopatum *S. Severini*, nullo requisito consensu Episcoporum, a quorum Diœcesibus dicta loca dismembravit.

Nihilominus si alicujus Diœcesis dismembratio
88 cum erectione novæ Cathedralis facienda est ad instantiam partium, inconcussa Praxis Sac. Congregationis Consistorialis est, ante omnia consensum Episcopi, a cujus Diœcesi fit dismembratio, exquirere, tamquam de jure debitum, *Gloss. in cap. Præcipimus* 16. *quæst.* 1. *& in cap.* 1. *distinct.* 10. & tradunt *DD. omnes supra citati*, & omissis antiquioribus exemplis, de quibus *Thomassin. de Benef. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 57. *n.* 3. *& seqq.* servatum fuit ab eadem Sacra Congregatione in *Brasilien.* 19. *Novembris* 1675. Postquam enim rescripsit constare de causis erigendi Oppidum *Olindæ* Provinciæ de *Perambuco* in Civitatem, & Ecclesiam Matricem in Cathedralem, prævia dicti Oppidi dismembratione ab Ecclesia *Brasilien.* addidit, sed *audiendum esse Episcopum Brasilien.*

Quinimmo si tempore, quo petitur novæ Ca-
89 thedralis erectio prævia dismembratione partis Diœcesis ab antiqua, vacet Sedes Episcopalis, Sacra Congregatio supersedere solet ab illius erectione, donec provideatur de novo Episcopo, qui jura suæ Ecclesiæ tueri possit, juxta *text. in cap.* 1. *De Sede vacant.* illiusque consensus intercedat. Et sic servatum fuit in *Brasilien.* Erectionis Cathedralium *die* 6. *Martii* 1674. occasione, qua ad instantiam Serenissimi Portugalliæ Regis petebatur Erectio *S. Sebastiani Rivi Januarii* Brasiliæ Oppidi in Civitatem, & Ecclesiæ Parochialis sub invocatione ejusdem Sancti in Cathedralem, necnon erectio Oppidi *S. Ludovici* ad *Maragnonem*, celebre Flumen ejusdem Brasiliæ, in Civitatem, & Ecclesiæ Parochialis in Cathedralem, ut ex *Notis ms. bon. mem. Fagnani in iisdem Causis exaratis.*

Quod si in Cathedralem erigi debeat locus *Nul-*
90 *lius Diœcesis*, tunc exquirendus est consensus Episcopi vicinioris ob præjudicium, quod ex tali erectione ei obvenit in jure dandi Dimissorias, visitandi, & exercendi ea, quæ sunt Ordinis. Hinc Oppidum *Altamuræ N. Diœc.* Causa pluries proposita in Sac. Congregatione Consistoriali, numquam obtinere potuit erectionem ejus Ecclesiæ Collegiatæ in Cathedralem, ob contradictionem Episcopi *Gravinen.* cujus, tamquam vicinioris jura honorifica ex dicta erectione tollebantur, teste *Matta de Caus. Consistor. sect.* 3. *n.* 4. Licet aliquando ad
91 dirimendas scandalosas lites, quæ ut plurimum vigere solent inter Prælatos inferiores, & Episcopos viciniores opportunum remedium esset, locum illum Nullius in Cathedralem erigere, ut ait *Cardinalis de Luca de Præemin. disc.* 50. *n.* 11. *& ad Concil. disc.* 16. *n.* 7. ubi testatur ita aliquando in praxi servatum *Piton. tom.* 4. *discept.* 160. *n.* 55. ubi quod ob hanc rationem non semel Sac. Congregatio Consistorialis censuit, locum *Nullius* erigendum esse in Cathedralem, prout *die* 21. *Junii* 1653. fuit in sensu pro Erectione Ecclesiæ Collegiatæ Oppidi *Prati* in Cathedralem, ut inda lites cum Episcopo *Pistoriensi* vigentes extinguerentur. In Causa *Nullius S. Adeodati* Erectionis in Episcopatum *die* 4. *Julii* 1720. censuit, quod locus erat Erectionis novi Episcopatus, non obstante dissensu Episcopi *Tullen.* inter quem, & Præpositum *S. Adeodati*, gravis lis pendebat super Territorio separato, ut testatur *Piton.* qui in eadem Causa scripsit, *dict. discept.* 160. *n.* 78. *§. Successive circa med. & n.* 81. refert aliud exemplum Erectionis novi Episcopatus *Barbastren.* quæ facta fuit per *S. Pium V.* ad extinguendas lites, & controversias in materia jurisdictionali pendentes inter Capitulum Ecclesiæ Oppidi *Barbastren.* & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis *Oscen.*

Sed præter consensum Episcopi, a cujus Diœcesi
fieri debet dismembratio pro erectione novi Episco- 92
patus, requiritur etiam consensus Capituli, quod Sede vacante Episcopali Jurisdictione succedit, *Matta de Causis Consistorialib. sect.* 10. *n.* 7. *in fine*, *Monet. de Commun. ultim. volunt. cap.* 11. *sub n.* 479. *De Sanctis examin. Consist. cap.* 11. *n.* 65.

Quod si concurrentibus Causis novam Cathe-
dralis erectionem suadentibus, Episcopus, & Ca- 93
pitulum consensum præstare detrectent pro dismembratione, tunc iis etiam renuentibus novæ Cathedralis erectio indulgeri solet, *Bero in cap.* 1. *de Reb. Eccles. non alien. n.* 39. *De Sanctis dict. cap.* 11. *n.* 66. *Piton. tom.* 4. *discept.* 160. *n.* 44. *Frances de Eccles. Cathedral. cap.* 8. *n.* 357. *& cap.* 10. *n.* 2. *& seqq. & n.* 92. *Franc. Marc. decis.* 110. *n.* 14. *&* 28. *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 16. *&* 17. *& cap.* 11.

Causas vero, ob quas ad novæ Cathedralis ere-
ctionem devenire expedit, late enumerant *Fran-* 94
cesc. de Eccles. Cathedral. cap. 6. *& cap.* 10. *De Sanctis in examin. Consistor. cap.* 11. *Solorzan. de Jur. Indiar. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 5. *Matta de Caus. Consistor. sect.* 3. *Piton. discept.* 160. *art.* 1. Sed præcipua, & fundamentalis est talis excrescentia
Populi cum latitudine Diœcesis, ut *unus Pastor* 95
singulorum vultus inspicere nequeat, aliasque partes boni Pastoris implere; quodque durum sit, atque difficile per talem latam diffusam Diœcesim ad unum tantum a Personis Ecclesiasticis, & Mundanis recursum haberi – sunt verba Text. in celebri *Extravag. Salvator. de Præben. inter Communes* quæ est hujus materiæ norma, & magistra, ut inquit *Card. de Luc. de Præm. disc.* 6. *n.* 6. & concordat altera *Extravag. Sedes Apostolica de Offic. Ordin. Can. Præcipimus* 16. *quæst.* 1. & tradunt *Rebuff. in Prax. tit. de erect. Eccles. in Cathedr. numer.* 3. *Matta ad Concordat. German. n.* 206. *& de Caus. Consistor. sect.* 3. *n.* 9. *Card. de Luc. de Præeminen. disc.* 2. *& disc.* 50. *n.* 2. *Piton. tom.* 4. *disceptat.* 260. *sect.* 10. *n.* 10. *Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 23. *& cap.* 28. *num.* 24. *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 8. *n.*... *Francesc. de Eccles. Cathedral. dict. cap.* 6. *numer.* 47. *& seqq. De Sanctis Examin. Consistor. cap.* 11. *n.* 70.

Sola autem amplitudo Diœcesis numquam habi- 96
ta fuit pro sufficienti causa eam dividendi, novamque erigendi Cathedralem, alioquin in omnibus Diœcesibus amplis, & vastis novi erigendi essent Episcopatus, ut in Indiis, Germania, Polonia &c. sed

ut

ut diximus ad hujusmdi effectum requiritur, ut adeo excreverit multitudo fidelium, ut unus Pastor pro indigentia spirituali omnium non sufficiat, *Pignatell. tom. 7. consult.* 71. *n.* 7. & pluries a notatum reliquit *bon. mem. Fagnan.* tum *in Notis Ms. in Causa Burgen. Dismembrationis* acriter discussa *anno* 1669. in Sac. Congregatione Consistoriali super erectione in Cathedralem Oppidi *Santander* Diœcesis Burgen. longe ab ipsa Cathedrali Burgen. distante, quæ nihilominus denegata fuit, ut ex Decreto relato *a Pignatell. dict. consult.* 71. & *a Maua de Caus. Consistor. sect.* 10. *num.* 12. *§. Negari non potest.* Tum in aliis Notis Ms. in Causis *Brasilien. Erectionis Cathedralium de annis* 1671. 1673. & 1674. ubi agebatur de erigendis Cathedralibus in Oppidis *S. Sebastiani* Rivi Januarii, & *S. Ludovici* ad Marangonem, prævia eorum dismembratione a Diœcesi *Brasilien.* & in altera *Brasilien.* de annis 1675. & 1676. super erectione novi Episcopatus in Provincia *de Perambuca* longo, difficilique itinere dissita a Cathedrali Ecclesia S. Salvatoria Brasiliensis.

98 An autem ex quo Diœcesis sita reperitur in Dominiis temporalibus duorum Principum, insurgat justa causa eam dismembrandi, novamque erigendi Cathedralem in Territorio illius Principis, in quo erecta non reperitur? Negative respondendum videtur. Quia a divisione Principatuum, & Dominiorum temporalium non rite ad divisionem Episcopatuum infertur, *Can.* 1. *distinct.* 10. & ibi DD. præsertim *Geminian.* & *Præposit. Francisc. Marc. decis. Delphinal.* 1120. n 17. ibi -- *Licet Diœceses Episcopatuum se extendant in diversis Monarchiis diversorum Principum sæcularium, non tamen propter hoc dicitur causa rationabilis dividendi Episcopatum* -- *Frances de Eccles. Cathedral. cap.* 6. n. 179. & 180. *D. de Sanctis in Examin. Consistor. Cap.* 11. *n.* 105. Hinc Nicolaus I. *Salomoni* Brittonum Principi scribens, hæc ait -- *Neque enim Ecclesias Domini per discordias Regum divisiones aliquas pati necesse est*, ut refertur *in Can. hac quippe* 3. *quæst.* 6 *circa fin.*

99 Non enim diversitas Dominorum temporalium efficit, quod Episcopus Civitatis existentis in Dominio unius Principis eam Diœcesis partem, quæ temporali Dominio alterius Principis subest, visitare non possit, & Pastoralia munia in ea exercere. Hinc in Flandria quamplurimæ extitere Ecclesiæ, quarum Diœceses in exterorum Principum Ditionibus se protendebant, & nihilominus uti conclamabat Archiepiscopus *Rhemensis* in protestatione emissa occasione erectionis Ecclesiæ Cameracensis in Archiepiscopalem, & Metropolitanam a Paulo IV. expletam -- *Que bien que ces Provinces ayent été le théatre presque continuel de Guerres entre nos Rois, ceux d'Angleterre, & les Princes des Maisons de Bourgogne, & d'Autriche; Ces divisions toutes temporelles n'avoient point interrompu jusqu'au Régne de Philippe II. la communication Ecclesiastique des Pasteurs avec leurs Troupeaux, & des Evêques avec leurs Métropolitains. La Guerre qui est présentement allumée a-t elle empêché le Roy de permettre à plusieurs Prélats des Pays-Bas, de faire les visites des parties de leurs Diocéses, qui étoient sous son obeissance? Et le Roy d'Espagne n'a t-il pas permis de sa part à mondit Seigneur l'Archevêque de Rheims en* 1676. *de visiter les lieux de son Diocese, qui sont sous l'obeissance de Sa Majesté Catholique?* Legitur hæc protestatio apud *Banchel in Biblioth. Canon. verb. Archevêques pag.* 97. *in fine*, & *pag.* 98.

Potissimum si dismembrationi partis Diœcesis
non intercedat assensus illius Principis in cujus di- 100
tione sita reperitur Ecclesia Cathedralis; esse namque hujusmodi consensum necessarium probat *Franc. Marc. d. decis.* 1120. *num.* 34. & *seqq.* ac pluribus comprobat exemplis *Thomassin. lib.* 1. *cap.* 57. Hinc *Bosniæ* Rex a *Paulo II.* obtinere non valuit erectionem nonnullarum Cathedralium in suo Regno, pro qua enixis præcibus Pontificem supplicaverat, quia Rex Hungariæ, cujus Regni Ecclesiis loca *Bosniæ* noviter in Cathedrales erigenda, subjecta erant, impedimento fuit, *Raynald. ad ann.* 1460. *n* 91. *Thomassin. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 58. n. 9. *in fine*: Reges iidem Galliarum strenue semper se opposuere, tunc cum finitimi Principes Oppida sibi subjecta a Cathedralibus sui Regni dismembrari, & in novas erigi Cathedrales supplicarunt. Sic Cardinalis *Ossatus* Henrici IV. nomine obstitit, ne Civitas *Nanciensis* in Lotharingia, quæ Diœcesis est *Tullensis* Franciæ Ditionis, in Cathedralem erigeretur, ut testatur idem *Cardinal. Ossat. Epist.* 280. juxta impressionem anni 1698 *Thomassin. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 57. *n.* 7. *§. Nihilo.* Quemadmodum Dux Sabaudiæ obtinere non valuit a Leone X. nec quod Burgum *Bressiæ* Diœcesi Lugdunensi subjectum, nec quod Villa *Chamberiaci* de Diœcesi Gratianopolitana, Episcopali Sede decorarentur, eodem Franciæ Rege petitionibus hujusmodi se opponente, *Thomassin. loco mox laudato, Franc. Marc. dec.* 1120.

Verum si locus ille in quo novæ Cathedralis e- 101
rectio petitur, talis non sit, ut in eo Episcopalis Dignitas vilesceret, & propter Dominii diversitatem, scandala, contentiones inter populos, impedimentum exercitii muneris Episcopalis, aliaque mala probabiliter timeri possent, optimum sane, & prudens temperamentum esset ad Diœcesis dismembrationem, & novæ Cathedralis erectionem devenire, *Cardinal. de Luc. Miscellan. disc.* 53. *n.* 8. *D. de Sanctis Examin. Consistorial. cap.* 11. *num.* 106. Quamplurima hac de re extant similia exempla. *Urbanus II.* Civitatem *Atrebatensem* sub temporali dominio Comitum Flandriæ, & Regum Franciæ existentem, dismembravit ab insigni Ecclesia *Cameracen.* quæ Civitas Henrici Imperatoris ditioni subjecta erat, eamque S. Romanæ Sedis, & Regni Franciæ communi utilitate, antiquæ Cathedralitati restituit, quod Urbani factum confirmavit postea Paschalis II. successor, *Thomassin. de Benef. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 57. *n.* 4. Excisa a Carolo V. Imperatore Civitate *Teroanensi*, seu *Morinorum* cum in Tractatu Pacis inter Henricum IV. & Philippum II. initæ anno 1559. pars temporalis illius Diœcesis Regi Catholico, pars Regi Christianissimo obvenisset, Pius IV. partem eam, quæ Catholico Regi obvenerat, assignavit Ecclesiæ *Sant-Audomeriensi* in Cathedralem erigendæ, eam vero, quæ Christianiss. Regi obtigerat Ecclesiæ *Boloniensi*, ut post *Spondan.* & Patres *Sanmartanos*, *Thomassin. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 57. n. 5. & hujusmodi divisionis mentio etiam habetur in Protestatione Archiepiscopi Rhemensis apud *Bouchel in Biblioth. Canon. verb. Archevêques pag.* 97. *§. Mais est. Pius IV.* itidem supplicante Philippo II. Hispaniarum Rege, Ecclesiam *Cameracensem* in Archiepiscopalem, & Metropolitanam erexit, assignatis ei in Suffraganeas nonnullis Ecclesiis, quas de novo in Cathedrales erexerat, aliisque a Metropolitana *Rhemensi* Civitate, Galliarum Regi subjecta, subtractis, super qua dismembratione emanavit Protestatio Archiepiscopi *Rhemensis*, de qua mox diximus. Id peregit Pontifex, quia elucebat utilitas, & urgebat necessitas Ecclesiæ adversus quotidiana pestiferæ hæreseos incrementa muniendæ, ut inquit *Thomassin.* dict.

dict. cap. 57. num. 6. Similiter vix *Ruscinonis* Regione a Catholico Rege Regi Christianissimo cessa, supplex iste penes Pontificem institit, ut Ecclesia *Elnen.* vulgo *Perpignana*, *Ruscinonis* caput dismembraretur a Provincia *Tarraconen.* ob diversitatem Dominiorum. Res plene discussa fuit in Congregatione Consistoriali die 12. Novembris 1676. 15. Julii, & 16. Decembris 1677. sed incompertus mihi exitus; Adest Votum *Car. de Luc. Miscellan. disc. 53. in Supplem.* Verum Ecclesia *Elnen.* in Cathalogo Ecclesiarum Cathedralium impresso apud *Baudraud. in Lexic. Geographic. pag. 167.* numeratur inter Suffraganeas *Narbonæ.* Et in altero Cathalogo post *Francesc. de Eccles. Cathedralibus* adscribitur inter Suffraganeas Archiepiscopi *Tarraconen.* . Postremo aliis omissis exemplis; Pace inita inter Reges Catholicum, & Lusitaniæ, Civitas *Septen.* in Africa remansit sub Dominio Regis Catholici. Verum quia Episcopatus *Septen.* unitus erat Episcopatui *Tingitano*, vulgo *Tanger*, cujus Diœcesis subjecta remanebat Regis Lusitaniæ imperio, Clemens X. prævio Voto Sac. Congregationis Consistorialis, dictarum Ecclesiarum Unionem revocavit, & novum Indultum nominandi ad Ecclesiam *Septen.* elargitus fuit Regi Catholico, prævia tamen assignatione Dotis ab ipso dictæ Ecclesiæ facienda.

Verum illud prætereundum non est, quod si Ecclesia aliqua Collegiata authoritate Apostolica in Cathedralem erigatur, Privilegia quibus ipsa
102 adversus Episcopi Jurisdictionem in primævo statu Collegialitatis gaudebat, nisi expresse præservata fuerint, sublata censentur per status mutationem, erectionem nempe in Cathedralem; sic re mature discussa resolutum fuit a Sac. Congreg. Concilii de anno 1589. *in Antverpien. Jurisdictionis* favore Episcopi *Antverpiensis* contra illius Cathedralis Canonicos, quam resolutionem confirmavit san. mem. Gregorius XIII. ut ex Litteris Apostolicis in forma Brevis sub Datum Romæ sub Anulo Piscatoris die 20. Julii 1591. ibi - *De consilio eorumdem Cardinalium, quibus & Nos hujusmodi negocium videndum, & Nobis referendum commisimus, tenore præsentium dicimus, & declaramus, pristina quondam Collegiatæ Ecclesiæ, quæ postea, ut præfertur, in Cathedralem Antverpiensem erecta est, Privilegia Capitulo antedicto contra Episcopi Antverpiensis jurisdictionem non amplius suffragari in iis, quæ concernunt jurisdictionem ipsius Episcopi, & præsertim in casibus, in quibus jurisdictio ipsi Episcopo a Concilio Tridentino tributa est, illaque revocata, cessata, irrita & annullata decernimus*— Referuntur Litteræ præfatæ *ab Auberto Miræo supplem. ad Oper. Diplomat. part. 2. cap. 165. pag. mihi 207. & in Bullar. Magn. Luxemburgens. tom. 10. Constit. 1. Gregor. XIV. pag. 169.*

Sed quæ diximus de dismembratione partis alicujus Diœcesis, & erectione novæ Cathedralis, locum sibi vindicant etiam in casu, quo ageretur de divisione Provinciæ in duas Ecclesias Metropolitanas, *Matt. de Caus. Consist. sect. 10. Eminentiss. Petra in Constitut. Apostol. tom. 5. pag. 190. n. 18. Tomassin. de Benef. lib. 1. cap. 45. per tot.*
103 ubi quod erectio novæ Metropolis, cum necessitas urget Ecclesiæ, fieri debeat cum consensu Principum, & Prælatorum, quorum interest,
104 idque pluribus demonstrat exemplis. Supplicatum fuit anno 1675. Regis Christianissimi nomine san. mem. Clementi X. super divisione Provinciæ *Bituricen.* & erectione Ecclesiæ *Albien.* in novam Metropolitanam, separando ab Ecclesia *Bituricen.* sex ex undecim Suffraganeis: Ecclesias nempe *Albien. Castren. Ruthenen. Caturcen. Valbren. & Mimaten.* pluraque adducta fuerunt rationabilia motiva pro dictæ divisionis necessitate, nempe quod dictæ Ecclesiæ distabant a Metropolitana *Bituricensi* plusquam centum leucis per loca montuosa, & hyberno tempore difficillimi accessus. Secundo quia impediebatur communicatio inter Metropolitanum, & Suffraganeos, quodque propter impedimenta multi Ecclesiastici vagabantur. Tertio quod sub colore, quod Metropolitanus nimium abesset, in casibus in quibus ad illum habendus erat recursus, provisiones, vel ab altero Metropolitano, vel Episcopo viciniore petebantur, cum maxima Ecclesiasticæ Jurisdictionis perturbatione. Quarto, quod ad Concilia Provincialia Episcopi non accedebant, sed Procuratores mittebant; unde non ille nascebatur fructus, qui ab Episcoporum præsentia merito sperari poterat. Quinto quod pro indemnitate Ecclesiæ *Bituricen.* eidem quindecim millium librarum summa assignabatur super Decimis, a ceteris Ecclesiæ *Albien.* redditibus, separandis. Et demum quod Ecclesia *Albien.* in Provinciæ meditullio sita erat, cujus Episcopus *Albiæ* Dominus existebat, & Ecclesiarum totius Regni Franciæ censum annuum pinguiorem habebat.

Proposita hac Causa in Congregatione Consistoriali habita *die 19. Januarii 1676.* Quamvis major pars Prælatorum fuisset in sensu, quod conficiendus esset Processus super redditibus utriusque Ecclesiæ *Bituricen. & Albien.* juxta *Regulam XXII.* Cancellariæ, super distantia Suffraganeorum, & super inconvenientibus expositis pro parte Regis Christianissimi; super consensu Archiepiscopi *Bituricen.* & Episcopi *Albien.* & Capitulorum utriusque Ecclesiæ, ut ex *Notis Ms. bon. mem. Fagnani* in eadem Causa, nihilominus Sac. Congregationi placuit respondere, non esse locum dismembrationi, & novæ erectioni respective. Sed obtenta nova audientia, & pro meliori negocii examine deputata sub *Innocentio XI.* Successore, Congregatione particulari constituta ex Cardinalibus, & Prælatis ejusdem Congregationis Consistorialis, repropositaque causa de Mense *Septembris* 1677. dilata fuit resolutio, & rescriptum, quod audiri deberet modernus Archiepiscopus, & Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ *Bituricen.* principaliter interessatæ, necnon omnes Episcopi, & Capitula Ecclesiarum Suffraganearum ea adjecta lege, quod consensus Capitulorum esse deberet Capitularis, eis legitime congregatis, ut testatur *Cardinal. de Luca disc. 52. in Suplemen. tom 4. Miscell. Eccles.* qui tamquam Pontificis Auditor Congregationi præfatæ interfuerat, & Votum edidit contra Dismembrationem. At adimpletis præscriptis a Congregatione particulari, ad iteratas præces Ludovici XIV. invictissimi Francorum Regis, laudatus Pontifex *Innocentius XI. die 3. Octobris* 1678. Ecclesiam *Albiensem* in Archiepiscopalem erexit, eique in Suffraganeas assignavit Ecclesias *Castrensem*, *Mimatensem*, *Ruthenensem*, *Cadurcensem*, *& Vabrensem*, ut legitur penes *Baudrand. Lexic. Geograph. in Elencho Archiepiscop. & Episcop. Orbis pag. mihi 15. Thomassin. de Benefic. tom. 1. lib. 1.* Idque servatum antea fuerat sub Ponti- 105
ficatu Gregorii XV. in dismembratione Ecclesiarum *Parisiensis*, in Archiepiscopalem erectæ, *Carnotensis*, *Aurelianensis*, *& Meldensis* ab Archiepiscopatu *Senonensi*, cui erant suffraganeæ, & *Parisiensi* attributæ. Auditus enim fuit Archiepiscopus *Senonensis*, qui dismembrationi, pro qua instabat Galliarum Rex, consensum præstare noluit, nisi

ab

ab ipso Rege data sibi, & pro Successoribus suis
Abatia S. Martini, ut refert *Matta de Consist.
Causis sect. 2. n. 30. & sect. 10. n. 7.*

Sed in hoc quoque casu divisionis Provinciæ,
& erectionis novæ Metropolis, tunc demum re-
106 quiritur consensus Archiepiscopi, & Capituli, si
id expleat Pontifex ad supplicationem, secus si de
plenitudine potestatis, *Matt. de Caus. Consist. sect. 2.
n. 31. & sect. 10. n. 1. & seqq. Eminentiss. Petr. in
Constit. Apostol tom. 5. pag. 190. num. 18. & 35.*
107 Hinc absque consensu præfato, & justis de Cau-
sis Pius II. *Senarum* Ecclesiam, de qua Civitate
ipse erat oriundus, in Archiepiscopalem erexit, ei-
demque *Suanensem*, *Clusinam*, *& Grossetanam* Ec-
clesias, quæ prius ad Romanam Provinciam per-
tinebant, sicuti & ipsa *Senensis*, *& Massanen.* quæ
ad *Pisanam*, Suffraganeas constituit, ut in ejus
Constitut. 3. Bullar. nov. tom. 1. Similiter Pius IV.
Ecclesiam *Cameracensem*, merdicus contradicente
Archiepiscopo *Rhemensi* in Metropolitanam erexit,
assignatis ei in Suffraganeis nonnullis Ecclesiis, quas
a *Rhemensi* subtraxit, ut diximus. Et Gregorius
XIII. Patriæ suæ *Bononiensis* Ecclesiam de pleni-
tudine potestatis in Archiepiscopalem erexit, ei-
demque Suffraganeas constituit *Placentinam*, *Par-
mensem*, *Rhegiensem*, *Mutinensem*, *Imolensem*, *Cer-
viensem*, *& Cremonensem* Ecclesias, a Metropolita-
nis *Mediolanensi*, & *Ravennatensi* dismembratas,
cum derogatione Regulæ *de Jure quæsito non tol-
lendo*, prout videre est ex ejus *Constit. 17. Bullar.
nov.* Quæ tamen *Imolensis*, *& Cerviensis* Ecclesiæ
Archiepiscopo *Ravennatensi* fuerunt postea restitu-
tæ a Clemente VIII. ut ex ejus *Constit. CXVI.
Bullar. nov.* de quibus exemplis meminere *Matta*,
& Eminentiss. Petra locis mox laudatis.

108 Quemadmodum si Ecclesia Episcopalis jam
exempta, & Sanctæ Sedi immediate subjecta, pro-
indeque nulli Metropolitano suffraganea, ad ali-
cujus Supremi Principis instantiam erigenda sit in
Archiepiscopalem, absque ulla assignatione Suffra-
ganeorum, qui ab aliis Metropolitanis dismem-
brandi essent, tunc quia nullius jus læditur, ne-
mo citandus est, ut de praxi Sac. Congregatio-
nis Consistorialis testantur *Matt. de Consistor. Caus.
sect. 2. n. 29. & 30. Eminentiss. Petra in Constit.
Apostol. tom. 5. pag. 199. n. 39. & seqq.* quique re-
109 censent requisita necessaria ad effectum ut Ec-
clesia Episcopalis erigi valeat in Archiepiscopalem.
110 Et ita ad instantiam Caroli VI. Imperatoris, præ-
via negocii discussione in Sac. Congregatione Con-
sistoriali *die 6. Maii* 1721. Ecclesia Episcopalis
Viennæ in Austria, erecta fuit in Archiepiscopalem
nemine citato.

Locum quoque sibi vindicat Regula in permu-
111 tatione Oppidorum, quæ ad duas Diœceses spe-
ctant. Nihil enim aliud præsefert hujusmodi per-
mutatio, quam reciprocam eorum dismembratio-
nem a propria cujusque Diœcesi, eorumque re-
spectivam alteri Diœcesi applicationem, & unio-
nem, unde quoties non expletur a Pontifice de
plenitudine potestatis, requiritur Episcoporum u-
triusque Diœcesis consensus, & vocandi sunt om-
nes quorum interest. Hinc Sac. Congregatio Con-
sistorialis transactionem initam inter Archiepisco-
pum *Taurinen.* & Episcopum *Hypporegien.* de mu-
tuo sibi concedendis Oppidis *Bergarii*, *& Casta-
gneti* in quorum quolibet aderant duæ Ecclesiæ
Parochiales, altera spectans ad Diœcesim *Tau-
rinen.* altera ad *Hypporegien.* itaut in posterum u-
niversa jurisdictio spiritualis super Oppido *Bergarii*
spectaret ad Episcopum *Taurinen.* & ejus Succes-
sores, & e contra super Oppido *Castagneti*, perti-
neret ad Episcopum *Hypporeggien.* Hanc inquam
Transactionem, & permutationem non aliter A-
postolica auctoritate confirmandam esse censuit,
quam *accedente consensu Parochorum*, *& Parochia-
norum.* Sententiamque Sacræ Congregationis san.
mem. Clemens X. benigne approbavit *die 22. Ju-
lii* 1671.

Sed celebris fuit anno 1715. in Sacra Congre-
gatione Concilii controversia inter Episcopum *Soa- 112
nen.* & Episcopum *Aquipendien.* cujus favore scri-
psit *bon. mem. Piton.* ut ex *Controvers. 55. de Con-
trovers. Patronor.* Supplicavit, san. mem. Clemen-
ti XI. Episcopus *Aquipendien.* ut Oppida *Proceni*,
& *Onani* in Statu Ecclesiastico existentia, &
Diœcesi *Soanensi* subjecta, propriæ Diœcesis *Aqui-
pendien.* fierent, Diœcesi *Soanensi* permutationis
titulo adjudicatis duobus aliis Oppidis *Manciani*,
& *Capalbii*, quæ sub Diœcesi *Aquipendien.* exi-
stunt, ac Ditioni M. gni Etruriæ Ducis in tempo-
ralibus subsunt. Plures æquitatis, urgentisque
necessitatis causas exposuit, eas præsertim quod
Manciani, & *Capalbii* Oppida *Aquipendien.* Diœ-
cesis, longe a Civitate ipsa *Aquipendien.* dista-
bant, alterum nempe spatio quadraginta sex, al-
terum vero triginta quatuor Milliarium, & e
converso contermina erant Civitatis *Soanæ* Terri-
torio. Quemadmodum Oppida *Onani*, & *Proceni*
ad Diœcesim *Soanen.* spectantia, decem, & sep-
tem, ac respective tresdecim Milliarium intercape-
dine remota erant a Civitate *Soana*, unius vero
Milliarii cum dimidio distabant a Civitate *Aquipen-
dii.* Ex qua locorum situatione difficillime Præ-
sules invigilare poterant super hujusmodi Portione
Gregis, Sanctasque Visitationes peragere. Addidit
aliam Causam ex insalubritate aeris, cui obno-
xium est Cœlum totius Diœcesis *Aquipendien.* itaut
Episcopi consueverint mensibus aliquot æstivis ex-
tra Diœcesim permanere, & *Onanum*, ceteroquin
non solitum ab Episcopis Soanensibus inhabitari,
saluberrimo aere frui.

At precibus hujusmodi ad Sacram Congrega-
tionem Concilii a Pontifice remissis, in eaque dis-
cusso Dubio - *An sit locus permutationi in casu 113
&c. -- Die 9. Februarii* 1715. Eminentissimi Pa-
tres rescripserunt Negative, & ad mentem, mens
fuit -- *Ut exponatur Sanctissimo Domino Nostro,
quod consulendo necessitati Episcopi Aquipendii pro
tempore non commorandi propter aeris intempe-
riem in Civitate Aquipendii, ac ejus Diœcesi in
mensibus æstivis, aut autumnalibus, & proinde
permanendi in loco salubri proximo suæ Diœcesi pro
majori bono illius Regiminis, posset, si Sanctissimo
placuerit, per Litteras Apostolicas in forma Mo-
tu proprio expediendas, concedi præsenti Episcopo
Aquipendii, ac ejus Successoribus Episcopis pro
tempore, facultatem abessendi per sex menses quo-
libet anno a dicta Diœcesi Aquipendii, hoc est a
mense Junii per totum mensem Novembris, ac resi-
dendo in Oppido Onani Diœcesis Soanen. in eoque
Oppido Tribunal erigere, ac retinere prædicto tem-
pore, nec non omnes, & quoscumque actus juris-
dictionales per ipsum Episcopum Aquipendii, e-
jusque Vicarium, ac Ministros, tam voluntarios,
quam contentiosos, & mixtos exercere in proprios
Subditos familiares, & Officiales suæ Curiæ, pri-
vative quoad Episcopum Aquipendien. existeret,
ac si idem Episcopus Soanen. in propria Diœce-
si, nec non uti Pontificalibus occasione confe-*

vendi Ordines, vel Sacramentum confirmationis suis Subditis in propria tamen Cappella tantum, vel in Ecclesia propinquiori, omniaque prædicta peragere absque licentia, nec etiam petita Episcopi præsentis Suanen. & pro tempore futurorum, vel Vicariorum Capitularium, vel Apostolicorum, nec umquam possint circa præfata libere exercenda in dicto loco Onani Episcopi pro tempore Aquipendii a quoquam impediri, aut molestari, ita tamen, ut per hujusmodi Indultum non censeatur sublata facultas Episcopo pro tempore Aquipendii, a Sacro Concilio Tridentino concessa, abessendi a propria Diœcesi per tres menses, itaut valeat dicto Indulto Conciliari, uti commorandi extra dictum locum Onani, sed non possit ultra dictos sex menses in præsenti Indulto concedendos, uti alia vacatione Conciliari abessendi, & tempore quo abfuerit intra dictos sex menses a loco Onani, possint omnia præfata in eodem loco exerceri, & fieri quoad concernentes actus jurisdictionales per ejus Vicarium generalem, retinendo Tribunal in eodem loco Onani, & tandem ut per hujusmodi Indultum nullum præjudicium præter præfata illatum censeatur Episcopis Suanen. præsenti, & futuris. Et denique Eminentissimi Domini censuerunt esse humiliter insinuandum Sanctissimo, ut Palatium Cameræ Apostolicæ existens in Oppido Onani dignetur concedere pro habitatione Episcopi, ejusque Successorum.

Resolutionis ratio fuit, quod Papa ad petitam
114 ab Episcopo *Aquipendii* permutationem non procedebat Motu proprio, sed ad illius instantiam,
unde requirebantur consensus partium, Causa ur-
115 gens, & quod permutatio non esset Ecclesiæ *Soanen.* præjudicialis. Quoad consensum contradicebant Episcopus, Capitulum, & Populus *Onani*, & licet possit hunc consensum supplere Pontifex, ut fecit Joannes XXII. *in Extravag. Salvator, de Præbend. inter Communes*, tamen semel, atque iterum ibidem exprimit Pontifex divisionem *Tholosani* Episcopatus facere *de plenitudine potestatis.* Prout Motu proprio fecerunt ii Pontifices, qui quandoque certa loca ex aliis Episcopatibus dis-
116 membrarunt, cum tunc quod Principi placet legis habet vigorem, §. *Sed & quod Principi Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* At quando Sedes Apostolica procedit ad instantiam Partium,
117 numquam consuevit supplere hujusmodi consensum, ut diximus supra *num.* 90. *& seqq.* allegando exempla Erectionis Oppidi *Santander* in Ecclesiam Episcopalem, denegatæ ob dissensum Episcopi *Burgen.* & Oppidi *Altamuræ* ob dissensum Episcopi *Gravinen.*

Magnus quoque Dux Etruriæ pro denegatione
Permutationis supplicabat. Licet enim in hisce ca- 118
sibus non requiratur consensus Principis temporalis, attamen ex prudentialibus motivis, plurimum solet Apostolica Sedes eorum instantiis deferre, *Card. de Luc. discurs.* 1. *n.* 14. *& disc.* 6. *num.* 15. *de Prælem. Eminentiss. Petra in Constitut. Apostolic. tom.* 5. *pag.* 161. *n.* 21. *Rot. decis.* 546. *in princip. cor. Penia*; præcipue quia licet Magnus Dux proprie non habeat jus præsentandi, aut nominandi
ad Ecclesias Episcopales in sua Ditione existentes,
proponit nihilominus quatuor Personas, ut ex illis 119
unam Pontifex seligere possit, ut diximus in *Commentar. in Regul. II.* §. 1.

Quoad Causas, distantia locorum, & aeris in-
temperies non erant Causæ, quæ de novo emer-
gebant, & ad effugiendam aeris intemperiem be- 120
nigne Sancta Sedes elargitur Episcopis Indultum abessendi in mensibus æstivis. Detrimentum vero spirituale Plebis *Capalbii*, & *Manciani*, quæ ob distantiam difficillime visitabatur, in facto concludenter non evincebatur; & si quid incommodi aderat in locis illis visitandis, non erat tanti momenti, ut cogi deberet alter Episcopus invitus ad ea permutanda, & ita hoc onus transferre in Episcopum *Soanensem*, ut inde liberetur ille *Aquipendii.*

Præjudicium vero Ecclesiæ *Soanen.* valde considerabile dignoscebatur non solum ratione situs locorum, & eorum qualitatis, cum *Manciani*, & *Capalbii* Oppida, sint inferiora *Proceno*, & *Onano*; verum etiam ratione jurisdictionis, & honorificentiæ, cum procul dubio amplior, & magis lata esset jurisdictio, & honorificentia Episcopi in Terris Status Ecclesiastici, in quo sita reperiuntur Oppida præfata *Proceni*, & *Onani*, quam in Terris subditis laico Principi, *Manciano* nempe, & *Capalbio*, unde alias rejecta fuit instantia pro erectio-
ne Oppidi *Altamuræ* Nullius Diœcesis in Cathe- 121
dralem, ex eo quod læderetur jus honorificum visitandi, quo gaudet Episcopus *Gravinen.* vicinior. Illud etiam ex petita permutatione obveniebat Episcopis *Soanen.* grave præjudicium, quod privati remanerent tuto Portu se recipiendi in Statu Ecclesiastico in eventum alicujus contentionis cum Ministris Sæcularibus Magni Ducis Etruriæ, quod sane non levis est momenti.

REGU-

REGULA XXIII.

De Mendicantibus transferendis.

ITem de Mendicantibus transferendis, qui ad alios Ordines transierint pro tempore, voluit Constitutionem felic. record. Martini V. Prædecessoris sui desuper factam, & in Libro Cancellariæ Apostolicæ descriptam, quæ incipit: *Viam ambitiosæ cupiditatis &c.* firmiter observari.

ARGUMENTUM.

MEndicantes ad Ordines non Mendicantium, præterquam Cartusiensium sine Indulto Apostolico transire non possunt, & transeuntes, sive ad Cartusienses, sive cum Indulto præfato ad alios Ordines non Mendicantes, nec locum, & vocem in Capitulo, nec eorumdem Ordinum Beneficia, & Officia, tametsi honorifica, & non jurisdictionalia obtinere possunt, absque nova Sedis Apostolicæ indulgentia, quæ aliquando ad Superiorum Supplicationes per Organum Sacræ Pœnitentiariæ elargiri solet. Et an absque novo Indulto sint capaces Pensionum, vel si fuerint Canonici Regulares translati obtinere possint Beneficia Sæcularia, quamvis Curata? Loquitur tamen Regula de Mendicantibus Professis, non autem de Novitiis, quemadmodum nec comprehendit Religiosos Ordinum non Mendicantium. Transitus Monachorum ad Religionem arctiorem, etsi de jure fieri possit cum sola licentia Superioris, hodie tamen ex peculiaribus fere omnium Ordinum Constitutionibus expleri nequit sine Apostolico Indulto, certis sub conditionibus elargiri solito, quod nempe intercedat licentia Superioris Religionis, *a qua*, eaque præcedere debeat ipsum transitum, & sufficit, petita, licet non obtenta; Quod Transitus fiat Zelo melioris perfectionis, & non ad finem evitandi Pœnam perpetrati Criminis in Religione *a qua.* Quod ante Transitum certo constet Superiori Religionis *a qua*, quod Religio *ad quam* parata sit Religiosum recipere; Quodque translatus novum probationis annum, novamque Professionem emittat in Religione *ad quam*, prout de jure quoque sancitum est, etiamsi Transitus fieret ab una familia ad aliam strictiorem ejusdem Ordinis, vel ad alium Ordinem paris, aut laxioris observantiæ. Arctior vero Religio, quæ dicatur, & an ad illam transire possit tota Domus, & integer Ordo Regularis? Et quid de Oblatis, an ipsis permitti debeat transitus ad arctiorem Religionem? Pro Transitu ad Religionem paris arctitudinis, & observantiæ, requiritur itidem Pontificis licentia, si nulla legitima causa concurrat, ea vero accedente, & seclusis particularibus nonnullarum Religionum Constitutionibus, sufficit licentia Superioris, ad differentiam Transitus ad Religionem laxiorem, qui sive causæ concurrant, sive non, semper expostulat Apostolicum Indultum, & examinantur Causæ hujusmodi Transitum, sive ad æqualem, sive ad laxiorem Religionem suadentes. Regularis, qui Indulto gaudeat Pontificio transeundi ad Religionem a Sede Apostolica approbatam, in qua benevolum inveniat receptorem, non prohibetur ad laxiorem transire, quamvis Religio æqualis parata sit eum recipere; Si vero Indultum habeat transeundi ad laxiorem, transire nequit ad Ordines Militares, ad quos, quemadmodum & ad Hospitalarios S. Spiritus, & S. Antonii de S. Antonio Viennensi Transitus indulgeri non solet, nisi ex urgentibus, & gravissimis Causis, & facultatem hujusmodi Transitum permittendi san. memor. Benedictus XIII. solis Romanis Pontificibus penitus reservavit. Examinatur Quæstio, an in Bonis Regularium ad alias Religiones transeuntium succedat Religio *a qua*, seu potius

tius Religio *ad quam*, & sub variis distinctionibus dirimitur. Postremo agitur de Transitu Monialium ad alia Monasteria, sive ejusdem, sive diversi Ordinis, & de conditionibus, sub quibus transitus præfatus per Sedem Apostolicam indulgeri soleat.

SUMMARIUM.

1 *Regulares de jure possunt de una ad aliam Religionem transire.*

2 *Sed Mendicantibus ex Constitutione Martini V. seu IV. certis statutis pœnis interdicitur transitus ad Ordinem non Mendicantium, præterquam Carthusiensium.*

Non prohibet tamen Constitutio præfata, quin legitime transire possint ad alium Ordinem Mendicantium. n. 23.

3 *Et hanc Martini Extravagantem servari mandat Regula.*

4 *Mendicantes transeuntes cum licentia Papæ ad Ordinem non mendicantem, voce, & loco in Capitulo non gaudent, etiamsi ab aliis eis concedatur.* & n. 5.

6 *Minusque obtinere possunt Prioratus, Officia, & Administrationes, etiam tamquam aliorum Vicarii, & Locumtenentes.*

7 *Quamvis Officia sint honorifica, & absque ulla superioritate.*

Sæpe tamen Sacra Pœnitentiaria supplicantibus Superioribus Ordinis ad quem, Dispensationes pro Officiis obtinendis indulget. numer. 19.

8 *Mendicantes quoque transeuntes ad Carthusiam prohibentur, & quidem perpetuo, assequi Officia, & Dignitates Carthusianorum.* & n. 10. 11. & 12.

Reprobatur Barbosa, *qui prohibitionem hanc refert ad* Clementem VIII.

12 *Proindeque indigent pro Officiis obtinendis, vel dispensatione Apostolica, vel Superiorum Generalium, si potestate illam indulgendi gaudeant.*

14 *Canonici Regulares ad aliam Religionem translati, nec Beneficia Sæcularia, quamvis Curata obtinere possunt.*

15 *Et sive translatio fiat ad Religionem strictiorem, sive laxiorem.*

16 *Sed duplici indigent dispensatione ob duplex obstaculum aliud ex Regularitate, aliud ex translatione resultans.*

17 *Mendicantes ad Ordinem non Mendicantium translati, an capaces sint obtinendi Pensiones Ecclesiasticas?* & n. 18.

20 *Regula, & Constitutio* Martini IV. *comprehendunt Mendicantes vere Professos, non autem Novitios.*

21 *Nec afficiunt alios Regulares, qui non sint Mendicantes.*

22 *Ordines Mendicantes quales sint? Remissive.*

24 *Monaci, aliique Regulares transire possunt ad Religionem arctiorem, etiam absque Pontificis Indulto.*

25 *Sed inspectis Privilegiis Apostolicis, quibus fere omnes Religiones gaudent, Transitus hujusmodi expleri hodie nequit sine Sanctæ Sedis licentia.*

26 *Et hæc non indulgetur, nisi concurrentibus causis, & certis sub conditionibus omnino servandis, ac pro forma præscribi solitis.*

27 *Transitus ad arctiorem Ordinem non permittitur, nisi cum licentia Superioris Ordinis a quo, quæ in Indulto Apostolico exprese præservatur.*

28 *Licentia hæc de jure etiam requiritur, & omissa in Indulto Apostolico, subintelligitur.* & numer. 29. & 30.

31 *Et petenda est a Prælato immediato ipsius Monasterii, nec necesse est, quod exquiratur a Superiore generali.*

32 *Nisi aliter se habeat consuetudo loci, aut institutio Regulæ.*

33 *In Ordine Carmelitarum licentia petenda est a P. Provinciali.*

34 *Et in Societate Jesu a P. Generali.*

35 *Licentia tamen Conventus in Transitu ad arctiorem Ordinem, non requiritur.*

36 *Transitus ad Ordinem arctiorem, Licentia a Superiore non petita, an sit irritus, itaut Religiosus revocari possit ad priorem Religionem, et quæ danda sit manutentio?* & numer. 37. & seqq.

39 *Et an Equites Hierosolymitani transire possint ad Ordines Claustrales, nulla petita licentia a Magno Magistro?* & n. 60.

42 *Ad effectum, ut licitus sit Transitus ad arctiorem Religionem, sufficit licentia petita, licet non obtenta.*

43 *Nisi Religio a qua Privilegio gaudeat, quod in ea Professus transire non possit ad arctiorem, nisi expressam ab illius Superiore licentiam obtinuerit.*

44 *Vel nisi in Indulto expresse caveatur, quod accedat consensus primæ Religionis.*

45 *Ubi pro validitate actus requiritur alicujus consensus, isto non accedente, actus remanet nullus, & irritus.*

46 *Consensus Religionis* a qua *necesse non est, quod Transitum præcedat, sed sufficit, quod interveniat in actu receptionis in Religione* ad quam, *vel illam subsequatur.*

47 *Contrarium, quod consensus præfatus petendus sit ante Transitum; & redditur ratio.*

48 *Episcopus Suffraganeus a Diæcesi, pro qua deputatus est ad suum munus exercendum, transire nequit, absque Sedis Apostolicæ indulgentia ad munus idem exercendum in alia Diæcesi.*

49 *Sedes Apostolica hujusmodi Transitum permittere non solet, nisi justis ex causis, & accedente consensu tam Episcopi* a quo, *quam Episcopi* ad quem, *& cum cessatione congruæ super Ecclesia* a qua, *& nova ejusdem assignatione super Ecclesia* ad quam.

50 *Transitus ad arctiorem Religionem pro sui validitate requirit, quod Zelo melioris perfectionis sequatur. Et quomodo id dignosci possit?* n. 51. & 52.

53 *Invalidus est Transitus si fiat ad effectum evitandi pœnam perpetrati Criminis in Religione* a qua. & n. 54.

55 *Transitus validus non est, nisi ante illum Superiori Religionis* a qua *certo constet, quod Religio* ad quam *parata sit Religiosum recipere.*

56 *In Translationibus, quæ indulgentur per Organum Sac. Congregationum adjicitur conditio,* quod translatus novum probationis annum repetat, & compleat cum effectu.

Et verba illa: complet cum effectu, *præseferunt obligationem Translati novam emittendi* Pro-

Professionem in Ordine ad quem *transfertur.* n. 58.

57 *At Sacra Pænitentiaria obligationem præfatam Translatis expressè injungit.*

59 *Hacque obligatio inest etiam de jure, quando Religiones sunt diversi Ordinis, nisi Papa aliud decernat.* & n. 61.

60 *Nec ei dispensara potest Generalis Ordinis* ad quem.

62 *Nova Professio, & præcedens novus Novitiatus requiruntur etiam quando fit Transitus ab una Familia ad aliam strictiorem ejusdem Ordinis.*

Et redditur ratio. n. 63.

64 *Sed in hujusmodi transitu indulgere aliquando solet Sacra Congregatio, quod novus Novitiatus sit brevior, quam per annum.*

65 *Arctior Religio, qua intelligatur, an illa quæ est perfectior ratione finis, ad quem ipsa principaliter ordinatur, seu potius ea, in qua viget durior, magisque rigidus vivendi modus?* & n. 66. & seqq.

68 *In dijudicando, an Religio* ad quam *sit arctior, & strictior, non attenditur tempus primo illius Instituti, sed inspicitur tempus actualis illius observantiæ.*

69 *Integer Conventus unius Ordinis Regularis, quinimo & totus Ordo, ad alium Ordinem strictiorem se transferre potest.*

70 *Requiritur tamen licentia Summi Pontificis, nec auctoritate Superioris Regularis translatio præfata expleri potest.*

71 *Oblati in una Religione, an ad aliam strictiorem transire possint?* & n. 72.

73 *Regulares ad aliam Religionem paris arctitudinis, nulla concurrente legitima causa, transire non possunt absque Summi Pontificis Indulto.*

Sed Indultum hujusmodi satis raro indulgeri solet. n. 74.

Concessum tamen suffragatur etiam in foro conscientiæ. Et redditur ratio. ibid.

75 *Legitima vero concurrente causa, & seclusis particularibus Constitutionibus nonnullorum Ordinum, possunt Regulares ad alium Ordinem æqualis arctitudinis, etiam absque Indulto Apostolico, sed cum sola licentia suorum Prælatorum transire.*

Et qui veniant appellatione Prælatorum ad effectum licentiam hanc impertiendi? n. 77.

76 *Hujusmodi licentia debet cum effectu obtineri, nec sufficit, quod tantummodo petita fuerit.*

78 *Exponuntur legitimæ causæ, ob quas permitti debeat Transitus ad Religionem æqualem.*

79 *Transitus ad Religionem laxiorem, nulla legitima concurrente causa, fieri non potest absque Pontificis licentia.*

80 *Et hæc requiritur etiam in casu, quo legitima causa concurrat, itaut expleri nequeat Transitus præfatus cum sola licentia Prælatorum Regularium.* & n. 81. & seqq.

82 *Ponderatur pro hac sententia dispositio Concilii* Tridentini Cap. 19. Sess. 25. de Regular.

86 *Sicque in Praxi inconcusse servatur.* & n. 87. & 89.

87 *Superiores Regulares nec ex magna, & urgenti causa dispensare possunt contra sancita per Sacros Canones.*

90. *Translatus cum licentia Sedis Apostolicæ ad laxiorem Religionem, tenetur in ea novum probationis annum explere, novamque emittere Professionem.*

91 *Etiamsi transitus fieret ad laxiorem Religionem ejusdem Instituti.*

92 *De causis necessariis ad effectum, ut permitti possit Transitus ad laxiorem Religionem.* & n. 93. & seqq.

Sacra Pænitentiaria pro justa causa dispensandi super Transitu ad laxiorem Ordinem, solum attendit Religiosi ægritudinem, seu infirmitatem. n. 98.

97 *Commodum ex propria culpa nemo reportare debet.*

99 *Sacra Pænitentiaria aliquando Religiosis, præsertim Apostatis, indulgere solet Transitum ad Religionem a Sede Apostolica approbatam, in qua benevolum invenerint Receptorem.*

100 *Hujusmodi Indulto gaudens, non aliter transire potest ad Religionem laxiorem, quam si in æquali benevolum receptorem non invenerit.* & n. 101.

102 *Contrarium, quod etiamsi in Religione æqualis observantiæ benevolum invenire possit Receptorem, adhuc Transitus ad laxiorem non censeatur interdictus.*

Maxime si indultus fuerit Transitus ad quamcumque *Religionem a Sede Apostolica approbatam.* n. 104.

103 *Et veris existentibus causis Pontifici expositis, Transitus ad laxiorem suffragatur etiam in foro conscientiæ.*

105 *Ordines Militares veniunt sub nomine Religionum laxiorum.*

106 *Sed ad illos transire non possunt Regulares, Indultum Apostolicum habentes transeundi etiam ad Religionem laxiorem.*

Minusque transire valent vigore Indulti præfati ad Hospitalarios S. Spiritus, & S. Antonii Viennen. n. 114.

107 *Maxime inspectis clausulis in moderna formula similium Indultorum adjici solitis; & quanam illæ sint?* & n. 108.

109 *Sedes Apostolica Transitum ad Ordines Militares nonnisi expresse indulget.*

110 *Satis tamen raro, & solum in casibus, in quibus urgentes, & rationabiles causæ concurrunt.*

112 *Referuntur exempla permissi a Sede Apostolica Transitus Regularium, etiam Mendicantium, ad Ordinem S. Joannis Hierosolymitani.*

113 *Transitum Regularium ad Hospitalarios Sancti Spiritus, & S. Antonii de S. Antonio Viennensi difficillime quoque Apostolica Sedes indulgere solet.*

115 *Sed aliquando illum permittit, si rationabiles causæ concurrant; Et referuntur exempla.* & n. 111.

116 *Quemadmodum transitus ad dictos Hospitalarios aliquando concessus fuit Apostatis.*

117 *Ex Constitutione san. mem. Benedicti XIII. Regulare, & Claustrale Institutum profitentes, absque speciali solius Romani Pontificis licentia transire non possunt nec ad alium Ordinem, in quo Claustralis, & Regularis observantia non vigeat.*

118 *Nec ad quemcumque Ordinem Hospitalarium, vel Militarem, aut Hospitalarium simul, & Militarem, licet in eis Claustralis, & Regularis observantia vigeret.*

119 *Et per eam revocantur facultates indultæ Cardinalibus Legatis, Cardinali Majori Pænitentiario, Nunciis Apostolicis; Vice Legato Avenionensi, & SS. Congregationibus Episcoporum, & Regularium, ac Concilii Tri-*

dentini, concedendi licentiam super hujusmodi Transitu, etiam Apostatis.

120 *Bona Religiosi ad aliud Monasterium diversi Ordinis translati per modum Provisionis, nullaque in eo emissa Professione, non secundo, sed primo Monasterio acquiruntur.*

121 *Idem si Transitus fuerit nullus.*

122 *Bona intuitu primi Monasterii, vel industria translati quasita, eidem Monasterio, & non secundo acquiruntur.*

123 *Si Episcopus de una ad aliam Ecclesiam transferatur, debentur prima Ecclesia bona illius intuitu, & ex illius fructibus quasita.*

124 *Legatum relictum primo Monasterio ex causa impulsiva Religiosi, non debetur secundo, ad quod fuit ille legitime translatus.*

125 *Bona post sequutum Transitum, & emissam Professionem in secundo Monasterio Religioso quasita, eidem Monasterio acquiruntur.*

127 *Amplia etiamsi agatur de legato conditionali relicto Religioso, dum in primo Monasterio manebat, & cujus conditio adimpleta fuit post sequutum Transitum, & emissam Professionem in secundo.*

Et an id procedat tam si conditio fuerit potestativa, quam casualis? ibidem.

128 *Bona in statu saculari, vel post emissam Professionem in primo Monasterio a Religioso quasita, an transeant cum ipso ad secundum Monasterium, vel potius pleno jure remaneant penes primum? Proponuntur varia Doctorum sententia.* & n. 130. & seqq.

134 *Juxta veriorem sententiam Bona prafata remanent pleno jure penes primum Monasterium. Itaquidem, ut nec ab eodem alimenta prastanda sint secundo Monasterio.* n. 135.

136 *Maxime si agatur de legato, quod sit personale pro Monasterio, non autem personale ad favorem Religiosi.*

137 *Vel si Transitus sequutus fuerit ex ejusdem Religiosi culpa.*

138 *Limita supradictam sententiam, concurrente Disponentis voluntate, quod Bona transire debeant cum Religioso, si ad aliam Religionem transferatur.*

139 *Et hoc casu Bona acquiruntur secundo Monasterio, etiamsi Transitus fuerit nullus.*

140 *Moniales de jure communi transire possunt ad Monasteria strictioris Ordinis.*

141 *Nec Juris hac dispositio correcta fuit aut per Concilium Tridentinum, aut per Constitutionem S. Pii.*

142 *Jura loquentia de Monachis locum habent etiam in Monialibus, nisi obstet qualitas sexus.*

143 *Proindeque Moniales transire possunt ad Monasteria arctioris Ordinis licentia petita, licet non obtenta.*

144 *Contrarium quod Moniales hujusmodi Transitum explere non possint, nisi cum expressa Summi Pontificis licentia.*

145 *Superiores Regulares an possint propria auctoritate Moniales sibi subjectas a Monasteriis extra Urbes, vel Oppida existentibus reducere ad Monasteria intra Urbes, & Oppida, vel requiratur ad hoc Apostolica Sedis licentia, aut saltem Episcoporum consensus?*

146 *Licentia transeundi ad Monasteria arctioris, vel aqualis observantia Monialibus aliquando indulgeri solet per organum Dataria. Et quibus sub conditionibus?* n. 147.

148 *Sed regulariter licentia prafata, etiam pro transitu ad aliud Monasterium ejusdem Ordinis, impertitur a S. Congregatione Episcoporum, & Regularium.*

149 *Transitus Monialis, non aliter indulgeri solet, quam pravio consensu Monialium utriusque Monasterii capitulariter, secretisque suffragiis prastando.*

150 *Priscis temporibus exquirebatur solum consensus Monasterii* ad quod.

151 *Consensus Monasterii* a quo, *si irrationabiliter denegetur, suppleri solet per Sacram Congregationem.*

152 *De stylo Sacra Congregationis in Translatione Monialium adjicitur etiam clausula, quod Monialis translata* Dotem primo Monasterio solutam, libere relinquat, & novam integram Dotem secundo Monasterio persolvat.

153 *Et hujusmodi clausula, etiam non adjecta, de jure subintelligitur.* & n. 155. & 156.

154 *Dos non solvitur Monasterio ob Professionem in eo emittendam, sed in recompensam alimentorum, aliorumque onerum temporalium, quibus obstringitur Monasterium pro sustentatione Monialis.*

157 *Moniali voluntarie cum Sedis Apostolica licentia ad aliud Monasterium se transferenti, nec alimenta debentur a primo Monasterio.*

158 *Amplia etiamsi Translatio sequatur ob infirmitatem, aliasve justas, & rationabiles causas.*

159 *Immo etiam pro introducenda, vel reformanda disciplina Regulari in secundo Monasterio.*

160 *Sed aliquando indulgere solet Sac. Congregatio, ut Moniali translata persolvantur alimenta a primo Monasterio; Et quibus in casibus.*

161 *Persolvi tamen debent a primo Monasterio alimenta, quando Monialis ad secundum se transfert correctionis, vel pœnitentia causa.*

162 *Transitus Monialis ad aliud Monasterium, juxta legem prascribi solitam in Apostolico Indulto, fieri debet recta via, & sine ulla ad extraneum locum diversione, comitantibus honestis Matronis, ac si fieri possit, proximioribus Consanguineis ipsius Monialis.*

163 *Et de altera clausula, qua apponi solet, ubi Monasterium* ad quod *situm reperitur extra locum Monasterii* a quo.

164 *Prascribitur etiam in Translatione Monialis, quod* novum probationis annum repetat, & compleat cum effectu.

165 *Verba prafata obligationem praseferunt emittendi novam Professionem in secundo Monasterio, si est diversi Ordinis.*

166 *In transitu Monialis etiam ad Monasterium ejusdem Ordinis, sed rigidioris observantia, injungi solet obligatio emittendi novam Professionem.*

167 *Monialis Indulto translationis uti debet intra tempus in eo prafixum, quod regulariter ad sex Menses, vel annum restringitur, alias eo elapso, Gratia evanescit.* & n. 168.

168 *Et in Indulto prafato adjici solet etiam clausula, quod omnis spes ad primum Monasterium redeundi, sublata penitus censeatur.*

DE jure licitum est Regularibus de una ad aliam Religionem transire, *cap. Non est, cap. Sane, cap. Significatum, & cap. Licet de Regular.* 1
Sed quoad Mendicantes statutum est in Constitutione *Martini V.* seu, ut alii volunt, IV. incipiente: *Viam*

Viam ambitiosæ cupiditatis, quæ habetur inter *Ex-*
2 *travag. communes* sub titulo *de Regul.* ut non tran-
seant ad Religionem non Mendicantium, præter-
quam Carthusiensium, quocumque quæsito colo-
re, sub pœna excommunicationis, quam ipso fa-
cto tam recepti, quam recipientes incurrant, qua-
cumque licentia non obstante, providendo etiam
circa jam receptos.

Laudatam *Martini Extravagantem* firmiter ob-
3 servari mandat hæc Regula, de qua post *Man-
dos. & Kochier.* ad eamdem *Miraud. in Manual.
Prælat. tom. 1. quæst.* 31. *artic.* 8. *conclus.* 1. *Donat.
in prax. Regular. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 5. *quæst.* 43.
n. 4. *Ricciull. de Jure personar. lib.* 8. *cap.* 4. *sub
num.* 29. ubi post *Mandos.* ait inolevisse morem in
Curia derogandi in hujusmodi Translationibus tam
dictæ *Extravaganti*, quam præsenti Regulæ.

4 Requiritur ergo licentia Papæ, ut Mendicantes
transire valeant ad Ordinem Monasticum, seu alias
non Mendicantium, sed adhuc statutum est in Ju-
re, ut ii etiam cum licentia Papæ transeuntes, non
possint obtinere Vocem, aut locum in Capitulo,
5 quamvis hoc ab aliis libere concedatur; Ad Prio-
ratus quoque, Administrationes, aut quæcum-
que in antea non possunt assumi Officia, etiam
tamquam Vicarii, seu Ministri vel locum aliorum
6 tenentes, quodque Animarum curam & regimen,
nec pro se possint, nec pro aliis exercere, & quid-
quid in contrarium attentatum fuerit, declaratur
irritum ipso Jure, quocumque privilegio non ob-
stante, ut in *Clement.* 1. *de Regular.* quam præter
Ancaran. Vitalin. Zabarell. & alios Repetentes,
late explicant, *Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.*
6. *cap.* 7. *n.* 109. *& seq. tom.* 2. *Bonaccin. de Clau-
sur. quæst.* 2. *punct.* 9. §. 5. *n.* 1. *Passerin. de Statu
homin. tom.* 3. *quæst.* 187. *art.* 8. *a num.* 148. *pag.*
338. *Bottilier. de success. ab intestat. cap.* 2. *Theo-
rem.* 77. *num.* 16. *Castropal. Oper. Moral. tract.*
16. *disput.* 4. *punct.* 27. *Donat. Rer. Regular. tom.*
1. *part.* 2. *tract.* 5. *quæst.* 42. *num.* 1. *& seqq. Bar-
bos. de Jur. Ecclesf. universal. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 53.
Lezzan. Oper. moral. tom. 1. *cap.* 22. *num.* 21. Et
7 nomine *Officiorum* nedum veniunt Officia cum
superioritate, sed etiam honorifica, ut *Sacristæ*,
Camerarii, *Oeconomi*, *Concionatoris*, *Lectoris
Theologiæ &c. Azor. Instit. moral. tom.* 1. *lib.* 12.
cap. 1. *quæst.* 12. *Bartholom. de Vecch. de admit-
ten. Novit. disput.* 15. *dub.* 5. *num.* 14. *Barbos. ad
Cap. Licet num.* 4. *de Regular. Thesaur. de Pœ-
nis part.* 2. *cap.* 4. *numer.* 5. *vers. amplia, verbo
Religiosus.*

Quinimo Extravagans *Martini IV.* in hac Re-
8 gula confirmata, quamvis permittat Regulares
Mendicantes ad Carthusiam transire, tamen non
habilitat eos ad Officia, & Dignitates Carthu-
siensium, nec ad vocem, & votum in Capitulo,
sed adhuc remanent inhabiles, ut sancivit *Clement.
V. in dicta Clement. I. de Regular. Eminentiss. Pa-
tra in Constit. Apost. tom.* 5. *pag.* 87. *n.* 22. *in fine*,
Donat. in prax. Regular. dict. tract. 5. *quæst.* 42.
Mirand. in Manual. Prælatar. part. 1. *quæst.* 31.
artic. 8. *conclus.* 2. *Barbos. de Jur. Ecclesf. lib.* 1.
cap. 42. *num.* 52. *& in Summ. Apostolic. decis.
verbo Transitus n.* 12. *& ad Concil. Trident. sess.*
9 25. *cap.* 19. qui male refert ad Clementem VIII.
hanc prohibitionem, *Passerin. de Stat. homin.
tom.* 3. *quæst.* 189. *art.* 8. *num.* 163. *vers. Sed hoc
evidentius, fol. mihi* 392. Et adest super hoc Epi-
10 stola Sacræ Congregationis Episcoporum 6. *Mar-
tii* 1597. relata per eosdem Authores, & per *Ni-
colium* in verbo *Transitus*, cujus tenor talis est,
*Al Padre Generale de' Certosini. Deve sapere la
P. V. che li Religiosi Mendicanti non possano essere
ricevuti in altre Religioni per la Stravagante di
Papa Martino IV. eccetto che nella vostra de' Cer-
tosini, nella quale per la Costituzione di Clemente
V. non possono esercitare Officj, ne avere voce at-* 11
*tiva, e passiva, o altro ministerio, e loco; però
s'intende, che non ostante la sudetta proibizione al-
cuni sono stati ricevuti, & ammessi nella vostra Re-
ligione, ad Officj, luoghi, e voci senza dispensa,
nè abilitazione della Santa Sede Apostolica, o del-
la vostra Religione, conforme al privilegio di Giu-
lio secondo, dal che ne sono seguiti inconvenienti;
onde questi &c. hanno risoluto, che io vi avvi-
sassi, come faccio con la presente, che non per-
mettiate in modo alcuno, che i Mendicanti già
ricevuti nella vostra Religione, o che per l'avve-
nire si riceveranno, debbano essere ammessi ad al-
cuna sorte di Officj, e luoghi, ne voce attiva, e
passiva senza particolar dispensa ottenuta da questa
Santa Sede, o vero da Voi, o Religione Vostra* 12
*conforme al sudetto privilegio di Giulio secondo,
avvertendo che si osservino per l'avvenire inviola-
bilmente le sudette Costituzioni Pontificie, levando-
ne ogni abuso, che forsi sin ora sia stato introdotto in
contrario, che così comandano questi &c. E per
fine &c.*

Hæcque privatio per dictam *Clementinam* indu-
cta circa vocem, locum, & officia, non est ad 13
tempus, sed perpetua, itaut taliter translati sis
perpetuo privati remaneant, ut ex dicta Epistola
Sac. Congregationis, colligunt *Barbosa, Passerin.
& Donat.* locis mox allegatis; & resolutum fuit
per eamdem Sac. Congregationem Episcoporum
16. Januarii 1688. his verbis *Gerolamini - Exclu-
sionem secundum proposita esse perpetuam.*

Et non solum ad Officia, & Beneficia Ordinis
taliter translati assumi minime possunt, sed nec
etiam ad Beneficia sæcularia quamvis curata, ta- 14
metsi fuerint Canonici Regulares, ut sancivit Sac.
Concilium Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 11. *de refor-
mat. Pignatell. Consul. canon. tom.* 1. *consult.* 24.
num. 20. *Lezza Oper. Moral. tom.* 1. *cap.* 22. *n.*
20. *Carrad. in Prax. dispensat. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 11.
*Lauræa in Epitom. Canon. verbo Beneficior inca-
pax vers. Religiosus translatus, & in verbo Regula-
ris circa transitum Gratian. discept.* 123. *num.* 23.
Bottilier. de success. cap. 2. *theor.* 77. *n.* 15. *Rota
decis.* 360. *n.* 20. *coram Bichio.* Nulla habita di-
stinctione, an translatio fiat ad Religionem stri- 15
ctiorem, sive laxiorem, ut firmant *Pignatell. Bot-
tilier. & Bich. locis allegatis, Sanchez ad precep-
tum Decalog. lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 108. *de Luca ad Gra-
tian. dicto cap.* 123. *n.* 13. Adeout cum duplex con-
currat obstaculum unum ex regularitate, aliud 16
ex translatione resultans, duplex requiratur dis-
pensatio, nec obtenta quoad regularitatem, tollit
obstaculum translationis a Concilio inductum, *De
Luca ad Gratian. dicto cap.* 123. *vers. difficultas,
& vers. unde cum duo, Rota decis.* 360. *num.* 23.
coram Bichio.

An autem laudata Conciliaris dispositio com-
prehendat etiam Pensiones, vel sit tantum restri- 17
cta ad Beneficia, controversum est. Olim in Con-
cilio *Vaurensi* in Gallia sub Urbano V. anno 1368.
celebrato interdictum fuit Prælatis ne Religiosis
Mendicantibus ad aliam Religionem non mendi-
cantem assumptis, pensiones assignarent *Cum
nonnulli*, (inquit laudatum Concilium cap. 74.)
*Mendicantes ad aliam Religionem non Mendican-
tem transeuntes ob ambitiones ad honores Benefi-
cia, vel Pensiones, libenter appetant se transferri,
ut facilius possint prædictorum aliquod obtinere,
nolentes*

nolentes in ea vocatione in qua vocati sunt juxta dictum Apostoli permanere. Proinde Nos speciali Constitutione duximus statuendum, quod prædictis quondam Mendicantibus, in Ordine non Mendicantium persistentibus Pensiones aliquæ in pecuniis, Bladis, vel rebus aliis quibuscumque a Prelatis ipsorum nullatenus assignentur. Quod si factum in contrarium fuerit, nullum esse decernimus ipso facto. Contrafacientes vero Prælati Pensionem aliquam assignando, Pensiones prædictas infra annum repetant. Quod si dictas Pensiones infra annum cum effectu non duxerint repetendas, ex tunc Episcopi quilibet dictorum Prælatorum Pensiones prædictas possint, & valeant Mensæ suæ propriæ applicare. Præsentem vero Constitutionem nedum ad futura extendi volumus, sed ad præterita, & præsentia mandamus.

Sed eum hac de re actum fuisset in Rota, Domini in diversas abiere sententias, ut in *Cephaluden. Pensionis 25. Junii 1683. coram Ursino.* Attamen sequendo etiam opinionem, quod Translatus sit capax pensionis, ea procedit ubi translatio
18 est valida, secus si transitus sit nullus, cum non
sit verisimile, quod si Papa scivisset illum illegitime translatum voluisset dispensare, *Rota in dict. Cephaluden. §. Restitutio confirmata 10. Decembris 1683. coram eodem.*

Ceterum quamvis *Clemens V.* interdixerit Mendicantibus ad non Mendicantes translatis, etiam cum licentia Sedis Apostolicæ, ne possint habere vocem, Beneficia, aut Officia inter istos. Nihilo-
19 minus Sac. Pœnitentiaria supplicantibus Superio-
ribus sæpe dispensat cum Religioso translato, eumque habilitat, ut testatur *Thesaur.* qui per plures annos laudabiliter Pœnitentiarii munus exercuit in Basilica Sancti Petri, *in Tract. de Pœnis part. 2. cap. 4. num. 3. §. Quoniam verbo Religiosus, Eminentiss. Petra ad Constitut. Apostol. tom. 5. pag. 88. in fine.*

Tam Regula hæc, quam Constitutio *Martini*
20 loquuntur de Mendicantibus vere professis, non
autem de Novitiis, quorum respectu nulla adest prohibitio, quin possint, si velint, ad alios Ordines transire, *Mirand. in Manual. Prælat. part. 1. quæst. 31. conclus. 1. circa finem, Mandos. ad hanc Regul. part. 2. Kochier. sub n. 5.*

Item Regula, Extravagans *Martini*, & Con-
21 stitutio *Clementis V.* loquuntur de Religiosis Men-
dicantibus, secus de aliis, *Donat. d. tract. 5. quæst. 43. n. 4.* Qui autem sint isti Ordines Mendican-
22 tes, & qui sub hac Regula comprehendantur,
tradit hic *Mandos. quæst. 2. Donat. dict. tract. 5. quæst. 43. n. 5. & seqq. Bottilier. de success. ab intestat. d. cap. 2. Theorem. 77. n. 17.* Et prohibet
23 tantum *Extravagans Martini*, ne dicti Mendican-
tes transeant ad Ordines Monasticos ibi enumeratos, unde ipsis non interdicitur transire ad alium Ordinem Mendicantium, cum prohibitum non reperiatur, *Bottilier. dict. Theoremat. 77. n. 18. vers. Sciendum.*

Quovero ad Transitum Monachorum, seu Religiosorum Ordinum non Mendicantium, tres casus distinguendi sunt. Primus est quando fit transitus ad arctiorem Ordinem. Secundus quando fit ad æqualem. Tertius quando fit ad laxiorem. Tran-
24 situs ad Arctiorem Ordinem potest fieri cum li-
centia Superioris absque alia licentia Papæ, *Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 15. quæst. 13. §. 7. n. 129.* Sed cum hodie pro quiete, & pace Reli-
25 giosorum plura extent privilegia de non transeun-
do de uno ad alium Ordinem, etiam strictiorem, quæ referuntur a *Barbos. in Summ. Apostolic. decision. Verbo Transitus, Bottilier. de succession. cap. 2. Theoremat. 77. n. 18. Amayden. ubi supra n. 130. Donat. in prax. dict. Tract. 5. quæst.* 13. ideo recurritur ad Sedem Apostolicam pro licentia transeundi de uno ad alium Ordinem, etiam strictiorem, *Amayden. d. lib. 1. cap. 15. quæst. 17. §. 7. n. 131. & seqq. Leo in prax. Sac. Pœnitent. part. 4.*
pag. 428. Quæ licentia non datur nisi concurrenti- 26
bus Causis, de quibus *Corrad. in Prax. dispensat. lib. 5. cap. 15. n. 13. §. Sane*, & cum certis conditionibus ad unguem servandis, & pro forma præscribi solitis, & quibus non observatis, Transitus non est validus, vel legitimus, ex relatis per *Rotam in Cephaluden. Pensionis 25. Junii 1683. §. Tale coram Ursino.*

Inter conditiones solet primo apponi, quod petatur licentia a Superiore Ordinis, *a quo*; Licet 27
enim *Amayden.* ubi supra *num. 131.* dicat, quod ubi petitur Sedis Apostolicæ Indultum, non solest apponi hæc clausula, tamen id procedit de stylo antiquo, sed hodie hæc clausula apponi solet ut testantur *Kochier. hic, Corrad. in prax. di-*
spens. lib. 5. quæst. 15. n. 13. Et quatenus omitte- 28
tur, de jure subintelligitur, cum per tale Indultum Superioris licentia suppleta non remaneat, nec ceteris solemnitatibus derogatum non censeatur, ut post *Capyc. Latr.* observat *Golb. consult. 13. sub*
n. 7. De Jure enim Subditus a Prælato cum hu- 29
militate, & puritate debet transeundi licentiam postulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur juxta *Text. in cap. licet 18. de Regul.* & si
eam non petit, committit peccatum mortale. *Bot-* 30
tilier. dict. Theoremat. tom. 1. Tract. 3. cap. 5. sess. 3. n. 90. Bonacin. quæst. 2. de Clausur. part. 9. §. 3. difficult. 1. n. 1. Sanchez. lib. 6. moral. cap. 7. n. 33. Barbos. in dicto cap. Licet num. 31. de Regular.
Quod intellige de Prælato immediato, non autem 31
de Superiore Generali, nam sui Prælati appellatione non venit Generalis, vel Provincialis, sed Prælatus immediatus ipsius Monasterii, ex plene relatis per *Fagnan. ad dict. cap. Licet num. 36. & seqq.* & ibidem *Barbos. n. 10. de Regular. Eminentiss. Petra ad Constitut. Apostolic. tom. 4. pag. 122. n. 8. Rodriquez quæst. Regul. tom. 3. quæst. 52. art. 3. Lezana in Summ. Quæst. Regul. tom. 1. cap. 22. num. 10. Pellizar. dicto cap. 5. sess. 3. n. 91. & cap. Dilecti num. 13. de Renunciat.* Quidquid in contrarium autument, *Donat. Rer. Regular. tom. 1.*
tract. 5. quæstion. 26. n. 3. nisi aliter se habeat con- 32
suetudo loci, aut Institutio Regulæ, prout est illa
Ordinis Carmelitarum, quæ videtur exigere licen 33
tiam a Provinciali, *Rota in Taurinen. Censuum 12. Maii 1692. §. Et quidem cor. Molines*, & in
Societate Jesu a P. Generali, *Pellizar. loco supra* 34
cit. n. 91.

Non requiri autem licentiam Conventus, pro-
bat *Text. in dict. cap. Licet de Regular.* Nam etsi 35
Innocentius III. Decretalem illam direxerit Priori, & Conventui *Dimolensi*, in corpore tamen loquitur de Prælato, nec ullam facit mentionem de Conventu, & concordat alter *Text. in cap. Si Religiosus de Elect. in 6.* per quæ Jura idem firmat *Archidiac. in cap. Statuimus num. 2. 19. quæst. 3. cum concordan. relatis per Fagnan. in dict. cap. Licet num. 19. & seqq.* ubi respondit Contrariis *de Regul. & in cap. Dilectis n. 19. de Renunciat. Pellizar. in Manual. tomo primo Tract. 3. cap. 5. sect. 3. num. 96. Bonacin. de Clausur. quæst. 2. part. 9. §. 3. difficult. 1. num. 10. Rodriquez. quæst. Moral. tom. 3. quæst. 52. n. 3. Eminentiss. Petra loco cit. n. 8. & 9.*

An autem si quis transeat ad arctiorem, licentia

36 tia non petita, transitus sit irritus, itaut Religio-
sus possit revocari ad priorem Religionem, & ei-
dem danda manutentio; fuit late examinatum in
decis. 18. *num.* 31. *coram Merlino*, ubi contrariæ
hinc inde Canonistarum sententiæ referuntur, &
distinguitur, aut agitur de Transitu facto ex levi-
tate, non autem desiderio strictioris vitæ, & cer-
tum est illum esse nullum, & Religiosum posse re-
vocari ad priorem Religionem, quod idem proce-
37 dit, quando est dubium quo spiritu transierit, nam
præsumitur, quod ex levitate, & temeritate tran-
sierit, cum enim contemnatur bonum obedientiæ,
hic contemptus excludit præsumptionem majoris
Religionis, & includit præsumptionem levitatis,
ut est Textus in *Cap. Licet*, & ibidem *Fagnan.*
n. 53. *de Regular. Ricciull. de Jure personar. lib.* 8.
cap. 4. *n.* 17. *Rota decis.* 18. *sub n.* 38. *&* 53. *& seqq.*
cor. Merlin. Aut constat Religiosum non ex animi
levitate, sed bona fide melioris frugis zelo transi-
38 visse, & strictioris vitæ desiderio, & tunc etiam
si licentiam non petierit, molestandum non esse,
concludit *Sext. in d. Cap. Licet, de Regul.* Hinc
cum in casu dictæ *decisionis* 18. *n.* 39. *& seqq. co-*
ram Merlino constaret Equitem illum Hyerosolimi-
tanum, qui nulla petita venia a magno Magistro
transierat ad *Barnabitas* bono zelo ductum, &
non ex levitate transivisse ad secundam Religio-
nem, quæ respectu Militaris arctior est, quodque
non ex levitate licentia non fuerat petita, sed ex
39 consuetudine, quia passim Hyerosolimitani tran-
seunt ad Ordines Claustrales nullo petita venia a
Magno Magistro, dicebatur non potuisse revocari.
Et in oppositum casum subdebatur quod stante hac
Juris dubietate res ad petitorium rejicienda erat,
interim vero dari debebat manutentio secundæ Re-
ligioni.

40 Sed hæc Decisio recte procedit in circumstantiis
illius casus; agebatur enim de sola manutentione,
& professio in secunda Religione erat clara, &
expressa; E contra vero prima professio in Reli-
gione Hierosolymitana erat tacita, & plures pa-
tiebatur difficultates, ac insuper dubitari poterat,
quod adesset tacitus consensus Magni Magistri,
& aliæ concurrebant circumstantiæ, quæ altiorem
requirebant indaginem, itaut merito remissa fuerit
discussio ad petitorium; His autem circumstantiis
41 seclusis, receptior Sententia est, quod etiam bono
Zelo ductus possit Regularis ad priorem Religio-
nem revocari, si licentiam non petierit, cum tran-
situs fuerit nullus, ut plene materia discussa,
Fagnan. in dict. Cap. Licet a n. 54. *Escanno in Pro-*
pugnac. Religion. Hierosolimit. discurs. 7. *cap.* 2. *per*
totum, cum concordan. relatis per *Barbos. in Cap.*
Licet n. fin. de Regular. Azor. Instiut. moral. lib.
12. *cap.* 14. *quæst.* 6. & hanc opinionem veriorem
existimat, & in praxi servari, testatur *Eminentiss.*
Card. Petra in Constit. Apostolic. tom. 4. *pag.* 124.
a n. 15. *& plurib. seqq.*

42 Conveniunt tamen omnes, quod sufficit licen-
tia petita, licet non obtenta, ut est casus in *dict.*
Cap. Licet, de Regular. ibique *Barbos. n.* 2. *Ko-*
ebier de Jurisdict. part. 4. *cap.* 12. *in princip. Ric-*
ciull. de Jur. Person. lib. 8. *cap.* 4. *n.* 19. *Gobb.*
consult. 12. *n.* 8. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 3.
disput. 7. *quæst.* 1. *Pignatell. consult.* 39. *num.* 9.
tom. 1. *& consult at.* 68. *n.* 5. *tom.* 10. *Passerin. de*
stat. homin. quæst. 189. *art.* 8. *n.* 33. 49. *&* 50. *to* 3.
Corrad. d cap. 15. *n.* 13. *Fagnan. in d. Cap. Licet*
num. 11. *& seqq & n.* 39. *Boutlier. de Success. ab*
Intest cap. 2 *Theorem.* 77. *n.* 2. *Rot. decis.* 18. *num.*
43 33. *coram Merlino.* Nisi prima Religio Privilegio
gauderet Apostolico, quod in ea Professus ad ar-
ctiorem transire non possit si expressum ab illius
Superiore non obtineat licentiam, *Fagnan. in dict.*
Cap. Licet num. 22 *Barbos. ibidem n.* 9. *§. A Se-*
de Apostolica, *Donat. in Prax. Regular. tom.* 2.
part. 2. *tract* 5. *quæst* 9. *Bordon. tom.* 2. *resolut* 29.
n. 4. *Eminentiss. Petra in Constitut. Apostolic. tom.* 4.
pag. 507. *n.* 7. ubi refert Resolutionem Sacræ Con-
gregationis Concilii *in Dubio Validitatis Voti* 17.
Januarii 1693. Vel nisi in concessione Transitus 44
a Sede Apostolica indulta caveatur expresse, quod
accedat consensus primæ Religionis. Ubi enim
ad valide aliquid agendum, alicujus consensus re- 45
quiritur, si consensus præfatus non accedat, actus
est invalidus, ad *Text. in Cap. Significasti* 18 *de*
For. Compet. Gloss. in Cap. final. ut Sede vacant. &
in Cap. Si pro te Verb. Assensu, de Rescript. Fa-
leott. de Sac. Consist. Consult. part. 1. *quæst.* 3. *artic.*
1. *pag.* 19. & in nostris terminis animadvertit *Leo*
in Prax. Pœnitentiar. part. 4. *pag. mihi* 435. *versic.*
Accedente.

Hujusmodi autem consensus, ut firmat idem 46
Leo dict. pag. 435. non debet necessario ex parte
Ordinis *a quo* præcedere, sed sufficit, quod subse-
quatur receptionem, vel interveniat in ipso actu
receptionis. Sed in terminis licentiæ ad tramites 47
Cap. Licet contrariam Sententiam communiter se-
quuntur Doctores ea ratione, quod ubi in aliquo
casu requiritur licentia, non sufficit eam petere
post factum, sed ab initio est postulanda, & post
licentiam petitam expectari debet per congruum
tempus Superioris responsum, ad *Text in Cap.*
Cum in veteri in fin. de Elect. Abas in Cap. Licet
n. 2. *Fagnan. num.* 44. *Barbos. n.* 17. *& de Eccles.*
universal. lib. 1. *cap.* 42. *num.* 62. *Escanno Pro-*
pugnac. Religion. Hierosolymit. disputat. 2. *cap.* 2.
num. 15. *&* 47. *Azor. Institut. moral. part.* 1. *cap.*
12. *quæst.* 5. *Lezan. Oper. moral. tom.* 4. *consult.*
17. *num.* 12 *Tamburin. de Jur. Abbat tom* 3. *di-*
sput. 3. *quæst.* 1. *n.* 11. *Pellizar. in Manual. Regu-*
lar. tom. 1. *tract.* 3. *cap.* 5. *sect.* 3. *n.* 93. *Thesaur.*
de Pœn. Verb. Religiosus part. 2. *cap.* 4. *n.* 2. *§. Immo*
aliqui; Novar. in Summ. Bullar. Comment. 10. *n.*
13. *part.* 1.

Cum his, quæ diximus circa consensum in trans-
latione Religiosi præstandum tam a Religione *a*
qua, quam a Religione *ad quam*, similitudinem
quamdam habet transitus Episcopi Suffraganei a 48
Diœcesi, pro qua est deputatus Suffraganeus, ad
munus idem exercendum in altera, & pro quo
Sedis Apostolicæ indulgentia requiritur, ut decre-
vit Sacra Congregatio Consistorialis in duabus
Causis *Moguntin. & Colonien.* eadem *die* 25. *Aprilis*
1676. propositis. Praxis enim ejusdem Sacræ Con-
gregationis est, non aliter Suffraganeis hujusmodi 49
Transitus Gratiam impertiri, quam expensis prius
causis justis, & rationabilibus illum suadentibus,
& accedente consensu tam Episcopi *a quo*,
quam Episcopi *ad quem*, & cum cessatione Con-
gruæ super Ecclesia *a qua*, & nova ejusdem assi-
gnatione super Ecclesia *ad quam*, ut testatur bon.
mem. *Fagnan. in Notis ms.* super materiis Consisto-
rialibus *pag. mihi* 338. & præcise *in Notis* super
Causa *Hildesimen.* proposita in Sacra Congrega-
tione Consistoriali 2. *Novembris* 1676. in qua
Suffraganeus *Hildesimensis* transferri supplicabat ad
Suffraganeatum Ecclesiæ, & Diœcesis *Treviren.*
Et servatum fuit *in Colonien.* 17. *Junii* 1703. pro-
posito enim Dubio -- *An supplicante Serenissimo,*
& Reverendissimo Principe Josepho Clemente Ar-
chiepiscopo Colonien. transferendus sit R. P. D.
Episcopus Adrianopolitanus Suffraganeus Mona-
sterien. ad exercendum idem munus in Ecclesia,

&

& Diœcesi Colonien. -- Sacra Congregatio Consisto-
rialis rescripsit -- *Affirmative cum assignatione Con-
gruæ super fructibus Mensæ Archiepiscopalis Colo-
nien. & cessatione Congruæ reservatæ super fructibus
Mensæ Archiepiscopalis Monasterien. & accedente
consensu Episcopi Monasterien.*

Secunda conditio est, quod Zelo melioris per-
50 fectionis transitus fiat; Zelus enim iste est causa
finalis transeundi ad arctiorem Religionem, & sine
quo Transitus est nullus, ut est casus in *dict. Cap. Li-
cet, de Regular.* & est vera, & indubitata Conclu-
sio, ut ibidem ait *Fagnan. n. 30. Pellizar. in Ma-
nual. tom. 3. cap. 5. sect. 3. n. 81. Lezan Oper. mo-
ral. tom. 1. cap. 22. n. 3. Barbos. in dict. Cap. Li-
cet n. 14. Bordon. Oper. moral. tom. 1. lib. 12. cap.
14. quæst. 3. Pignatell. tom. 2. consult. 39. n. 5. & 13.
Rot. decis. 217. n. 9. coram bon. mem. Molines.* Quo-
51 modo autem dignoscatur, an quis transierit Zelo
melioris frugis, tradunt *Fagnan. Pellizar.* alii-
que penes *Barbos. loc. cit. & in dicta decis. 217. cor.
Molines*, ponderatum fuit non posse dici Zelo me-
lioris frugis motum fuisse illum, qui transivit ad
Carmelitas Discalceatos cum permissione, ut non
viveret victu communi, nec incederet Discalcea-
tus, prout incesserat non rudi habitu, sed subtili
indutus.

Tertia conditio est, quod Transitus non sequa-
52 tur ad finem evitandi aliquam pœnam perpetrati
criminis in Religione *a qua*, nam tali casu Transi-
53 tus invalidus reputaretur, *Mendo de Ordin. Mili-
tar. disquisit. 3. qu. 12. n. 99. Pignatell. tom. 9. con-
sult. 170. n. 9. §. De Fratribus, Barbos. ad Concil.
sess. 25. cap. 19. n. 52. & in Collect. Apostolic. Decis.
verb. Transitus n. 11. Rot. decis. 217. n. 10. coram
54 Molines*, ubi de eo, qui condemnatus fuerat in
prima Religione ad solvendum certam pecuniarum
summam ob malam administrationem.

Quarta conditio est, ut antequam sequatur
55 Transitus certo constet Superiori Religionis *a qua*,
quod Religio *ad quam* parata sit Religiosum reci-
pere, ut sancitum fuit per Decretum Generale Sa-
cræ Congregationis Concilii de *Regularibus, Apo-
statis, & Ejectis* jussu san. memor. Urbani VIII.
editum anno 1624. & relatum in ejus *Constitutio-
ne XXVI. §. 3.* ibi -- *Ut apostatandi opportunitas
Regularibus præcipiatur statuit, ut de cetera nullus
permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi
prius Religioni legitime constiterit, eam Religionem
paratam esse illum recipere, qui licentiam petit,
tumque Regularis recto se transferat ad arctiorem,
quod ut re ipsa adimpleatur, idem Superior omni
studio, ac diligentia invigilet* -- & tradunt *Nicol.
Institut. Canon. lib. 2. cap. 31. de Regular. num.
6. Fagnan. in dict. Cap. Licet num. 49. Thesaur.
in Prax. part. 2. cap. 4. §. 1. Lezan. Oper. moral.
tom. 4. cauf. 17. n. 18. & tom. 1. cap. 22. num. 15.
Barbos. de Jur. Eccles. universal. lib. 1. cap. 42.
num. 70. Navar. in Summ. Bullar. part. 1. Com-
ment. 10. num. 1. & part. 2. Comment. 6. Thesaur.
de Pœn. lib. 2. verb. Religiosus cap. 4. n. 1. Emi-
nentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom. 4. pag. 124.
num.* .

Quinta conditio est, ut translatus *novum pro-
56 bationis annum repetat, & compleat cum effectu*;
Quæ conditio apponi solet in Translationibus,
quæ indulgentur per organum Sacrarum Congre-
gationum Concilii, & Episcoporum, & Regu-
larium; Nam in Translationibus, quæ concedun-
57 tur per Sacram Pœnitentiariam expresse deman-
datur, quod Translatus novam teneatur emittere
Professionem in Religione *ad quam*, ut ex formu-
la hujusmodi Indultorum apud *Leo. in Praxi Sac.
Pœnitentiar. part. 4. pag. 427. & 434.* Et verba illa
compleat cum effectu intelliguntur, quod novam 58
Professionem emittere teneatur in Religione *ad
quam* transfertur, ut declaratur per *Rot. in Cephα-
luden. Pensionis 25. Junii 1683. §. Deficit, confir-
mat. 10. Decembris ejusdem anni coram Ursino.*
Id quod est etiam de jure, nam Translati nedum 59
obstringuntur novum annum probationis repetere
ex *Trident. sess. 14. cap. 11. de Reformation Bar-
bos. in Cap. Licet num. 25. de Regular. Passerin.
de stat. homin. tom. 3. quæst. 189. n. 166. pag. mihi
142. Bottilier. de Success. ab intestat. cap. 2. Theore-
mat. 77. n. 3. Rot. in Cephaluden. §. Quæ dispositio,
coram Ursino, & §. sequenti*, ubi quod huic for-
mæ Magister Generalis Ordinis *ad quem* dispensa- 60
re minime potest. Sed etiam tenentur novam Pro-
fessionem emittere, quando Religiones sunt diver- 61
si Ordinis. & Papa nihil in contrarium disposuit,
*Fagnan. in Cap. ad Apostolicam num. 37. de Regu-
lar. Tondut. resolut. Benefic. tom. 2. cap. 121. n. 1.
& 2. Tamburin. de Jur. Abatiss. disput. 21. quæst.
11. n. 2. Passerin. de stat. homin. tom. 3. quæst. 189.
art. 8. sub n. 217. Pignatell. tom. 4. consult. 8. n. 1.
& seqq. Novar. in Summ. Bullar. part. 1. Commen-
tar. 10. n. 15. Lezan. Oper. moral. tom. 1. cap. 22.
num. 16. & tom. 4. consultat. 17. n. 48. §. Secunda
probatur.*

Quinimo nova Professio cum novo Novitiatu 62
necessaria etiam est, quando fit Transitus ab una
familia ad aliam ejusdem Ordinis strictiorem, puta
in Ordine S. Augustini, a Calceatis, ad Discal-
ceatos, & in Ordine Minorum Sancti Francisci,
a Conventualibus, ad Observantes, vel Cappuc-
cinos. Licet enim Religiones istæ censeantur *una* 63
ratione Regulæ, & Fundatoris, simpliciter tamen
sunt diversæ, in iisque vigent diversæ austeritates,
aut saltem diversus observatur vivendi modus,
ideoque necesse est, ut qui ab una earum transit
ad aliam, tum novum expleat Novitiatum, ut
ipse modum vivendi in Religione *ad quam*, & hæc
illius mores experiatur, tum novam emittat Pro-
fessionem, cum prior efficere non possit, ut trans-
latus dici possit Religiosus posterioris Religionis ad
quam transitum fecit, *Fagnan. in Cap. ad Aposto-
licam. n. 58. & seqq. de Regularib. Pellizar. in Man.
Prælat. tract. 3. cap. 5. n. 171. Lezan. Oper. moral.
tom. 1. cap. 22. n. 16.* ubi testatur, quod Sacra Con- 64
gregatio quandoque indulgere solet, quod novus
Novitiatus sit brevior, quam per annum, per ali-
quot nempe menses.

Hæ autem sunt præcipue conditiones, cum qui-
bus Professis in una Religione indulgeri solet Tran-
situs ad aliam arctiorem. Arctior autem Religio
ea non intelligitur, quæ est perfectior, & fructuo- 65
sior ratione finis, ad quem ipsa principaliter ordi-
natur ex proportione mediorum, quippe quæ sit
ordinata ad prædicandum, & docendum, ut late
explicat *Fagnan. in Cap. Sane a n. 25. & plurib.
seqq. de Regular.* Sed ea in qua viget districtior, 66
durior, magisque rigidus vivendi modus. Cum
enim Religiones omnes sint ordinatæ ad summum
finem, qui est charitas, per quam quis conjun-
gitur Deo, ut in *Extravag. Joannis XVII. Ad
Coadjutorem, versic. Cum enim, de Verbor. signi-
ficat.* & sic finis sit idem, solus strictior, & durior
vivendi modus attendendus erit ad effectum, ut
de una ad aliam arctiorem Religionem fieri queat
transitus, non inspecta ejusdem finis præstantia, ut
probat *Text. in cap. 1. 20. quæst. 4.* ubi ex Concilio
Tribulensi dicitur -- *Virgines Sacræ si pro lucro A-
nimæ suæ propter districtiorem vitam ad aliud Mo-
nasterium pergere disposuerint, Synodus concedit* --

Cap.

Cap. Licet, de Regular. in princip. ibi -- *Arctioris*
vitæ prætextu, & in fine, ibi -- *Ut apud Nos Vi-*
tam duceret arctiorem -- *Cap. quia Insulis*, ibi --
Dura est Congregatio, de stat. Monachor. & anti-
quis relatis Canonistis, ac reprobata contraria
Theologorum Sententia, late *Fagnan. in Cap. Sane*
num. 55. *de Regular.* & *num.* 58. ait, quod Curia
67 servat opinionem Canonistarum, dum non permit-
tit Transitum a Religione in qua strictius, & du-
rius vivitur, ad Religionem in qua vivitur la-
xius, utcumque adnexum habeat Prædicationis
munus, unde si Carthusianus transmigraret ad
Patres Prædicatores prætextu Zeli perfectioris Vi-
tæ, puniretur tamquam Apostata. E converso
vero a quacumque Religione etiam Mendicantium
datur Transitus ad Carthusienses, ut in *Extravag.*
1. *de Regular. Ricciull. de Jur. Person. lib.* 8. *cap.*
6. *num.* 5. ubi *§. Tertio*, ait, quod hæc opinio vi-
detur tutior, etiam ad removendas plures alter-
cationes, quæ oriri possent inter Regulares super
majori perfectione eorum Ordinum, dum quilibet
propriam Religionem, excellentia, & nobilitate
finis, ceteris præferre contendit, quod non ita
facile contingere potest in vitæ asperitate, quæ cum
clarius pateat, hanc adimit controversiam, *Emi-*
nentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom. 2. *pag.*508.
num. 19. *Cabasut. in Theor. & Prax. Jur. Canon.*
lib. 1. *cap.* 23. *num.* 3. *Sanchez ad Præcept. Deca-*
log. tom. 2. *lib.*6. *cap.* 7. *num.* 21. *Rossell. in Summa*
Verb. Religio num. 8. *in fine, Less. de Justit. & Jur.*
lib. 2. *cap.* 41. *dub.* 13. *num.* 100. *Azor. Institut.*
moral. tom. 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *quæst.* 2. *Roderic.*
tom. 2. *quæstion. Regular.* 52. *artic.* 4. *Barbos. in*
dict. Cap. Licet num. 18. *Mendo de Ordin. Militar.*
disquisit. 3. *quæst.* 12. §. 1. *num.* 99. *Passarell. de*
Privileg. Ordin. Minim. tit. Notanda Privilegia
cap. 36. *Novar. in Summ. Bullar. part.* 1. *Commen-*
tar. 10. *num.* 14.

Quemadmodum ad effectum judicandi, an se-
68 cunda Religio ad quam fit Transitus sit arctior,
& strictior, inspici debet actualis illius observan-
tia; non enim attenditur tempus Institutionis Re-
gulæ, seu primi Instituti, sed necesse est, quod
tempore Transitus asperior vita in ea ducatur. Sic
enim melius suum consequitur intentum, qui ad
perfectiorem vitam anhelat, ut per *Tex. in Cap.*
Licet, de Regular. & Cap. Sane eodem tit. Fagnan.
in dict. Cap. Licet num. 20. *& seqq.* ibique *Barbos.*
num. 19. *Cardinal. cons.* 28. *num.* 2. *Lap. allegat.*
131. *Layman. lib.*4. *tract.* 4. *cap.*6. *nu.* 10. *Cabasut.*
loco citat. Lezan. Oper. moral. tom. 1. *cap.* 22. *num.*
6. *Less. de Justit. & Jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 13.
Azor. Institut. mor. lib. 12. *cap.* 14. *quæst.* 3. & 8.
Ricciull. de Jur. Person. lib. 8. *cap.*6. *num.* 8. *Emi-*
nentiss. Petra in Constitut. Apostolic. tom. 6. *pag.* 82.
num. 2. ubi quod ita servat praxis Sac. Pœnitentia-
riæ, quæ arctitudinem Religionis elicit ex strictio-
ri actuali observantia.

69 Ceterum nedum Religiosi uti singuli, sed inte-
ger Conventus, seu tota Domus Regularis unius
Ordinis, quin imo integra Religio ad aliam arctio-
rem Religionem se transferre potest. *Capit. Reco-*
lentes, de Stat. Monach. ibi -- *Domus illæ, quæ de*
aliis Institutionibus ad vestrum Ordinem se transtu-
lerunt &c. -- *Et Cap. Unic. §. fin. de Religios. Do-*
mib. in 6. & ibi communiter Canonistæ relati per
Fagnan. in dict. Cap. Recolentes num. 11. *& seqq.*
Ricciull. de Jur. Personar. lib. 8. *cap.* 4. *num.* 25.
§. *Decima octava*; Id autem expleri non posse
70 auctoritate Superioris Regularis, sed opus esse li-
centia Summi Pontificis, probat *Text. in Cap.*
Unic. §. *final.* ibi -- *Ita quod nullus Ordo ad alium,*
vel Conventus ad Conventum se, ac loca sua tota-
liter transferat, Sedis ejusdem super hoc permissio-
ne specialiter non obtenta -- *Ricciull. de Jur. Per-*
sonar. dict. cap. 4. *num.* 26. & 27. ubi reprobat *San-*
chez ad Præcept. Decalog. tom. 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *nu-*
mer. 7. asserentem laudati *Text.* dispositionem in-
telligendam esse de translatione Rerum, non au-
tem Personarum, cum de utraque loquatur, *Fa-*
gnan. in d. Cap. Recolentes a num. 12. *& seqq.* ubi
latissime quæstionem hanc examinat, & contra-
riis respondet.

Sed an Oblati in una Religione transire possint
ad aliam strictiorem, negant *Gloss. in Cap. Ut lex* 71
continentiæ verb. Proferri in fine 27. *quæst.* 1. quam
sequuntur *Abbas in Cap. Non est, de Regul. Trans.*
subdens hoc procedere etiam licentia petita a Su-
periore, *Barbat. in Cap. In Præsentia num.* 18. *de*
Probat. ea ratione, quia per Oblationem jam ef-
fecti sunt Servi Ecclesiæ. Sed contrarium est ve-
rius, nam Oblatio non potest majorem vim, & 72
efficaciam habere, quam habet solemnis Professio
in Religione: quemadmodum igitur hæc non im-
pedit Transitum ad arctiorem Religionem, ita nec
illum impedire valet Oblatio, alias Oblatio, quæ
fit in Dei obsequium, & Animæ salutem, irrationa-
bilis esset, cum spiritualem profectum, & majus
Dei obsequium impediret, *Felin. in d. Cap. In præ-*
sentia num. 4. *in fine, ibique Bero. n.* 4. *in fine, Bar-*
bos. in Cap. Licet num. 4. *de Regular. Castropal.*
Oper. moral. tom. 3. *tract.* 16. *disput.* 4. §. 3. *num.*
5. *Sanchez ad Præcept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.*
19. *num.* 30. *& seqq. Roderic. Quæst. Regular. tom.*
3. *quæst.* 21. *artic.* 2. *& quæst.* 52. *artic.* 7. *Ricciull.*
de Jur. Person. cap. 8. *lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 31. *Botti-*
lier. de Success. ab intestat. cap. 2. *Theoremat.* 77.
num. 2. *Novar. in Summa Bullar. part.* 1. *Com-*
mentar. 10. *num.* 10.

Secundus casus est, quando Religiosus vult
transire ad aliam Religionem, quæ sit paris, seu
æqualis arctitudinis, & in hoc casu communiter
recepta distinctio est, quod aut nulla concurrit le-
gitima causa transeundi, & solus Romanus Pon- 73
tifex hanc licentiam impertiri potest, ut relatis an-
tiquioribus Canonistis, *Fagnan. in Cap. Dilecti*
num. 8. *de Renunciat. Barbos. in Cap. Licet num.* 11.
de Regular. Eminentiss. Petra in Constitut. Apostolic.
tom. 4. *pag.* 508. *num.* 14. *Sanchez in Præcept. De-*
calog. tom. 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 42. *Pellizar. in*
Manual. Regular. tom. 1. *tract.* 3. *cap.* 5. *sect.* 3.
num. 64. *Lezan. Oper. moral. tom.* 1. *cap.* 22. *num.*
8. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 7.
quæst. 5. *num.* 1. *Azor. Institut. moral. lib.* 12. *cap.*
14. *num.* 9. Quæ licentia sic sine causa a Pontifi- 74
ce indulta, quæque tamen satis raro indulgeri so-
let, suffragatur etiam in foro conscientiæ; Cum
enim Religiones omnes sint sub Pontificis supremo
dominio, hinc supposita æquali arctitudine Reli-
gionis *a qua* nempe, & *ad quam*, potest utique
Papa sua uti potestate transferendo Religiosum de
una ad aliam Religionem, præsertim si Transitus
nullum primæ Religioni afferat detrimentum, *Fa-*
gnan. loco mox laudato, Eminentiss. Petra dict. pag.
508. *num.* 15. *Pellizzar. dict. sect.* 3. *num.* 64.

Aut concurrit legitima aliqua, & rationabilis 75
causa, & seclusis particularibus Constitutionibus
nonnullarum Religionum prohibentibus Transi-
tum ad aliam æqualem absque Sedis Apostolicæ
Indulto, licentiam præfatam impertiri possunt
etiam Prælati inferiores a Papa, ut de communi
testatur *Fagnan. in dict. Cap. Dilecti num.* 11.
ubi quod Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.*
19. *de Regular.* nihil novi super hoc induxit,

sed solum prohibuit Transitum ad laxiorem, etiam
cum licentia Prælatorum Regularium, *Eminen-
tiss. Petra in Constitut. Apostolic. tom. 4. pag. 509.
num. 18. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. dispu-
tat. 7. quæst. 5. num. 1. & seqq. Murg. in Constitut.
VI. Alexandri IV. num. 146.* Requiritur tamen,
76 quod licentia hujusmodi a Superiore Regulari cum
effectu obtineatur, nec sufficit, quod petita tan-
tummodo fuerit, quia per Transitum ad æqualem
Religionem, non fit commutatio in melius, prout
contigit, quando fit Transitus ad arctiorem, *Fa-
gnan. in dict. Cap. Dilecti num. 11. & 19.* & *num.
15. & seqq.* examinat, qui veniant appellatione
77 Prælatorum inferiorum ad effectum concedendi
ex justa causa licentiam transeundi ad æqualem
Religionem, an Abbas, vel Episcopus, seu utrec-
que insimul, & an præter licentiam Prælati infe-
rioris requiratur etiam licentia Conventus.

78 Legitimæ vero causæ, ob quas permitti de-
beat Transitus ad æqualem Religionem, prudenti
Superiorum Regularium arbitrio examinandæ sunt.
Plures tamen perpendi possunt, si nempe in pri-
ma Religione extet aliquod perfectionis impedi-
mentum, quod non adsit in alia æquali; si Reli-
giosus odio habeatur a fratribus, aut male, & in-
digne tractetur, absque eo quod justam aliquam
causam dederit, aut si dedit, resipiscendo sustulit;
si ita infamatus sit ob aliquod delictum in prima
Religione commissum, ut in ea semper victurus
sit tristis, & pudore suffusus; si ob noxiam aë-
ris intemperiem reperiri non possit Monasterium,
in quo degat sine vitæ discrimine (quod tamen
moraliter evenire nequit); si demum in altera
æquali Religione subvenire possit gravi indigentiæ
Parentum, cui in prima commode succurrere non
valeat. Quas, aliasque Causas enumerant *Barbos.
in Cap. Licet num. 13. & seqq. de Regular. & ad
Concil. sess. 25. de Regular. cap. 19. num. 31. Cor-
rad. in Prax. Dispensation. Apostolic. libr. 5. cap.
15. num. 13. §. Alias enim, Leo in Prax. Sacr. Pæ-
nitentiar. part. 4. pag. 435. §. Quænam sint causæ,
Murg. ad Constitut. VI. Alexandri IV. sect. 3. num.
160. & seqq. Castropal. Oper. moral. tom. 3. tract.
16. disput. 4. punct. 26. num. 6. Eminentiss. Petra in
Constitut. Apostolic. tom. 4. pag. 121. & seqq. Pelli-
zar. in Manual. Regul. tom. 1. tract. 3. cap. 5. Dia-
na tom. 3. tract. 2. resolut. 43.* Quæ sane causæ licet a
mox laudatis Doctoribus expendantur ad effectum
Transitus ad laxiorem Religionem, eæ nihilo minus
potiori jure inservire possunt pro legitimo redden-
do Transitu ad æqualem Religionem, pro quo mi-
nor causa requiritur, quam pro Transitu ad laxio-
rem præ se ferente majorem Votorum relaxationem,
ut præ ceteris recte ponderat *Castropal. loco cit.*

79 Tertius casus est, quando Transitus fit ad la-
xiorem Ordinem, & hoc casu si nulla concurrat
legitima causa, Doctores omnes conveniunt, illum
fieri non posse absque Pontificis licentia. Cum enim
Transitus ad laxiorem sine causa, sit contra Jura,
Cap. Proposuit de Concess. Præben. solus utique Pon-
tifex, qui est supra Jura, dispensationem hanc in-
dulgere potest, ut sancitur a *Concilio Tridentino
Sess. 25. cap. 19. de Regul. Fagnan. in cap. Dilecti
num. 27. de Renunciat. Barbos. in Cap. Licet n. 12.
de Regular. & ad Concil. dict. cap. 19. num. 17. Caba-
sut. in Theor. & Prax. Jur. Canon. libr. 1. cap. 23. n.
4. Azor. Instit. moral. lib. 12. cap. 14. quæst. 9. Lezan.
oper. moral. tom. 1. cap. 22. num. 8. Ricciull. de Jur.
Person. lib. 8. cap. 4. num. 1. Sanchez in Præcept.
Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 7. n. 67. Gratian. Dis-
cept. Forens. cap. 434 num. 6. Mirand. in Manual.
Prælat. tom. 1. quæst. 21. artic. 5. conclus. 3.*

Sed quæstio est, an legitima concurrente cau-
sa possint Prælati Regulares hujusmodi licentiam 80
transeundi ad laxiorem indulgere. Et quidquid
minus recte autument Doctores relati per *Fagnan.
in dict. cap. Dilecti num. 23. Barbos. in dict. cap.
Licet num. 12. Eminentiss. Petr. in Constit. Apostolic.
tom. 4. pag. 510.* Verior opinio est ipsis hanc esse
interdictam facultatem nedum inspecta dispositione
Juris communis, in *Extravag. I. Martini IV. de
Regular.* per quam interdicitur Mendicantibus
transitus ad non Mendicantes (excepta Carthusia),
& sic ad laxiorem, sine licentia Papæ sub pœna
Excommunicationis ipso facto incurrenda, & cujus
Extravag. dispositionem a quolibet Pontifice in hac
Regula renovari solitam, intelligendam esse etiam
de transeuntibus ad laxiorem cum legitima causa, 81
probat *Fagnan. in dict. cap. Dilecti num. 31.*

Verum ex censura Concilii Tridentini *dicto cap.
19. Sess. 25. de Regular.* qua statuitur ut *nemo Re- 82
gularis cujuscumque facultatis vigore transferatur
ad laxiorem Religionem.* Quæ sane Conciliaris dis-
positio non eam recipere potest interpretationem,
quam nonnulli tradunt, ut intelligenda sit de fa-
cultatibus non juridicis, id est de Transitu sine
justa causa. Primo quia loquitur per verba univer-
salia, & geminata, quæ hujusmodi restrictionem
non patiuntur; Dictio enim *Nemo*, qua utitur 83
Concilium tamquam universalis negativa compre-
hendit omnes quacumque auctoritate suffultos, *Ar-
chidiacon. in cap. Nemo in princip. de Elect. in 6.*
Et similiter dictio altera *cujuscumque* afficit facul-
tates omnes qualescumque illæ sint, *cap. Solitæ
versic. Quodcumque de Majorit. & Obedien.* Se-
cundo quia id ipsum suadet proprietas sermonis;
eo ipso enim, quod Concilium adhibuit verbum
facultatis, hoc intelligi nequit, nisi de *facultatibus*
juridicis, cum non juridicæ nec sint, nec dici me- 84
reantur *facultates*, & si de istis Concilium intel-
lexisset, non dixisset *facultatis vigore*, sed potius
colore, vel prætextu, ut illius mos est, ubi voluit
tollere abusus, & corruptelas, ut patet *in cap. 6.
Sess.* 14. & bene observat *Fagnan. in dict. cap.
Dilecti n. 35.* Tertio demum, quia cum justa causa 85
requiratur etiam in casu, quo fieret transitus ad
arctiorem, vel æqualem Religionem, ut supra di-
ximus, sequitur, quod minus recte Concilium
prohiberet transitum ad laxiorem, si tantummodo
intelligeretur de facultatibus non juridicis, & de
transitu sine justa causa, ut prosequitur *Fagnan. in
dict. cap. Dilecti num. 35. Eminentiss. Petr. in Con-
stit. Apostolic. tom. 4. pag. 509. num. 19. & seqq.*

Accedit observantia, nam hujusmodi licentiæ
transeundi ad laxiorem Religionem, etiam legiti- 86
mis concurrentibus causis semper indulgeri consue-
verunt a Pontifice, vel per organum Datariæ, vel
Sacrarum Congregationum Concilii, & Episco-
porum, & Regularium, vel ut frequentius acci-
dit per Sacram Pœnitentiariam, a qua plerumque
conceduntur ad supplicationem Generalis, vel
Procuratoris Ordinis, & de consensu utriusque
Religionis *a qua*, & *ad quam*, ut testatur *Fa- 87
gnan. in dict. cap. Dilecti num. 19.* Sicque ipsimet
Superiores Regulares agnoscunt se non habere fa-
cultatem super hoc dispensandi, cum pro ea obti-
nenda recurrant ad Sedem Apostolicam, & jure
quidem, meritoque, cum ipsi nec etiam ex ma- 88
gna, & urgenti causa dispensare possint contra
Canones, a quibus, ut diximus, interdicitur tran-
situs ab arcta ad laxiorem Religionem, *Fagnan.
dicto cap. Dilecti num. 19.*

Hinc cum Superiores cujusdam Religionis, in 89
qua usus Carnium est prohibitus, supplicassent
Sac.

Sac. Congregationi Concilii pro declaratione, an
tuta conscientia possent concedere facultatem trans-
eundi ad laxiorem Religionem, in qua esus Car-
nium esset permissus cuidam Professo, qui apud
Parentes hæreticos se receperat, & periculum
aderat subversionis, Sacra Congregatio in Dubio
Transitus ad laxiorem die 26. Januarii 1675. res-
pondit *Negative*, ut habetur in *lib.* 29. *Decret.*
pag. 3. *a tergo*, de qua resolutione meminit *Eñus*
Petra in Constitut. Apostolic. tom. 4. *pag.* 510. *num.*
19. Idemque resolvit Sac. Congregatio *Episcopo-*
rum, & Regularium die 20. *Januarii* 1651. ut ex
Decreto, quod per extensum referunt *Pignatell.*
tom. 10. *consult.* 68. *n.* 4. *Eminentiss. Petr. in Consti-*
tut. Apostolic. tom. 4. *pag.* 509. *num.* 19. *in fine.*

Sic autem translatus cum Summi Pontificia li-
90 centia, etiam legitima concurrente causa, ad la-
xiorem Religionem, tenetur in ea novum proba-
tionis annum explere, novamque emittere Pro-
fessionem, per ea, quæ supra diximus; etiamsi
Transitus fieret ad laxiorem Religionem ejusdem
91 Ordinis, & sub eodem Capite, puta a PP. Re-
formatis, vel Capucinis S. Francisci ad Minores
Observantes, ut inspectis tum dispositione Juris,
tum Decreto Concilii Tridentini *cap.* 15. *Sess.* 25.
de Regular. tum quamplurimis rationibus probat
Fagnan. in Cap. Ad Apostolicam a num. 34. *&*
per tot. de Regular. P. Matthaucci in Offic. Cur.
cap. 41. *num.* 25.

Causæ vero, quæ a Doctoribus enumerantur
92 ad effectum ut permitti possit transitus ad laxio-
rem Religionem, sunt illæmet, quas supra recen-
suimus *num.* 78. pro transitu ad æqualem; quibus
addendæ sunt aliæ ab iisdem Doctoribus perpensæ
in specie transitus ad laxiorem, si nempe Religio-
sus infirma, vel incommoda valetudine continuo
vexetur, vel sit natura Corporis adeo fragilis, ut
asperitates Religionis strictioris ferre nequeat, aut
si sit Senex, & proinde ineptus asperitati Ordinis.
Sed veritas est, quod præcipuæ causæ, ob quas
Apostolica Sedes indulgere solet transitum ad la-
xiorem Ordinem, consistunt in continua infirmitate,
vel debilitate, ob quam Religiosus impotens red-
ditur ad arctioris Ordinis Statuta servanda, juxta
Text. in Cap. Cum ad Monasterium §. In Refectorio
de Stat. Monach. Abbas in Cap. Non est Vobis num. 6.
de Regular. cum aliis relatis per *Fagnan. in dict. cap.*
Dilecti num. 37. *& seqq. & num.* 38. *Eñus Petra in*
Constit. Apostolic. tom. 5. *pag.* 82. *num.* 5.

Senectus vero eatenus judicanda erit justa causa
93 transitus ad laxiorem Ordinem, quatenus talis sit,
ut per eam Religiosus inhabilis reddatur ad servan-
das austeritates arctioris Regulæ, alias absurdum
esset, quod unicuique Religioso in senectute etiam
valida, & robusta constituto, liceret ad laxiorem
Ordinem convolare, *Fagnan. in dicto cap. Dilecti*
num. 38. *Eminentiss. Petr. in Constit. Apostolic. d.*
94 *tom.* 4. Quemadmodum si obligatio subveniendi
gravi indigentiæ Parentum adimpleri potest in alia
Religione æqualis observantiæ, ad illam, & non
ad laxiorem permittendus erit transitus.

Ceteræ vero causæ supra *num.* 78. recensitæ
95 sufficere quidem possunt pro obtinenda dispensa-
tione super transitu ad æqualem, non autem ad la-
xiorem Ordinem, quia cum Religiosus, urgente
aliqua ex dictis causis possit, æque bene suæ in-
demnitati consulere per transitum ad parem, nulla
ratio patitur, ut transmigret ad Regulam minus
strictam, & sic de statu perfectiori ad statum minus
96 perfectum. Maxime si prætendatur transitus ad la-
xiorem ob infamiam propter crimen aliquod in pri-
ma Religione perpetratum, nam ex propria nequi-
tia commodum reportaret, contra Juris Regulas, 97
de quibus *Text. in cap. Audivimus* 3. *de Colius.*
deteg. leg. 3. *ff. de Transact.* & advertunt *Eminen-*
tiss. Petr. in Constit. Apostol. tom. 5. *pag.* 82. *num.* 5.
Fagnan. in dict. cap. Dilecti num. 39. *& seqq.* ubi
tuetur, Sac. Pœnitentiariam pro justa causa dis- 98
pensandi super hoc Transitu solum attendere ægri-
tudinem, seu debilitatem.

Sed an habens Indultum transeundi ad Religio-
nem a Sede Apostolica approbatam, in qua Be-
nevolum inveniat Receptorem, prout aliquando
per S. Pœnitentiariam concedi solet Apostatis, 99
possit transire ad laxiorem, etiamsi in æquali bene-
volum invenerit Receptorem. Negat *Leo in Prax.* 100
Sac. Pœnit. part. 4. *pag.* 431. *versic. Contrarium.*
Nam eo ipso quod Indultum suum potest operari
effectum per Transitum ad æqualem, non debet
fieri Transitus ad laxiorem, cum dispar utriusque
transitus sit ratio, *Sanchez ad Præcept. Decalog.*
tom. 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 74. alias Apostata com-
modum reportaret de sua Apostasia contra Juris
principium, quod proprium delictum nemini pa-
trocinari debet. Quod tamen limitat idem *Leo*
in casu, quo benevolos Receptores solummodo in- 101
veniret in laxiori Religione, cum necessitas legem
non habeat, & faciat licitum, quod de jure non
est licitum, *Cap. Non est licitum ff. de Regul. Jur.*

Sed contrarium existimat *Eñus Petr. in Constit.*
Apostol. tom. 5. *pag.* 83. *num.* 8. ea ratione, quod 102
Sacra Pœnitentiaria indulgendo transitum indefini-
te ad Religionem a Sede Apostolica approbatam,
censetur Religiones omnes approbatas sub Indulto
comprehendere, & arbitrio Indultarii electionem
Religionis magis sibi bene visæ relinquere. Hinc
cum Monachus quidam Camaldulensis utendo fa-
cultate sibi indulta a Sacra Pœnitentiaria genera-
liter transeundi ad aliam Religionem, in qua
Claustralis, & Regularis observantia vigeret,
transitum fecisset ad laxiorem Canonicorum Re-
gularium S. Augustini Congregationis *Ultiensis*,
& dubitaretur de validitate transitus, Sacra Con-
gregatio Concilii, ad quam Causæ cognitio per
Sac. Pœnitentiariam remissa fuerat, censuit, *con-*
stare de validitate Transitus, ut in *Taurinen. Tran-*
situs 6. *Augusti* 1712. de qua resolutione meminit
Eñus Petra in Constit. Apost. loco cit. qui *n* 10.
firmat, hujusmodi Transitum ad laxiorem Ordi- 103
nem suffragari etiam in foro interno, quando cau-
sæ, ob quas concessum fuit Indultum transeundi
ad Religionem approbatam, veritati nituntur. Et
hæc sententia eo magis procedit, si permittatur 104
Transitus ad *quamcumque* Religionem a Sede
Apostolica approbatam. *Sanchez ad Præcept. De-*
calog. tom. 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 74. *in fine.*

Appellatione vero Religionum laxiorum, quam-
vis nonnulli DD. autument comprehendi posse 105
Ordines Militares, nihilo minus quia eorum Alum-
ni Claustralem, & Regularem observantiam non
servant, & more Sæcularium vivunt, ita ut a
Statu Sæculari non valde distent, *Cardin. de Luc.*
de Regular. disc. 37. *num.* 10. *Lezzan. Oper. moral.*
tom. 4. *Consult.* 11. *num.* 5. *&* 9. *Piton. discept.* 72.
num. 36. *&* 46. Hinc ad Ordines præfatos Milita- 106
res transire non possunt Regulares Indultum ha-
bentes transeundi etiam ad laxiorem, ut usque de
anno 1597. resolutum fuisse a Sacra Congregatio-
ne Episcoporum, & Regularium testatur *Pigna-*
tell. tom. 9. *consult.* 170. *num.* 9. *§. De Fratribus*,
Sanchez in Præcept. Decalog. tom. 2. *lib.* 6. *cap.* 7.
num. 75. *Rodriquez Quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.*
52. *artic.* 12. *Leo in Prax. Sac. Pœnitentiar. part.* 4.
pag. 431. *verb. Cujusius Ordinis.*

Id quod hodie sine ulla prorsus difficultate pro-
107 cedit, attenta moderna formula Indultorum trans-
eundi ad laxiorem Religionem, quæ per S. Pœni-
tentiariam conceduntur. Io ipsis enim nedum in-
jungitur, quod Transitus fieri debeat ad Religio-
nem per Sedem Apostolicam approbatam, ut in
formula antiqua apud *Leon. in Prax. Sac. Pœnitiar.*
108 *part.* 4. Verum quod in ea vigeat *Claustralis*, & *Regularis observantia*: Per quam clausulam in-
terdictus remanet Transitus ad Religiones Mili-
tares, in quibus *Claustralis*, & *Regularis obser-
vantia* non viget, *Emus Petra in Constit. Apo-
stolic. tom. 5. pag. 84. num. 11. Pignatell. tom. 1.
consult. 299. num. 1. & 2.* ubi refert Decretum
Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium
editum ad instantiam Societatis Jesu, *P. Mat-
theucc. Official. Cur. cap. 41. num. final.* ubi testa-
109 tur, quod ubi Sedes Apostolica Transitum ad Or-
dines Militares indulgere intendit, illum expresse
concedit, & ita in praxi tum ex stylo Sac. Pœ-
nitentiariæ, tum Sacræ Congregationis Episcopo-
rum, & Regularium servari.

Ceterum Transitus ipse ad Ordines Militares
110 satis raro, & nonnisi ex magnis, & urgentibus
causis a Sede Apostolica permittitur, *Fagnan. in
Cap. Sane, num. 65. de Regular.*; hinc Sacra Con-
gregatio Concilii in *Romana Transitus* 19. *Maii*
1668. Professo in Congregatione Olivetana dene-
gandum esse censuit transitum ad Cappellanos S.
Joannis Hierosolymitani, quamvis adesset causa
gravis infirmitatis, ob quam, nisi cum magno
vitæ discrimine inhabilis reputabatur ad vitam Mo-
nasticam observandam; de qua resolutione me-
minit *Emus Petra in Constit. Apostol.* loco mox
laudato, ubi refert etiam, quod Sac. Congregatio
Episcoporum, & Regularium in *Portugallen. Tran-
situs* denegavit Transitum ab Ordine Capuccino-
rum ad Equites Hierosolymitanos, quamvis tran-
sire cupiens esset Vir eximiæ nobilitatis, quia
post brevem in dicta Religione moram, eam de-
seruerat, & per quindecim annos in habitu sæ-
culari aberraverat, etiam apud Hæreticos Mili-
tiæ operam dando. Et in *Bisuntina Restitutionis
in integrum*, cum quidam nobilis Vir Canonicus
Regularis Ordinis S. Augustini in Abbatia *Montis
Benedicti Bisuntin.* Diœcesis, dimisso habitu, di-
versas peragrando Regiones, Militiæ sæculari no-
men dedisset, & postea ad Cor reversus, saniori
adepto consilio, restitutionem in integrum ad-
versus lapsum quinquennii pro obtinenda decla-
ratione Nullitatis suæ Professionis postulasset, ea-
que denegata humiliter Pontifici supplicasset pro
Indulto transeundi ad aliquem Ordinem Milita-
rem. Sacra Congregatio Concilii, ad quam re-
111 missa fuit instantia pro Voto, *die* 23. *Junii* 1714.
censuit, consulendum Smo pro concessione Indul-
ti non ad Ordines Militares, sed ad Hospitalarios
S. Spiritus in Saxia, vel S. Antonii de S. Antonio
Viennensi; de qua pariter resolutione mentio ha-
betur apud *Eminentiss. Petr. tom. 5. pag.* 84.

Sed justis, gravibus, & rationabilibus suaden-
112 tibus causis, aliquando Apostolica Sedes indulsit
transitum Regularium, etiam Mendicantium, ad
Ordines Militares. Celebre namque est Indultum,
quod san. mem. *Clemens VIII.* anno 1594. elar-
gitus fuit *Henrico de Joyosa* Sacerdoti, & Pro-
vinciali Capuccinorum in Galliis, ut transire pos-
set ad Ordinem Hospitalis S. Joannis Hierosoly-
mitani, ac inter Sacerdotes ejusdem Hospitalis
connumerari, & solitam Professionem emittere;
Indulgendo etiam, ut Bello contra Hæreticos
durante, Religionem Catholicam, ac Provinciam
Occitanam defendendi causa, veste curta indui,
Arma gestare, Exercitibus præesse, ac ejusdem
Provinciæ Regimen suscipere, & exercere lice-
ret, ut refert *Cardin. Ossat. tom. 1. Epistol. 23. pag.*
524. & ibi *Amelot. in Notis numer.* 11. ubi refert
Brevis particulam. Et de altero Capuccino transla-
to ad Fratres Cappellanos Hierosolymitanos, *Rot.
decis.* 643. *cor. Burat.* Indulsit quoque Sac. Pœni-
tentiaria cuidam Professo in Congregatione Olive-
tana, & nulliter a pluribus annis auctoritate Abba-
tis Generalis translato ad Congregationem *S. An-
dreæ* dictam *Abbatiam de Lusa* in Civitate Avenio-
nis, ut attenta satis provecta ætate, ac infirmi-
tatibus, quibus jugiter vexabatur transire posset
inter Cappellanos Milites S. Joannis Hierosolymi-
tani in Conventu Melivetano, in quo claustraliter
vivitur, & quod ab illo discedere non posset sine li-
centia ejusdem Sac. Pœnitentiariæ, ut testatur *Emi-
nentiss. Petr. in Constit. Apostol. tom. 5. pag.* 85. *n.* 13.

Difficillime pariter indulgetur transitus ad Ho-
spitalarios S. Spiritus, & S. Antonii Viennensis, 113
ut testatur *Eminentiss. Petra in Constit. Apostol.
tom. 4. pag.* 512. ubi refert, quod cum alias Sacra
Congregatio Concilii fuisset in sensu, concedi pos-
se cuidam Professo in Societate Jesu Transitum ad
Hospitalarios, facto deinde verbo cum Smo, hic
approbavit quidem sententiam Sacræ Congrega-
tionis quoad Transitum in quamcumque Religio-
nem, in qua Claustralis, & Regularis observan-
tia vigeret, non autem quoad Hospitalarios, ut
in *Mantuana* 30. *Augusti* 1698. Et ex eadem ra- 114.
tione Transitus ad Hospitalarios S. Spiritus, & S.
Antonii Viennen. non censetur comprehensus in ge-
nerali Indulto, quod aliquando favore Apostata-
rum concedi solet, transeundi ad quamcumque Re-
ligionem, in qua vigeat Claustralis, & Regularis
observantia, ut censuit eadem Sacra Congrega-
tio in *Cajetana Transitus* 24. *Martii* 1703. ubi
cum quæsitum fuisset, an quidam Apostata potue-
rit vigore supra dicti Indulti transire a Religione
Fratrum Minorum Observantiæ S. Francisci ad
Ordinem Canonicorum Regularium S. Antonii
Viennensis, Sacra Congregatio respondit: *Tran-
situm fuisse nullum, & Orator omnino redeat ad
suam primam Religionem infra Mensem sub pœ-
nis contentis in Indulto de Apostatis.* Quam re-
solutionem refert *Eminentiss. Petra tom. 4. pag. 514.
num.* 16.

Sed quandoque Pontificum clementia, dum ra-
tionabiles causæ suadent, indulget Transitum ad 115
Religiones non Claustrales, ut præter exemplum
supra relatum in *Bisuntina*, san. mem. *Clemens X.*
indulsit cuidam Professo in Religione *Cassinensium*
primo Transitum ad Hospitalarios S. Spiritus in
Saxia, & deinde ab his ad aliquem ex Ordinibus
Militaribus Calatravæ, S. Jacobi & Alcantaræ, ut
in casu, super quo prodierunt Decisiones Sac.
Rotæ in *Cephaluden. Pensionis die* 25. *Junii* 1683.
& 10. *Decembris ejusdem anni, cor. Ursino.* Et
Apostatis etiam, qui diu apud Hæreticos perman- 116
serunt, concessum aliquando fuisse Transitum ad
Religiones non Claustrales testatur *Monacell. in
Formul. legal. tom. 1. in appendic. pag. 342. num.* 3.
Prout san. mem. *Urbanus VIII.* ex eadem causa
cuidam Professo in Congregatione Theatinorum
indulsit Transitum ad Ordinem S. Spiritus in Saxia,
unde orta fuit controversia, de qua *Rota in Roma-
na Legati* 12. *Junii* 1690. & 24. *Aprilis* 1692. *co-
ram Priolo, & 27. Novembris* 1693. *cor. Ursino.*

At post hæc tempora prodiit Constitutio san.
mem. *Benedicti XIII.* sub Datum *apud S. Petrum
Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin-
gentesimo*

gentesimo vigesimo sexto, Idibus Februarii Pontificatus anno secundo, impressa penes *D. Advocatum Ursayam*, *Discept. Eccles. tom. 7. pag. 315.* qua omnibus Regulare, & Claustrale Institutum Professis prohibetur quacumque de causa Transitus, sive ad quemcumque alium Ordinem, in quo Claustralis, & Regularis observantia non vigeat, sive ad quemcumque Ordinem Hospitalarium, vel Militarem, aut Hospitalarium simul, & Militarem, licet in eis Claustralis, & Regularis observantia vigeret, reservata soli Romano Pontifici facultate Transitum hujusmodi indulgendi, ut plenius legitur in eadem Constitutione §. *Quare præcipua*, ibi -- *Itaque omnibus, & singulis Re-*
117 *gularibus in quocumque Regulari, & Claustrali Ordine Professis Transitum ad quemcumque alium Ordinem, in quo Claustralis, & Regularis observantia non vigeat, post maturam hac de re habitam deliberationem, Motu proprio, & ex certa*
118 *scientia omnino prohibemus. Transitum etiam ad quemcumque Ordinem Hospitalarium, vel Militarem, vel Hospitalarium simul, & Militarem, etiamsi in hujusmodi Ordinibus Claustralis, & Regularis observantia vigeret; ac etiamsi ageretur de Apostata, vel non Apostata, a primævo suo Ordine ad ejusmodi alium transire volente, pari modo probibemus. Insuper quibuscumque Superiori-*
119 *bus Regularium, S. R. E. Cardinalibus Legatis, ejusdem S. R. E. Cardinali Majori Pœnitentiario, Nunciis Apostolicæ Sedis, Vice-Legato Avenionensi, utrique Congregationi Cardinalium Negociis Episcoporum, & Regularium præpositæ, Sacrique Concilii Tridentini Interpretum, per præsentes tollimus, revocamus, & abrogamus quæcumque Privilegia, authoritates, facultates, & Consuetudines ejusmodi Transitum concedendi cuicumque Regulari claustrali, Apostatæ, vel non Apostatæ quacumque de causa; quamvis etiam consensus tam Superioris, in cujus Ordine antea professus fuerat, quam alterius Superioris, in cujus Ordine novam Professionem emittere voluerit. Nobis autem, nostrisque Successoribus Romanis Pontificibus pro tempore exituris similes concessiones penitus reservamus, ita ut imposterum S. R. E. Cardinales Legati, ejusdem R. E. Cardinalis Major Pœnitentiarius, Nuncii Apostolicæ Sedis, Vice-Legatus Avenionensis, prædictæque Congregationes in examine Libellorum supplicum hujusmodi Transitus postulantium, hac de re nihil omnino decernere possint, nisi nostro, vel Romani Pontificis pro tempore exituri speciali Rescripto, ejusmodi Libelli supplices ad illos remissi fuerint: quo Rescripto etiam obtento, nihilominus Transitus facultatem, etiamsi causa ejus concedendi summæ viderentur, nullo modo concedere valeant, nisi postquam Nobis, & pro tempore exituro Romano Pontifici, totius rei distincta, & accurata relatio facta fuerit, & postquam a Nobis ipsis, vel a Romano Pontifice pro tempore exituro, earumdem causarum pondus approbatum, & Transitus facultas concessa fuerit.*--

Hæc quoad Transitum de una Religione ad aliam. Sed occurrit quæstio, an Regulari transeunte de sua ad aliam Religionem, ejus Bona debeantur Religioni *a qua*, seu potius Religioni *ad quam?* In hac quæstione plures casus sunt distinguendi. Primus est, quando Transitus de uno Monasterio
120 ad aliud diversæ Religionis non est perfectus, sed provisionalis, ex causa pœnitentiæ, vel simili &c. remanente adhuc Translato cum habitu prioris Religionis, nullaque emissa Professione in secunda. Et hoc casu bona acquiruntur primo Monasterio, in quo Religiosus perseverare dicitur, *Gloss. in Cap. De lapsis in fin. 13. quæst. 6. Abbas in Cap. Quod a te sub num. 6.* & ibi *Imol. num. 10 de Cleric. Conjugat. Sanchez in Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 32. n. 46. Gobb. Consult. dec. 12. num. 50. & Consult. 13. n. 1. & seqq. Card. de Luc. de Regular. disc. 39. num. 15. Sperell. decis. 136. num. 19. Rot. decis. 109. & 105. part. 2. Recent.* Idemque procedit ubi Transitus est nullus, quia nempe non 121
præcessit debita facultas, vel quia non fuerint servatæ conditiones ibidem præscriptæ. Nam sicuti hoc casu Religiosus se ipsum non transfert, ita multo minus secum Bona sua transferre potest, *Imol. in Cap. Quod a te sub num. 10. colum. 3. versic. Si non ingreditur*, & ibi *Hostiens. sub num. 2. de Cleric. Conjugat. Abb. in Cap. fin. num. 3. de Regular. Roderic. Quæstion. Regul. tom. 3. quæst. 52. art. 27. in princip. Sanchez loco cit. cap. 33. n. 10. & seqq.* cum aliis apud *Gobb. dict. Consult. 13. num. 7. Rot. dec. 217. 9. Prout, cor. Molines*, ubi tamen ex contraria voluntate Donantis contrarium decisum.

Secundus casus est, quando Transitus est perfectus, ita ut Translatus fiat filius secundi Mona- 122
sterii, & agitur de Bonis intuitu primi Monasterii quæsitis, vel ex propria Religiosi industria, & hoc casu similiter spectant ad primum Monasterium, *Abb. in Cap. Quod a te sub num 8. de Cleric. Conjugat. Capra cons. 96 num. 10. & 11. Surd. cons. 333. num. 62. Card. de Luca de Regular. disc. 39. num. 16. Gobb. consultat. 12. num. 18.* & de Bonis quæsitis ex propria industria. *Staiban. resolut. 126. num. 29. Passerin. de Stat. Homin. tom. 3. quæst. 189. art. 8. num. 172.* Eo prorsus modo, quo translato Episcopo de una ad aliam Ecclesiam, priori Ec- 123
clesiæ debentur Bona illius intuitu; & ex illius fructibus acquisita, ut decrevit Sac. Congregatio Concilii in *Suessan. 28. Septembris 1709. & 25. Januarii 1710.* Et de Legato relicto intuitu Monasterii ex causa impulsiva filii Religiosi, adsunt 124
Decisiones Rotæ *in Romana Legati 24. Novembris 1692. cor. Priolo, & 27. Novembris 1693. cor. Ursino, & 1. Julii 1695. coram clar. mem. Card. Caprara inter impress. decis. 268.*

Tertius casus est, quando agitur de Bonis per Religiosum quæsitis post sequutum Transitum, 125
& emissam Professionem in secundo Monasterio, & tunc Bona acquiruntur huic secundo Monasterio, cum respectu primi pro mortuo habeatur, *Barbos. in Cap. Licet num. 29. de Regul. Mart. de Success. legal. part. 3. quæst. 13. artic. 1. n. 18. Tamburin. de Jur. Abatiss. disputat. 21. quæst. 7. num. 7. Passerin. de Stat. Homin. dict. tom. 3. quæst. 189. art. 8. num. 171. pag. 395. Gobb. Consult. 12. num. 52. Amayden. de Styl. Dataria lib. 1. cap. 15. §. 7. quæst. 17. num. 137. Bottilier. de Success. ab intest. cap. 2. Theoremat. 78. n. 13.* Quod locum sibi vin- 126
dicat etiam in relicto conditionali conditione adimpleta post factum Transitum, & emissam Professionem in secundo Monasterio, nam relictum acquiritur eidem secundo Monasterio, in quo Religiosus degit de tempore purificatæ conditionis, *Sanchez in Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 32. num. 41. & seqq. Capon. Discept. forens. 280. num. 10 & seqq. Gobb. dict. Consult. 12. num. 53. Passerin. dict. artic. 8. num. 209. & seqq. Tamburin. dict. disput. 31. quæst. 7. num. 10.* & distinguendo inter condi- 127
tiones potestativas, & casuales, *Bottilier. de Success. ab Intest. cap. 2. Theorem. 78. num. 19.*

Quartus casus est, quando agitur de Bonis, in statu sæculari, vel post emissam Professionem 128
in primo Ordine quæsitis, & in hoc casu varia-

nisi ex causa magni incendii, vel Lepræ, Epide-
miæ, quam Constitutionem idem Pius V. oretenus
declaravit comprehendere etiam casum alioquin
permissum a Concilio sess. 25. de Regular. cap. 7.
Quam Resolutionem excripsi ab antiquo Codice
Decretorum ejusdem Sac. Congreg. & cohæren-
ter tradunt *Navarr. in Cap. Statuimus 19. quæst.*
3. Notabil. 4. num. 48. & consil. 5. num. 3. de stat.
Monach. Roderic. quæst. Regul. tom. 3. quæst. 52.
artic. 6. Bonatin. Oper. moral. tom. 1. disput. 2.
punct. 9. §. 2. num. 4. Boutilier de Success. ab intestat.
cap. 2. Theoremat. 77. num. 2. Pellizar. in Manual.
Regular. tom. 1. tractat. 3. cap. 5. sect. 3. num. 78.
Donat. Prax. Regul. tom. 1. part. 2. tractat. 5 quæst.
28. num. 3. Novar. in Summ. Bullar. part. 1. Com-
mentar. X. num. 9. Sanchez ad Præcept. Decalog.
tom. 2. lib. 6. cap. 7. sub num. 6. Ricciull. de Jur.
Person. lib. 8. cap. 5. num. 4.

142 Cumque dispositiones loquentes de Monachis
locum habeant etiam in Monialibus, nisi obstet
qualitas sexus, *Cap. final. in fin. de Stat. Monach.*
cum concordantibus relatis per *Ricciull. dict. cap.*
5. num. 1. Rot. in Herbipolen. Monasterii 10. Ju-
nii 1707. §. Quin dubitari, coram bon. mem. Caf-
farello. Hinc non desunt, qui existimant posse
143 Monialem ad Monasterium arctioris Ordinis tran-
sire licentia petita, licet non obtenta ad tramites
Cap. Licet, de Regular. ut præ ceteris *Navarr.*
dict. consil. 5. de stat. Monach. Donat. dict. quæst.
28. num. 1. Pellizar. dict. sect. 3. num. 78. & alii
relati per *Barbos. in dict. Cap. Licet num. 3. de*
Regular.

Verum, quidquid laudati Auctores autument,
hodie ea invaluit Sententia, quod per laudatam
144 S. Pii Constitutionem super clausura Monialium
editam, interdicta sit eisdem facultas transeundi
ad arctiorem Religionem licentia petita, licet
non obtenta, sed pro hujusmodi Transitu facien-
do requiratur Summi Pontificis licentia, ut pluries
declarasse tam Sacram Congregationem Concilii,
quam alteram Episcoporum, & Regularium te-
statur *Fagnan. in Cap. Recolentes num. 48. de stat.*
Monachor. & in Cap. Licet num. 62. de Regular.
ibique etiam *Barbos. num. 3.*

At vero si agatur non de Transitu Monialis de
145 uno Monasterio ad aliud, sed de reducendis Mo-
nialibus ab antiquo, ad Monasterium noviter ex-
tructum, potest reductio hujusmodi expleri a Su-
periore Regulari, cui Monasterium illud sit sub-
jectum cum scientia, & consensu Episcopi, nec
necessaria videtur Sedis Apostolicæ licentia, ut ex
sequenti Decreto Sacræ Congregationis Concilii --
Generalis Cisterciensis quærit, an vigore Decreti
Sacri Concilii Tridentini cap. 5. sess. 25. de Regular.
in fin. competat sibi facultas Moniales Monasterio-
rum sibi subjectorum, atque extra mænia Urbis,
vel Oppidi constitutorum ad nova, vel antiqua Mo-
nasteria intra Urbes, vel Oppida frequentia ex
causis ibidem expressis reducendi. Die 11. Martii
1624. Sacra Congregatio nihil generatim decrevit,
licet visa sit in hanc partem propendere, ut Supe-
rior Regularis nequeat reducere hujusmodi Monia-
les absque Episcopo, atque non esse necessariam Se-
dis Apostolicæ licentiam, cum hic casus Decreto
Concilii comprehensus non debeat intelligi prohibi-
tus Constitutione Pii V. prohibente egressus, præ-
terquam in casibus ibi enumeratis. Itaque Congre-
gatio mandavit mihi Secretario, ut ore Procurato-
ri responderem non expedire, ut Generalis ad hanc
reductionem procedat absque scientia, & consensu
Episcopi loci.

Licentia autem hujusmodi transeundi ad alte-
rum Monasterium arctioris, vel æqualis obser- 146
vantiæ indulgeri aliquando solet Monialibus per
organum Datariæ, unde in Congregatione habita
die 14. Febr. 1680. recol. me. *Card. Otthobonus sa.*
me. Clementis IX. Prodatarius mandavit impo-
sterum, ut in hujusmodi licentiis sequens appona- 147
tur Decretum -- *Et consulto prius legitime coram*
Episcopo N. sive ejus Officiali, quod in posteriori
Monasterio par, vel arctior, quam in priori vi-
geat observantia Regularis. Quodque ejusdem se-
cundo dicti Monasterii Moniales capitulariter con-
gregatæ pro duabus saltem ex tribus partibus ea-
rum per secreta suffragia in Personam dictæ Ora-
tricis sponte, & libere consentiant, Episcopus,
seu Officialis præfatus eidem Oratrici ad secundum
dictum Monasterium servatis conditionibus, & for-
mis ab eodem Episcopo, seu Officiali præscriptis,
transeundi licentiam pro ejus arbitrio tribuat, &
concedat, & postquam sic canonice translata fue-
rit, habitum per Moniales secundo dicti Monaste-
rii gestari solitum gestet, Professionemque per eas-
dem emitti solitam expresse emittat &c.

Regulariter tamen licentia præfata transeundi 148
ad Monasterium, sive arctioris, sive æqualis, aut
laxioris observantiæ, etiamsi Monasterium sit ejus-
dem Ordinis, Monialibus impertitur a *Sacra Con-*
gregatione Episcoporum, & Regularium sub pluri-
bus tamen conditionibus, quarum prima est, quod
Transitus fiat prævio consensu Monialium *utrius-* 149
que Monasterii capitulariter, secretisque Suffra-
giis præstando. Antiquitus tamen sive Transitus
fieret ad Monasterium arctioris, sive laxioris ob- 150
servantiæ, exquirebatur solum consensus Monia-
lium secundi Monasterii, ut tradunt *Bonacin. de*
Clausur. quæst. 2. punct. 9 §. 3. articul. 1. num 10.
& 11. Barbos. in Cap. Licet num. 3. circa finem,
de Regular. & patet ex Resolutionibus Sac. Con-
gregationis Episcoporum in *Nanneten. 16. Janua-*
rii 1615 & in Januen. 15. Junii 1678. quas re-
fert *Monacell. in Formular. tom. 2. pag. 94. num. 21.*

Ceterum, quoties consensus Monasterii *a quo*
irrationabiliter negatur, solet per Sacram Con- 151
gregationem suppleri, prout suppletus fuit pro
Transitu Monialis *in Pharaonen. Transitus 14. Mar-*
tii 1709. ut refert *Eminentiss. Petra in Constit.*
Apostol. tom. 4. pag. 126.

Secunda conditio est, quod Monialis translata
Dotem primo Monasterio solutam libere relinquat, 152
& novam integram Dotem secundo persolvat, ut
de stylo Sacræ Congregationis apponendi hanc
clausulam videre est in quamplurimis exemplis
relatis per *Monacell. in Formul. tom. 2. pag. 94.*
num. 21. & de eo testatur *Fagnan. in Cap. Re-*
colentes num. 48. de stat. Monach. Eminentiss. Petr.
in Constit. Apostol. tom. 4. pag. 536. num. 11. & seqq.
Barbos. in dict. Cap. Licet num 3 Passerin. de Stat.
homin. dict. quæst. 189. num. 188. in fine, Card. de
Luc. de Dot. disc. 167. num. 28 Tamburin. de
Jur. Abbatis quæstion 6. disput. 21. num. 2.

Quin imo, etiamsi præfata conditio non appo-
neretur adhuc subintelligenda esset, sive quia 153
Dos jam est per Professionem irrevocabiliter ac-
quisita, & incorporata Bonis primi Monasterii,
a quibus proinde sine Apostolico Beneplacito di-
strahi non potest. Sive quia Dos non solvitur ob 154
admissionem in Monasterium, vel Professionem
in eo emittendam, cum id redoleret Simoniam,
sed persolvitur in recompensam Alimentorum,
aliorumque onerum temporalium, quæ Monaste-
rium in se suscipit pro sustentatione Monialis,
ideoque ipsa voluntarie a Monasterio, in quo
professa est exeunte, & ad aliud transire volente,

primo Monasterio sufficit dicere, quod per ipsum non stat, quo minus alimenta in communi Mensa pro aliis Monialibus parata, illa suscipiat, ut ratiocinatur *Card. de Luc. de Regul. disc. 39. num. 6.*

155 Ac ita usque de anno 1637. *die 27. Junii*, resolutum fuit a Sacra Congregatione Concilii, in qua proposito dubio -- *An Moniales Professæ in uno Monasterio, & transeuntes de licentia Superioris ad aliud novum Monasterium ejusdem Ordinis occasione strictioris Observantiæ, vel Regulæ, possint secum ad dictum novum Monasterium deferre Dotes primo Monasterio acquisitas tempore inibi emissæ Professionis* -- responsum fuit -- *Monialem Professam in uno Monasterio, si ad aliud Monasterium, etiam strictioris Observantiæ, ex legitima facultate transire voluerit, Dotem priori Monasterio solutam, secum deferre non posse, sed eidem priori Monasterio remanere debere.*

156 Et est etiam constans Sententia Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, ut ex quamplurimis ab ea emanatis Resolutionibus, quas referunt, & sequuntur *Pignatell. tom. 1. consult. 432. num. 8. Monacell. in Formular. tom. 2. pag. 94. num. 21. & 22. Nicol. in Floscul. Verb. Translatio num. 19. Donat. in Prax. Regular. tom. 1. part. 2. tract. 5. quæst. 57. & 58. per tot. Clericat. discord. forens. tom. 4. per tot. de Regular. Eminentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom. 4. pag. 536. num. 13. Sanchez in Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 32. num. 12. Gob. consult. 12. num. 34. Tondut. resolut. Benef. tom. 1. cap. 65. num. 8. & 12. Pasqualig. quæst. moral. Juridic. quæst. 32. per tot. Pellizar. de Monialib. cap. 3. num. 69. Tamburin. de Jur. Abatiss. disput. 21. quæst. 7. num. 2. & 3. Passerin. de stat. homin. tom. 3. quæst. 189. artic. 8. num. 188. Bottiher. dict. Theoremat. 78. nn. 16.*

157 Quin imo Moniali voluntarie se transferenti ad aliud Monasterium, nec etiam Alimenta deberi a primo, resolutum fuit *anno* 1638. sub Urbano VIII. a Congregatione particulari trium insignium Prælatorum *Maraldi, Paulutii*, & *Facchinetti* cum successiva ejusdem Resolutionis approbatione facta per Pontificem, ut testatur *Pignatell. tom. 1. consult. 432. num. 1.* & magis communiter firmant *Eminentiss. Petr. in Constit. Apostol. tom. 4. pag. 538. num. 17. Surd. de Alim. tit. 9. quæst. 27. a num. 9. Rotar. Theolog. moral. tom. 1. lib. 3. cap. 4. quæst. 7. num. 12. & seqq. Passerin. de stat. homin. dict. quæst. 189. art. 8. Corrad. in Prax. dispensat. libr. 5. cap. 15. sub num. 14. Capyc. Latr. decis. 193. num. 14. Fontanell. decis. Cathal. 227. num. 5. Gob. consult. 12. num.*

Id quod locum sibi vindicat, etiam si Monia-
158 lis ea causa infirmitatis, alteriusve justæ, & rationabilis causæ, ad aliud Monasterium legitime se transferret, nam nec in hisce circumstantiis Dotis restitutionem, aut ejus fructus pro Alimentis a primo Monasterio prætendere posset, ut resolutum fuit a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium in *Nanneten. 16. Januarii 1615. & in Valentina 13. Februarii 1699. Eminentiss. Petra in Constitut. Apostolic. tom. 4. pag. 437. nu. 16. Monacell. in Formular. tom. 2. tit. 13. formul. 5. sub num. 21. Nicol. in Floscul. Verb. Translatio num. 11. Card. de Luc. de Regular. discurs. 39. num. 27. Passerin. de stat. homin. dict. quæst. 189. artic. 9. num. 192. Rotar. Theolog. moral. tom. 1. lib. 3. cap. 3. punct. 7.* Et in terminis longe for-
159 tioribus Monialis translatæ ad aliud Monasterium pro introducenda, vel reformanda in ea disciplina Regulari, quæ causa respiciens commune bonum totius Communitatis, & Monasterii longe favorabilior est, quam causa Infirmitatis, quæ respicit tantummodo privatum, & particulare bonum ipsius Monialis, ut ajunt *Doctores* penes *Barbos. de Episcop. allegat. 102. num. 25.* quod dimittere teneatur primo Monasterio Dotem, nec ab eo alimenta prætendere valeat, decrevit Sac. Congregatio Concilii apud *Pignatell. consult. 432. num. 8. tom. 1. Eminentiss. Petr. tom. 4. pag. 437. sub num. 13.* Et novissime Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium de annis 1723. & 1725. ut in *Neapolitana, seu Beneventana*, ut ex sequenti Decreto.

» Translatis anno 1718. de licentia hujus Sacræ Congregationis a Monasterio Sanctissimæ Trinitatis Neapolis ad instantiam D. Andreæ de Avalos Principis Terræ Montis Sarchii Beneventanæ Diœcesis Sororibus Anna Theresia, & Theresia Francisca de Avalos ejusdem Principis Nepotibus pro Fundatricibus, & pro introducenda Regulari observantia in novum Sanctimonialium Monasterium sub Regula Sancti Francisci erectum a prædicto Principe in antefato Oppido Montis Sarchii excitata fuit de anno 1722. coram hac eadem Congregatione pro parte tam dictarum Monialium translatarum, quam ejusdem Monasterii noviter erecti, & fundati prætensio Dotium, & Livellorum jam pridem occasione Professionis per ipsas Moniales emissæ delatorum Monasterio Sanctissimæ Trinitatis, receptisque informationis Litteris ab Eminentissimo Archiepiscopo Neapolitano, ac in Ponentem designato Eminentissimo D. Cardinali CORSINO, concordatum inter partes extitit sequens Dubium.

» *An sit locus restitutioni Dotium, vel Livellorum, ac fructuum a die Transitus favore secundi Monasterii in casu &c.* illoque ad relationem ejusdem Eminentissimi CORSINI, partibus informantibus proposito.

» Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposito referente eodem Eminentissimo CORSINO respondit -- *Negative, & Causam amplius non proponi mandavit. Romæ die 29. Novembris 1723.*

» Indulta etiam ex post dictis Monialibus de Avalos, & Monasterio Montis Sarchii nova Audientia adversus supra scriptam resolutionem, & causa reproposita ab ipsomet Eminentissimo CORSINO sub dubio -- *An sit standum, vel vel recedendum a Decisis in casu &c.* -- Eadem Sacra Congregatio partibus itidem informantibus -- *Stetit in Decisis sub die 19. Novembris 1723. & iterum causam non amplius proponi jussit. Romæ 19. Januarii 1725.* -- P. Card. *Paulutius* -- P. A. *Archiepiscopus Larissæ* Secretarius.

Ceterum concurrente justa causa Transitus, in- 160
dulgere quandoque solet Sacra Congregatio, ut primum Monasterium teneatur secundo necessaria suppeditare alimenta in subsidium, quando nempe Monialis translata impotens sit, vel novam Dotem sibi constituere, vel alimenta ex propriis redditibus eidem secundo Monasterio persolvere, *Card. de Luc. de Regular. disc. 39. num. 7. & de Dot. disc. 167. num. 29. Eminentiss. Petr. in Constit. Apostol. tom. 4. pag. 137. sub num. 15. & 16.*
Quemadmodum secundo Monasterio præstanda 161
sunt alimenta a primo, quando Monialis ad illud transfertur correctionis, vel pœnitentiæ causa, juxta casum *Decisionum 109. & 115. part. 2.*

Recens.

Recent. Per hanc enim translationem non efficitur filia secundi Monasterii, nec solvitur a vinculo, quo primo Monasterio tenebatur vigore Professionis in ea emissæ, *Pignatell. tom. 1. consult. 433. num. 13. Pasqualig. Quæst. moral. juridic. 33. num. 1. Passerin. de Stat. homin. tom. 3. quæst. 189. artic. 8. num. 190. Eminentiss. Petr. in Constit. Apostol. tom. 4. pag. 538. sub num. 17. Rot. dict. decis. 109. & 105. part. 2. Recent.*

162 Tertia conditio est, quod Transitus ipse fiat *recta via, & sine ulla ad extraneum locum diversione, comitantibus honestis Matronis, ac si commode fieri possit proximioribus Consanguineis ipsius Monialis*; & ubi Monasterium *ad quod* situm
163 reperitur extra locum Monasterii *a quo* subjungitur -- *Nullibique pernoctetur, nisi hospitii causa apud honestas Personas, vel ubi Monasteria Monialium repererint apud easdem Moniales, quas, Ordinarii loci accedente licentia benevolas invenerint Receptrices*, ut testantur *Fagnan. in Cap. Recolentes num. 48. de Stat. Monach. Barbos. in Cap. Licet. num. 3. de Regular. Ricciall. de Jur. Personar. lib. 8. cap. 5. num. final.*

Quarta conditio est, quod Monialis translata
164 *novum probationis annum repetat, & compleat cum effectu.* Quæ verba *compleat cum effectu* importare etiam de jure obligationem emittendi no-
165 vam Professionem in secundo Monasterio, si est diversi Ordinis, jam dictum supra est. Quin imo conditio hæc repetendi novum probationis annum, eumque complendi cum effectu, adjici
etiam solet, quando Transitus fit ad alterum ejus- 166
dem Ordinis Monasterium, in quo vigeat arctior Regularis observantia, quam conditionem adjecit Sacra Congregatio in Indulto transeundi, quod impertita fuit *Mariæ Theresiæ de Turre* a Monasterio S. Leonardi, in quo professa fuerat ad Monasterium Spiritus Sancti rigidioris Observantiæ, sed ejusdem Ordinis, ut in *Hispalen. 23. Januarii 1699.*

Quinta conditio est, quod Monialis Transla-
tionis Indulto utatur intra tempus Sacræ Congre- 167
gationis beneplacito præscriptum, quod regulariter restringi solet ad sex menses, vel ad annum, alias *Indultum nullum sit eo ipso*, quæ clausula operatur, ut Gratia habeatur perinde ac si non
emanasset, quoties Monialis ea utitur post ter- 168
minum præfixum ad transeundum ad alterum Monasterium, *Cap. Cum Dilecta, de Rescript. Cap. Venerabilis, de Offic. delegat.* Et in terminis ejusdem clausulæ adjectæ Indulto translationis
cujusdam Religiosi Benedictini ad Ordinem San- 169
cti Spiritus in Saxia, *Rot. in Cephaluden. Pensionis 25. Junii 1683. §. Deficit, & 10. Decembris ejusdem anni §. Eo quia, coram Ursino.*

Demum in hujusmodi Indultis apponi solet 170
clausula, quod omnis spes ad primum Monasterium redeundi sublata penitus censeatur, ut testatur *Fagnan. in Cap. Recolentes n. 48. de Stat. Monach. Barbos. in Cap. Licet n. 3. de Regular.* & apposita legitur in illo Indulto *Nanneten. 16. Januarii 1615.* de quo meminit *Monacell. tom. 2. pag. 94. num. 21.*

REGULA XXIV.

De male Promotis.

ITem de Clericis extra tempora a jure statuta, sive ante ætatem legitimam, aut absque Dimissoriis Litteris ad Sacros Ordines se promoveri facientibus pro tempore, etiam voluit Constitutionem piæ memoriæ Pii Secundi similiter Prædecessoris Sui desuper editam, & in dictæ Cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit; *Cum ex Sacrorum Ordinum &c.* pari modo observari.

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Pii II. quid disponat.*
2 *Constitutionem præfatam quoad pœnas in ea contentas ampliavit Sixtus V. per alteram suam Constitutionem.*
3 *Sed* Sixtinam *Constitutionem ad terminos Sacrorum Canonum, & Constitutionis Pianæ reduxit Clemens VIII.*
4 *Idemque servatum a Pontificibus Clementis Successoribus.*
5 *De fine, ob quem hæc Regula inter ceteras Cancellariæ Regulas inserta fuit.*

1 SANCTÆ MEMORIÆ PIUS II. in sua Constitutione XII. *Bullar. Nov. tom. 1.* statuit, quod *omnes, & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, sive extra tempora a jure statuta, sive ante ætatem legitimam, vel absque Litteris Dimissoriis proprii Ordinarii ad aliquem ex Sacris Ordinibus se fecerint promoveri, a suorum Ordinum executione ipso jure suspensi sint, & si hujusmodi suspensione durante in iisdem Ordinibus ministrare præsumpserint eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea ultra alias pœnas in tales generaliter a jure inflictas, Beneficiis Ecclesiasticis possint jure privari.*

Et licet *Sixtus V.* per suam Constitutionem XCI.
statuerit, quod male promoti contra legem a *Pia-* 2
na Constitutione sancitam, sint ab exercitio Ordinum susceptorum perpetuo suspensi absque spe ascendendi ad Superiores Ordines, & si in illis ministrare præsumserint, fiant irregulares, priventur omnibus, & quibuscumque Beneficiis obtentis, & ad alia imposterum obtinenda inhabiles remaneant; Regulares insuper voce activa, & passiva priventur, & nemo alius, quam Summus Pontifex

Pontifex ab ipsa Irregularitate dispensare possit, etiam si factum esset occultum. Nihilo minus *Sixti*
3 Constitutionem uti rigorosam, ad terminos Sacrorum Canonum, & Constitutionis *Pianæ* reduxit *Clemens VIII.* in sua Constitutione XI. *Bullar. Nov. tom.* 3. Idemque postea confirma-
4 runt Successores Pontifices, qui eorum Pontificatus initio laudatam *Pii II.* Constitutionem in hac Regula observari mandarunt, *Fagnan. in Cap. Non est compos num.* 12. *de Tempor. Ordinat. Kochier in hanc Regul. num.* 3. *Barbos. de Episcop. part.* 2. *allegat.* 17. *num.* 13. *Novar. in Summ. Bullar. part.* 1. *Commentar. XCVIII. num.* 1. *& seqq. Pax Jordan. variar. Elucubrat. tom.* 1. *tit.* 6. *num.* 100. *Corrad. in Prax. dispensat. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 1. cum aliis de quibus infra §. 1. & 2.

Addita vero fuit hæc Regula ceteris Cancel-
5 lariæ Regulis pro approbatione supra dictæ Constitutionis *Pianæ*, quæ antea non solum Exteris, verum etiam ipsis Curialibus incognita erat, & ob id indiguit revalidatione, seu confirmatione, *Mandos. in hanc Regul. quæst.* 1. *Corrad. dict. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 1. & 2.

Ut autem *Pianam* Constitutionem, seu Regulam hanc dilucidiori, quo permissum erit methodo explicemus, lubet illius *Commentarium* in plures §§. Dividere, in quorum I. sermonem habebimus de Temporibus a jure statutis pro Sacris Ordinibus suscipiendis. In II. de Ætate ad Ordines præfatos requisita. III. de proprio Ordinandorum Episcopo. In IV. de Pœnis a *Piana* Constitutione sancitis adversus eos, qui ad Sacros Ordines se promoveri faciunt extra tempora a jure præscripta, vel ante legitimam ætatem, vel ab alieno Episcopo sine Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii, & demum in V. agemus de Titulo Sac. Ordinationis.

§. I.

De Temporibus a jure statutis pro Sacris Ordinibus suscipiendis.

ARGUMENTUM.

Sacras Ordinationes quas Apostoli quocumque tempore, & Romani Pontifices a Clemente I. usque ad Simplicium, juxta nonnullorum Sententiam, minus tamen veram, in solo Mense Decembris peragere consueverunt, S. Gelasius Papa certis anni temporibus affixit; quod Gelasii Decretum, & servare voluerunt Pontifices ex Diaconis electi, tempora in eo statuta expectantes, ut Presbyteratu insignirentur, & servare tenerentur electi Episcopi non adhuc Presbyteri, in Sacerdotio recipiendo. Examinatur quæstio, an si in Ordinatione aliquid substantiale omissum fuerit, vel prætermissa solemnitas aliqua, ita ut Ordinatio aut in totum, etiam sub conditione, reiterari debeat, aut suppleri defectus solemnitatis omissæ, id expleri possit quocumque tempore, vel expectari debeant tempora Ordinationum? Prima Tonsura, quæ juxta Canonistarum sententiam Ordo est, quocumque die, hora, & loco conferri potest. Minores vero Ordines, præter statuta tempora, solum Dominicis, aliisque festivis diebus, non pluribus tamen quam duobus, nisi adsit consuetudo in contrarium conferri debent; Sed an consuetudine immemorabili introduci valeat, ut conferantur Minores Ordines Feria sexta post prandium ante diem Sabbathi quatuor temporum? Pontifices quocumque tempore, etiam die Consecrationis suæ possunt Sacros Ordines conferre, & sæpe Episcopis eos conferendi extra tempora facultatem indulgent concurrentibus causis præscriptis in Decreto san. mem. Innocentii XI. Privilegia quibus nonnulli Regulares gaudent se promovendi ad Ordines extra tempora a jure statuta, an aliis opitulentur vigore Communicationis Privilegiorum, & an illa concessa ante Tridentinum sint revocata, & demum quid super dictis Privilegiis sancitum in Concilio Romano? Episcopi in Regnis Heterodoxis degentes qui Indulto gaudent Apostolico conferendi Subditis suis Sacros Ordines extra tempora in *tribus diebus festivis de præcepto*, non possunt eos conferre diebus in quibus celebratur in Choro Officium ritu duplici, sed qui festivi de præcepto non sunt. Quin imo etiam si Indultum loquatur *de diebus festivis* tantum, aut simpliciter de facultate conferendi Ordines *extra tempora* adhuc Ordines conferri debent *diebus festivis de præcepto*. Agitur de temporum Interstitiis, quæ inter collationem præcedentis, & sequentis Ordinis sunt servanda, quæque justa concurrente causa relaxari possunt ab Episcopis; Non sunt tamen Temporum Interstitia servanda inter Ordinem Presbyteratus, & Consecrationem in Episcopum, unde insignitus die Sabbathi Presbyteratu potest sequenti Dominica in Episcopum consecrari. Duo Ordines Sacri, nisi a Pontifice, qui aliquando hac usus est potestate, eodem die conferri non possunt, & quam pœnam, si conferantur, Ordinator, & Ordinatus incurrant? Ad omnes tamen minores Ordines saltem dispensative potest quis eodem die promoveri, sed an simul cum Tonsura, vel Subdiaconatu, si adsit consuetudo? Seclusa consuetudine, Ordinati eodem die ad minores Ordines, & Subdiaconatum

tum ſimul, ſuſpenſi remanent ab exercitio Ordinis Subdiaconatus; Epiſcopus vero, qui ſic ordinavit gravius, vel ſaltem æqualiter plectendus venit, pœna ſcilicet ſuſpenſionis a collatione ejuſdem Ordinis Subdiaconatus.

S U M M A R I U M.

1 *Apoſtoli, & ab eis inſtituti Epiſcopi Sacras Ordinationes quocumque tempore, prout neceſſitas exigebat, peregerunt.*

2 *Sed Pontifices a Clemente I. uſque ad Simplicium illas in Menſe Decembris ſemper celebrare conſueverunt.*

3 *Contrarium, quod temporibus ſibi bene viſis Ordinationes celebrarunt; & plura referuntur exempla.*

4 *Primus omnium S. Gelaſius Papa Sac. Ordinationes certis anni temporibus affixit; & quibus? Et Gelaſii Decretum Succeſſores Pontifices renovarunt*, num. 6.

5 *Permiſit itidem laudatus Pontifex Diaconos, & Presbyteros in Paſchali Vigilia conſecrari.*

7 *Ordinationes, quas S. Gelaſius fieri mandavit in Sabbatho media Quadrageſimæ, Alexander III. tranſtulit in Sabbathum ſequens ante Dominicam Paſſionis; & quare?*

8 *S. Gelaſii Decretum reſpicit ſolum Ordinationes Diaconorum, & Presbyterorum, non Subdiaconorum, cum eo tempore Subdiaconatus Ordo ſacer non eſſet.*

9 *Sed adſcripto ſucceſſu temporis Subdiaconatu inter Sacros Ordines, tempora a Gelaſio ſtatuta, in illius quoque collatione ſervata fuerunt.*

10 *Et quo præciſo tempore Subdiaconatus, antiquiſſimus ceteroquin Ordo in Eccleſia Dei, albo Sacrorum Ordinum fuit adſcriptus?* Remiſſive.

11 *Juxta veterem etiam diſciplinam, nec Epiſcopo, nec Metropolitæ, nec Apoſtolicæ Sedis Legato permiſſum erat Sacros Ordines extra tempora a Gelaſio ſtatuta conferre.*

12 *Pontifices quando ex Diaconis eligebantur, prætermiſſo Presbyteratus gradu, in Epiſcopos ordinabantur.*

13 *Sed qui Presbyteratu inſigniri voluerunt, quorum primus S. Gregorius VII. præſcripta Ordinationum tempora expectarunt.*

14 *Electus Epiſcopus non adhuc Presbyter, Ordinationum tempora pro ſuſcipiendo Presbyteratu expectare tenetur.*

15 *Quamvis interim labi contingat trimeſtre ad munus Conſecrationis ſuſcipiendum Epiſcopis a jure præfixum.* Ibidem.

16 *Quod & priſcis Eccleſiæ ſæculis ſervatum, nec a Pontificibus permiſſum, ut Epiſcopi non adhuc Sacerdotes electi, ad Sacerdotium extra ſtatuta tempora ordinarentur.*

17 *Traditur formula, qua non adhuc Sacerdos ad Epiſcopalem Eccleſiam promovetur.*

18 *Si in Ordinatione aliquid ſubſtantiale omiſſum, aut Solemnitas aliqua prætermiſſa fuerit, ita ut Ordinatio aut in totum, etiam ſub conditione, reiterari debeat, aut ſuppleri defectus Solemnitatis omiſſæ, id fieri non poteſt quocumque tempore, ſed expectari debent tempora Ordinationum*, & num. 25.

Contrarium, quod reiteratio Ordinationis ſub conditione quandocumque fieri poſſit extra tempora a Jure ſtatuta, num. 24.

19 *Materia Ordinum neceſſario exhibenda eſt Ordinandis ab Epiſcopo Ordinatore* per ſe ipſum, *alias Ordinatio eſt nulla.*

20 *Contrarium, quod hujuſmodi exhibitio* per ſe ipſum *non ſit de neceſſitate eſſentiali, ſed de levibus Ordinationis.*

21 *Sed tutior ſententia eſt, quod non porrecta per ipſummet Ordinantem materia Ordinum, Ordinatio debeat ſub conditione reiterari. Et ita pluries reſolutum*, & num. 23. 26. & 27.

28 *S. Gelaſii Decretum circa tempora in Sacris Ordinationibus ſervanda, non amplectitur Græcos, ceteroſque Orientales, qui ad Ordines quocumque tempore, quocumque die promoveri poſſunt.*

Tempore tamen Quadrageſimæ Presbyteri apud Græcos non conſecrantur, niſi diebus Sabbathi, Dominicis, aut in Feſto Annunciationis B. M. Virginis. Ibidem.

29 *Conſecratio Epiſcoporum fieri poteſt die Dominico, & Natalitiis Apoſtolorum, ac etiam annuente Pontifice, feſtiva die.*

30 *Et ſic priſcis etiam Eccleſiæ ſæculis ſervatum, & qua ratione?*

31 *Prima Tonſura juxta Canoniſtarum ſententiam eſt Ordo*, & num. 82.

Quocumque tamen die, hora, & loco conferri poteſt, ibidem, & num. 36.

32 *Ceteri minores Ordines conferri poſſunt Dominicis, aliiſque feſtivis diebus.*

33 *Idque non obſtante Conſtitutione Sixti V. eorum collationem extra tempora a Jure ſtatuta prohibente, cum præfata Conſtitutio redacta fuerit per Clementem VIII. ad terminos Juris.*

34 *Permiſſum tamen Epiſcopo non eſt, minores Ordines extra præſcripta tempora conferre pluribus, quam duobus.*

35 *Limita ſi adſit conſuetudo in contrarium.*

37 *Conſuetudine immemorabili introduci poteſt, quod minores Ordines conferri valeant Feria ſexta poſt prandium ante diem Sabbathi quatuor temporum. Et de praxi vigente in Germania, & Hiſpaniis.*

38 *Contrarium, quod Conſuetudo præfata Pontificali Romano contraria, improba ſit.*

39 *Diſtinguitur inter Ordinationem publicam, ſive generalem, & privatam, quæ ex aliqua cauſa fit in Cappella, aut Sacriſtia, ut in primo caſu illicita ſit collatio Minorum Ordinum Feria ſexta, ſecus in ſecundo.*

40 *Juxta mentem Sacræ Congregationis Concilii Conſuetudo præfata tolerari poteſt, ſed expedire, ut Epiſcopi ſe conforment Pontificali Romano.*

41 *Pontifices quocumque anni tempore, ac diebus ſibi bene viſis Sacras peragere poſſunt Ordinationes, immo in die propria Conſecrationis, ut primis Eccleſiæ ſæculis nonnulli peragerunt*, num. 42.

43 *Indulgent etiam Epiſcopis per Litteras in forma Brevis facultatem Ordines conferendi extra tempora a Jure ſtatuta.*

44 *Hujuſmodi tamen Brevia indulgeri non ſolent, niſi ex cauſis præſcriptis in Decreto ſan. mem. Innocentii XII. quod exſcribitur.*

45 *Legi ſuſcipiendi Ordines temporibus præſcriptis non ſubjacent Regulares gaudentes poſt Concilium Tridentinum Apoſtolico Indulto ſe promoveri faciendi extra tempora præfata.*

Epiſcopi tamen certi eſſe debent de hujuſmodi Privilegio, alias ſe abſtinere tenentur ab illis extra tempora ordinandis. num. 56.

46 Gau-

46 *Gaudent Privilegio præfato PP. Minores Sancti Francisci in partibus Indiarum degentes.*

47 *Necnon Patres Jesuitæ, qui nec subjacent Decreto san. mem. Innocentii XII. moderatorio Indultorum suscipiendi Ordines Sacros extra statuta tempora.*

48 *Alumnis itidem nonnullorum Collegiorum, & Congregationum simile Privilegium indulsere Pontifices.*

49 *Sed denegatum Alumnis Congregationis Beatæ Mariæ Virginis de Necessitatibus Elboren. Diœcesis.*

50 *Regulares ordinari non possunt extra præscripta tempora vigore Privilegiorum, quæ ante Concilium Tridentinum eis concessa fuerunt.*

51 *Contrarium, quodque Privilegia præfata nec per ipsum Tridentinum, nec per Constitutionem Pii II. revocata fuerint.*

52 *Sed an Regulares uti possint per viam communicationis Privilegiis aliis Regularibus post Tridentinum indultis suscipiendi Ordines extra tempora?* & num. 53. 54. 55.

57 *Ex Decreto san. mem. Benedicti XIII. in Concilio Romano edito, Privilegia Regularibus sive expresse elargita, sive communicata, ut ad Sacros Ordines extra præscripta tempora promoveri possint, non sunt revocata.*

58 *Episcopi in Regnis Heterodoxis degentes, qui Indulto gaudent Apostolico conferendi Ordines* in tribus Dominicis, vel aliis festivis diebus de præcepto, *non possunt eos conferre diebus, in quibus celebratur in Choro Officium ritu duplici, quamvis non festivis de præcepto*, & numer. 59.

60 *Possunt tamen dictis diebus Ordines conferre, vel si Indulto potiantur conferendi Ordines extra tempora* tribus diebus festivis.
Contrarium, quod etiam hoc casu Ordines conferri debeant diebus festivis de præcepto, numer. 61.

62 *Vel si Indultum facultatem eis impertiatur conferendi Ordines extra tempora* simpliciter *absque ulla dierum expressione. Et redduntur rationes.*

63 *Sed contrarium fuit declaratum a san. mem. Clemente XI. in terminis similium Indultorum, quibus gaudent Episcopi Hiberniæ.*

64 *Episcopi præfati, Indulto gaudentes conferendi Ordines extra statuta tempora, an eos conferre valeant nedum propriis Subditis, sed etiam Exteris?* & num. 66. & 68.

65 *Jurisdictio voluntaria a Supremo Principe concessa exerceri potest etiam in non Subditum.*

67 *Legatus Avenionensis facultates suas exercere non potest, nisi quoad personas intra Legationis limites comprehensas.*

69 *Interstitia temporum servare tenentur Episcopi inter collationem præcedentis, & sequentis Ordinis.*
Et qualis fuerit primis, mediisque Ecclesiæ sæculis disciplina circa Interstitiorum observantiam. ibidem.

70 *Integer annus a susceptione unius, usque ad alterius Ordinis promotionem, intercedere debet.*
Sed integer annus iste intelligitur non de anno naturali, sed Ecclesiastico, num. 71.
Hinc ordinatus Diaconus in quatuor temporibus Quadragesimæ, potest ordinari Sacerdos in quatuor Temporibus Quadragesimæ anni sequentis, licet Pascha celerius advenerit. ibid.
Et ordinatus in Sabbatho Sancto non prohibetur sequenti anno ad alterum Ordinem promoveri in quatuor temporibus Quadragesimæ absque Interstitiorum dispensatione. ibidem.

72 *Insignitus Presbyteratu die Sabbathi Ordinationis generalis, potest sequenti Dominica in Episcopum consecrari. Et redditur ratio.*

73 *Interstitiis inter collationem unius, & alterius Sacri Ordinis non servatis, peccatum committitur tam ab Ordinante, quam ab Ordinato, sed nulla ab iis incurritur pœna.*
Et constitutio Sixti V. etiam in hac parte, qua suspensionis pœnam imponit adversus promotos non servatis Interstitiis, reducta fuit a Clemente VIII. ad terminos Concilii Tridentini. ibidem.

74 *Potest Episcopus ex justa causa, utilitatis nempe, & necessitatis Ecclesiæ dispensare super relaxatione Interstitiorum.*
Et an relaxatio hujusmodi impertiri possit a Vicario Generali Episcopi? ibidem.

75 *Duo Sacri Ordines eodem die nec Regularibus conferri possunt ab Episcopis.*
Sed spectat hujusmodi facultas ad solos Pontifices, qui ea aliquando usi sunt.

76 *Episcopus, qui eodem die, vel duobus continuato jejunio duos Sacros Ordines eidem confert, suspendendus est a collatione utriusque.*

77 *Sed promotus ad illos incurrit solum suspensionem ab exercitio posterioris, qui illegitime susceptus fuit.*

78 *De Jure permissum est Episcopo omnes minores Ordines una simul eidem conferre.*

79 *Contrarium, quod id solum sit permissum concurrente consuetudine.*

80 *Vel dispensative, si nempe legitima causa aliqua subsit.*

81 *Interstitia temporum servari debent etiam in collatione Ordinum minorum.*

82 *Omnes minores Ordines una cum prima Tonsura non potest Episcopus eadem die uni conferre.*
Et conferendo quam pœnam incurrat? numer. 97.

83 *Contrarium, quod permissum sit Episcopo eidem simul Ordines minores, & Tonsuram conferre.*

84 *Minores Ordines una cum Subdiaconatu, nec licite conferri possunt.*

85 *Multoque minus prima Tonsura, Minores Ordines, & Subdiaconatus.*

86 *Ordines minores una cum Subdiaconatu eadem die conferri prohibentur, etiamsi consuetudo aliter se habeat.*

87 *Contrarium, quod id introduci possit consuetudine, cui Tridentinum non derogavit*, & numer. 88.

89 *Seclusa consuetudine, Ordinati eodem die ad Minores Ordines, & Subdiaconatum nullam pœnam incurrunt.*

90 *Contrarium, quod de stylo Sac. Pœnitentiariæ efficiantur Irregulares.*

91 *Sed de jure remanent suspensi ab exercitio Ordinis Subdiaconatus*, & num. 101.

92 *Et respondetur contrariis rationibus.*

93 *Episcopo, qui Minores Ordines, & Subdiaconatum eadem die uni contulit, nulla de jure est inflicta pœna.*

94 *Intellige si non peccavit, quia nempe insignitus Minoribus Ordinibus inter Subdiaconos postea se immiscuerit, & ignoranter fuerit ab Episcopo dicto Ordine etiam insignitus.*
Secus si fuit in culpa, quia nempe scienter Minoribus Ordinibus, & Subdiaconatu insimul aliquem insigniverit, tunc enim vel gravius,

vim, vel saltem aequal te puniendus est ac ipse Ordinatus, poena scilicet suspensionis a collatione Subdiaconatus. ibidem, & numer. 95. & seqq.

101 *Episcopum, qui una die Minores Ordines, & Subdiaconatum uni contulit, Sacra Congregatio Concilii acriter monendum esse rescripsit, remissa ei qualibet poena, quodque in futurum a similibus se abstineret.*

102 *Et exscribitur Epistola Sac. Congregationis ad eumdem Episcopum data.*

1 QUamvis nec Apostolos, nec ab iis institutos Episcopos, dum per singulas Civitates Presbyteros constituere juberentur, tempora aliqua Ordinationibus celebrandis expectasse, sed prout locorum necessitas, & opportunitas exigebat, quocumque Mense Sacras peregisse Ordinationes, probabiliter credi possit, ut inquiunt *Hallier. de Sacr. Elect. & Ordinat. tit. de tempor. Sacr. Ordinat. art. 2. n. 6. Juenin. de Sacrament. quaest. 8. cap. 2.* Nihilominus nonnullorum fert sententia, quod Ro-
2 mani Pontifices a *Clemente*, qui fuit Pontifex renunciatus anno vulgaris Æræ 67. usque ad *Simplicium*, qui Petri Cathedram ascendit anno 468. solo Mense Decembris Ordinationes celebrare consueverunt, ut testantur *Amalar. Fortunat. lib. 2. de Offic. cap. 1. Microlog. in observat. cap. 24. & 25. Raban. Maur. lib. 2. de Instit. Clerical. cap. 24. Gonzal. in cap. De eo, n. 6. de Tempor. Ordinat. Emus Petr. in Constit. Apostol. tom. 5. pag. 252. numer. 5. Mabillon. Mus. Italic. lib. 2. pag. 103. in Comment. praev. ad Ordin Roman. §. Ibi.*

Sed assertionem hanc, quod Romani Pontifices usque ad *Simplicium* Ordinationes semper in Men-
3 se Decembris peregerint, mordicus impugnant moderni Critici, inter quos Vir clar. *P. Pagius in Breviar. Gest. Pontific. Roman. tom. 1. in Vita S. Simplicii pag. 119. tom. 1.* ubi hæc ait -- *Sed hac de tempore Sacrarum Ordinationum quaestione mature examinata, mihi quidem videtur, & Amalarium, & Viros doctissimos falli, dum scribunt Romanos Pontifices usque ad Simplicium semper in Mense Decembris Ordinationes peregisse. Sicut enim post Gelasium qui primus eas quatuor temporibus affixit, Romani Pontifices huic communi Regula adstricti non erant, sed quibuscumque Sabbatis Diaconos, Presbyteros, & Episcopos ordinabant, ut in Leone II. ostendemus, ita ante Simplicium legi de Ordinationibus mense Decembri faciendis ob principem Dignitatem non alligabantur, sed aliis Mensibus, ubi opus erat ad Sacros Ordines promovebant. Anastasius quidem usque ad Simplicium Ordinationes omnes Mense Decembri a Romanis Pontificibus factas memorat: verum ut scribit Edmundus Martene lib. 1. de antiq. Eccles. Ritib. cap. 8. art. 4. n. 5. non negat etiam aliis quatuor Temporum jejuniis, aut ab ipsis etiam, aut ab aliis eorum jussu Episcopis celebratas fuisse. Hac conjectura robur accipit ex eo quod Chronicon Damaso attributum, quo ex alibi dictis, nullum antiquius monumentum de duratione Pontificum Romanorum superest, directe scribit, Eusebium Papam sedisse tantum Menses quatuor, dies sexdecim, & fuisse a XIV. Kalendas Maii usque in diem XVI. Kalendas Septembris, qui ideo nullum Mensem Decembrem in suo Pontificatu vidit, & tamen Anastasius testatur, eum Ordinationem fecisse per Mensem Decembrem. Qui Anastasii error non extat in Chronico Reginae Sueciae, tam ex editione Papebrochii in Conatu Chronico-Historico, quam Schelstratii in antiquitate Ecclesiae; utrobique enim Eusebius dicitur Ordinationes tres fecisse nulla Mensis Decembris mentione facta, ex quo necessario sequitur eum alio Mense, quam Decembri Ordinationes peregisse. Idem dicendum de Marco Papa, qui ex eodem Damasi Chronico sedit Menses octo, dies XX..... ex die XV. Kalendas Februarii usque in diem Nonarum Octobrium: ideoque conferre non potuit Mense Decembri, ut scribit Anastasius. Unde Baronius anno 336. n. 61. ait, totum illud de duabus a Marco habitis Ordinationibus Mense Decembris evanescere. Praeterea ex Pontificibus LVI. in dicto Reginae Sueciae Chronico numeratis, quindecim reperiuntur, quorum Ordinationes factae dici possunt alio Mense, quam Decembris in iis praetermisso. Sunt autem Anacletus, Evaristus, Sixtus, Pontianus, Anterus, Cornelius, Sixtus II. Eusebius, Liberius, Syricius, Anastasius, Sixtus III. Hormisda, Joannes I. & Felix IV. in quo illud Chronicon desinit; imo cum in eo mentio non sit Ordinationum peractarum a Simplicio, Simmacho, & Felice IV. Mense Februario, & Martio, de quibus loquitur Anastasius, apparet Auctorem dicti Chronici tempora Ordinationum peractarum extra Mensem Decembrem, ideoque extra Regulam communem vel ignorasse, vel potius consulto praetermisisse, & Anastasium, qui eo Chronico usus esse creditur, existimasse omnes Ordinationes a Pontificibus factas Mense Decembri, quia alius Mensis in eo Chronico non exprimebatur, & Ordinationes generales de more, & juxta antiquas Regulas in Mense Decembris peragebantur. A quibus tamen Regulis immunes erant Episcopi Romani, qui Diaconos, & Presbyteros quibuscumque Sabbatis ordinabant, imo & Episcopos quibuscumque diebus, etiamsi non essent Dominici, cujus illustre exemplum habemus in Sancto Agapito Papa, qui anno 536. Constantinopoli existens, Mennam Patriarcham Constantinopolitanum consecravit die decima tertia Mensis Martii, qua eo anno in feriam quintam incidebat* -- Hæc Pagius. Idipsum ostendit *Hallier de Sacr. Elect. & ordinat. tit. tempr. Sac. ordinat. part. 3. sect. 7. art. 2. cap. 1. §. 3. n. 6.*

In facultate igitur Romanorum Pontificum erat, etiam priscis Ecclesiæ sæculis, & ante, & post *Simplicium*, Sacras Ordinationes temporibus sibi benevisis celebrare. Sed primus omnium, qui illas certis anni temporibus affixit, fuit *Gelasius*
Papa, ut scribunt *Microlog. cap. 24. Raban. Maur.* 4
de Cleric. Institut. libr. 2. cap. 24. Thomassin. tom. 2. lib. 1. cap. 87. n. 13. & libr. 2. cap. 12. n. 12. P. Pagius loco mox laudato, & in Vita S. Gelasii, Hallier. de Sacr. Elect. dicto cap. 1. n. 7. Juenin. de Sacrament. dissert. 8. quaest. 8. cap. 2. n. 3. & alii passim. Mandavit enim laudatus Pontifex, ne generales Ordinationes Presbyterorum, atque Diaconorum fierent extra quatuor Jejuniorum tempora, Sabbathum mediae Quadragesimæ, ac Sabbathum Sanctum, quod Paschatis diem præcedit, ut patet ex ejus Epistola IX. ad Episcopos per *Lucaniam, & Brutios*, ac *Siciliam* constitutos *cap. 11.* ubi ita scribit -- *Ordinationes Presbyterorum, & Diaconorum, nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debent, idest quarti Mensis Jejunio, septimi, & decimi, sed etiam quadragesimalis initii, ac mediana Quadragesimae die Sabbathi Jejunio circa Vesperam noverint celebrandos.* -- Eumdemque Pontificem permisisse etiam in Paschali Vigilia
consecrari Presbyteros, & Diacones, quamvis 5
nulla in recitata Epistola hujus Vigiliæ fiat mentio, erudite probat *P. Lupus in Calce Schol. ad Decret. 3. S. Leonis IX. in responsione ad 2. quaest.*

Gelasii Decretum sapientissime renovarunt Successores

6 cessores Pontifices, *Gregorius II.* in Epistola 4. ad
Clerum, Plebemque Thuringiæ, *Zaccharias* in
Concilio Romano celebrato *anno* 743. *Can.* 1. *Urba-*
nus II. in Synod. Claremont., & alii plures apud
Gonzal. in cap. De eo, de Tempor. Ordinat. n. 1. in-
ter quos *Alexander III.* Ordinationes quas *S. Gela-*
7 *sius* fieri sanxit in Sabbatho mediæ Quadragesi-
mæ, idest in Sabbatho ante Dominicam, quam
vocant *Lætare*, ex causa transtulit in Sabbathum
sequens ante Dominicam Passionis, cujus transla-
tionis causam assignat *P. Lupus* loco mox laudato,
ajens, quod tertia Quadragesimæ Hebdomada ex
antiquissimo Ecclesiæ more Baptizandorum scruti-
niis occuparetur, ideoque Ordinandorum scrutinia
visa sunt in sequentem Hebdomadam transferenda.
8 Et quamvis *S. Gelasii* Placitum solas Presbyte-
torum, Diaconorumque Ordinationes respiciat,
ex quo Subdiaconatus tunc temporis non adhuc al-
bo Sacrorum Ordinum adscriptus fuerat, ut inquit
Thomassin. tom. 2. *lib.* 1. *cap.* 87. *n.* 13. successu ta-
men temporis etiam Subdiaconi noo potuerunt ex-
tra assignata tempora ordinari, ut constat ex aoti-
9 quorum Sacramentorum Libris, Conciliorum Ca-
nonibus, & Pontificum Maximorum Rescriptis,
quæ late congerit *Edmundus Martene lib.* 1. *de An-*
tiq. Eccles. Ritib. cap. 8. *art.* 4. Sed quo præciso tem-
pore Subdiaconatus antiquissimus cæteroquin in Ec-
clesia Dei, & inter Minores Ordines, secundo, ter-
10 tiove sæculo institutus, *Thomassin. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.*
30. *P. Pagius in Breviar. Gest. Roman. Pontif. tom.* 2.
in Vit. Urbani III. n. 8. adnumerari cœperit inter
Sacros, & Majores Ordines, consule *Gonzal. in*
Cap. A multis n. 8. *litt. I. de Ætat. & qualit. Ordi-*
nand. Joann. Morin. de Sac. Ordination. part. 3.
Exercit. 12. *cap.* 5. *n.* 7. *Edmund. Martene dicto*
cap. 8. *art.* 1. *n.* 6. *Juenin. de Sacram. dissert.* 8.
quæst. 6. *cap.* 1. §. *Respondetur primo Subdiacona-*
tum, Fermosin. de Offic. & Sacr. Eccles. tit. de Offic.
Archidiacon. n. 52. *Thomassin. dict. lib.* 2. *cap.* 33.
P. Pagium loco mox laudato n. 9.
Tanta autem Religione, etiam juxta veterem
disciplinam, Tempora ipsa Ordinationum obser-
vabantur, ut nec Episcopo, nec Metropolitæ, im-
11 mo nec Apostolicæ Sedis Legato liceret circa ip-
sam disciplinam ulla ex causa dispensare. Extat ce-
lebre responsum *S. Ivonis Carnotensis* Episcopi,
qui cum rogatus fuisset ab Ecclesiæ *Senonensis* Ca-
pitulo, ut Electum suum in Festo Purificationis B.
Virginis ordinaret Presbyterum, & sequenti Do-
minica consecraret Episcopum, id facere renuit,
quia, inquit *Epistol.* 58. *Apostolica institutio, &*
Paterni Canones habent, ut non fiat Levitica, vel
Sacerdotalis Ordinatio, nisi Jejunio quarti Mensis,
septimi, aut decimi, aut initio Quadragesima, vel
Sabbatho mediana Quadragesima — Et cum *S. Bo-*
nifacius Germanorum Apostolus, & Apostolicæ
Sedis Legatus, Sacrorum Ministrorum urgente ne-
cessitate, legem hanc infringere existimasset, facti
sui indulgentiam a S. Sede petendam duxit, eique
Zaccharias Pontifex, qui floruit circa medium Sæ-
culum VIII. ita rescripsit — *De Ordinatione Pres-*
byterorum, & Diaconorum urgente necessitate, &
paupertate rogantium non legitimis temporibus,
& diebus a te promoveri, te offensionem incur-
risse insinuasti. Dicimus autem tibi, ut bene no-
sti, quod Sacri Canones docent, aptis temporibus
Sacerdotes ordinandos; attamen in eo, quod a te
propter zelum Fidei actum est, a Domino Deo no-
stro indulgentiam postulamus. Affirmat etiam tanto
Apostolicæ Sedis Legato talem non fuisse potesta-
tem. Ut ex *Epistol.* 5. *Zaccar. ad Bonifacium,*
de qua *Gonzal. in Cap. De eo, de Tempor. Ordinat.*

Quinimmo & priscis temporibus, quando Pon-
tifices ex Diaconis eligebantur, licet prætermisso 12
Presbyteri gradu, Episcopi ordinarentur, ut pluri-
bus exemplis demonstrat *Joannes Mabillonius in*
Comment. præv. in Ordin. Roman. §. 12. *P. Pagius*
in Vit. Sabiniani tom. 1. *pag.* 202. *Edmundus Mar-*
tene lib. 1. *de Antiq. Eccles. Ritib. cap.* 8. *art.* 3.
n. 9. & 10. Nihilominus *S. Gregorius VII.* ex Car-
dinali Diacono Pontifex electus *die* 22. *Aprilis* 13
1073. qui primus, Presbyter, & postea Pootifex
Romanus consecratus est, Promotionem ad Sacer-
dotium distulit ad Sabbathum quatuor Temporum
ante Pentecostes Festum, *Episcopus Sarnell. in li-*
bro, cui titulus — Lume a principianti — *quæsit.* 31.
pag. 145. §. *In quanto all. Extra tempora.* Et
Innocentius III. Pontifex renunciatus *die* 8. *Janua-*
rii 1198. cum esset tantum Diaconus Cardinalis,
distulit ejus Ordinationem in Presbyterum usque
ad Sabbathum quatuor Temporum *Nono Kalen-*
das Martii, & sequenti Dominica, in qua tunc
occurrit Festum Cathedræ S. Petri die 22. Februa-
rii, fuit apud S. Petrum in Episcopum consecra-
tus, *Pag. tom.* 2. *in Vit. ejusd. Innocentii n.* 4. *Sar-*
nell. loco citato.
Id quod præcise servare debent illi, qui non ad-
huc Presbyteri ad Episcopales Infulas a Sede A- 14
postolica promoventur, nam pro suscipiendo Pres-
byteratus Ordine expectare tenentur Ordinatio-
num Tempora, etsi interim labi contingat trime-
stre ad munus Consecrationis suscipiendum Epi-
scopis a jure præfixum *in Can.* 25. *Concilii Chal-* 15
cedonensis relat. *in Cap. Quoniam distinct.* 75. & a
Concilio Tridentino sess. 23. *de Reformat.* ut per
Text. in Can. Dilectionis tua 12. *distinct.* 76. tra-
dunt *Dart. Oper. Canon. part.* 1. *distinct.* 75. *litt.*
C. D. de Sanctis in Examin. Consistor. cap. 6. *n.*
102. *Gonzal. in Cap. Cum in Cunctis* §. *Cum vero,*
de Elect. n. 2. *Hostiens. in Summ. tit. de Elect.* §.
Quo tempore n. 20. *Hallier. de Sacr. Election. tit. de*
Consecrat. Episcop. artic. 3. §. 4. *numer.* 10. & 11.
Quod & priscis Ecclesiæ seculis servatum fuisse, 16
nec tali casu Pontifices congruum existimasse, ut
extra Tempora a jure statuta, Episcopi non adhuc
Sacerdotes electi, ad Sacerdotium promoveren-
tur, ostendunt exempla relata per *Hallier. tit. de*
Tempor. Sacr. Ordinat. cap. 5. *n.* 4.
At vero cum quis Sacerdotio non adhuc insigni-
tus ad Episcopalem Ecclesiam assumitur his veil is
Papa in Bullis loquitur, sicuti servatum fuit in 17
promotione *Willelmi de Hesserold.* ad Ecclesiam
Quinqueecclesien. -- *Tecum, ut eidem Ecclesia Quin-*
queecclesien. in Episcopum perfici, illique praesse,
ipsamque in eisdem spiritualibus, & temporalibus
regere, & gubernare, ac munus Consecrationis præ-
dictum, postquam tamen ad Sacros Diaconatus, &
Presbyteratus Ordines Te promoveri feceris susci-
pere, & illo uti libere, & licite valeas gradu, &
Ordinis hujusmodi defectu, & Constitutionibus &c.
non obstantibus dicta Apostolica auctoritate &c. de
specialis dono gratia dispensamus, ut ex Litteris
Apostolicis apud *S. Mariam Majorem* 1710. *Duo-*
decimo Kalendas Augusti Pontificatus san. mem.
Clementis XI. anno Decimo.
Quid autem dicendum, si aliquid substantiale
sit omissum in Ordinatione, sive sollemnitas aliqua 18
prætermissa, itaut debeat Ordinatio, aut in totum,
etiam sub condidone teiterari, aut suppleri defe-
ctus sollemnitaris omissæ, an possit id fieri quo-
cumque tempore, vel potius expectari debeant tem-
pora Ordinationum? Casus disputatus fuit *anno*
1697. in Congregatione Sanctissimæ Inquisitidnis
occasione notitiæ ad eam delatæ per recolendæ
memoriæ

memoriæ *Cardinalem Ursinum* tunc Archiepiscopum Beneventanum, postea Summum Pontificem, quod Episcopus *Abellinen.* ejus Suffraganeus Chiragra detentus, omnes, etiam Sacrum Presbyteratus Ordinem, a pluribus annis contulerat abique facta propriis manibus traditione Instrumentorum, qua tamquam materia proxima Sacri Ordines conferuntur, eademque Instrumenta ordinandis tradenda curaverat ab ejus Magistro Cœremoniarum, dum ipse formam pronunciabat. In dicta autem disputatione plures ad examen revocatæ fuerunt quæstiones. *Prima*, an traditio Instrumentorum fieri debeat per ipsummet Episcopum, vel sufficiat fieri per alium. *Secunda*, an tali casu reiterari debeant Ordines absolute, vel potius sub conditione. Et *tertia*, an id fieri possit quocumque tempore, vel potius temporibus Ordinationum.

Quoad primam; convenere fere omnes, tradi-
19 tionem Instrumentorum necessario faciendam esse ab Episcopo Ordinatore per se ipsum, *Can. Subdiaconus distinct.* 23. ibi -- *Patenam de manu Episcopi accipiat* -- qui *Canon*, etsi loquatur de Subdiaconatu, a fortiori in reliquis Sacris Ordinibus procedit, ut firmat *Sanchez conf. mor. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 5. *n.* 4. *Piasec. in Prax. Episcop. par.* 1. *cap.* 1. *tit. de Conferend. Ordin. pag. mihi* 56. *Filliuc. tract.* 9. *de Sacram. Ordin. cap.* 2. *n.* 32. *& seqq. Trullench. de Sacram. lib.* 2. *cap. Unic. dub.* 2. *cap.* 3. *& dub.* 3. *n.* 4. *Ugolin. de Sacram. Ordin. cap.* 18. *numer.* 1. *Bonacin. tom.* 1. *disput.* 8. *quæst. unic. punct.* 4. *n.* 26. *pag.* 225. *Diana Oper. Coordinat. tom.* 2. *tract.* 5. *resolut.* 7. *numer.* 2. *Leander. tom.* 2. *tractat.* 6. *de Ordin. quæst.* 28. *Pignatell. tom.* 2. *consult.* 178. *numer.* 19. *Clericat. Erotemat. Ecclesiastic. cap.* 128. *de Sacram. Ordin. numer.* 14. *Silvester. in Summ. verb. Ordo* il 2. *n.* 3. *Molses. in Summ. part.* 1. *tract.* 2. *cap.* 18. *sub numer.* 14. *versic. Substantiale est*, *Henriquez in Summ. lib.* 10. *cap.* 8. *sub num.* 3. *versic. Sub his tribus*, *Tamburin. de Sacrament. lib.* 7. *cap.* 3. §. 1. *numer.* 6. *Coton. Controv. lib.* 3. *controvers.* 1. *cap.* 2. *Pax Jordan. Elucubrat. Div. tom.* 1. *libr.* 3. *tit.* 6. *n.* 468. *Suarez de Concurs. disput.* 42. *sect.* 3. *num.* 12. *Vasquez tom.* 3. *in* 3. *part. distinct.* 237. *cap.* 2. *numer.* 23. *Gobat. de Sacram. tract.* 8. *sect.* 2. *numer.* 63. *Marcant. Tract.* 1. *de Sacram. Ordin. quæst.* 20. *Gulielm. de Monte Laudnno super* 6. *Decretal. Rubric. de Cognat. spiritual. sub princip. pag. mihi* 115. ibi -- *Ex quo sequitur, quod si Episcopus in ordinando Presbyteros non per se, sed per alium facit tenere Calicem forte propter debilitatem &c. non erunt tales rite ordinati, cum talia delegari non possint*, *Can. quorumdam* 23. *distinct.*

Et licet non desint, qui dubitent de hac necessi-
20 tate essentiali, ut ex Theologis *Avers. de Sacram. Ordin. quæst.* 2. *sect.* 2. & ex Canonistis *Hostien. in Summ. tit. de Sacram. non iter. sub n.* 7. *Joan. Andr. in cap.* 2. *de Sacr. Unct. num.* 3. *Bellamer. Anton. de Butr. Zabarell. Abas*, & latius *Boich. in Cap. final. de Sacram. non iteran.* asserentes esse ex levibus Ordinationis, quæ proinde nec iteranda, nec supplenda erit; nihilominus saltem exinde gravissimum dubium emergit, an Ordo sit vere colla-
21 tus. Ex quo fit, ut stante hujusmodi gravi dubio (& hoc respicit secundam quæstionem) tutius sit Ordinationem reiterare sub conditione, *Filliuc. ubi supra numer.* 33. *Trullench. dict. lib.* 6. *Cap. unic. dub.* 2. *numer.* 3. *in fine.* Et rescripsit san. mem. Clemens VIII. per organum Cardinalis Burghesii Claudio de *Morenne* Episcopo *Sagiensi*, examinata prius materia in eadem Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis *die* 24. *Julii* 1603. ibi -- *Quare si Ordinum materia non fuerit a Dominatione tua ipsis ordinandis exhibita, & porrecta &c. tutius esse, ut prædicti ita Ordinati, iterum secreto ordinentur sub conditione, quod si hæc publica fuerint, & inde scandalum ortum publice, repeterentur Ordines sub conditione prædicta.* De quo Decreto meminere post *Isambert. Alelli Medull. Theolog. de Ordin. cap.* 7. *sect.* 2. *in fine pag.* 224. *Coton. Controvers.* 1. *cap* 2. *n.* 29. *& seqq. Episcop. Sarnell. tom.* 3. *Epistol. Ecclesiastic. Epistol.* 46. *Clericat. de Sacram. Ordin. decis.* 9. *n.* 1. *& seqq. Dian. Oper. Coordinat. dict. Tract.* 5. *resolut.* 7. *numer.* 6. ubi subdit, quod Summus Pontifex in eo Decreto tutiorem partem amplexus est, nec id de fide definivit, & tacito dictu Decreto, *Pignatell. consult.* 178. *n.* 19. *tom.* 6. Et apparet ex Literis postea scriptis, tam eidem Episcopo *Sagiensi*, quam Cardinali *de Bubalo* -- *Sanctitatem Suam non declarasse Sacros etiam Presbyteratus Ordines nulliter collatos, si non ipsemet Episcopus, ut in facto præsupponitur, sed aliquis Sacerdos ex ejus Ministris materiam Ordinandis exhibuerit &c. Verum tutius esse, ut sic Ordinati iterum sub conditione ordinentur, idcoque censuit non oportere sic Ordinatos monere, sed iis providendum fore, qui Conscientiæ scrupulis agitati ad Dominationem vestram hac de causa pro remedio recurrerent. Quare ex ordine Sanctitatis Suæ Dominationem vestram hujus certiorem facio, ut suos Diæcesanos ita ordinatos, qui ad eam, ut dixi, recurrent, sub condi-
tione secreto iterum extra tempora, & non serva- 22
tis Interstitiis ordinare valeat. Reliqui vero, qui extra suam Diæcesim fuerint, Reverendissimum Nuncium Apostolicum adire poterunt, a quo facultatem gratis accipient, ut a quocumque Catholico Antistite Gratiam &c. sub conditione ordinari possint, servata forma in Pontificali Romano præscripta.*

Et sequendo hoc exemplum, *anno* 1697. bis
materia examinata de Mense Julii inter Consul- 23
tores S. O. & scribentibus duobus Canonistis, & duobus Theologis, fuit demum decisum in Congregatione Cardinalium habita coram Pontifice *die* 1. *Augusti* ejusdem anni, tutius esse, quod reiterentur sub conditione Ordines collati non porrecta per ipsummet Ordinantem materiam, cum convalidatione Collationum Beneficiorum etiam Curatorum, condonatione fructuum &c.

Superest tertia difficultas, an nempe fieri possit extra Tempora a jure statuta, hujusmodi conditionalis iteratio Ordinum. Cum in casu dicti Antistitis *Abellinen.* non expectato Summo Pontificis oraculo, fuissent nonnulli ex sic Ordinatis iterum sub conditione ordinati extra Tempora a
jure statuta, in controversiam venit, an licite id 24
fieri potuisset ea ratione, quia hoc non est Ordinationem celebrare, sed perficere quod præstitutum est tempore Ordinationis; & quia tempora Ordinationum statuta sunt pro vera, & absoluta Ordinum collatione, sed non conditionata *Quintaduenas de Sacram. tract.* 6. *singular.* 1. *n.* 1. *Dian. Oper. Coordination. tom.* 2. *tract.* 5. *resolut.* 17. *&* 18. citans *Lessium*, & *Granatam* in hanc Sententiam *Tamburin. lib.* 7. *de Sacrament. Ordin. cap.* 5. §. 2. *numer.* 13. *Pignatell. tom.* 4. *consult.* 181. *num.* 19. *Moya quæst. Select. part.* 1. *tract.* 4. *quæst.* 10. *sub num.* 5.

Sed in contrarium, quod iteratio Ordinum,
sive conditionalis, sive absoluta, prout etiam sup- 25
pletio omissorum debeat fieri temporibus Ordinationum, est *Text.* clarus in *Cap. Presbyter. de Sacram. non reiteran.* ibi -- *Statuto tempore ad*

hujusmodi Ordines conferendos caute supplendam, quod per errorem extitit prætermissum, & firmant *Sanchez consil. Moral. tom.*2. *libr.*7. *cap.*3. *dub.* 13. *n.*7. *Pasqualig. Quæst. moral. Can.* 318. *n.*4. *Pax Jordan. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 399. ubi nullam ponit differentiam inter omissionem substantialium, & sollemnium, & *n.* 471.

Super hac difficultate in Congregatione habita
26 coram Pontifice *die* 11. *Julii* 1697. decretum fuit, *quoad eos, qui ex causa, de qua agitur fuerunt reordinati extra Tempora a jure statuta scribatur, quod Sanctitas Sua ad cautelam tam quoad Reordinatos, quam quod Reordinantes relaxat suspensionem ab iis propterea forsan incursam, ac cum illis similiter ad Cautelam super irregularitate, si quam contraxerint ex eo quod subinde in suis Ordinationibus ministraverint, in utroque Foro, & ad quemcumque effectum dispensat*, ut ex Epistola, quam refert *Pasence. ad Pignatell. tom.* 2. *tit. de Ordin. pag. mihi* 171.

Re tamen iterum coram eodem Pontifice discussa die 1. *Augusti* ejusdem anni, rescriptum fuit quoad. jam Ordinatos esse prudenter illuc usque actum, sed quoad alios, qui iterum Ordinati non fuerant, esse reordinandos sub conditione *ad formam Pontificalis, non servatis tamen Interstitiis,*
27 *& extra Tempora.* Integrum Decretum in hac Causa editum, refert *Episcop. Sarnell. tom.* 3. *Epistol. Eccles. Epistol.* 46. ubi testatur recolendæ memor. Cardinalem *Ursinum* Archiepiscopum Beneventanum ejusdem Decreti vigore iterum ordinasse sub conditione sexaginta novem Subdiaconos, sexaginta quatuor Diaconos, & quinquaginta quatuor Presbyteros.

Ceterum hæc, quam exposuimus, disciplina de Sacris Ordinibus extra Tempora a jure statuta non conferendis, non amplectitur Græcos, ceterosque
28 Orientales, apud quos nullus certus dies, nullum determinatum tempus Ordinationibus celebrandis præfixum est, sed quovis anni tempore, quovis intra hæbdomadam die, Ordines etiam Majores conferri possunt. Per Quadragesimam tamen Presbyteri non consecrantur, nisi Sabbathis, Dominicis, & Festo Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, *Juenin. de Sacram. dissert.* 8. *quæst.* 8. *cap.* 2. *§. Excipi debent pag.* 586. *Thomassin. de Benefic. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 87. *n.* 13.

Insuper locum non habet in Consecratione E-
29 piscoporum, quæ fieri potest die Dominico, & Natalitiis Apostolorum, vel etiam festiva die, si Pontifex id specialiter indulserit, ut præscribitur in *Pontific. Roman. de Consecrat. Electi in Episcop. tit.* 13. eique inhærendo tradunt *Pax Jordan. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 2. *n* 6. *& tit.* 6. *n.* 404. *Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 40. *& seqq. & de Episcop. part.* 2. *allegat.* 1. *n.* 42. *Clericat. Erotem. Ecclesiast. cap.* 128. *n.* 94.

Vetus sane fuit Majorum consuetodo, ac Ec-
30 clesiæ disciplina, Episcopos nonnisi die Dominico consecrari, *Thomassinus tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 10. *& seqq.* Cujus disciplinæ rationem *Alcuinus Flaccus*, qui nono sæculo floruit, in eo capite, quod inscripsit *Sabathum in* 12. *Lectionibus*, his verbis assignat: *Episcopi Consecratio, qui est Vicarius Apostolorum, imo & Christi, fit in Dominica, quia eodem die per donum Spiritus Sancti dignatus est illustrare Corda Fidelium.* Prout etiam ea ratione nonnulli factum esse putant, ut Episcopi ordinari possint in Natalitiis Apostolorum, quia nempe eorum Vicarii sunt, & Successores. Quod priscis etiam Ecclesiæ sæculis fieri consuevisse habemus ex antiquo *Romano Ordine*, in quo dicitur, ipsas Ordinationes Episcoporum factas aliquoties fuisse in *Natalitiis Apostolorum*; & inter cetera exempla, quæ facili negotio cumulari possent, adsunt illla *Pelagii II.* qui anno 578. die Sancto Andreæ Sacro, in Romanum Præsulem consecratus fuit, ut testantur *Anastasius Bibliothecarius in ejus Vita, & Baronius ad dictum annum* 578. *P. Pagius in Breviar. Gest. Pontific. Roman. in Vit. Pelagii II. n.* 1. Et S. Gregorii II. qui electus, ut diximus *die* 22. *Aprilis* 1073. consecratus fuit die festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli. *Idem Pagius in Vit. ejusdem Gregorii num.*4. Quemadmodum antiquissimam fuisse Consuetudinem Consecrationis Episcoporum diebus Festivis, ut Populi multitudo ad Episcoporum consecrationem convenire posset, demonstrat Consecratio *S. Udalrici* Episcopi *Augustani* sequuta die Festo SS. Innocentium, ut legitur apud *Surium in ejus Vita die* 4. *Julii.* Verum in Consecratione Episcoporum diebus Festivis, servanda est Pontificalis Romani Regula, quæ mandat, ut non aliter id fieri possit, quam ex Pontificis indulgentia.

Insuper Regula de Ordinationibus statutis temporibus celebrandis, locum sibi non vindicat in prima Tonsura, quæ licet sit Ordo, juxta communem Canonistarum Sententiam, quam late propu- 31
gnat *Fagnan. in Cap. Cum contingat, de Ætat. & qualitat.* tamen quocumque die, hora, & loco conferri potest, ut patet ex *Pontifical. Roman. in Rubric. de Ordin. conferen. Fagnan. in Cap. de eo n.* 4. *de Tempor. ordinat. Anaclet. ibidem §.* 2. *n.* 30. *Hallier. de Sacr. Election. & Ordination. tit. de Tempor. Sac. Ordinat. artic.* 6. *n.* 1. *Juenin. de Sacram. quæst.* 8. *cap.* 2. *§. ultimo.* Nec in Collatione aliorum Minorum Ordinum, qui Dominicis, & aliis festivis diebus dari possunt, ut respondit *Alexander III. in Cap. de eo, de Tempor. Ordinat.*
& habetur in eodem Pontificali Romano *tit. de* 32
Minor. ordinat. ibi -- *Quatuor minores Ordines dari possunt extra Missarum sollemnia diebus Dominicis, & festivis duplicibus, sed mane tantum* -- Et
quamvis *Sixtus V.* etiam contra Promotos ad mi- 33
nores Ordines extra tempora suam ampliaverit Constitutionem, hæc tamen reducta fuit, ut diximus per *Constitutionem XL. Clementis VIII.* ad terminos tam juris communis, permittentis recipi Ordines Minores Dominicis, aliisque diebus festivis, quam *Piana* Constitutionis loquentis de Ordinibus Sacris, *Pax Jordan. dicto titul.* 6. *n.* 407. ubi multipliciter id declarat *Barbos. dicta allegat.* 17. *numer.* 18. *Mandos. in hanc Regulam Quæst.* 1. *& ibidem Kochier. numer.* 5. *Ricc. decis.* 93. *numer.* 16. *part.* 4.

Non posse tamen Episcopum extra Tempora a
jure statuta Minores Ordines uno die Dominico, 34
vel Festivo, conferre pluribus, quam duobus sancitur in *Cap. De eo, de Tempor. ordinat.* ubi consultus Alexander III. *an liceat extra Jejunia quatuor Temporum aliquos in Hostiarios, Lectores, Exorcistas, vel Acolytos &c. promovere*, sic respondit, *quod licitum est Episcopis Dominicis, & aliis Festivis diebus unum, aut duos, vel minores Ordines promovere.* Et licet *Gloss. in dicto Cap. De eo*, asserat posse Episcopum minores Ordines conferre etiam pluribus, dummodo generalem Ordinationem non faciat, hæc tamen assertio est contra Decretalem *Alexandri*, qui consultus de *aliquibus*, respondit *Unum*, vel *Duos*, & sic non plures, *Hostiens. in dict. Cap. De eo Verb. Unum, aut plu-*
res, & ibidem *Fagnan. numer.* 7. qui tamen fate- 35
tur in hoc standum Consuetudini, quæ est optima legum Interpres.

Sed

Sed an subsistat Consuetudo immemorabilis,
quod prima Tonsura, & Minorea Ordines con-
ferantur Feria sexta post Prandium ante diem Sa-
bathi quatuor Temporum? Quoad primam Ton-
36 suram, nulla videtur esse difficultas, cum juxta
Pontificale Romanum, ut diximus, conferri pos-
sit etiam extra Missarum sollemnia, quocumque
die, hora, & loco.

Quo vero ad Ordines Minores non desunt, qui
37 hanc Consuetudinem validam existimant, ajunt-
que eam non esse reprobandam in locis, in quibua
a tempore antiquo est introducta, ea præsertim ra-
tione, quod dies Sabathi censetur incipere a Ves-
peris Feriæ sextæ, nec ulla adsit necessitas, quod
Minores Ordines conferantur sub Missæ Sacrificio,
vel quod Ordinans Jejunus sit, *Gobat. Theolog.
experiment. tract.* 8. *cas.* 12. *sect.* 1. *n.* 452. *pag.
mibi* 511. ubi testatur de more Episcoporum Ger-
maniæ, & quod *Constantia* Minores Ordines con-
feruntur de mane feria sexta ante *Sabatham* præ-
fatum, *Layman. in Cap. De eo n.* 4. *Tempor. Or-
dinat. & lib.* 5. *Thelog. moral. tractat.* 9. *cap.* 8.
n. 1. *Pirbing. in dict. Tit. Decret. de Tempor. or-
dination. sect.* 1. *num.* 9. *sab n.* 77. *Leander. Oper.
moral. tom.* 1. *disput.* 11. *de Tempor. ordinat. quæst.*
6. ubi quod hæc est praxis Hispaniarum, de qua
etiam *Henriquez in Summ. lib.* 10. *cap.* 12. §. 2.
Juvenin. de Sacram. quæst. 8. *de Rit. Sacram. or-
dinat. cap.* 2. *in fine*, ubi testatur de eadem praxi
vigente in Galliis.

Alii prædictam Consuetudinem referentes, eam
38 improbant, utpote contrariam Pontificali Roma-
no, præscribenti Minores Ordines conferri quidem
posse extra Missarum sollentia diebus Dominicis,
& festivis duplicicibus, sed mane tantum, *Ricc.
in Prax. var. resolut. part.* 4. *resolut.* 173. *n.* 1.
Ventrigl. in Praxi Rer. Ecclesiastic. part. 1. *adnot.*
44. §. *Unic. n.* 7. *Pax Jord. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6.
n. 411.

Fagnan. vero *in Cap. De eo n.* 31. *& seqq. de
Tempor. ordinat.* distinguit inter publicam Ordi-
39 nationem, sive generalem, & Ordinationem pri-
vatam, quæ fit in Cappella, vel in secreta Sacri-
stia concurrente aliqua necessitate, & utilitate Ec-
clesiæ; & quoad primam Ordinationem ait, eam
esse illicitam, si fiat die Veneris non obstante con-
suetudine; & econtra licitam esse secundam Ordi-
nationem, si pro ea stet consuetudo. Et deinde *n.*
40. concludit, quod licet hæc opinio sit vera, ex-
pediret nihilominus, quod Consuetudo aboleretur.

Actum fuit de hac Quæstione in Sacra Congre-
40 gatione Concilii *anno* 1720. Cum enim Episco-
pus *Portalegren.* in relatione Status suæ Ecclesiæ
ad Sedem Apostolicam transmissa exposuisset, quod
a tempore immemorabili Episcopi Regni Lusita-
niæ consueverint suis Subditis conferre primam
Clericalem Tonsuram, & Ordines minores die Ve-
neris post Prandium ante diem Sabathi quatuor
Temporum, ac quæsiisset, an collatio primæ Ton-
suræ, & Minorum Ordinum hoc modo expleta,
licite facta dici posset, hinc, proposito Dubio --
*An supposita consuetudine immemorabili licitam sit
conferre primam Tonsuram, & Minores Ordines
feria sexta post prandium ante diem Sabathi qua-
tuor Temporum*, die 13. *Augusti* 1720. -- respon-
sum fuit -- *Affirmative quoad primam Tonsuram,
& quoad Minores Ordines consuetudinem immemo-
rabilem tolerari posse, sed expedire, ut Episcopus
se conformet Pontificali Romano tit. de Minor. Or-
din.* Meminit de hac Resolutione *Eminentiss. Pe-
tra dict. tom. pag.* 267. *in princip.*

Similiter prohibitio, ne conferantur Ordines
Sacri, nisi temporibus a jure statutis non compre-
hendit Romanum Pontificem, qui ob potestatis 41
plenitudinem legibus, Canonibusque solutus, om-
nibus anni Sabathis, & Dominicis, aliisque diebus
sibi benevisis Ordinationes peragere potest, *Cap.
de eo*, ibi -- *Nulli Episcoporum præterquam Roma-
no Pontifici liceat ordinare* scilicet *extra Tempora.
De Tempor. Ordinat. Hostiens. ibidem n.* 3. *Verb.
Romano Pontifice, & Fagnan. num.* 20. *Eminentiss.
Petra ad Constitut. Apostolic. tom.* 5. *pag.* 256. *nu-
mer.* 18. *Hallier. de Sacr. Elect. & Ordinat. tit. de
Tempor. Sacr. Ordinat. artic.* 5. *n.* 5. Hacque po-
testate Subdiaconos, Diaconos, & Presbyteros
ordinandi quibuscumque anni temporibus, & die- 42
bus, imo in die Consecrationis suæ, licet non esset
Dominicalis, Summos Pontifices usos fuisse etiam
primis Ecclesiæ sæculis, ante, & post *Gelasii* De-
cretum, pluribus exemplis demonstrat, *P. Pagius
in Breviar. Gest. Roman. Pontific. in Vita S. Leo-
nis II. n.* 15. *Hallier. loco cit.*

Et quemadmodum potest Summus Pontifex ex-
tra Tempora a jure statuta Sacros Ordines confer-
re, ita & Episcopis indulgere, ut id peragant; 43
hancque facultatem impertiuntur Episcopis per Lit-
teras Apostolicas in forma Brevis, quas *extra Tem-
pora* vulgo nuncupamus. Verum quia hujusmodi
Indulta nimis facile, & absque justa, & rationa-
bili causa concedebantur, san. memor. Innocentius
XII. Ecclesiasticæ disciplinæ zelo ductus, Con-
gregationem particularem deputavit ex doctissimis
Viris compositam, nempe Eminentissimis DD.
*Cardinalibus Carpineo, Casanatta, Marescotti,
Coloredo, Panciatico, & Albano*, nec non RR. PP.
DD. *Sperello, Ciampino, Sacripante, & Fabrono*,
eisque mandavit, ut perpenderent, sibique refer- 44
rent, quæ ratio deinceps ineunda, modusque adhi-
bendus videretur in concessione similium Indulto-
rum. Et Congregatio præfata *die* 10. *Novembris*,
atque iterum 7. *Decembris* 1693. re mature discus-
sa censuit, Indulta præfata, si Pontifici placuerit,
concedi posse ex Causis infrascriptis videlicet.

„ Ut quis Beneficio, vi cujus arctatur ad
„ Presbyteralem Ordinem suscipiendum, vel al-
„ teri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel
„ Cappellaniæ ad vitam sibi concessæ, per se ipsum
„ inservire possit. Ob penuriam Sacerdotum in
„ illis partibus, vel in Monasterio pro Regulari-
„ bus. Ob solatium Patris, vel Matris, dummo-
„ do quinquaginta ætatis annos excedant, & Ora-
„ tor saltem per triennium in Clericali habitu ho-
„ neste, & laudabiliter vixerit. Item concedi pos-
„ se censuit eadem Indulta Referendariis Utriuf-
„ que Signaturæ, Familiaribus Summi Pontifi-
„ cis, Canonicis Cathedralis, vel etiam Colle-
„ giatæ Ecclesiæ, eorumque Coadjutoribus, Ma-
„ gistris, seu etiam Baccalaureis in Sac. Theolo-
„ gia, Doctoribus utriusque, vel saltem Canonici
„ Juris, seu Licentiatis, dummodo singulos præ-
„ fatos gradus in publica, & approbata Univer-
„ sitate obtinuerint. Iis etiam, qui saltem per trien-
„ nium sedulam Theologiæ Studiis operam nava-
„ verint, ac tandem vigesimum sextum ætatis an-
„ num excedentibus, si per triennium in Clericali
„ habitu honeste, & laudabiliter vixerint.

„ E contra censuit non expedire, ut eadem
„ Indulta concedantur ex eo, quod quis Diaco-
„ nus, Subdiaconus, Litterarum Apostolicarum
„ Scriptor sit, seu Magister in Artibus, Nobilis,
„ aut præsens in Curia, vel quod Philosophiæ cur-
„ sum absolverit, aut alicui Ecclesiæ adscriptus
„ fuerit, ad cujus servitii titulum ex Apostolico
„ Indulto Clerici ordinari possunt, aut omni

„ Missarum, non tamen ex Beneficio Ecclesiastico proveniens, habere se doceat.

„ Insuper censuit, Indulta hujusmodi deneganda esse iis, qui aliqua dispensatione indigent impedimenti ex eorum delicto provenientis; & Sede Episcopali vacante infra annum a die vacationis minime danda iis, qui Beneficii Ecclesiastici recepti, seu recipiendi occasione arctati non fuerint.

„ Item nunquam concedenda pro festivis diebus continuis, sed semper pro interpolatis aliquo temporis spatio arbitrio Episcopi definiendo.

„ Denique censuit, Episcopos omnes, ac etiam Apostolicos Nuncios, & Legatos Litteris in forma Brevis circularibus admonendos, decrevisse Sanctitatem Suam Indulta prædicta non ita passim, sed ex certis tantum, legitimisque causis concedere, nec Episcopos ad eorum exequutionem astringere, sed illam semper ipsorum arbitrio onerata eorumdem conscientia, relinquere. Item per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quempiam ad Patrimonii titulum, nisi ad normam Concilii Tridentini *Sess.* 21. *cap.* 2. Eos vero omnes, qui ab Apostolica Sede facultates obtinent conferendi Ordines extra tempora, vel aliis respective tribuendi licentiam, ut conferant, maxime cavere debere, ne præscriptos sibi in eisdem facultatibus limites cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu transgrediantur.

Quæ omnia, & singula suprascripta Decreta idem *Innocentius XII.* laudavit, & approbavit, ac perpetuo, & inviolabiliter servari mandavit; sublata omnibus quacumque facultate prædicta Indulta aliter, quam ad formam eorumdem Decretorum inposterum expediendi.

Non afficit itidem Constitutio Piana, & hæc
45 Regula Regulares illos, qui a Summis Pontificibus obtinuerunt post Concilium Tridentinum Privilegium, ut extra Tempora a jure statuta, ad Sacros Ordines promoveri possint Dominicis, vel aliis festivis diebus, ex plene relatis per *Barbos. allegat.* 17. *n.* 6. *& seqq. Pax Jordan. Elucubrat. divers. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 417. *Francesc. var. cap.* 32. *n.* 4. Quo Privilegio frui Patres Minores S. Francisci in partibus Indiarum existentes,
46 vigore Indulti eis ab Urbano VIII. concessi, testantur *Rodriquez. var. tom.* 3. *quæstion.* 22. *artic.* 5. *Eminentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom.* 5. *pag.* 258. *n.* 24. *Mattheucc. Official. Cur. cap.* 35. *n.* 4. ubi Indultum præfatum per extensum refert. Nec
47 non Patres Societatis Jesu vigore *Constitutionis LXXVII. Gregorii XIII. Eminentiss. Petra, & Matthaucc. locis cit.* Eosdemque PP. non comprehendi sub recensito Decreto san. mem. Innocentii XII. edito super moderatione Indultorum suscipiendi Ordines Sacros extra Tempora, declaravit idem Pontifex *die* 17. *Augusti* 1695. ut apud *P. la Croix Theolog. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *part.* 2. *sub n.* 2194. *pag.* 343. *Monacell. tom.* 2. *pag.* 84. *n.* 31.

Simile Privilegium promotionis ad Sacros Ordines *extra Tempora* a Jure statuta indulsit reco-
48 lendæ mem. *Urbanus VIII.* Alumnis Collegiorum Pontificiorum Viennæ in Austria, Pragæ in Bohemia, & Illiricorum in Civitate Lauretana, ut ex *Constit.* ejusdem Pontificis sub datum 1. *Junii* 1627. Quemadmodum *Clementem VIII.* indulsisse Congregationi S. Joannis Evangelistæ in Portugallia Privilegium, quod ejus Alumni ordinari possent *extra tempora*, testantur *Portell. Dub. Regul. verb. Ordines Sacri n.* 4. *Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 33. *numer.* 181. *& de Episcop. part.* 2. *allegat.* 17. *sub n.* 7. *Francesc. Resolut.* 32. *n.* 17. *Corrad. in Prax. Dispensat. lib.* 4. *cap.* 4. *sub n.* 9. *Tamburrin. tom.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 13. *n.* 8. Verum non desunt DD. qui de hoc Privilegio Congregationi præfatæ indulto, dubitant, nisi forte fuerit vivæ vocis oraculo concessum, ut post *Peyrin. tom.* 2. *quæst.* 3. *cap.* 10. *num.* 11. *Lezan. verb. Ordines Sacri sub n.* 19.

Sed cum in Regno Portugalliæ alia reperiatur Apostolica auctoritate erecta Congregatio Presbyterorum Sæcularium sub Invocatione *B. M. V. de Necessitatibus* in Territorio loci de *Tomina Elboren.* Diœcesis, & in qua Presbyteri juramentum præstant perseverandi in Congregatione, ab ea nonnisi ex reiterato delicto ejiciendi causa cognita per Superiorem cum suis Adjunctis, subsunt plenariæ Ordinarii *Elboren.* jurisdictioni, vivunt in eadem Domo, & Mensa communi, clausuram, & silentium servantes, Divinumque Officium in Choro recitantes, Victum sibi eleemosynis quæritant, nullique eorum sive mobilia, sive immobilia possidere fas est, sed omnia in communi possidentur, & ad Sacros Ordines promoveri non possunt, nisi titulo Patrimonii, cujus tamen fructus in proprium usum convertere nequeunt. Supplicavit an-
no 1711. Congregatio præfata Sac. Congregationi 49
Concilii pro Indulto, ut ejus Alumni promoveri possent ad Sacros Ordines in tribus diebus festivis, & non servatis temporum Interstitiis; sed proposito Dubio -- *An sit eidem indulgendum, ut promoveri possint ad Sacros Ordines in tribus diebus festivis, & non servatis temporum Interstitiis* -- Die 8. Augusti ejusdem anni responsum fuit *Negative.*

An autem Regulares ordinari possint *extra tem-
pora* vigore aliorum Privilegiorum, quæ ante Con- 50
cilium Tridentinum fuerunt eis a Pontificibus concessa, negant *Barbos. de Jur. Eccles. Univ. cap.* 33. *n.* 182. *Pax Jord. dict. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 418. *Mirand. in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 38. *a n.* 4. *Lezan. in Summ. Quæst. Regular. tom.* 1. *cap.* 14. *n.* 1. *Gonzal. in cap. De eo n.* 7. *de Tempor. Ordinat. Ventrigl. in Prax. tom.* 1. *adnotat.* 44. *§. unic. n.* 12. *Matthaucc. Official. Cur. cap.* 35. *§.* 11. *Eminentiss. Petra in Constit. Apostol. tom.* 1. *pag.* 344. *n.* 69. *Ricc. decis.* 93. *num.* 6. *part.* 4. Contendunt enim Doctores præfati, supradicta Privilegia revocata fuisse tum per laudatum Concilium *Sess.* 23. *cap.* 8. *de Reformat.* quod decernendo per Legem generalem prohibitoriam, ne Episcopi, nisi statutis a Lege temporibus Ordinationes celebrarent, licet explicite Privilegia Regularium non revocaverit, ea tamen implicite revocasse censendum est. Tum per Constitutionem XCIV. *Pii IV.* incipientem, *In Principis Apostolorum*, qua expresse revocantur, & annullantur omnia Privilegia contraria Decretis Concilii Tridentini, eaque ad terminos ejusdem Concilii reducuntur.

Econtra vero quod dicta Privilegia non fuerint
nec per Concilium Tridentinum, nec per Consti- 51
tutionem *Pianam* revocata, proindeque posse Regulares, qui illis potiuntur, ad Sacros Ordines extra Tempora a Jure statuta promoveri, firmant *Passerin. tom.* 3. *quæstion.* 189. *artic.* 10. *inspect.* 10. *pag.* 840. *Rodriquez tom.* 3. *quæst.* 23. *artic.* 5. *Portell. Dub. Regular. verb. Ordines Sacri n.* 4. *Dian. tom.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 81. *& resolut.* 86. *Donat. in Prax. Regular. tom.* 1. *tract.* 7. *quæst.* 8. *numer.* 10. cum aliis penes *Eminentiss. D. Cardinalem Petra tom.* 5. *pag.* 261. *a numer.* 31. ubi late fundamenta dictæ sententiæ expendit.

Sed quid dicendum stante communicatione Privile-

52 Privilegiorum? Posse Regulares uti communica-
tione Privilegiorum, quæ PP. Societatis Jesu &
Fratribus Minoribus S. Francisci in Indiis existen-
tibus concessa fuerunt, & per consequens extra
tempora ordinari, late substinet *Passerin. tom. 3.
dict. Quæst. 189. art. 10. inspect. 10. pag. 840.*
Alii rectius contrarium autumant, dum fan.
53 mem. *Gregorius XIII.* indulgendo PP. Societatis
Jesu Privilegium, ut promoveri possint extra tem-
pora, expresse prohibuit illius communicationem
cum aliis Regularibus, ut in §. 4. suæ *Constit.* ibi --
*Præsentis autem Gratiæ communicationem omnibus
aliis, etiam qui sua Privilegia cum ipsa Societate
copiose participant, participareque poterunt, quo-
modolibet in futurum fieri omnino prohibemus*; &
consentanee tradunt *Peyrin. tom. 1. Privileg. Mi-
nim. in Constit. 2. Sixti V. Lezan. Oper. moral.
tom. 1. cap. 14. n. 19. Monacell. in suo Formul. le-
gal. tom. 2. pag. 79. num. 33. Eminentissimus Petra
tom. 5. pag. 260. n. 30.* Et licet *Urbanus VIII.* dum
simile Privilegium concessit Fratribus Minoribus
existentibus in Indiis Occidentalibus, illius com-
municationem favore aliorum Regularium expres-
se non interdixerit, plusquam tamen tacite illam
prohibuit eo ipso, quod Indultum præfatum non
indefinite omnibus Fratribus Ordinis S. Francisci
elargitus fuit, sed *in partibus Indiarum Occidenta-
libus tantum existentibus*, alacriores essent pro A-
postolico Ministerio exercendo; proindeque sicuti
eo uti non possunt dicti Fratres extra Indias Oc-
cidentales commorantes, ita nec per viam com-
municationis de eo participare valent ceteri Re-
gulares, quorum respectu non militat ratio con-
cessionis Gratiæ, *Emus Petr. dict. tom. 5. pag. 262.
n. 34. circa med.*
Sed *Francesc. var. resolut. cap. 32.* materiam hanc
late examinando, duos casus præcipue distinguit.
54 Primus est de iis Regularibus, qui simpliciter gau-
dent communicatione Privilegiorum Societatis Je-
su, & resolvit eos non posse ad Sacros Ordines ex-
tra Tempora a Jure statuta promoveri virtute com-
municationis eorumdem Privilegiorum Societatis,
etiamsi communicatio concessa fuerit post tempora
55 *Gregorii XIII.* Secundus casus est de iis Regula-
ribus, quibus sunt concessa Privilegia Societatis
Jesu non per viam communicationis, sed per viam
novæ concessionis sub verbis amplissimis ex quibus
eruatur voluntas Pontificis pro communicatione
etiam Privilegii suscipiendi Ordines *extra Tempo-
ra*, ut sunt Ministrantes Infirmis, & alii &c. Et
Regulares præfatos posse ad Sacros Ordines extra
Tempora promoveri, pluribus ostendit rationibus
frustra hic transcribendis. Idemque firmant *Paf-
qualig. Quæst. moral. 356. numer. 3.* ubi de Patri-
bus Theatinis, & de istis pariter loquens *Diana
Oper. Coordinat. tom. 2. tract. 5. resolut. 87.*
Advertit tamen idem *Francesc. dict. cap. 32. n.
73.* quod in hac materia Episcopi abstinere se de-
56 bent a collatione Ordinum extra Tempora, quan-
do non sunt certi de Privilegiis Regularium.
Quod etiam monet *Pasqualig.* loco mox laudato.
Semperque tutius erit, quod Regulares recurrant
ad Summum Pontificem pro obtinendo Brevi se
promoveri faciendi *extra Tempora*, prout quoti-
diana praxis docet. Hinc cum Archiepiscopus
Senen. alias proposuisset Sacræ Congregationi *Con-
cilii* sequentia Dubia -- I. *An Regularibus cunctis
indistincte faveat Privilegium aliquod, ut promo-
veri possint ad Sacros Ordines extra tempora a Ju-
re statuta diebus festis per annum.* II. *An Episco-
pi licite, & absque incursu in pœnas a Sacris Ca-
nonibus inflictas eosdem Regulares non munitos au-
thentico Privilegio, seu speciali Dispensatione A-
postolica diebus festis extra tempora promovere, &
ordinare valeant.* Responsum fuit *die 2. Maii
1699. Dilata, & interim Archiepiscopus abstineat,
donec exhibeantur Privilegia.* Meminit de hac re-
solutione, licet sub *die 11. Aprilis, Monacell. in
Formular. tom. 2. pag. 87. n. 37. Mattheucc. Of-
fic. Curiæ cap. 35. num. 5.* Et postmodum idem
rescriptum fuit ab eadem Sac. Congregatione in
Assisien. 23. Januarii 1706. per hæc verba -- *Di-
lata, & scribatur Episcopo, quod se abstineat,
donec exhibeantur Privilegia Regularium, & am-
plius* -- Quæ Resolutio similiter refertur a *Mat-
theucc. loc. cit. & a Monacell. loco pariter lauda-
to tom. 4. pag. 80. n. 445.*
Verum super hoc puncto cessat hodie omnis
quæstio, dum in Concilio Romano a san. mem.
Benedicto XIII. celebrato *anno 1725.* decretum 57
fuit, Privilegia Regularibus sive expresse elargi-
ta, sive communicata, ut ad Sacros Ordines pro-
moveri possent *extra tempora* a Jure statuta, non
fuisse revocata, & propterea eosdem Regulares
tuto posse iisdem uti Privilegiis, ut in *cap. 2. tit. 5.
de Tempor. Ordinat.* ibi -- *Quo vero ad Regulares
Privilegia a Summis Pontificibus habentes sive per
viam communicationis concessa, Sacros videlicet
extra Ordines extra tempora suscipiendi, cum Pri-
vilegia ipsa in suo robore persistant, nec iis dero-
gatum fuisse constet, decernimus proinde Regulares
eosdem absque novo Indulto Apostolico tuto posse ex-
tra tempora ordinari.*
An autem vigore generalis facultatis, quæ non-
nullis Episcopis in Regnis Heterodoxis a S. Sede in- 58
dulgetur conferendi Ordines *extra Tempora*, pos-
sint ipsi Ordinationes celebrare in diebus, in quibus
celebratur Officium ritu duplici, quamvis non festi-
vis de præcepto? Casus examinatus fuit anno 1712.
in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis occa-
sione facultatis indultæ Episcopis Hyberniæ ordinan-
di *extra Tempora*. Et plures casus perpensi fuerunt.
Primus est quando impertitur facultas promo-
vendi *extra tempora in tribus Dominicis, vel aliis* 59
festivis diebus de præcepto, juxta formulam ordi-
nariam, qua hodie utitur Dataria, vel Secretaria
Brevium in casibus particularibus; & in hoc casu
certum est non posse quempiam ordinari in Festis
duplicibus, quæ in Choro celebrantur, sed Ordi-
nationes fieri debent diebus Festis de præcepto.
Cumque anno 1689. orta super hoc esset altercatio
inter Magistros Cæremoniarum Ecclesiæ *Brixinen.*
petiit Episcopus a Sacra Congregatione Concilii
declarari -- *An diebus festis duplicibus, non tamen
de præcepto possint Ordines Sacri conferri habenti-
bus Breve Dispensationis Apostolicæ super Intersti-
tiis, vel extra tempora.* Et sub *die 15. Januarii*
ejusdem anni responsum fuit: *Negative, sed tan-
tum diebus festis de præcepto.*
Secundus casus est, quando indulgetur, ut pos-
sit quis ordinari *tribus diebus festivis* juxta Indul- 60
tum, quo gaudent PP. Societatis Jesu, & quem-
admodum respectu Ordinum Minorum disponitur
in Cap. De eo, de Tempor. Ordinat. Et in hoc casu
quamvis non desint DD. existimantes, probabi-
lem esse tam practice, quam speculative opinionem,
quod possint celebrari Ordinationes in Festis du-
plicibus, quamvis non de præcepto, *Hallier. de
Sacram. Ordin. part. 2. Sect. 7. cap. 1. art. 1. n. 2.
Gobat. Oper. moral. tom. 1. tract. 8. a n. 472. &
seqq. Tamburrin. de Jur. Abat. tom. 2. disput. 2.
quæst. 13. n. 7. Castropal. de Sacram. Ordin. tract.
27. disput. unic. punct. 13. n. 13. circa finem.* Ni- 61
hilominus verior, & tutior opinio est, quod stante

facultate ordinandi *tribus diebus Festivis*, Ordinationes celebrari non possint, nisi Diebus Festis de præcepto, in quibus a Populo servatur abstinentia a laboribus, & operibus servilibus, ut fatentur ipsimet DD. mox laudati, & tradunt *Tamburrin. Jesuita de Sacram. Ordin. lib. 7. cap. 10. n. 11. & seqq. Eminentiss. Petr. in Constitution. Apostol. tom. 5. pag. 265. n. 42.* cum aliis penes *Barbos. de Potest. Episcop. allegat. 11. n. 32.* Et ita decrevit Sacra Congregatio Concilii tam respectu collationis Ordinum Minorum, quam Majorum *extra Tempora* faciendæ. Propositis enim sequentibus Dubiis. Primo: *Præsupposito, quod Minores Ordines possunt conferri diebus Dominicis, aut aliis festivis, dubitatur an appellatione diei festi, comprehendatur Festum, in quo ab Ecclesia fit Officium, an vero debeat esse Festum, quod a Populo colatur.* Secundo: *Idem est dubium quoad Promovendos vigore Dispensationum de Promovendo extra tempora diebus festis.* Ad primum Sac. Congregatio censuit, *comprehendi dies festos, qui a Populo servantur tot. tit. de Fer. de Consecrat. distinct. 3. cap. 1. & cap. 12. Sess. 25. Concilii Tridentini de Regular.* Ad secundum *idem respondit.* De quibus Resolutionibus meminit *Fagnan. in cap. De eo n. 42. de Tempor. Ordinat. Eminus Petr. loco citat.*

Tertius casus est, quando in Indulto tribuitur
62 Episcopis facultas conferendi Ordines *extra Tempora* simpliciter absque ulla dictum expressione, quemadmodum conceditur Episcopis Hyberniæ, juxta formulam relatam per *Pignatell. tom. 4. consult. 139. n. 49.* Et in hoc casu major pars *Consultorum* fuit in voto, quod possint Episcopi vigore præfati Indulti Ordinationes celebrare in illis etiam diebus, quibus ab Ecclesia celebratur Officium Ritu duplici, quamvis non de præcepto pro Populo, sive quia in Indulto præfato nulla adjicitur restrictio ad dies festivos; sive quia in partibus Hyberniæ non possunt Ordinationes celebrari ad tramites Concilii *cap. 3. Session. 23. de Reformat.* publice in Ecclesia Cathedrali, vocatis, præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis, vel in alio Diœcesis loco, præsente illius Clero, ob quam rationem, & Jura mandarunt, ut Minores Ordines non conferantur, nisi diebus Dominicis, ac aliis Sollemnibus, juxta *Gloss. in cap. 2. verb. ad Sacros, de Tempor. Ordinat.* & in Indultis particularibus collationis Ordinum Sacrorum *extra Tempora* a Jure statuta, ponitur clausula, ut Ordinatio peragatur diebus festis de præcepto. Verum san. mem. *Clemens XI. die*
63 *Jovis 3. Martii* 1712. declaravit, Indulta concessa Episcopis Hyberniæ conferendi Ordines extra tempora, *intelligenda esse pro diebus festis de præcepto.*

Quid vero dicendum, an Episcopi præfati, aliique in partibus Ultramontanis, facultatem habentes conferendi Ordines extra tempora, possint illos
64 nedum proprios subditis, sed exteris etiam conferre? Et quidem seclusis verbis aut in Procemio, aut in fine Indulti, ex quibus dignosci posset facultatem hanc esse restrictam ad suos subditos tantum; duo casus possunt considerari. Primus respectu illorum; qui non habent Dimissorias proprii Ordinarii, & in hoc casu procul dubio Episcopus dictæ facultate gaudens non potest Ordines conferre *extra tempora*, quia si permissum ei non est alienos Subditos ordinare; multo minus potest illos ad Sac. Ordines extra tempora promovere.

Secundus casus est de iis exteris qui habent proprii Ordinarii Dimissorias, & istorum respectu cadit difficultas quæ ex eo oriri videtur, quod sicuti ordinare potest proprios subditos extra tempora, ita extra tempora ordinare valeat subditos alienos accedentes cum Dimissoriis proprii Ordinarii, cum dicta facultas generalis sit, & directa in ipsum Episcopum absque ulla distinctione inter Subditos, & exteros.

Accedit Regula, quod Juridictio voluntaria a 65
supremo Principe concessa exerceri potest etiam in non subditos. *Adden. ad Gregor. decis. 287. n. 11. Coccin. decis. 305. n. 5.* Qua ratione alias resolutum fuit, quod Card. *Madrucius* Legatus in partibus Germaniæ dispensare posset cum Hispano illegitimo, quia nempe dispensatio erat actus voluntariæ Jurisdictionis, & quia ejus facultates non erant restrictæ ad certam Provinciam, sed ad omnes patebant, ut recedendo a *decis. 287.* firmavit *Rota cor. Gregorio dec. 353. n. 6.* Adeoque cum actus conferendi Ordines sit voluntariæ Jurisdictionis *Card. de Luc. ad Concilium dis. 6. n. 8. & 9.* exerceri potest etiam in non subditum.

Sed his non obstantibus contrarium dicendum 66
est ex verisimili mente Summi Pontificis dictam facultatem concedentis, & ex communiter accidentibus, ut scilicet ea sit restricta ad suos subditos tantum, quos Episcopus, cui indulta fuit, jure proprio ordinare potuisset, alias esset nimis illam ampliare, si quoscumque ad se venientes comprehenderet; Maxime cum agatur de materia, quæ non potest dici favorabilis, sed stricte venit interpretanda, *cum talis dispensatio fiat ab inferiore, qui ex permissione Summi Pontificis dispensat contra legem cui alias ipse subest, nam hoc casu etiam in materia favorabili non potest extendi*, ut loquendo de Legato a Latere dixit *Cassaneus ad Consuetudin. Burgund. Rubric. 9. §. 16. versic. Et maxime.*

Hinc cessat motivum quod stante Pontificio Indulto ordinare extra tempora sit actus voluntariæ Jurisdictionis, qui exerceri potest in Subditis alienos, præsertim accedente consensu proprii Ordinarii concedentis Dimissorias. Quia hæc non est materia quæ dependet ab Ordinarii consensu, sed ex mente, & intentione concedentis qui regulariter hanc facultatem conferendi Ordines extra tempora a jure statuta concedere non solet nisi pro subditis illius Episcopi cui elargita fuit, & pro illorum majori commoditate. Et in fortioribus terminis Legati Avenionensis, quod ille suas facultates 67
exercere non possit nisi quoad Personas intra Legationis limites comprehensas, *Tondut. Resolut. Benef. part. 2. pag. 181. n. 37.*

Sicque resolutum fuit a Congregatione Sanctiss. 68
Inquisitionis *in Viennen. 31. Maii* 1708. Cum enim Episcopo Viennensi inter ceteras facultates, ea fuisset elargita *conferendi Ordines extra tempora, & non servatis Interstitiis usque ad Sacerdotium inclusive*, hinc exorto Dubio, an posset vigore dictæ clausulæ generalis *conferendi Ordines extra tempora*, illos conferre Exteris. Sacra Congregatio respondit *Negative.*

Sed præter obligationem, qua Episcopi ad Sacrorum Canonum, Concilii Tridentini, & Pontificalis Romani præscriptum obstringuntur Ordinationes celebrare diebus ad Jure præscriptis, tenentur etiam temporum Interstitia servare inter colla- 69
tionem præcedentis, & sequentis Ordinis, ne præceps, ac velut inconsulta fieret ad alium Ordinem promotio; & qualis fuerit Ecclesiæ disciplina primis, mediisque sæculis circa Interstitiorum observantiam in collatione Ordinum, tum Minorum, tum Majorum, erudite demonstrat *Thomassin. de Benef. tom. 1. lib. 2. cap. 35. & 36. Hallier. de Sac. Elect. & Ordinat. tit. de Temp. Sacr. Ordinat. art. 7. n. 2. & seqq. Juenin. de Sacram. dissert. 8. quæst. 8. cap. 3. per tot. Van Espen in Jus Ecclesi. univ. part. 2. tit. 9. cap. 5. numer. 1. & seqq.* Paulus,

Paulut. Jurisp. Sac. tom. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 7. n. 7.

At Concilium Tridentinum *cap. 11. Sess. 23. de Reformat.* eam præscripsit legem, ut Minores Ordines per temporum Interstitia, nisi aliter Episcopo expedire magis videretur, conferantur. 70 In Minoribus ordinati, post annum a susceptione postremi gradus minorum Ordinum, ad Subdiaconatum promoveantur, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas judicio Episcopi aliud exposcant. Promoti ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad Diaconatum, nisi aliter Episcopo videatur, ascendere non permittantur, ut in *dict. Sess. 23. cap. 13.* Et ad Presbyteratus Ordinem assumantur ii, qui in Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint, ut in *dicta Sess. 23. cap. 14.* Et Conciliari dispositioni inhæret Pontificale Romanum *tit. de Ordin. confer.*

Integer vero *annus*, qui vigore Concilii inter- 71 ponendus est ab uno ad alterum Ordinem Sacrum suscipiendum, non intelligitur de anno naturali, vel civili, sed de Ecclesiastico; unde si ordinatus Diaconus in quatuor Temporibus Quadragesimæ ordinetur Sacerdos in quatuor temporibus Quadragesimæ anni sequentis, annus dicetur integer judicio Ecclesiæ, licet Pascha celerius advenerit, ut ex sententia Sacræ Congregationis Concilii tradit *Fagnan. in Cap. Litteras nostras de Tempor. Ordinat. & in Cap. Ad nostram 18. versic. Et confirmatur, de Regul. Lauret. de Franch. Controvers. inter Episcop. & Regular. part. 1. quæsit. 17.* ibique *Pasqualig. n. 265.* ubi quod annus Interstitiorum non debet esse necessario duodecim Mensium, sed sufficit, quod sint elapsa quatuor Interstitia, qua ratione ille, qui Ordinem suscepit in Sabbatho Sancto, potest absque dispensatione Interstitiorum ad alterum Ordinem promoveri in Temporibus sequentis Quadragesimæ, cum jam elapsa sint quatuor Interstitia, I. nempe a Sabbatho Sancto ad Pentecosten. II. a Pentecoste ad Tempora Septembris. III. a Temporibus his ad Tempora Decembris; & IV. ab his ad tempora Quadragesimæ.

Ceterum qui die Sabbathi Ordinationis genera- 72 lis, Presbyteratus Ordine insignitus fuit, potest sequenti Dominica mane in Episcopum consecrari, quia nullibi id vetitum reperitur; neque enim Concilium Tridentinum, & Sacri Canones, qui Temporum Interstitia requirunt inter Ordines Sacros eidem conferendos, de Episcopatu loquuntur, quamvis & ille juxta Canonistarum sententiam Ordo sit, sed de iis tantum Ordinibus sermonem habent qui in ordinaria generali Ordinatione conferri solent. Episcoporum autem Ordinationi Dominicum diem, & Natalitium Apostolorum jam juxta priscam Ecclesiæ disciplinam fuisse assignatum, supra dictum est. Et ita firmant *Gloss. in Can. quod a Patribus 75. distinct. Innocentius in cap. Litteras, vers. Neque valet, de Tempor. Ordin.* ibique *Abb. & Hostiens. Layman. Theol. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 8. n. 6. Dian. part. 12 tract. 1. resolut. 65. Coton. libr. 3. controv. 1. cap. 1. n. 98. & 99. Hallier. de Sac. Elect. & Ordinat. tit. de Tempor. Sac. Ordinat. art. 6. sub n. 6. Henriquez in Summ. libr. 10. cap. 12. §. 2. in fine*, cum aliis apud *Barbos. de Jur. Eccles. univers. cap. 9. n. 42.*

Quod si inter collationem unius, & alterius Ordinis, Interstitia non serventur, peccatum commit- 73 titur tam ab Ordinante, quam ab Ordinato; sed cum nulla pœna a Tridentino infligatur, concors est Doctorum sententia eos in foro exteriori nullam pœnam incurrere, ut late ostendunt *Piring. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11. Sect. 1. n. 109. Barbos. de Potest. Episcop. allegat. 18 n. 11. Pasqualig. ad Lauret. de Franch. part. 1. n. 340. Antonell. de Regim. Eccles. libr. 2. cap. 3. n. 10. Pax Jordan. Elucubr. Divers. lib. 3. tit. 6. num 443. Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 1. part. 7. cap. 2. n. 12. Rosignol. Oper. moral. tom. 17. part. 1. quæst. 2. art. 9 n. 14. Castropal. Oper. moral. tom. 4. de Sacram. Ordin. tract. 27. disput. unic. punct. 13. n. 14 Gibbald. de Sacram. tract. 9. cap. 3. dub. 4 n. 49.* cum aliis plena manu cumulatis per *Pantas Dictionar. Cas. Conscient. tom. 2. verb. Interstitia cap. 2.* Et quamvis *Sixtus V.* suspensionis pœnam imposuisset adversus promotos non servatis Interstitiis, & irregularitatis in casu, quo in Ordinibus dicto modo receptis, ministrassent, ut habetur in ejus *Constitut. XCI.* Nihilominus, ut plurica diximus, *Clemens VIII. Sixtinam* Constitutionem, exceptis iis, quæ simoniacam respiciunt Ordinationem, revocavit ad terminos Concilii Tridentini, uti habetur in ejus *Constitut. XL.* & advertit *Fagnan. in cap. Vel non est compos numer. 11. de Tempor. Ordinat.*

At vero cum plures contingere possint casus, in quibus rationabiliter congruat Ordines conferri non servatis Interstitiis, Concilium ipsum Tridentinum locis supra citatis dispensationem super Interstitiorum relaxatione commisit Episcopis, con- 74 currente necessitate, & utilitate Ecclesiæ, de quibus late pertractant *Piring. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11. Sect. 1. a n. 91. Fagnan. in cap. De eo, de Tempor. Ordinat. Coton. in suis Controvers. lib. 3. controv. 1. cap. 5. n. 95. & seqq. Clericat. Erotemat. Eccles. cap. 128. de Sacr. Ordin. a n. 54. Marchet. in Prax. Vicar. Capitular. part. 2. tit. 14. a n. 22. Grass. de Effect. Cleric. in Prælud. a numer. 334. & seqq.* Et hac facultate dispensandi super Interstitiis gaudere etiam in absentia Episcopi Vicarium Generalem cum amplo, & generali Mandato constitutum, fuisse a Sacra Congregatione Concilii resolutum in *Neapolitana 3. Aprilis* 1593. *& in Theatina 7. Novembris* 1596. tradit *Marchett. de Vicar. Capitular. part. 2. tit. 14. n. 21 Pasqualig. ad Franc. part. 1. n. 256. & Quæst. moral. Juridic. quæst. 353. n. 5. Barbos. ad Concil. Sess. 23. cap. 13. numer. 7.*

Expresse autem præcipit Tridentinum *cap. 13. Sess. 23. de Reformat.* quod *duo Sacri Ordines non eodem die etiam Regularibus conferantur.* Et Con- 75 ciliari dispositioni obsecundat Pontificale Romanum *dict. tit. de Ordin. conferend.* quod etiam statuitur in *Cap. Literas de Tempor. Ordinat.* Soli enim Romano Pontifici licitum esse omnes Sacros, & Majores Ordines eadem die, atque extra statuta tempora conferre, communiter tradunt DD. adestque celebre exemplum *Clementis VI.* de quo ita scribit in suis Annalibus *Henricus* Monachus Rebdorfiensis ad annum 1342. -- *Hic Papa Sacros Ordines, plures etiam extra tempora, & alia indifferenter contra consuetudinem olim in Ecclesia servatam contulit, & conferri mandavit;* -- & infra ad annum 1351. -- *Hic Papa Humbertum Delphinum fecit Patriarcham Antiochenum, & in Festo Nativitatis Domini, quod fuit in Sabbatho, ipsum promovit ad tres Sacros Ordines. In prima Missa Galli cantus ordinavit ipsum Subdiaconum, in secunda Missa ortus diei ordinavit ipsum in Diaconum, in summa Missa Sacerdotem. Et eadem die ipse Delphinus Missam celebravit, & post octo dies ipsum Papa consecravit Episcopum* -- De quo exemplo meminit *P. Lupus tom. 4. Oper. in Tert. Decret. S. Leonis IX. pag. 301. Edit. Veneta.* Et Card Alexandrinus unica die 26. Martii 1493. Cardinalibus

Valen-

Valentino, & Joanni Borgiæ ambobus Alexandri
VI. Nepotibus ex Pontificis dispensatione Mino-
res Ordines, Subdiaconatum, & Diaconatum si-
mul contulit ut ex Diariis Ms. Brocardi testatur
*Macr. in Hierolex. verb. Ordo pag. 406. colum. 2.
in principio.*

Episcopus vero, qui eadem die, vel duobus con-
76 tinuato jejunio, duos Sacros Ordines alicui con-
fert, suspendendus est a collatione utriusque, ut pu-
niatur in quo deliquit; Qui vero suscipit, ab exe-
quutione posterioris solum, qui illegitime suscep-
77 tus fuerat, est suspensus, donec a Papa absolutio-
nem impetraverit, *Cap. Litteras de Tempor. Ordi-
nat.* ibique *Fagnan. Piring. in Jus Canon. lib. 1. tit.
11. Sect. 1. n. 108. Hallier. de Sacr. Elect. Ordinat.
tit. de Tempor. Sacr. Ordin. art. 6. n. 4.*

Quod vero attinet ad Ordines Minnrea, sunt
qui existimant, posse de jure Episcopum eadem die
78 omnes Ordines præfatos uni simul conferre, ut ex
Decretali *Alexandri Papæ III. in cap. De eo Tem-
por. Ordinat.* indefinite loquentis, quod licitum sit
Episcopis extra tempora ad Minores Ordines pro-
movere Dnminicis, & aliis festivis diebus firmat
*Gloss. in dict. cap. De eo; Innocentius ibidem, verb.
Ad Minores*, cum aliis apud *Fagnan. in eod. cap.
De eo n. 10. Piring. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11.
n. 83. Paulut. Jurisprud. Sacr. tom. 2. lib. 5. tract. 7.
cap. 7. n. 6.* Alii autumant ita demum licere Epi-
scopo omnes Minores Ordinea uni simul eadem
79 die conferre si hoc habeat Consuetudo, secus de
Jure, per *Text. in Cap. 2. De eo, qui furtiv. Ordin.
suscep.* ibi -- *Juxta consuetudinem Patriæ sibi qua-
tuor Minores Ordines contulisti* -- Et hujusmodi
Consuetudinem non fuisse sublatam per Concilium
Tridentinum, censet *Fagnan. in dict. cap. De eo
n. 26. & 42.* ubi ait, hanc sententiam fuisse proba-
tam a Sac. Congregat. Concilii, in qua proposito
Dubio -- *An ex consuetudine possit Episcopus uno, &
eodem die ad minores Ordines aliquos promovere* --
responsum fuit -- *Præsupposita consuetudine posse.* --
Thomassin. tom. 2. lib. 1. cap. 87. n. 12. Demum alii
censent Episcopum non posse quatuor Minores Or-
dines sine intervallo temporis simul conferre, nisi
80 dispensative legitima aliqua concurrente causa, non
autem de Jure, licet dispensatio juris sit, argumento
Text. in Cap. Præterea, de Ætat. & Qualit. Nam
Interstitia temporum etiam in Minoribus Ordinibus
81 sunt servanda, *cap. In singulis 77. distinct. Gloss. 1.
in §. final. De eo, qui furtiv. Ordin. &c.* Et hæc
sententia approbata videtur in Tridentina Synodo
cap. 11. Sess. 33. ubi disponitur, quod Minnres Or-
dines per temporum Interstitia, nisi aliud Episco-
po expedire magia videbitur, conferantur, *Fagnan.
in dict. cap. De eo n. 11. & 12. La Croix Theolog.
Moral. lib. 6. part 2. sub n. 2295. Castropal. Oper.
moral. de Sac. Ordin. disput. unic. punct. 13. n. 5.
Clericat. Erotem. Ecclesiast. cap. 128. de Sacram.
Ordin. n. 53.*

Omnes tamen Ordines Minnres una cum prima
82 Tonsura, quæ juxta Canonistarum sententiam Or-
do est, non potest Episcopus una, eademque die
licite conferre, cum plurium Ordinum collatio sit
generaliter prohibira, *Cap. Litteras, & cap. Dile-
ctus de Tempor. Ordinat. Fagnan. in cap. De eo n. 15.
& seqq. de Tempor. Ordinat. Monacell. tom. 2. pag.
78. n. 7. in fine, De Magistris in Sylv. Ecclef. tom. 2.
lib. 1. cap. 3. n. 4.* ubi refert per extensum resolutio-
nem Sacr. Congregationis Concilii in una *Neapo-
litana de anno* 1612. qua declaratum fuit, incurris-
se suspensionem quemdam Juvenem, qui Primam
Tonsuram, & Minores Ordines uno die susce-
pit. Licet non desint qui existiment, primam
Tonsuram cum omnibus Minoribus Ordinibus pos- 83
se simul conferri, cum nulla adsit lex Ecclesiasti-
ca, quæ id prohibeat, nec obstat Interstitiorum ra-
tio, quando Episcopua dispensare super ipsis po-
test; & si quæ esset prohibitio, ne plures Ordines
eadem die conferantur, de Majoribus tantum acci-
pienda est, *Paulut. dict. cap. 7. n. 6. Piring. in Jus
Canon. lib. 1. tit. 11. n. 83.*

Multoque minus eadem die conferre potest E-
piscopus Minores Ordines simul, & Subdiacona- 84
tum eidem Personæ, *Cap. 2. De eo, qui furtive
Ordin. suscep. Sanchez in Opusc. libr. 7. cap. 1. dub.
53. n. 2. Clericat. Erotem. Ecclesiastic. cap. 128.
n. 60. Hallier. de Sacr. Elect. & Ordina. tit. de
Tempor. Sacr. Ordinat. artic. 6. n. 3. Paulut. Juris-
prud. Sacr. tom. 2. libr. 5. tract. 7. cap. 7. n. 6. §. Mi-
nores*; aut una simul primam Tonsuram, Minores
Ordines, & Subdiacnnatum. Et cum alias Episco- 85
pus *Calaritanus* Sactæ Congregationi Concilii ex-
posuisset, quod in ejus Diœcesi, & aliis Regni
Sardiniæ Episcopatibus, magnus adesset numerus
Clericorum conjugatorum, & ex his plerique aut
facinora committebant, aut viles artes exercebant,
nnn tam in dedecus Ordinis Clericalis, quam in
perturbationem Jurisdictionis Ecclesiasticæ, ad
quos abusus eliminandos magis opportunum pa-
rari non poterat remedium, quam illud, si sta-
tim ac eodem contextu, quo Ordinandi primam
Tonsuram, & Minnres Ordines juxta illius Regio-
nis consuetudinem recipiebant, insignirentur etiam
Subdiaconatu, quo casu non amplius modus su-
peresset habitum laicalem reassumere, & ad exer-
cendas artea Clericali Charactere indignas se con-
vertere. Supplicavit propterea pro facultate con-
ferendi primam Tonsuram, Minores Ordines, &
Subdiaconatum iisdem Personis una die a Jure ad
Sacros Ordines conferendos statuta. Unde pro-
positis in Sac. Congregatione Dubiis: Primo: *An
sit indulgendum petitioni in casu &c.* & quatenus
negative. Secundo: *Quid sit in casu statuendum
pro abusibus supradictis eradicandis.* Sub *die* 28.
Februarii 1728. responsum fuit. Ad I. *Negative.*
Ad II. *Archiepiscopus utatur Juris remediis, &
signanter statutis in cap. 6. Sess. 23. de Reformat. &
aliis indicatis in Constitut. XVI. impressa post Syno-
dum Romanam §. 1. 2. 4. & 6.*

Quodque Minores Ordines una simul cum Sub-
diaconatu eadem die conferri non possint, locum
sibi vindicat non obstante quacumque consuetu- 86
dine, tamquam sublata per Concilium Tridenti-
num præscribente in *Sess. 23. cap. 11. de Reformat.*
certa temporum intervalla ab Ordinibus Minoribus
ad Subdiaconatum, itaut licet permittatur Episco-
po dispensare super Interstitiis, non tamen permit-
titur eadem die Minores Ordines cum Subdiaco-
natu conferre, *Vener. in Examin. Episcop. lib. 1.
cap. 18. n. 13. Mayol. de Irregularit. lib. 3. cap. 24.
n. 13. & lib. 4. cap. 11. n. 1. Diaz ad Salzed. pag.
mihi 101. vers. Una eadem die, de Magistris in
Sylv. Ecclesiast. tom. 3. pag. 265. §. Menochius au-
tem, Grass. de Effect. Clericor. Prælud. 241. Pax
Jordan. lib. 3. tit. 6. n. 430. & seqq. tom. 1. Menoch.
de Arbitr. lib. 3. cap. 564. n. 7. & seqq.*

Verum quod Consuetudine introduci possit ut
una eademque die possint conferri omnes quatuor
Minores Ordines una cum Subdiaconatu eidem 87
Personæ, de veriori testantur *Fagnan. in dict. cap. de
cap. de eo n. 41.* ubi quod hic fuit sensus Sac. Con-
gregationis Concilii, *Gonzal. in cap. Dilectus n. 11.
de tempor. ordinat. Pirhing. in lib. Decret. tit. 11.
n. 83. & lib. 5. tit. 30. n. 6. & 7. Hallier. de Sacr.
Ordinat. art. 6. num. 3. in fine, & n. 7. Suarez de*

Censur.

Censur. disput. 31. *sect.* 1. *n.* 41, *Engel. in Jus Canon. lib.* 5. *tit.* 30. *in fin. Konig. ibidem* §. 1. *Campanil. in divers. Jur. Canon. rubric.* 6. *n.* 15. §. *Minores, Thesaur. de Pœnis part.* 2. *verb. Ordo, cap.* 15. §. *Inter ordinem, Eminentiss. Petr. in Constit. Apostol. tom.* 5. *pag.* 266. *n.* 26. cum aliis apud *Barbos. in Concil. sess.* 23. *cap.* 11. *n.* 8. *& de Episcop. allegat.* 14. *num.* 5. Nec hujusmodi Consuetudini
88 derogatum censetur per Tridentin. *sess.* 23. *cap.* 11. Cum enim Concilium eadem *sess. cap.* 13. prohibuerit duos Sacros Ordines una die eidem conferri Privilegiis, & Indultis non obstantibus, nec quidquam statuerit quoad collationem Ordinum Minorum, & Subdiaconatus, videtur quod præservare voluerit Consuetudinem eosdem insimul conferendi in locis in quibus est recepta, ut præter *Fagnan.* aliosque mox laudatos *Gobat. Theolog. experiment. tract.* 8. *cas.* 11. *sess.* 2. *n.* 460. *& seqq. pag. mihi* 542. *Sanches cas. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 53. *n.* 5. *& pluribus seqq. Marchin. de Sacram. Ordin. tract.* 1. *part.* 7. *cap.* 1. *n.* 6. *& seqq. Guttierez quest. Canonic. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 30. *& seqq.* Proindeque sic ad Minores Ordines, & Subdiaconatum eadem die ordinati in locis in quibus talis viget Consuetudo nullam incurrunt suspensionem *Suarez. de Censur. disput.* 31. *sect.* 1. *n.* 41. ubi refert resolutionem Sac. Congregationis Concilii in hæc verba -- *Qui ex consuetudine illius Regionis quatuor Minores Ordines, & Subdiaconatum eadem die susceperunt, non sunt suspensi -- Layman. lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 10. *n.* 10. & late prosequuntur DD. supra citati præsertim *Pirbing. sect.* 1. §. 10. *n.* 83.

Sed quæstio est in quam pœnam incurrant Ordinantes, & Ordinati eadem die ad quatuor Minores Ordines, & Subdiaconatum simul, seclusa Consuetudine. Et quod attinet ad sic Ordinatos
89 nullam per eos incurri suspensionis pœnam firmant *Vasquez*, & plures alii *Jesuitæ* relati per *Dianam Oper. Coordinat. tom.* 2. *tract.* 15. *resolut.* 97. *n.* 2. *& per tot Castropal. de Sacram. Ordin. tract.* 27. *disput. unic. punct.* 13. *n.* 5. ubi ait, id sæpe vidisse factum in Hispania, *Giribald. de Sacram. tract.* 9. *cap.* 3. *dub.* 4. *n.* 47. *La Croix lib.* 6. *part.* 2. *sub n.* 2295. *Fermosin. in cap.* 1. *de Tempor. Ordinat. n.* 10. *& seqq. & numer.* 14. concludit -- *Et ita in Praxi observari video multoties apud bonos, & timoratos Episcopos dum adsit causa -- Pignatell. tomo* 1. *consult.* 319. ubi refert Resolutionem Sacræ Congregationis Concilii in una *Ravellen.* Et in hanc sententiam propendit etiam *Amayden. de Stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 16. §. 1. *n.* 28. ubi ait, nullam a sic ordinato incurri suspensionem, quia Concilium nullam apponit pœnam Contravenientibus. Et ipse *Diana* loco citato satis probabilem hanc sententiam putat, rem late examinando.

90 Alii existimant, quod sic Ordinati sint irregulares, *Thesaur. de Pœn. part.* 2. *verb. Ordo cap.* 15. §. 2. Et quod de stylo Pœnitentiariæ incurratur eos irregularitas, testantur *Pignatell. tom.* 1. *consult.* 319. *Eminentiss. Petra in Constitut. Apostolic. tom.* 5. *pag.* 266. *n.* 45. *circa fin.*

Sed communis opinio est, Ordinatos eadem
91 die in Minoribus, & Subdiaconatu remanere suspensos ab exercitio Subdiaconatus per *Text. in Cap.* 2. *de Eo, qui furtive Ordin. success.* ubi fuit declaratus suspensus ille Clericus, qui in hoc facto multum *excessit*. Exquirentes autem Doctores, quale esset hoc factum, in quo *excessit*, explicant, quia recepit sub eadem die Subdiaconatum, & omnes Minores Ordines, sive Acolytatum tantum, & Subdiaconatum, *Hostiens. in dict. cap.* 2. *n.* 2. *& in Cap. De eo* 3. *n.* 3. *de Tempor. Ordinat.* ibi -- *Sed caveat, quod illa die ordinem Subdiaconatus non recipiat, alioquin indignum se reddet ab executione Ordinis sic suscepti. Jo. Andreas ibidem num.* 2. *Butr. pariter numer.* 2. ibi -- *Quare, in quo peccavit hic Ordinatus. Dic quia una die suscepit Subdiaconatum cum quatuor Minoribus, & dicunt, quod etiam excederet, si solum Acolytatum suscepisset cum Subdiaconatu, quia receptio plurium Ordinum simul intelligitur prohibita, nisi appareat permissa -- Soccin. in eodem cap.* 2. *numer.* 5. ubi quod *iste non est tutus, nec potest in taliter susceptis Ordinibus ministrare, aut ad superiores ascendere sine dispensatione, quoniam scientia Episcopi non potest operari in hoc, cum hoc fieri sit prohibitum. Fagnan. in Cap. De eo numer.* 13. *de Tempor. ordinat. Campanil. Divers. Jur. Canon. rubr.* 6. *numer.* 15. *in fin. Bonacin. de Suspens. in practic. disput.* 3. *quæst.* 1. *punct.* 4. §. 1. *n.* 2. *versic. Si vero suscipiet, & n.* 5. *Pasqualig. ad Lauret. de Franchis part.* 1. *n.* 341. *Pax Jordan. Elucubrat. divers. libr.* 3. *tit.* 6. *n.* 444. *Thesaur. de Pœn. part.* 2. *Verb. Ordo cap.* 15. §. 2. *Alter. de Censur. tom.* 2. *disput.* 10. *cap.* 4 §. *Secundo dico pag.* 176. *& pag.* 177. §. *Remanet, Paulut. Jurisprud. Sacr. tom.* 2. *lib.* 5. *tract.* 7. *cap.* 7. *num.* 6. §. *Minores pag. mihi* 291. *Pirbing. Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *sect.* 1. *n.* 108. Quod idem resolutum fuisse a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium *de anno* 1581. *&* 1650. refert *Nicol. Instiul. Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 3. *versic. Si tamen quis eadem die, & lib.* 5. *tit.* 39. *numer.* 217. *versic. Recipientes eadem die.* Et in longe debilioribus terminis de Promoto eadem die ad primam Tonsuram, & omnes Minores Ordines, quod incurrat suspensionem, adest Resolutio Sacræ Congregationis Concilii in *Neapolitana*, de qua meminimus supra *n.* 82.

Hinc non obstat ratio *Vasquez* relata per *Dianam*, ubi supra, quod scilicet *Text. in dicto cap.* 2. 92
De eo, qui furtive Ordin. suscep. procedat, quando quis ausu temerario, & furtivo contra mandatum Episcopi, eadem die minores Ordines, & Subdiaconatum recipit, secus quando volente, sciente, & consentiente Episcopo id facit, nam nullus *Canon* id prohibet. Siquidem consensus, & scientia Episcopi licitum reddere non possunt id, quod de jure est illicitum. Cum enim a jure sit prohibitum, ut eadem die duo Ordines Sacri conferantur, nec sit quoad hoc Episcopo concessa potestas dispensandi, hinc est, quod ejus consensus, & scientia operari non possunt, ut licita sit collatio Subdiaconatus, *Soccin. in dict. cap.* 2. *n.* 5. *De eo, qui furtive &c.* ubi late probat, quod non est concessa hæc facultas Episcopo, & quod ejus scientia nihil operetur.

Minusque refragatur resolutio Sacræ Congregationis Concilii *in Ravellen,* 12. *Novembris* 1650. relata per *Pignatell. tom.* 1. *consult.* 319. qua dictum fuit ordinatum eadem die ad quartum Ordinem minorem, & Ordinem Subdiaconatus, dispensandum esse ad cautelam; quia nec notæ fuos illius circumstantiæ, nec diligentiis alias adhibitis, Declaratio illa reperta fuit in Regestris Sac. Congregationis.

Major dubitatio occurrit circa pœnam quoad Episcopum eadem die Ordinantem ad Minores, & Subdiaconatus Ordines, nam in laudato *cap.* 2. *De eo, qui furtive Ordin. suscep.* nulla mentio de Ordinante habetur, unde *Paulut. Jurisprud. Sacr.* 93
tom. 2. *lib.* 5. *tract.* 7. *cap.* 7. *n.* 6. §. *Minores pag. mihi* 291. hæc ait -- *Et notabile est in eo Textu nullam infligi pœnam Ordinanti, quæ cum etiam a nullo alio Canone legatur inflicta, immunis Ordinans*

ipse

ipse adibit. Et hanc Sententiam sequitur *Eminentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom. 5. pag. 266. n. 47.*

Verum omnes fere Canonistæ quæstionem hanc examinantes concludunt, quod ideo non fuit in
94 eo *Textu* pœna quoad Ordinantem imposita, quia non fuit in culpa, dum Ordinatus furtive, & præter *conscientiam Episcopi* (ut ait *Abas* in figuratione casus) se immiscuit inter *Acolythos* qui debebant ad Subdiaconatum promoveri, ideoque nihil imputari poterat Ordinatori ignoranti; Cum cæteroquin scientia, seu culpa Ordinantis interveniente, iste gravius esset puniendus, & ita firmant.

Zabarell. in dict. cap. 2. in princip. ibi -- *Secundum hoc Ordinatori ignoranti non imputatur, qui graviter puniretur, si scivisset, & gravius quam Ordinatus tanquam major.*

Joannes Andr. n. 1. ibi -- *Receptis enim minoribus furtivè se immiscuit inter Acolytos, qui debebant ad Subdiaconatum promoveri, & secundum hoc Episcopo ignoranti non imputatur; alias esset gravius puniendus.*

Butr. n. 1. ibi - *Quæro; quare non punitur Ordinans? Dic, quia hic eadem die ordinatus ad minores se immiscuit inter Subdiaconos, & ignorante Episcopo fuit ad Subdiaconatum ordinatus, alias si scivisset esset graviter puniendus.*

Hostiens. n. 2. Verbo Excessit, ibi -- *Sed nonne magis excessit, qui contulit? Ita videtur cum sit major. Hoc omnino verum est, si scienter hoc fecisset, sed intelligas, quod cum ipse promotus esset ad minores Ordines, posuit se statim inter Acolytos, qui erant in Subdiaconos promovendi, & Episcopus forsan præ nimia multitudine non advertit, & ideo hoc Capitulum sub hoc Titulo collocatur, quia furtive se fecit ordinari.*

Soccin. ibidem n. 4. ibi -- *Ultimo contra Glossam opponitur in eo, quod Textus concedit hic Episcopo potestatem dispensandi, nam cum iste Episcopus peccaverit istos Ordines conferendo prohibitos conferri eadem die, gravius debebat puniri. Sol. dicit hic Joannes Andr. quod Episcopus hoc ignoravit, nam circumventus fuit per recipientem, nam cum jam recepisset Ordines, clam, & furtive se postea immiscuit inter Acolytos, qui debebant promoveri ad Subdiaconatum, & ideo ignoranti Episcopo non imputatur, secus vero si scivisset, ut in contrariis.* Examinando postea quæstionem, de qua pridie fuerat interrogatus, an Episcopus possit dispensare, si scienter contulit Minores Ordines, & Subdiaconatum eadem die, respondit *Negative*, & inter cætera *numer. 7.* hæc ait -- *Hoc etiam probo per aliam Regulam, quæ vult, quod Episcopus non potest dispensare in actu, quem celebrando puniretur; hanc Regulam tradit singulariter Gloss. &c. Sed Episcopus conferendo plures Ordines prohibitos venit puniendus &c. & numer. 7.* ibi -- *Secundo moveor, quia regulariter non potest quis dispensare super vitio, cujus ipse fuit Author.*

Ancaran. in Cap. Innotuit sub n. 2. De eo, qui furtive Ordin. suscep. ibi -- *Per totum istum titulum nihil dicitur de culpa Episcopi conferentis, sed furtive suscipientis ad denotandum, quod in conferente probabilis ignorantia excusetur.*

Posita enim scientia, & culpa Episcopi, semper iste graviter punitur, & gravius quam Ordinatus; quocirca si promotus eadem die ad Minores Ordines, & Subdiaconatum, remanet suspensus, Or-
95 dinans quoque ad minus eandem suspensionis pœnam incurrere debet, exemplo ejus, qui eadem die duos Ordines Sacros Subdiaconatum nempe, & Diaconatum, vel Diaconatum, & Presbyteratum confert; si enim id faciat ignoranter, excusatur propter hanc probabilem ignorantiam *Cap. Innotuit*, 96
& ibi *Ancaran. n. 2. De eo, qui furtive Ordin. suscep.* Sed si scienter faciat, gravius punitur, quam Ordinatus *Cap. Litteras 13. de Tempor. ordinat.* ubi optima *Gloss. verb. deliquit*, ibi -- *Imo in pluribus punivit eum, quam deliquit, quia non peccavit Diaconatum conferendo, & tamen fuit punitus in eo, & ideo plus punitur Ordinator, quam Ordinatus, quia debuit esse prudentior, & quia major, & ut alii a similibus arceantur, Pasqualig. ad Lauret. de Franch. part. 1. numer. 341.* & post *Alter. de Censur. Bonac. de Suspens. in particul. disput. 3. quæst. 1. punct. 4. §. 1. num. 4.* ibi - *Ratio autem, cur majori pœna puniantur Ordinantes in hoc casu, quam Ordinati est, tum quia illi magis delinquunt, cum in propria munere peccent, & cæteris prudentia, atque exemplo præire debeant, tum ut reliqui arceantur ab hujusmodi criminibus.* Sic in ea Causa *Neapolitana*, ad quam refert *de Magistris in Sylv. Ecclesiastic. tom. 2. pagin. 317.* in terminis Episcopi, qui eadem die 97
contulerat Tonsuram, ac quatuor Minores Ordines, Sacra Congregatio Concilii ita rescripsit -- *Episcopumque, qui illum ordinavit coarguendum, ac plectendum esse; ac propterea expedire, ut quis ille fuerit, Congregationi innotescat.*

Et licet nec Doctores supralaudati, nec dicta Sacræ Congregationis Resolutio mentionem faciant de suspensione, nihilominus dum firmant Ordinatos esse suspensos, & Ordinantem esse gravius puniendum, dicendum est Ordinantem etiam suspensionem, & quidem majorem incur- 98
rere: id quod generaliter disponi videtur in *Can. 1. distinct. 59.* ibi -- *Qui Ecclesiasticis disciplinis imbutus per Ordinem non est temporum approbatione Divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad Summum Ecclesiæ Sacerdotium aspirare præsumat, & non solum in eo ambitio efficax habeatur, verum etiam in Ordinatores ejus, ut careant eo Ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum.*

Et in nostris terminis, quod etiam Episcopus sit suspensus, si scivit, & fuit in culpa, *Pax* 99
Jord. tom. 1. lib. 3. tit. 6. numer. 430. Majol. de Irregularit. lib. 3. cap. 24. versic. Quod arbitrium, Alberic. in verb. Ordinator. versic. Quæ est pœna. Licet hæc pœna suspensionis sit ferendæ, & non latæ Sententiæ, *Thesaur. de Pœn. part. 2. verb. Ordo cap. 17. §. Quarto Episcopus.*
Et quod Episcopus taliter Ordinans privari de- 100
beat potestate conferendi, sancitum fuit in Synodo Beneventana Archiepiscopi *Ugonis* celebrata anno 1374. ut in *Synodica* recolendæ memoriæ Card. *Ursini pag. mihi 149. cap. 23.* ibi -- *Dicitur autem furtive Ordines recipere, qui sine conscientia proprii Episcopi se facit promoveri, vel Ordinari. Item qui cum quatuor Minoribus recipit Subdiaconatum, vel duos Sacros eodem die, vel cum gradu omisso saltum facit &c. Pœna vero conferentis sic dictos Ordines, vel alias contra canonicam Institutionem ex certa scientia est depositio, nisi dispensative in casu concesso fecisset. Si vero negligenter, quia non examinavit, ut debuit, debet privari potestate conferendi dictum Ordinem, & est privatus quousque dispensatum cum eo fuerit per Papam.*

Hæc ponderabam in illa Causa *Boven.* proposita in Sacra Congregatione Concilii *die 29. Januarii, & 12. Februarii*, sed resoluta *die 7. Maii 1707.*

de

de qua meminit *Eminentiss. Petra in Constitut. Apo-*
101 *stolic. tom. 5. pag. 266. num. 44.* Cum enim tres Clerici *Boven.* Diœcesis obtinuissent a Sede Apostolica solitum Breve *extra Tempora*, in quo post tributam Episcopo facultatem eis conferendi Minores etiam unica die, festiva tamen, & subinde Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines tribus Dominicis, seu Festis de præcepto; Et Episcopus ipse Clericis præfatis duos Minores (erant enim aliis duobus jam insigniti), & Subdiaconatum eadem die, & in eadem ordinatione contulisset. Hinc proposito Dubio -- *Au, & quomodo sit danda absolutio* -- Sacra Congregatio *die 7. Maii* respondit -- *Quoad Ordinatos dandam esse absolutionem prævia salutari pœnitentia arbitrio Episcopi vicinioris; & quoad Ordinantem ad mentem; mens est, quod moneatur acriter, & remittatur a Sacra Congregatione qualibet pœna, & in futurum abstineat a similibus* -- Scriptumque fuit Episcopo eadem die his verbis.

102 *Reverendissime Domine uti Frater. Supplicante Amplitudine Tua Sacra Congregationi Concilii pro absolutione ad cautelam, ex quo tres Clericos in præterita Ordinatione Nativitatis Dominicæ ad duos ultimos Minores, & Subdiaconatus Ordines eadem die promovit. Eminentissimi Patres, ne iste procedendi modus transeat in malum exemplum aliorum, Amplitudinem Tuam acriter coarguerunt. Monentes ulterius, quod licet graviori pœna esset plectenda, quia plus deliquit in hujusmodi Ordinum collatione scienter, attamen pro eximia dictorum Eminentissimorum Patrum benignitate omnis pœna eidem pro hac vice remittitur, dummodo imposterum a similibus perpetrandis omnino abstineat. Teneat ergo Amplitudo Tua Sacra Congregationis monita, diuque valebit in Domino.*

§. II.

De Ætate ad Sacros Ordines suscipiendos requisita.

ARGUMENTUM.

Ætas pro Ordinibus tam minoribus, quam majoribus suscipiendis, quæ primis, mediisque Ecclesiæ sæculis fuerit, & quæ modo sit post Concilium Tridentinum? Dispensare tamen Apostolica Sedes consuevit, ut in minori ætate constituti Tonsura, Sacrisque Ordinibus initiari valeant; & de stylo Secretariæ Brevium in Dispensationibus hujusmodi indulgendis. Episcopatus est Ordo a Presbyteratu distinctus, & requirit hodie Ætatem annorum triginta completorum, licet juxta Concordata Franciæ sufficiant viginti septem; Et quæ Ætas requiratur ad effectum, ut ad Ecclesiam Cathedralem postulari possit, qui ad illam ex defectu legitimæ Ætatis eligi non potest? Super Ætate vero tam a jure communi, quam a Franciæ Concordatis requisita pro Episcopa-

tu, pluries Apostolica Sedes dispensavit, & referuntur Exempla. Quoties tamen Sedes Apostolica præficit Minores in futuros Ecclesiarum Præsules, iisdem Ecclesiis Administratores tam in spiritualibus, quam in temporalibus, vel ipsa deputat, vel Capitulis, & Nunciis Apostolicis deputandi facultatem impertitur, licet aliquando Minoribus ipsis administrationem in temporalibus privative, & in spiritualibus cum Coadministratore, minori durante Ætate, indulgere soleat. Quæ sint facultates hujusmodi Administratorum, & an Administrator in spiritualibus Ecclesiæ, quæ Suffraganeum habere solet, pro illo supplicare valeat, & ipsius Supplicatio præferenda sit alteri posteriori Episcopi, qui ad legitimam Ætatem perventus, Ecclesiæ plenariam administrationem nactus fuerit.

SUMMARIUM.

1 *Ætas pro Ordinibus tam minoribus, quam majoribus suscipiendis primis, mediisque Ecclesiæ sæculis præscripta, quænam fuerit?* & num. 2. & seqq.

4 *Concilium Tridentinum nullam pro Tonsura suscipienda præscripsit ætatem, sed pro ea sufficis ætas septem annorum completorum.*

5 *Possunt Episcopi statuere, ne ante ætatem quatuordecim, vel saltem duodecim annorum, quis Tonsura initietur.*
Idque etiam a nonnullis Synodalibus Constitutionibus sancitum. ibidem.

6 *Apostolica Sedes indulsit aliquando, ut septennio minores Tonsura initientur. Et referuntur exempla.*

7 *Minores Ordines, pro quibus suscipiendis ætas in jure præscripta non reperitur, post septimum annum completum recipi possunt.*

8 *Sed quoad Majores, juxta Concilium Tridentinum pro Subdiaconatu requiritur ætas viginti duorum, pro Diaconatu viginti trium, & Presbyteratu viginti quinque annorum.*

9 *Sufficit tamen, quod annus pro dictis Sacris Ordinibus suscipiendis præscriptus, sit inceptus.*

10 *Sæpe Apostolica Sedes indulget, ut in minori ætate constituti possint ad Sacros Ordines promoveri.*
Et exponitur stylus, quem servat Secretaria Brevium in Dispensationibus præfatis super defectu ætatis concedendis. ibidem.

11 *Aliis tamen facultatem hanc dispensandi indulgere non consuevit.*
Sed san. mem. Innocentius XII. illam concessit Episcopo Frisingensi, ibidem.

12 *Episcopatus juxta Canonistarum Sententiam est verus Ordo ab Ordine Presbyteratus realiter distinctus.*

13 *De Ætate in primis duodecim Ecclesiæ sæculis requisita pro Episcopatu obtinendo.*

14 *Referuntur quamplurima exempla Virorum, qui Ecclesiæ primordiis ob vitæ Sanctitatem valde Juvenes Ecclesiis Episcopalibus præfecti fuerunt.*

15 *Et de abusu, qui postea defervescente Charitate invaluit in præficiendo Ecclesiis Juvenes adhuc imberbes, & puerulos.*

16 *Hodie a Concilio Lateranensi ætas pro Episcopatu est annorum triginta.*

17 *Et annus trigesimus debet esse completus*, & num. 19.

18 *Illeque numerari debet a die Nativitatis, non Baptismi.*

20 *Ætas quoque annorum triginta completorum requiritur pro Coadjutore Episcopi cum futura successione.*

21 *In promovendis ad Ecclesias Episcopales Galliarum sufficit vigore Concordatorum ætas viginti septem annorum.*
Et an vigesimus septimus annus debeat esse completus, vel sufficiat inceptus, ibid. & num. 22.

23 *Ad Ecclesias Cathedrales postulari non potest, nisi qui sit constitutus in ætate annorum viginti septem, juxta* Extravag. Unic. de Postulat. Prælat.

24 *Contrarium, quod dictæ* Extravag. *dispositio obsoleta remanserit, & postulatio fieri possit in longe minori ætate.*

25 *Et Sententiam hanc sequitur Sacra Congregatio Consistorialis; Referuntur quamplurima exempla, & respondetur exemplo in contrarium*, & num. 26. & 27.

28 *Pontifices indulgere aliquando solent, ut minores ætate annorum viginti septem promoveantur ad Ecclesias Cathedrales in Regno Franciæ.*
Et referuntur exempla, num. 31.
Quemadmodum dispensare ad effectum, ut minores triginta annis in Episcopos extra dictum Regnum præfici valeant, dicto numer. 28.

29 *Dispensatio aliquando indulgetur, ut minor ante legitimam ætatem Ecclesiam Cathedralem in titulum obtinere, & munus consecrationis recipere valeat.*
Et plura hujusmodi Dispensationum referuntur exempla, num. 32.

30 *Aliquando vero designatur minor in futurum Ecclesiæ Præsulem ex nunc, postquam ad legitimam ætatem pervenerit, & Consecrationis munus susceperit.*
Referuntur exempla, num. 31.

34 *Ante Concilium Tridentinum frequentes erant Minorum præfectiones in futuros Ecclesiarum Præsules, sed hodie nonnisi ex magnis causis, & favore Minorum, qui sint de familiis Magnorum Principum, & Sedis Apostolicæ bene meritis, explentur.*

36 *Designationes Minorum in futuros Ecclesiarum Præsules fieri solent per viam* Accessus, & Ingressus. *Et quid denotent* Accessus, & Ingressus.

37 Accessus, & Ingressus, *quemadmodum, &* Regressus, *licet a Tridentino prohibitus, ob Ecclesiæ tamen utilitatem, & necessitatem aliquando a Papa indulgentur.*
Apostolica Sedes designando Minorem in futurum Ecclesiæ Præsulem eidem Administratores tam in spiritualibus, quam in temporalibus deputare non omittit.
Nec hujusmodi Administratorum deputatio ab aliis fieri potest, ibidem.

39 *Iisdemque assignare solet congruam ex redditibus ipsius Ecclesiæ, & in qua summa?*

40 *Permittit aliquando Sedes Apostolica Capitulis, ut Administratores præfatos deputent, ab ea tamen confirmandos, & ad sui beneplacitum.*

41 *Eamdemque facultatem impertitur etiam Nunciis Apostolicis.*

42 *Apostolica Sedes Minoribus ipsis quandoque indulget privativam Ecclesiarum administrationem in temporalibus, & in spiritualibus una cum Coadministratore. Et plura referuntur exempla.*

43 *Facultates Administratorum in temporalibus, & spiritualibus, qui durante minore ætate futuri Episcopi, Ecclesiæ deputantur, quænam sint?*

44 *Administrator in spiritualibus potest Beneficia conferre.*

45 *Quin imo ei a Sede Apostolica expresse hujusmodi facultas indulgetur.*
Et si Curata sint, non aliter de illis, quam per Concursum disponere potest, ibidem.

46 *Potest itidem Administrator præfatus Vicarium generalem in Diœcesi, quam administrat deputare.*

47 *Et si Ecclesia Suffraganeum habere soleat, potest Apostolicæ Sedi pro illius deputatione supplicare.*

48 *Post exhibitam Supplicationem præfatam, si Minor ad legitimam ætatem perventus, suæ Ecclesiæ administrationem nactus fuerit, & ipse etiam pro Suffraganeo supplicet, præfertur Supplicatio Administratoris tanquam anterior.*

49 *Vacante Suffraganeatu de tempore Administrationis, Apostolica Sedes in Suffraganeum deputare solet Administratorem ipsum in spiritualibus, si Episcopus non sit.*

VAriam primis, mediisque Ecclesiæ Sæculis,
fuisse disciplinam circa ætatem singulis Or- 1
dinibus tam Majoribus, quam Minoribus suscipiendis, præscriptam, late, & erudite demonstrat *Thomassin. part. 1. lib. 2. cap. 67. & seqq.* Per plura enim Sæcula viguit Ecclesiæ Ritus, ut a Parentibus Infantes Ecclesiæ offerrentur, qui ad Tonsuram, & Lectoratum admittebantur, eaque de causa, ut inquit *Card. Bona lib. 1. rer. Liturgicar. cap. 25. num.* 18. oriebatur, ut rerum Ecclesiasticarum peritissimi essent, in quibus fuerant ab ipsa Infantia enutriti; & pluribus Sac. Historiæ monumentis ostendunt *Morin. lib. 1. de Sacr. Ordin. part. 3. exercit. 15. de Tonsur. Cleric. capite 4. Edmundus Martene de Antiq. Ecclesiæ Ritib. tom. 2. lib. 1. cap. 3.*

In Subdiaconatu suscipiendo magna apud ve-
teres fuit circa ætatem varietas. Concilium *Tole-* 2
tanum II. celebratum *anno* 531. *Can.* 1. vigesimum annum ordinandis Subdiaconis assignat. Eamdem ætatem præscripsit Concilium *Trullanum Canon.* 15. derogans Constitutioni *CXXIII.* Imperatoris Justiniani, qui *cap.* 13. annum vigesimum quintum pro Subdiaconatu suscipiendo decreverat. Synodus *Melphiensis* sub *Urbano II. anno* 1089. vel ut aliis placet 1090. celebrata *Can.* 4. permittit, Subdiaconatum anno decimoquarto, vel decimoquinto conferri posse, & *Ugo Victorin. lib. 2. de Sacram. part. 3. cap.* 21. testatur, sua adhuc ætate non consuevisse dari Subdiaconatum ante annum ætatis quartumdecimum. Concilium *Ravennatense* III. sub *Clemente V. capite* 12. annos sexdecim requisivit; Ipse vero *Clemens* in suo Oecumenico Viennensi annum decimum octavum, ut in *Clemens. Generalem, de Ætat.*

Ætat. & Qualit. Et hæc ætas requirebatur etiam ex Pontificali Romano tempore *Leonis X.* Typis edito, & ex Concilio *Narbonensi anno* 1551. celebrato.

Tantam apud Veteres non fuisse diversitatem
3 quoad ætatem ad Diaconatus, & Presbyteratus Ordines suscipiendos requisitam, advertit *Edmundus Martene de Antiquis Ecclesiæ Ritibus lib.* 1. *cap.* 8. Omnes enim antiqui Canones annos vigesimum quintum in Diacono, & trigesimum in Presbytero requirunt, *Cap. Placuit, & Cap. Episcopus 6. Distinct.* 77. *Gloss. in Clem. ultim. verb. Generalem, de Ætat. & Qualit.* & animadvertunt *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *Sect.* 1. §. 3. *num.* 11. *Dartis Oper. Canon. Tract. de Benef. sect.* 4. *cap.* 5. §. *In Sacris Ordinibus, Thomassin. de Benef. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 67. *num.* 8. *& cap.* 68. *num.* 1. *& seqq.*

At inhærendo Decretis saluberrimis, quibus hodie vivimus, Sacrosancti Concilii Tridentini, quamvis ab eodem nulla expresse præstituta fuerit ætas quoad primam Tonsuram, & quatuor Minores Ordines suscipiendos, sed eam attendendam esse dixerit ætatem, quæ a Sacris Canonibus præscribitur, nihilo minus quoad primam Tonsu-
4 ram conveniunt omnes, Infantiam expletam, quæ septennio concluditur, *leg. Si Infanti, & leg. Potuit Cod. de Jur. delibe.* a Sacris Canonibus pro ea recipienda constitutam esse, ut pluribus laudatis Juribus probat *Fagnan. cap. Super inordinata num.* 20. *&* 21. *de Præben. & num.* 41. ubi id non obscure colligi ait ex eodem Concilio *Tridentino cap.* 4. *Sess.* 23. & decernitur in *Pontific. Roman. Rubric. de Ordin. confer.* ibi -- *Prima Tonsura, & Minores Ordines ante septimum annum completum dari non debent.* -- & communiter tradunt *Clericat. de Sacram. Ordin. decis.* 40. *num.* 14. *& Erotem. Eccles. cap.* 128. *num.* 24. *Lauret. de Franch. Controv. inter Episc. & regul. part.* 1. *quæst.* 16. *Thomassin. de Benefic. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 70. *num.* 10. *Narbon. de Ætat. Anno Septim. n.* 2. *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Quibusvis n.* 3. *Garc. de Benef. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 6. *de Grassis de Effect. Cleric. in Prælud. num.* 284.

Præscripsere aliquando in suis Synodis, aut
5 per Edicta Episcopi, ut nemo ante ætatem annorum quatuordecim, aut saltem duodecim, prima Tonsura initietur, ut capax sit per ætatem eligendi certum aliquem vitæ statum, in quo perpetuo maneat. *Qui enim in Clerum alleguntur,* inquit *Concilium Coloniense anno* 1536. *celebratum part.* 1. *cap.* 37. *de Infantium promotione ad Clerum, rem profitentur minime ridiculam, nempe se peculiariter in sortem Domini ascitos, quibus post- hac omnia terrena sordeant, ac solius Domini sors, ac pars hæreditatis futura sit.* Legem hanc indixit *Mexicanum* Concilium celebratum *anno* 1581. indulsitque solum, quod illi *ante quatuordecimum annum poterunt prima Tonsura initiari, qui in Cathedrali Ecclesia Toga, & Superpelliceo induti, per duos saltem annos Divino cultui inservierint, si prius eorum Parentes, vel Tutores propositum sibi esse juraverint in Ecclesiæ ministerio conservandi* -- de quo Concilio meminit *Thomassin. de Benef. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 70. *num.* 8. *versic. Prohibuit.* Synodus *Aquensis* sub Cardinali *Grimaldo* celebrata statuit, neminem initiari prima Tonsura, *e qua, velut e radice, totius Ecclesiastici Ordinis integritas pendet,* nisi qui natus non sit ad minus annos quatuordecim, ut refert *Natal. Alexander Theolog. Dogmat. Moral. tom.* 1. *lib.* 2. *tit. de Sacram. Ordin. cap.* 3. *artic.* 5. *Regul.* 15. Et Concilium *Burdigalense* anno 1624. decrevit, *nullum* deinceps admitti debere ad primam Tonsuram, quin duodecimum ætatis annum attigerit, *Thomassin. loco cit.* Decreta autem hujusmodi Synodalia servanda esse, respondit Sacra Congregatio Concilii in *Leodien.* 1. *Decembris* 1704. *extra fol.* & tradit *Crispin. de Sacr. Ordinat.* §. 9. *pag. mihi* 130. (a)

Sed aliquando Pontifices benigne indulserunt,
ut etiam ante sepiennium a Concilio Tridentino 6
requisitum, Clericalis Tonsura conferri posset. Sic *Josephus Tranqueta* anno 1608. obtinuit a san. mem. *Clemente VIII.* ut in quinto suæ ætatis anno Clericali Tonsura insigniri valeret, ut in *lib.* 9. *Secret. ejusdem Clementis.* Simile Indultum concessit *Paulus V.* anno 1619. *Henrico a Lotharingia* in sexto ætatis anno constituto, ut ex *libr.* 10. *Secret. Pauli V.* Legitur aliud exemplum Dispensationis indultæ quartum annum agenti apud *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 200. Et de Dispensatione concessa filio *Ducis Matthæi* in sexto suæ ætatis anno constituto, mentio habetur penes *Rot. in Romana Pensionis* 29. *Februarii* 1692. §. *Dux Hieronymus, coram clar. mem. Card. Caprara* inter *impress. dec.* 109. Et san. me. *Clemens XI. Josepho Saturnino Gonzalez de Sepulueda* potestatem fecit, ut non obstante ætate *sex annorum, & novem Mensium* Clericali Charactere insigniri posset, ut ex Literis Apostolicis in forma Brevis sub *Datum apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die* 1. *Septembris* 1711. *Pontificatus anno undecimo.*

Pro Minoribus vero Ordinibus suscipiendis adeo
Sacrorum Canonum dispositio est ambigua, & obscura, ut nullus adsit textus expressus, & clarus, 7
qui certam ætatem præscribat, quemadmodum

(a) Ætatem tredecim annorum pro initiandis prima Tonsura in Regno Neapolitano requisivit Concordatum initum anno 1741. inter Sedem Apostolicam, & CAROLUM BORBONIUM Utriusque Siciliæ Regem Invictissimum. Præscribitur enim in Cap. IV. ejusdem Concordati §. III. „ A niuno potrà conferirsi la prima Tonsura, il quale „ doppo aver terminati dieci anni di sua età non sia andato à dimorar almeno per un Triennio in qualche Semi„ nario, ò Convitto Ecclesiastico; e dove ciò non possa farsi, non abbia almeno portato per tre anni l'Abito Cleri„ cale con licenza del proprio Ordinario, & in tutto il Triennio, ò almeno per la maggior parte delle Feste di pre„ cetto di ciascuno de' tre anni non abbia servito à qualche Chiesa nella maniera, che gli sarà dal proprio Ves„ covo prescritto scomputando questo servizio colla dimora che avrebbe dovuto fare in qualche Seminario, ò Con„ vitto Ecclesiastico -- Et in §. V. subditur -- Dal qual obligo si debbano eccettuar solamente coloro che sono attati „ cioè à dire, che sono chiamati in virtu della fondazione à qualche Beneficio, ò à qualche Cappellania Ecclesia„ stica vacante: i quali potranno promoversi alla prima Tonsura quantunque non abbiano potuto esercitare le Re„ gole prescritte, cioè la delazione dell'Abito Clericale, la frequenza delle Scuole, e de Sagramenti, & il servi„ zio Triennale della Chiesa, e quantunque non abbiano l'età ne precedenti articoli determinata ove si tratti di „ Beneficj fondati prima dal Sag. Concilio di Trento. -- Multa quoque in eodem Concordato dict. Cap. 4. præscribuntur quoad promovendos ad Minores, & Sacros Ordines, & num. X. contra dicta præscripta non servantes Pœna his verbis imponitur -- Chiunque sarà promosso alla prima Tonsura, à gl'Ordini minori, ò agl'Ordini Sagri „ contro la forma prescritta nel presente regolamento &c. rimarrà perpetuamente sospeso dall'esercizio dell'Ordine „ già conferitogli, a chi l'averà così ordinato, ò pure gl'averà à tal'effetto conceduto le Dimissorie, se sarà Ves„ covo sarà sospeso per un'anno dalla collazione degl'Ordini, e dall'esercizio de Pontificali e non essendo Vesco„ vo, ma Prelato inferiore coll'uso de Pontificali, sarà sospeso per sempre dall'esercizio de medesimi, e non „ avendo l'uso di essi, come pure qualunque altra Persona constituita in Dignità, per sempre sarà sospesa dall' „ esercizio dell'Offizio, e de suoi Ordini,

late demonſtrat *Fagnan. in dicto cap. Super inordi-*
nata num. 22. *& pluribus ſeqq.* Receptiſſima ta-
men invaluit opinio, quod Ordines præfati quan-
documque poſt ſeptimum annum completum con-
ferri poſſint, dummodo adſit habilitas, & capaci-
tas Puerorum, qui promoveri poſtulant, ut in
laudatn Romano Pontificali, & communiter tra-
dunt *Sot. in* 4. *diſtinct.* 25. *quæſtiou.* 1. *art.* 2. *Pi-*
rbing. in Jus Cauon. libr. 1. *titul.* 11. *Sect.* 1. *§.* 3.
n. 11. *verſ. Quod vero, Thomaſſiu. de Beneſ. part.*
1. *libr.* 2. *cap.* 70. *num.* 1. *Narbon. de Ætat. Ann.*
Septim. num. 3. *&* 4. *Salmaticenſ. de Sacram. Or-*
din. tract. 8. *cap.* 5. *num.* 29. *Aver'. de Ordiu. quaſt.*
7. *Clericat. de Sacram. Ordin. deciſ.* 40. *num.* 15.
Card. de Laurea de Sacram. Ordin diſput. 9. *n.*
27. *Fagnan in dict. cap. Super iuordinata uum.* 32.
& ſeqq. & num. 44. ubi tradit Regulam, quam
Antiſtites ordinantes ſervare, & præ oculis ha-
bere debent, videlicet, ut tres primi Ordines,
Oſtiarii, Lectoris, & Exorciſtæ conferantur a ſep-
tennio ad duodecimum annum, & exinde a de-
cimoquarto ordinetur Acolythus.

Quo vero ad majores Ordines ſuſcipiendos eam
8 Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. *de Refor-*
mat. præſcripſit legem, *ut Nullus in poſterum ad*
Subdiaconatus Ordinem ante vigeſimum ſecundum,
ad Diaconatus ante vigeſimum tertium, ad Pres-
byteratus ante vigeſimum quintum ſuæ ætatis an-
num promoveatur. Hunc autem annorum nume-
9 rum attigiſſe ſufficit, explevіſſe minime neceſſe
eſt, ut probat Eccleſiæ uſus, & pluries declaraſſe
Sac. Congregationem ejuſdem Concilii, teſtatur
Fagnan. in cap. cum in Cunctis uum. 18. *&* 131.
de Elect. Pirbing. iu Jus Cauon. lib. 1. *tit.* 11. *ſect.*
1. *§.* 4. *num.* 11. *Barboſ. iu Coucil. dict. ſeſſ.* 23. *cap.*
12. *num.* 1. *& de Offic. & poteſt. Epiſcop. tom.* 1.
part. 2. *allegat.* 16. *num.* 1. *Natal. Alexaudr. Theo-*
log. moral. tom 1. *lib.* 2. *tit. de Sacram. Ordin cap.* 3.
art. 5. *Regul.* 15. *§. Nullus ad Subdiacouatum.*

Non dedignatur tamen Sedes Apoſtolica per or-
10 ganum Secretariæ Brevium paſſim Diſpenſatio-
nem elargiri ſuper defectu hujuſmodi ætatis pro
quocumque ex dictis Sacris Ordinibus ſuſcipien-
dis, quando tredecim Menſes ad illam attingen-
dam deficiunt; immo non raro, juſta aliqua con-
currente cauſa, Diſpenſationem ampliat ſuper de-
fectu quatuordecim Menſium. Et ſingularis fuit
Diſpenſatio a ſan. mem. *Innocentio XIII.* impertita
ta *Joſepho* a Portugallia filio naturali glorioſiſſimæ
in ævum memoriæ Regis *Petri* in vigeſimo ætatis
anno conſtituto, ut ſi, & quando ei ad Subdia-
conatum quinque Menſes, ad Diaconatum vero
tres anni tantum de ætate a Sac. Concilio Tri-
dentino requiſita, deficerent, ad dictos Sacros
Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines promove-
ri poſſet, ut ex Litteris in forma Brevis *apud S.*
Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 10.
Februaris 1723. *Pontificatus anno tertio.*

Ceterum facultatem hanc diſpenſandi ſuper æta-
11 tis defectu pro Sacris Ordinibus ſuſcipiendis, non
conſuevit Sedes Apoſtolica aliis impertiri. Hinc
cum PP. Concilii. *Rothomagenſis* celebrati anno
1581 *Gregorio XIII.* expoſuiſſent, multos in ea
Provincia Presbyteratu initiatos fuiſſe ante æta-
tem a Concilio Tridentino ſtatutam, & Paro-
chialibus Eccleſiis præfectos propter raritatem, &
defectum Sacerdotum in ea Provincia, pluresque
Parochias Paſtoribus deſtitutas eſſe, & multas in
poſterum fore, niſi poteſtas eis fieret diſpenſandi
cum jam promotis, & alios rurſus ordinandi an-
no ætatis ſecundo, vel tertio ſupra vigeſimum,
ubi neceſſitas urgeret. Indulſit quidem Pontifex
diſpenſandi facultatem cum jam promotis, ſed
eam denegavit quoad ordinandos in poſterum,
reſponditque, quod intellecta neceſſitate, ſeu uti-
litate Eccleſiarum, ſingulatim diſpenſabit, ut
apud *Thomaſſin. de Beneſ. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 70.
num. 8. Et *Cardinali Bellarmino* nomine Epiſco-
pi *Ruremondenſis* ſupplicanti ſan. mem. *Clementi*
VIII. ut eidem facultatem impertiretur diſpen-
ſandi ad cautelam ſuper defectu ætatis initiando-
rum Sacris Ordinibus, cum interdum eorum ætas
ſciri non poſſet, reſpondit Pontifex, *ſi particu-*
lares caſus proponantur, facile concedi poſſe quod
petitur, ſed ita generatim nolle ſe diſpenſandi
poteſtatem ulli permittere, ut ipſemet *Cardin. Bel-*
larminus teſtatur *Epiſt.* 57. Quemadmodum cum
[illegible] *Joannes Hieronymus Kuſping.* in Suffraga-
neum *Vilnen.* deputandus, petiiſſet in Sacra Con-
gregatione Conſiſtoriali facultatem conferendi Or-
dines extra tempora, & diſpenſandi ſuper ætate
Promovendorum ſub obtentu, quod eadem fa-
cultas Anteceſſoribus ſuis conceſſa fuiſſet, lauda-
ta Sacra Congregatio *die* 23. *Martii* 1694. reſcrip-
ſit, *Nihil.* Verum Epiſcopo *Friſingenſi Innocentius*
XII. inter ceteras facultatem indulſit diſpenſandi
ſuper defectu ætatis unius anni ob Operariorum
penuriam, ut promoveri poſſint ad Sacerdotium,
ſi alias idonei fuerint, quemadmodum conſtat ex
Elencho facultatum, quas laudatus Pontifex dicto
Epiſcopo conceſſit apud *Anaclet. in Jus Canon.*
tom. 3. *in Appendic. de Diſpenſat. ſuper Impediment.*
Matrim. §. 1. *pag.* 148.

Quo vero ad ætatem requiſitam pro Epiſcopa-
tu, quem eſſe verum Ordinem a Presbyteratu rea- 12
liter diſtinctum, late propugnant *Faguan. in cap.*
Requiſivit, de Ordin. ab Epiſcopo &c. Gonzal. in
cap. Nec Epiſcopus n. 4. *de Tempor. Ordinat. Cle-*
ricat. de Sacram. Ordin. deciſ. 3. *a num.* 21. *& ſeqq.*
Dian. part. 12. *tract. de Conſecrat. Epiſcop. reſol.* 6.
& 9. *Barboſ. allegat.* 1. *par.* 2. *Pax Jordau. Var.*
Lucubrat. tom. 1. *prælud.* 4. *num.* 2. Diverſa diver-
ſis temporibus in ptin.is duodecim Eccleſiæ Sæcu- 13
lis conſtituta ſunt Jura, modo quadrageſimum
quintum, modo trigeſimum quintum, modo tri-
geſimum ætatis annum, in promovendo requiren-
tia, *Jo. de Laur. de Ætat. cap.* 5. *Thomaſſin. tom.*
1. *part.* 2. *cap.* 67. Quamvis cœleſti potius oraculo,
quam humano conſilio ſæpius factum, ut contra
leges Eccleſiaſticas in ipſis etiam Eccleſiæ primor-
diis venia ætatis Viris Sanctitate conſpicuis indul-
geretur. Sic valde Juvenis in Epiſcopum electus 14
fuit *Timotheus*, ad quem ſcribens *D. Paulus*, *Ne-*
mo, inquit, *adoleſcentiam tuam contemnat. S.*
Remigius anno vigeſimo ſecundo Archiepiſcopus
electus. *Eleutherius* propter eximiam virtutem,
vigeſimum annum agens, Epiſcopus *Illyrici* or-
dinatus eſt. De eo *Nicephor. Caliſt.* relatus per *de*
Laur. de Ætat. cap. 6. *§. At nemo pag.* 48. hæc
ſcripta reliquit -- *Præſtanti virtute Juvenis Eleu-*
therius ab Aniceto Romano Epiſcopo Sacras Litte-
ras edoctus, ſacro Cleri numero inſeritur, & de-
cimo quinto ætatis anno Diaconi gradum conſequi-
tur, mox triennio poſt Presbyter conſecratur, dein-
de viginti annos natus Illyrici Epiſcopus deligitur,
vita priore, ſignis, miraculiſque ingentibus eden-
dis tranſacta. - *Demas* quamvis Adoleſcens, *Ma-*
gneſiorum Epiſcopus conſecratus fuit, meruitque
ob inſignis ejus probitatis reſpectum, ut *S. Igna-*
tius in Epiſtola ad *Magneſianos* ita eos hortare-
tur -- *Et vos decet non contemnere ætatem Epiſ-*
copi, ſed juxta Dei arbitrium omnem illi impertiri
reverentiam, quemadmodum novi facere Sanctos
Presbyteros non reſpicientes ad eam, quæ videtur
Ado-

Adolescentiam, quam habet in Deo -- *Paulus Constantinopolitanus* Archiepiscopus, & *Hilarius Arelatensis*, Juvenes electi. *Gaudentius* ætate immatura summo imperio D. Ambrosii, & ceterorum Provinciæ Episcoporum, *Brixiensem* Cathedram ascendere coactus. Admirandi illi non minus natura, quam doctrina, & Sanctitate fratres *Gregorius Thaumaturgus*, & *Athenodorus* in *Ponto* creati sunt Episcopi in ipso Juventutis flore. Ita enim de iis *Eusebius lib. 6. cap. 30.* -- *Tantam, & tam admirabilem in Divinis Eloquiis adepti sunt peritiam, ut ambo adhuc admodum Juvenes Ecclesiarum in Ponto Episcopi fuerint constituti* -- ut late de his, aliisque exemplis *Thomassin. part. 2. lib. 1. cap. 67. n. 10. de Laur. de Ætat. cap. 6. per tot. Gonzal. in cap. Cum in cunctis n. 9. & 10. de Elect.*

At postmodum defervescente charitate, moribusque corruptis, non amplius meritorum, vitæque sanctitatis ratione habita, sed temporalis commodi respectu, Pueri adhuc imberbes, & sub ferula degentes, Ecclesiis Cathedralibus præfici cœ-
15 perunt. Quem improbum usque ad duodecimum Sæculum vigentem usum deplorant *S. Bernardus*, aliique PP. relati per *Thomassin. tom. 1. lib. 2. cap. 70. §. Ex adversa, cum duobus seqq. Baron. ad ann. 925. num. 8. Spondan. ad annum 1033. Natal. Alex. Histor. Eccles. Sacul. 11. & 12. dissert. 9. art. 5. in Can. 3. Concil. Lateran. juxta impress. Parisien.* Hinc pro hujusmodi eliminando deplorabili abusu, quo labefactata penitus erat Ecclesiastica disciplina, opportunum adhibuit remedium Sacrosancta Oecumenica Synodus Lateranensis sub *Alexandro III. anno* 1177. celebrata, quæ ætatem præscripsit Promovendis ad Regimen Ecclesia-
16 rum necessariam, scilicet, ut *nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam trigesimum annum exegerit*, ut in *Can. 3.* relato *in cap. Cum in cunctis de Elect.* quem innovavit Concilium Tridentinum *Sess. 7. cap. 1. de Reformat.* Quibus ex verbis Concilii Lateranensis clare elicitur, annum trigesimum debere esse
17 completum, ut declaravit etiam *Gregorius XIV. Constit. 6. §. 9.* & tradunt *Fagnan. in dict. cap. Cum in Cunctis a num. 16. de Elect. Pax Jordan. tom. 1. lib. 1. tit. 1. nu. 8.* ubi etiam quod annus tri-
18 gesimus numerari debet a die Nativitatis, non Baptismi, *Thomassin. tom. 1. lib. 2. cap. 70. num. 8. §. Ex Concilii, Matta de Caus. Consistor. sect. 19. §. 1. num. 35. Narbon. de Ætat. ad annum 30. Corrad. in Prax. Benef. libr. 2. cap. 14. n. 30. Barbos. de Episcop. part. 2. alleg. 1. n. 26. & seqq. & ad Concil. cap. 6. Sess. 7. num. 5. Laur. de Ætat. cap. 5. §. Sed cum ætas*, ubi quod verbum *exigere*, quo utitur
19 Concilium Lateranense *in cap. Cum in cunctis* tam distincte tempus impletum denotat, ut si vel mo-
20 dica pars deesset, tale nullo modo censeretur. Et eadem ætas triginta annorum completorum requiritur etiam in eo, qui Coadjutor cum futura successione per Sedem Apostolicam ex aliqua causa Episcopo deputatur, *Abbas in Cap. final. num. 1. versic. Tertia quæritur*, ibique *Joann. Andr. n. 5. de Cleric. Ægrotant. Selua de Benef. part. 2. quæst. 4. num. 9. Gonzal. in Regul. 8. Gloss. 5. §. 9. num. 6.* cum aliis penes *Narbon. de Ætat. ad annum 30. quæst. 5. num. 7.*

Jure vero Concordatorum Franciæ, quæ inita fuerunt inter *Leonem X.* & *Franciscum I.* generaliter pro Episcopis illius Regni statuta est ætas
21 viginti septem annorum, ut in *tit. de Regia Nominat. ad Prælaturas cap. 5.* & sufficit, quod annus vigesimus septimus sit inchoatus, ut firmat *Rebuff. in Concordat. tit. de Nominat. §. 1. verb. Constitutis*, quem sequuntur *de Laur. de Ætat. cap. 5. pag. 45. §. Verum, Barbos. de Episcop. part. 1. allegat. 26. num. 27. D. de Sanctis in Examin. Consistor. cap. 13. num. 187. Castropal. Oper. moral. tract. 13. disput. 4. punct. 3. num. 1. in fine.* Licet reprobato *Rebuffo*, rectius sentiat modernus
Blondeau Auctor Gallus in *addit. ad Bouchel. Bi-* 22
blioth. Canoniq. pag. 4. quod annus vigesimus septimus pro obtinendis Episcopatibus Franciæ debeat esse completus: Idemque existimat *Card. Ossat. Epist. 338. §. La dernière pag. mihi 217.* juxta impressionem anni 1714.

In Postulatione iisdem eorum, qui ob defectum
ætatis annorum triginta ad Ecclesias Cathedrales 23
eligi non possunt, requiritur ætas viginti septem annorum, ita quidem, ut Postulatio in minori ætate expleta, nulla sit; ita decrevit *Joannes XXII. in Extravag. Unic. de Postulat. Prælat. inter Commun.* ibi -- *Illum, qui vigesimum septimum non attigerit annum, ad Cathedralem &c. postulari Edicto perpetuo prohibemus, quod si secus postulatum fuerit, & attentatum, irritum, ac nullius penitus sit momenti.* -- Et inhærendo præfatæ *Extravag.* tradunt *Barbos. ibidem num. 4. Narbon. de Ætat. ad annum 27. quæst. 3. per tot.* ubi quærit de ratione. *Rebuff. de Pacific. possess. num. 184. pag. mihi 358. Passerin. de Elect. cap. 29. num. 85. Bonacin. Oper. moral. tom. 3. de Suspens. in particul. disputat. 3. quæst. 4. punct. 1. num. 4. Layman. in Jus Canon. tit. de Postulat. in Proœm. Coroll. 2. vers. Huc spectat, & in Theol. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 12. num 8. vers. Adeo, Nicol. tom. 2. lib. 1. titul. 4. vers. Vel quia non est perfectæ ætatis, Card. Laurea Compend. Canon. verb. Postulatio, Alter. de Censur. disput. 13. de Suspens. cap. 1. §. ultimo, Dartis Oper. Canon. tit. de Benef. Sect. 6. cap. 2. de Postulat. vers. Oportet autem, Canisius in Jus Canon. tit. de Postulat. Prælat. num. 1. pag. mihi 636. Thesaur. de Pœnis verb. Electio, capite 3. num. 3. Wallen. in tit. Decret. de Postulat. Prælat. num. 6. pag. 33.*

Verum laudata *Joannis XXII.* Constitutio
obsoleta remansit, dum passim Doctores, vel 24
nulla de ea facta mentione, vel non attenta, sententiam sectantes antiquorum Canonistarum, & præsertim *Innocentii in Cap. final. de Postulat. Hostiens. in Cap. Etsi unanimiter 5. num. 5. eod. tit.* & aliorum, firmant Postulationem indistincte fieri ob *defectum ætatis*, ob *illegitimitatem*, aliasque causas ab eis recensitas, absque eo quod coarctent tempus ab anno vigesimo septimo, usque ad trigesimum, prout sane coarctassent, si præfata *Extravagans Decretalis*, in observantia fuisset, ut signanter *Jo. Andr.* qui paulo post illius editionem scripsit *in Cap. Et si unanimiter vers. fin. versic. Prima, Glossa de Postulat. Prælat. Ancharan. ibid. num. 1. Barbat. num. 13. Imola num. 4. Fagnan. num. 17. Barbos. num. 4. & in Cap. Innotuit 20. de Elect. Sylvester verb. Postulatio num. 3. Cuch. Instit. Canon. tom. 1. tit. 8. vers. Postulandi, & Instit. moral. lib. 4. num. 138. Fermosin. in Rubr. de Ætat. & Qualit. Ordinand. quæst. 2. num. 12. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. Canon. tit. de Elect. cap. 14. num. 5. Passerin. de Elect. cap. 24. nu. 31. Lavor. eodem tract. cap. 14. n. 5. Franc. Marc. decis. 1331. num. 2. Matta de Caus. Consistor. Sect. 21. num. 22.*

Et hæc est praxis, quam sequitur Sac. Congre-
gatio Consistorialis, quæ non attento rigore 25
laudatæ *Extravag. unic. de Postulat.* pluries admisit Postulationes ad Cathedrales Ecclesias eorum, qui in ætate etiam longe minori viginti septem annorum legitime postulati fuerunt, ut

præter exempla relata ab *Wivul-Hund de Metropol. Salisburgen. tit. de Episcop. Ratisbonen. pagin.* 277. Admissa fuit anno 1552. a *Julio III.* Postulatio ad duas Ecclesias Halberstadien. & Magdeburgen. ad favorem *Friderici* ex Marchionibus Brandeburgensibus in ætate annorum *vigintiquatuor* constituti. Anno 1580. admisit san. mem. *Gregorius XIII.* Postulationem ad Ecclesiam Ratisbonen. de Persona *Philippi* ex Bavariæ Ducibus tunc *quinquennis*, ut ex Brevi Apostolico expedito sub *die* 13. *Junii* ejusdem anni. San. mem. Urbanus VIII. *die* 13. *Februarii* 1627. admisit, & confirmavit postulationem *Leopoldi Gulielmi* ex Archiducibus Austriæ tunc annorum *quinque* in Coadjutorem Episcopi Passavien. Idemque Pontifex per Breve expeditum *die* 15. *Decembris* ejusdem anni confirmavit Postulationem *Maximiliani Henrici* e Ducibus Bavariæ tunc existentis in *decimotertio* suæ ætatis anno in Coadjutorem Episcopi Hildesien. factam a Capitulo, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ. *Die* 5. *Septembris* 1640. Sac. Congregatio Rerum Consistorialium censuit confirmari posse postulationem per viam *accessus* Capituli Augustani de Persona Principis *Sigismundi* ab Austria annum *decimum* tantum agentis. San. mem. *Alexander VII. die* 9. *Maii* 1661. admisit, & approbavit Postulationem ad Ecclesiam Passavien. ad favorem *Caroli Ignatii* ex Archiducibus Austriæ a Capitulo postulari in ætate annorum *quatuordecim* circiter, ut ex Brevi Apostolico eadem die expedito. *Die* 29. *Aprilis* 1681. Sac. Congregatio Consistorialis censuit si Sanctissimo placuerit admitti posse Postulationem a Capitulo Augustæ Vindelicorum factam de Persona *Alexandri Sigismundi* Ducis Neoburgici filii *decem, & octo annos* nati in Coadjutorem cum spe futuræ successionis Joannis Christophori ejusdem Ecclesiæ Episcopi. Eadem Sac. Congregatio *die* 24. *Augusti* 1683. admittendam esse censuit si Sanctissimo placuerit Postulationem *Francisci Ludovici* alterius Ducis Neoburgici filii *annorum viginti*, a Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Urarislavien. factam in ejusdem Ecclesiæ Episcopum: Et die 31. *Januarii* 1685. censuit deputari posse Alberto Sigismundo Episcopo Frisingen. in Coadjutorem cum spe futuræ successionis *Josephum Clementem* ex Bavariæ Ducibus *decimumquartum* ætatis suæ annum ingressum, & a Capitulo ejusdem Ecclesiæ solemniter postulatum. Similiter Congregatio specialiter a san. mem. Innocentio XII. deputata *die* 10. *Novembris* 1694. censuit deputandum esse in futurum Successorem per viam *accessus*, seu *ingressus* ad Ecclesiam Olomucen. Principem *Carolum a Lotharingia* in ætate annorum *quindecim* constitutum, & a Capitulo ejusdem Ecclesiæ unanimiter postulatum in Coadjutorem cum futura successione Episcopo Olomucen. tunc existenti. *Die* 24. *Martii* 1694. Sac. Congregatio Consistorialis censuit Principem *Josephum Clementem* ex Bavariæ Ducibus in ætate annorum *viginti trium* circiter constitutum, ad postulationem a Canonicis, & Capitulo factam, deputandum esse in Coadjutorem cum futura successione Episcopo Hildesien.

Et licet eadem Sac. Congregatio Consistorialis
26 *die* 25. *Septembris* 1698. rejecta postulatione,
quam Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Ratisbonensis *die* 7. *Februarii* 1695. peregerat de Persona Principis *Josephi Clementis* tunc annum *vigesimum quartum* agentis in Episcopum ejusdem Ecclesiæ, rescripserit — *Ad enixas, & reiteratas preces Capituli providendum ex integro Ecclesiæ Ratisbonen. de Persona Serenissimi Principis Josephi Clementis.* Nihilo minus admissioni prædictæ Postulationis, non defectus ætatis, sed alia motiva nota san. mem. Innocentio XII. obstaculum præstiterunt, dum in præcedentibus Congregationibus *habitis die* 5. *Aprilis* 1696. & 24. *Januarii* 1697. revocata principaliter ad examen dispositione *Extravag. unic. de Postul.* majori Dominorum suffragio resolutum fuerat, illius censuram supra dictæ Postulationi non
obstare, attento præsertim testimonio, quod Vir 27
clariss. *Passioneus* ejusdem S. Congregationis a Secretis perhibuit de stylo S. Congregationis admittendi Postulationes eorum, qui nondum attingunt annum *vigesimum septimum*, ut hæc omnia patent ex geminis Relationibus laudati *Passionei* insertis inter Acta Sac. Congregationis Consistorialis *die* 19. *Maii* 1697. & 24. *Januarii* 1699.

Ceterum ætas, quæ pro Episcopatu assequendo vel de jure communi, vel juxta Concordata
Franciæ requiritur, non est ita necessaria, ut pro 28
temporum circumstantiis, Personarum meritis, & Ecclesiarum utilitate Papa dispensare nequeat, ut in minori ætate constituti, Regimini Ecclesiarum Cathedralium præfici valeant, *Cap. Tali* 17. 1. *quæst.* 7. *Abb. in Cap. Cum in cunctis* 7. *n.* 5. & 8. *de Elect. Pirhing. eod. tit. n.* 7. *in fin. Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 31. *Sperell. dec.* 111. *n.* 7. Et hujusmodi dispensatio duplici modo per Summos Pontifices indulgeri solet vel præficiendo
minorem in Episcopum, & Pastorem, eique Ec- 29
clesiam Cathedralem in titulum concedendo, & dispensando, ut Consecrationis munus ante legitimam ætatem suscipere possit. Vel minorem ipsum
designando in futurum Ecclesiæ Præsulem ex nunc, 30
postquam tamen ad legitimam ætatem pervenerit, interdicta interim ei tum spiritualium, tum temporalium administratione, quæ præstantioribus Canonicis ipsius Ecclesiæ committi solet, ut ex mox recensendis exemplis constabit.

Et quidem super ætate viginti septem annorum
a Galliæ Concordatis requisita pro Promovendis ad 31
Ecclesias Cathedrales illius Regni, pluries Summi Pontifices vel ad Regum Christianissimorum supplicationem, vel ob insignia merita Promovendorum dispensarunt, & inter plura quæ cumulari possent exempla, *Sixtus V. die* 29. *Julii* 1585. providit Ecclesiæ *Claramontan.* de Persona *Francisci de la Roche Foucaud* ex illustri genere orti, & ex Catholicis Parentibus optime de Catholica Religione meritis, cum ejus Pater adversus Hæreticos pugnando occubuisset, cum dispensatione super *defectu ætatis* a Concordatis requisitæ, quæ in Actis Consistorialibus non exprimitur.

Die 5. *Julii* 1599. *san. mem. Clemens VIII.* dispensavit super defectu ætatis cum *Francisco Cardinali de Sourdy* promoto ad Metropolitanam Ecclesiam *Burdigalen.*

Idem Pontifex enixe supplicante *Henrico IV.* Rege Christianissimo die 8. *Novembris* 1599. dispensavit cum duobus *in vigesimo* eorum ætatis anno constitutis, altero nempe pro Ecclesia *Tutellen.* & altero pro Ecclesia *Veneten.* Et ex sensu Sac. Congregationis Consistorialis, mandavit Litteras dari Regi, ut nominare in posterum dignaretur Personas habentes ætatem saltem a Concordatis requisitam, ut ex Epistola *Cardinalis Ossat.* 190. juxta impressionem antiquam, & 200. novam anni 1714.

Ex ejusdem quoque Pontificis dispensatione *anno* 1602. *Ludovicus de Salignac* annum *agens vigesimum sextum* ad Regia Christianissimi nominationem, præfectus fuit Ecclesiæ *Sarlaten.* Idem *Cardinalis Ossat. Epist.* 320. *Amelot. in ejus Vitam tom.* 1. *pag.* 79. & 80.

Per obitum *Cardinalis Ossat.* vacante Ecclesia *Bajocen.* laudatus Pontifex *die* 5. *Maii* 1606. eidem præfecit *Jacobum de Gennes* cum dispensatione super defectu *duorum annorum* ætatis per Concordata requisitæ.

Celeberrimus, & Belli, & Pacis tempore, *Armandus du Plessis de Richelieu* postea Cardinalis, & Ludovici XIII. primus Administer *die* 18. *Decembris* 1606. promotus fuit ad Ecclesiam *Lucionensem* cum dispensatione super defectu ætatis.

Paulus V. die 5. *Julii* 1613. *Petrum de Villars* annum agentem *vigesimum sextum*, ad Ecclesiam *Ephesinam* promovit, eumque Coadjutorem cum futura soccessione ad nominationem Regis Christianissimi deputavit Archiepiscopo *Viennen.*

Gregorius XV. confirmavit io Episcopum *Biterrensem* (Civitas Galliæ Narbonensis vulgo nuncupata *Beziers* in Archiepiscopatu Narbonensi) *Thomam Bonzi in vigesimo primo* suæ ætatis anno constitutum, quem *Urbanus VIII.* postea dispensavit, ut *in vigesimo quinto* munus Consecrationis recipere posset. Refert hoc exemplum *de Laur. de ætat. Cap.* 7.

Die 25. *Maii* 1647. *Joannes Petrus Lemus* provisus fuit de Ecclesia *Bellicen.* & per Breve Apostolicum dispensatus super defectu ætatis cum esset *annorum* 26.

Anno 1650. N. de *Harlay Chavillon* annum agens 26. promotus fuit ad Archiepiscopatum *Rothomagensem* cum dispensatione super defectu ætatis, ut in libro Gallici idiomatis, qui inscribitur – *Eloges des Prelats de Paris du* 17. *Siecle pag.* 69. *Supplement ou Traité de Thomassin. tom.* 3. *pag.* 576.

Ludovicus Fouquet die 13. *Aprilis* 1657. provisus de Ecclesia *Agathen.* ad nominationem Regis Christianissimi, cum dispensatione super defectu ætatis a Concordatis requisitæ *sex Mensium* tantum.

In omnibus itidem fere sæculis dedignati non
32 sunt Pontifices dispensare cum promotis ad Ecclesias Cathedrales, ut Consecrationis munus ante ætatem triginta annorum completorum a Coocilio Lateranensi requisitam suscipere possent; oec me rem parum utilem facturum existimo, si exempla, quæ colligere datum fuit, hic recenseam, & quidem prætermissis antiquioribus.

Bonifacius VIII. dispensavit cum *S. Ludovico* Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci, Regis Siciliæ Filio, ut ætatis suæ anno *vigesimo tertio* circiter consecrari valuisset *Tholosanus* Episcopus. *Thomassin. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.*70. *num.*4.5. *Nec una, Card. Bellarmin. Epistol.* 84. *Card. de Laurea de Sacram. Ordin. disput.* 9. *num.* 57. *Clericat. de Sacram. Ordin. decis.* 40.

Clemens V. anno 1306. dispensationem impertitus foit *Bernardo de Fargis* Archidiacono Belvacensi in *vigesimo quinto*, vel circiter suæ ætatis anno constituto – *Ut quibusvis Constitutionibus contrariis non obstantibus, quascumque Dignitates Episcopales, vel Archiepiscopales, seu Patriarchales, aut alias cum ad illas te successive contigerit canonice evocari, licite recipere, ac libere retinere valeas, auctoritate Apostolica de speciali Gratia dispensamus &c.* ut ex Litteris Apostolicis, sub datum *Lugduni* 4. *Kalendas Februarii anno I.* Eumdemque *Bernardum* paucos post dies præfecit Ecclesiæ *Agennen.* ut ex aliis Litteris, sub datum *apud Sanctum Cyriacum prope Lugdunum V. Kalendas Martii anno I.* & postea transtulit ad Ecclesiam *Rothomagensem* expeditis Litteris Apostolicis *Burdegalæ* 2. *Junii anno I.* ut apud *Baluz. tom.* 2. *PP. Avenionensium pag.*680.

Clemens VI. anno 1345. præfecit Ecclesiæ *Cæsaraugustanæ Petrum de Indicla* vigesimum quartum annum agentem, & anoo 1347. eumdem transtulit ad Ecclesiam *Narbonensem*, ut apud *Baluz. dict. tom.* 2. *pag.* 681.

Idemque Pontifex anno 1346. dispensavit cum *Guilelmo de Agrifolio*, qui postea fuit Cadinalis, ut non obstante minori ætate posset *Episcopari*, hæc enim verba in ejus Epistola leguntur. *Tecum, qui in vigesimo octavo tuæ ætatis anno, vel circiter constitutus existis, ut defectu ætatis hujusmodi, ac generalis Concilii, & aliis quibuscumque Constitutionibus contrariis, nequaquam obstantibus, ad Episcopales, & Archiepiscopales, aliasque quascumque Dignitates Ecclesiasticas eligi, canonice assumi, seu promoveri, aut transferri toties, quoties casus super iis emerserit, licite valeas, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia de speciali gratia dispensamus*, -- ut apud *Baluz. dict. tom.* 2. *pag.* 694. *& seqq.*

Paulus II. Bernardum de Rubeis ætatis suæ annum agentem *vigesimum octavum, & menses quinque*, prævia dispensatione, ad Ecclesiam *Novariensem* promovit *Octavo Idus Octobris* 1469. Teste *Ughell. Ital. Sacr. tom.* 4. *in Episcop. Novar. col.* 719. *num.* 74.

Paulus III. die 27. *Maii* 1546. *Casertanæ* Ecclesiæ præfecit *Martium Cerbonium* Romanum, qui vix *vigesimum septimum* suæ ætatis annum attigerat. *Ughell. tom.* 6. *in Episcop. Casert. colum.* 512. *num.* 33.

Paulus IV. Ecclesiæ *Acerrarum die* 6. *Julii* 1556. providit de Persona *Joannis Francisci Sanseverini* annum *vigesimum octavum* agentis, *Lucent. in addit. ad Ughell. tom.* 6. *in Episcop. Acerr. columm.* 221. *num.* 26. *juxta Edit. Venet.*

Pius IV. Divum *Carolum Borromeum* suum ex Sorore Nepotem annum agentem *vigesimum tertium* Archiepiscopum Mediolanensem renunciavit, *Ciaccon. tom.* 3. *pag.* 891. *Card. Bellarmin. Epistol.* 84. Et cum eo dispensavit, ut in ætate *viginti quinque* annorum Consecrationis munus recipere posset, *Laur. de Ætat. cap.* 7.

Sixtus V. die 1. *Julii* 1585. providit Ecclesiæ *Anconitanæ* de Persona *Caroli de Comitibus* cum dispensatione super defectu ætatis *unius anni*, & *Mensis.*

In Compendio Actorum Consistorialium sub laudato Pontifice, exemplum his verbis adnotatum habeo. *Die* 28. *Maii* 1587. *Dominicus Cardinalis Madrutius proposuit Ecclesiam Osnabrugen. in Germania pro Canonico postulato, eo quod non in ætate legitima, sed in vigesimo septimo anno constitutus esset, progenito ex hæreticis Parentibus adhuc viventibus.*

Idem Pontifex *Sixtus V. die* 2. *Julii* 1589. Ecclesiæ *Constantien.* in Germania vacanti per liberam dimissionem in ejus manibus factam a Cardinali *ab Altemps*, præfecit in Episcopum, & Pastorem *Andream Cardinalem ab Austria* annum agentem vigesimum septimum, eumdemque deputavit Coadjutorem Ecclesiæ *Brixien.* cum Decreto, ut munus Consecrationis intra annum susciperet.

Sixtus præfatus anno 1590. *die* 4. *Aprilis* Coadjutorem in spiritualibus, & temporalibus Episcopo *Maurianen.* deputavit *Philibertum Millesium* omnibus præditum qualitatibus, ætate excepta, quæ erat annorum *viginti novem*, super qua Pontifex dispensavit, ut legitur in *Decreto Consistoriali.*

Et die 14. *Maii* 1590. laudatus Pontifex præfecit in Episcopum, & Pastorem Ecclesiæ *Lunen.Sar-*

zanen: Joannem Baptistam Selvaggi cum dispensatione ætatis, eo quod *pauci dies* deerant pro trigesimo ætatis anno explendo.

Gregorius XIV. die 8. Februarii 1591. providit Ecclesiæ *Famagustanæ* a Turcis occupatæ de Persona *Alberti Valerii* cum dispensatione super defectu ætatis, cum non adhuc *trigesimum annum* complevisset.

Similiter præfecit in Archiepiscopum *Ecclesiæ Firmau.* per cessionem *Octavii Cardinalis Bandini* vacanti, *Alexandrum Strotium*, qui *trigesimum* ætatis suæ annum nondum compleverat, ut testatur *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 14. num. 32. §. Nec non.*

Clemens VIII. die 22. Aprilis 1595. de Metropolitana Ecclesia *Collocensi* in partibus Infidelium providit *Philippum Spinellium*, quem in Coadjutorem cum futura successione deputavit *Ferdinando Spinellio* Episcopo *Policastren.* cum dispensatione super defectu ætatis, eo quod attigerat, sed nondum compleverat *trigesimum annum.*

Idem Pontifex *die 3. Aprilis* 1598. ad Ecclesiam Patriarchalem *Constantinopolitanam* promovit *Bonifacium Bevilaqua vigesimum octavum* annum agentem.

Et *die 19. Aprilis* 1599. præfecit Ecclesiæ *Augustan. Henricum Mosingen.* cum dispensatione super ætate, cum *trigesimum* annum tantum attigisset.

Similiter *die 1. Septembris* 1599. dispensavit super defectu ætatis cum *Francisco Cardinali Dietrestain*, dum eum Ecclesiæ *Olomucen.* Episcopum constituit.

Super eodem ætatis defectu *die 12. Maii* 1601. laudatus Pontifex *Clemens VIII.* dispensavit cum *Antonio de Tara*, Ecclesiæ *Petinen.* in Episcopum, & Pastorem præfecto.

Eamdemque dispensationem indulsit *Ferdinando* ex Ducibus Bavariæ deputato Coadjutore, cum futura successione Episcopo *Leodien.* in *vigesimo sexto* ætatis suæ anno, cum retentione Coadjutoriæ Ecclesiæ *Colonien.*

Paulus V. die 17. Augusti 1605. *Joannem de Tullia* in *vigesimo septimo* ætatis Anno constitutum providit de Ecclesia *Trojanen.* in partibus Infidelium, & Coadjutorem cum futura successione deputavit Episcopo *Auriacen.*

Die 14. Maii 1607. prefecit laudatus Pontifex Metropolitanæ Ecclesiæ *Rhodien. Guidum Bentivolum* electum Nuncium Apostolicum in Belgio, cum dispensatione super ætate, eo quod *tres Menses* ad complendum annum trigesimum ei deficerent.

Et ad Ecclesiam *Theatinam* vacantem per obitum Cardinalis *Monopolitani*, ab eodem Pontifice promotus fuit Cardinalis *Maffeus*, annum agens *vigesimum nonum.*

Idem Pontifeex *die 5. Novembris* 1607. Ecclesiæ Metropolitanæ *Sypontin.* vacanti per cessionem Cardinalis *Gymnasii* præfecit *Annibalem Gymnasium* cum dispensatione super defectu ætatis.

Similiter *die 17. Junii* 1613. *Jacobum de Camus vigesimum octavum* suæ ætatis annum agentem, deputavit in Coadjutorem cum futura successione Episcopo *Coronen.* sexagenario.

Idemque *Paulus V. die* 18. *Julii* 1617. ad Ecclesiam *Hieropolitau.* promovit *Petrum Dinet* in ætate annorum viginti septem constitutum, eumdemque *Gaspardo Episcopo Matisconen.* ad Regis Christianissimi nominationem constituit cum futura successione Coadjutorem.

Eademque die de Ecclesia *Tarsen.* provisus fuit *Henricus Boyvin de Pancard* ætatis annorum 28. & ad nominationem similiter Regis Christianissimi Coadjutor cum futura successione deputatus Episcopo *Ambrigen.*

Gregorius XV. die 29. Martii 1621. Ecclesiæ Metropolitanæ *Bononien.* quam per ejus assumptionem ad Apostolatus Apicem vacare voluit, præfecit *Ludovicum Cardinalem Ludovisium* cum dispensatione super defectu ætatis.

Idem Pontifex *die 9. Januarii* 1623. Ecclesiæ Archiepiscopali *Pragen.* providit de Persona *Ernesti Adalberti ab Harrach* annum agentia *vigesimum quintum* cum dispensatione super hujusmodi ætatis defectu.

San. mem. Urbanus VIII. die 4. Decembris 1623. Ecclesiæ *Damiaten.* præfecit *Bernardinum Spadam* Nuncium Apostolicum ad Regem Christianissimum ablegatum cum dispensatione super defectu ætatis nonnullorum Mensium.

Et die 1. *Martii* 1627. ad Ecclesiam Metropolitanam *Seleucien.* promovit *Antonium Sanctacrucium* Nuncium in Polonia designatum, cum dispensatione, quod, *ut attingat trigesimum annum duo circiter desunt.*

Idemque Pontifex *octavo Idus Martii* 1629. dispensavit cum *Francisco de Lodron*, ut in ætate annorum *viginti novem*, *& quatuor Mensium* promoveri posset ad Cathedralem Ecclesiam *Gurgen.*

Et cum dispensatione super defectu *unius* anni promotus fuit ab eodem Pontifice ad Ecclesiam *Vesprimiensem* anno 1637. *Georgius Jacusith Hungarus.*

Alexander VII. die 12. Januarii 1660. providit de Ecclesia *Metellopolitau. Ignatium Cotolandi* cum dispensatione, quod trigesimum suæ ætatis annum jam inceptum, nondum compleverat.

Idem Pontifex *die 9. Junii* ad Ecclesiam *Brixien.* vacantem per liberam cessionem *recolendæ mem. Cardinalis Otthoboni* promovit *Marinum Joannem Georgium* cum dispensatione super eo, *quod unus Mensis paulo minus illi desit ad complendum trigesimum suæ ætatis annum*, ut legitur in Actis Consistorialibus ad dictam diem.

Clemens X. die 23. Martii 1676. Ecclesiis *Foropompilien. & Bertinorii* præfecit *Vincentium Gebaldum* Ravennatensem annum *vigesimum octavum* completum agentem, *Ughel. tom. 2. Ital. Sacr. column. 618. in Episcop. Foropompil. & Bertin. num. 61. juxta impress. Venet.*

Innocentius XI. die 10. Aprilis 1679. Episcopum *Triventinum* creavit *Didacum Florez de la Matriz* nondum ætatis suæ anno *trigesimo* completo, *Ughell. in Episcop. Triventin. tom. 1. column. 1333. num. 40. in addit. juxta Venet. impress.*

Innocentius XII. die 25. Septembris 1698. Principem *Josephum Clementem* ex Bavariæ Ducibus annum agentem *vigesimum octavum* providit de Ecclesia *Ratisbonen.*

Clemens XI. Pridie Kalendas Septemb. 1703. dispensavit cum *Francisco Antonio Adulpho* ex Comitibus *Vangesperg* Canonico Cathedrali Salisburgen. cui ad attingendum trigesimum annum *quinque, vel sex Menses* tantum deerant, ut defectu hujusmodi non obstante, assequi valeret Regimen unius Cathedralis tantum in Germania cum retentione Canonicatus.

Sub eodem Pontifice Sacra Congregatio Consistorialis *die 18. Novembris* 1706. censuit dispensandum esse *Adamum* Comitem *Erdedi* in ætate annorum *viginti novem*, *& duorum Mensium* constitutum, ut promoveri posset ad Episcopatum *Nitrien.*

Et *die 11. Julii* 1709. Congregatio particularis

laris

laris a laudato Pontifice specialiter deputata, instante *Jacobo Maximiliano de Thun* destinato Episcopo *Gurgen.* qui compleverat annum *vigesimum octavum, & vigesimum nonum* attigerat, censuit -- *Attentis particularibus facti circumstantiis, & enixis tam vita functi, quam moderni Archiepiscopi Salisburgensis precibus, consulendum Sanctissimo pro dispensatione, ac retentionibus petitis* (Canonicatus nempe Cathedralis Passavien. & alterius Canonicatus Cathedralis Salisburgen.) *ex gratia speciali, qua non transeat in exemplum &c.* & Sanctitas Sua benigne annuit. Refert hoc Decretum, *Piton. discept. Eccles. 97. num. 15.*

Idem Pontifex *die* 11. *Maii* 1713. deputavit Coadjutorem cum futura successione Episcopo *Agrien. Gabrielem Antonium* ex Comitibus *Erdodii* cum dispensatione super defectu ætatis *sexdecim Mensium*, qui deerant ad implendam ætatem a Sacris Canonibus, & Tridentino requisitam ad suscipiendum Episcopale Munus.

Innocentius XIII. die 18. Februarii 1723. dispensavit cum *Andrea Zaluski* annum agente *vigesimum nonum*, ut non obstante ætatis defectu præfici posset Ecclesiæ *Plocen.* Sed cum postea compertum fuerit eidem ultra *annum*, alios quoque *Menses* deficere ad trigesimum annum complendum, Sacra Congregatio Consistorialis die 12. Augusti rescripsit pro gratia dispensationis etiam super defectu horum Mensium.

Benedictus XIII. anno 1726. providit de Ecclesia *Jaurinen.* Eminentissimum D. Cardinalem *Philippum Ludovicum a Sinzendorff*, qui trigesimum ætatis suæ annum nondum expleverat, cum dispensatione super defectu ætatis, ut ex Litteris Apostolicis apud Sanctam Mariam Majorem 1726. Pontificatus anno Tertio.

Pluries etiam, ut supra diximus consuevere Pontifices Ecclesiis Cathedralibus Minores præfi-
33 cere ex *nunc*, prout ex *tunc*, quando nempe ad legitimam pervenirent ætatem, in qua Consecrationis munus suscipere valuissent, concessa eis interim, vel privativa administratione in temporalibus ac in spiritualibus per idoneam Personam exercenda, ut fieri consueverat ante Concilium Tridentinum, vel eis hujusmodi administratione in temporalibus, & spiritualibus denegata, ut regulariter servari cœpit post Concilium. Frequentes erant enim ante Concilium præfatum hujusmodi præfectiones Minorum in futuros Præsules, & Pastores Ecclesiarum Cathedralium. At post Concilium,
34 quod Ecclesiasticam disciplinam intra Sacrorum Canonum limites, quantum circumstantiæ temporum patiebantur, restrinxit, hujusmodi præfectiones vix aliis, quam Ecclesiis Germaniæ fieri solent, & quidem favore Minorum de familiis erga Sedem Apostolicam egregie meritis, ac sanguinis claritate, opibus, & potentia conspicuis, ut jura Ecclesiarum, quæ undique sunt Acatholicis circumdatæ, tueri, conservare, & augere valeant.

Exempla autem Minorum, qui in futuros Præ-
35 sules, & Pastores Ecclesiarum Cathedralium, & ante, & post Concilium Tridentinum per Sedem Apostolicam designati fuerunt, quamplurima afferri possent, sed Nobis sufficiat hæc, quæ sequuntur, exscribere.

Joannes XXIII. anno 1413. *Nicolaum de Offerio* ætatis suæ anno *decimoquinta* constituit perpetuum tum in spiritualibus, tum in temporalibus *Boviani* Episcopatus Administratorem, ea tamen lege, ut per aliquem Virum rebus Ecclesiasticis bene peritum eum regeret, quo usque ad perfectam, legitimamque ætatem, in qua eidem Ecclesiæ in Præsulem, & Pastorem præfici posset, perveniret, *Ughell. Ital. Sacr. tom. 8. in Episcop. Bovian. colum. 244. num. 26.*

Pius II. Franciscum ex Sorore Nepotem *tres, & viginti annos* natum Ecclesiæ *Senensis* Administratorem in temporalibus, & spiritualibus constituit, donec ad eam perveniret ætatem, in qua eandem Ecclesiam in titulum obtinere posset, ut ipsemet testatur in suis *Comment. pag. 27.* Pontifex iste administrationem Episcopatus *Castrensis* denegavit *Comiti Marchia* Regii sanguinis Principi, donec adolesceret, & ad ætatis annum *vigesimum quintum* perveniret, & *Carolo VII.* Galliarum Regi id enixe petenti in memoriam revocavit, quod cum ipsemet Rex antea a *Nicolao V.* seu *Eugenio IV.* impetrasset Episcopatum ei, qui defectum ætatis patiebatur, improbaverat postmodum tantam Pontificis facilitatem in concedenda gratia, quam nec petiisset, nisi præsumta spe ejus non impetrandæ. *Quamquam ego intercesserim, numquam putavi tamen illum esse facturum*, sunt verba Regis relata a *Raynaldo ad annum* 1459. *num. 87. Thomassino tom. 1. lib. 2. cap. 70. num. 6. & aliis.*

Sixtus IV. etsi Archiepiscopatus *Cæsaraugustani* administrationem denegasset Regis Aragoniæ filio spurio *sexenni*, ad Regem ipsum importune petentem inter alia hæc scribens -- *Pati omnia possumus, sed jacturam Animæ nec debemus, nec possumus; nec ut eam faciamus tuam piam intentionem credimus velle* -- ut ex Epistola relata inter illas Cardinalis *Papiensis la* 125. Vicit nihilo minus Pontificis constantiam non laudanda Regis importunitas, unde anno 1474. puerulum ipsum jure perpetuæ administrationis dictæ Ecclesiæ præfecit, *Spondan. ad annum* 1474. *num. 14. Thomassin. dict. cap. 70. num. 6. §. Inter Cardinales.*

Alexander VI. Administratorem Ecclesiæ *Hostunen.* in spiritualibus, & temporalibus deputavit *die* 10. *Januarii* 1499. Franciscum *de Rizzardis* cum esset annorum 18. & deinde in Episcopum præfecit, & Pastorem, cum ad legitimam perveniret ætatem, *Ughell. tom. 9. in Episcop. Hostun. colum. 50. num. 24.*

Leonis X. indulgentia *Petrus Lippomanus* annum agens *vigesimum quartum die* 1. *Julii* 1516. *Bergomensem* Ecclesiam in administrationem obtinuit, eamque hoc titulo rexit usque ad ætatis suæ annum *vigesimum septimum*, deinceps ei in titulum præfectus fuit, *Ughell. tom. 4. in Episcop. Bergomen. colum. 486. num. 61. & colum. 487. §. Bergomensem.*

Idem Pontifex *anno* 1518. *Honuphrium Bartolinum* annum agentem *decimum septimum* circiter constituit Administratorem in temporalibus, & spiritualibus Ecclesiæ *Pisanæ*, donec *vigesimum septimum* suæ ætatis annum attigisset, & deinde Archiepiscopum, & Pastorem. Quæ deputatio confirmata fuit *anno* 1521. ab *Adriano VI.* ob sequutum *Leonis* obitum, antequam Litteræ Apostolicæ expedirentur, ut ex ejusdem *Adriani* Litteris directis *Vexilliferis, & Prioribus Florentinæ Reipublicæ* sub Datum *apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ* 1522. *pridie Kalendas Septembris anno Primo*, & relatis per *Ughell. tom. 3. in Archiepiscop. Pisan. column. 482.*

Ex ejusdem quoque Pontificis indulgentia *Raynutius Farnesius*, tametsi nothus, & puer novem annorum super ætate, & Natalibus dispensatus *die* 13. *Aprilis* 1519. *Montisflasconen. & Cornetanam* Ecclesias, donec ad legitimam perveniret ætatem, in qua iis præfici posset in Pastorem, admini-

aduⁿistrandas suscepit. Is, ad Apostolatus apicem assumto *Alexandra Cardinali Farnesio* sub nomine *Pauli III.* nondum in Episcopum consecratus, Uxorem duxit, *Ughell. tom.* 1. *in Episc. Montisflascanen. & Cornet. pag.* 987. *a num.* 20.

Clemens VII. Laurentio Serristorio Nobili Florentino egregiæ virtutis adolescenti *die* 23. *Decembris anni* 1528. Episcopatus *Buellensis* administrationem indulsit, donec ad annum vigesimum septimum perveniret; Sed Ecclesiam præfatam *Serristorius*, necdum consecratus, quadriennio elapso, dimisit, *Ughell. Ital. Sacr. tom.* 7. *in Episcopis Buellen. column.* 582. *num.* 21. juxta impressionem Venetam anni 1721. Verum *Lucenius in addit.* ait, quod in schedula Consistoriali nulla mentio habetur de dispensatione super ætate, eique dictæ Ecclesiæ regimen plenarie committitur; cumque in illius Resignatione sibi reservasset titulum, & denominationem Episcopi, opinari licebit eum Pontificiam unctionem recepisse.

Idem Pontifex die 14. Junii 1530. Administrationem Ecclesiæ *Fanensis* indulsit *Cosma Gherio* Pistoriensi *decimum septimum* ætatis annum agenti. Cui scribens Vir clar. *Bembus*, illum *eruditorum Virorum ornamentum* appellat, *ac nobilioribus disciplinis nobiliter cultum*. Excessit e vivis nondum inauguratus Episcopus anno ætatis suæ *vigesimo-quarto*, *Ughell. tom.* 1. *in Episcop. Fanen. pag.* 668. *num.* 41. *juxta Edit. Venet.*

Ejusdem Pontificis dispensatione *Alexander Farnesius* Petri Aloysii filius, & *Pauli III.* Nepos, qui vix quatuordecim annorum expleverat ætatem, *Parmensem* Ecclesiam titulo administrationis, donec ad legitimam perveniret ætatem, regendam suscepit *anno* 1529. neque multo post creatus est Diaconus Cardinalis, Episcopus *Giennen.* ac S. R. E. *Vice-Cancellarius*, *Ughell. tom.* 2. *in Episc. Parmen. col.* 188. *num.* 54.

Et *die* 13. *Maii* 1532. *Andream Cornelium* Juniorem *viginti tres* annos natum, idem *Clemens VII.* Ecclesiæ *Brixen.* in Administratorem prius constituit, deinde in Præsulem, & Pastorem, postquam capax esset Consecrationis munus recipiendi, *Ughell. tom.* 4. *in Episcop. Brixien. colum.* 562. *num.* 95.

Paulus III. Petro Petrutio Raphaelis Cardinalis *Petrutii* Nepoti annum agenti *vigesimum*, administrationis titulo regendas commisit *die* 14. *Martii* 1537. Ecclesias *Foropompilien. & Bertinorii*, donec vigesimum septimum annum attigisset, & cum dispensatione super defectu Natalium, *Ughell. tom.* 2. *in Foropompil. & Bertinor. Episcop. column.* 613. *num* 47. *juxta Venet. impress.*

Scipio de Dura die 24. *Septembris* 1538. deputatur ab eodem Pontifice Administrator Ecclesiæ Laquedoniensis usque ad annum *vigesimum septimum* suæ ætatis, deinde in Titulum eidem Ecclesiæ præficiendus, *Ughell. Ital. Sacr. tom.* 6. *in Episcop. Laquedonien. column.* 840. *num.* 22.

Eodemque Pontifice annuente *Ludovicus Serristorius* Florentinus supra dicti *Laurentii* affinis, nondum *vigesimum sextum* ætatis suæ annum attingens *Buellensem* Ecclesiam in administrationem accepit *Idibus Martii* 1539. eamdemque elapso anno in titulum habuit, & munus Consecrationis recepit, *Ughell. Ital. Sacr. in Episcop. Buellen. tom.* 7. *colum.* 682. *num.* 23.

Rursus Pontifex ipse *Paulus III.* anno 1544. *Ranutium Farnesium* Nepotem suum *annorum* 15. qui tunc Patavii in Scholis degebat, constituit, & deputavit, minori ætate durante, Administratorem in spiritualibus, & in temporalibus Ecclesiæ *Neapolitanæ*, eodem deinde, postquam ad legitimam ætatem perveniret, de dicta Ecclesia in titulum proviso, *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 31. *& sequen.*

Julius III. die 12. *Septembris* 1552. *Fridericum* ex Marchionibus *Brandeburgensibus* in *vigesimo quarto ætatis* anno, & Subdiaconatus ordine constitutum, a Capitulis Ecclesiarum *Halberstadien & Magdeburgen.* postulatum, earumdem Ecclesiarum Administratorem in spiritualibus, & temporalibus deputavit, donec ad ætatem viginti septem annorum perveniret, & deinde eum in Episcopum, & Pastorem præfecit, ut ex Actis Consistorialibus ad dictam diem.

Carolus Cicada die 3. *Martii* 1554. cum esset *annorum* 24. ab eodem *Julio III.* administrationem Ecclesiæ *Albinganen.* obtinuit, donec ad ætatem viginti septem annorum pervenisset, & deinde eidem Ecclesiæ præfectus est in Episcopum, & Pastorem, *Ughell. tom.* 4. *in Episcop. Albinganen. column.* 922. *num.* 51.

Paulus IV. Alphonso Cardinali Carrafa cum *decimum nonum*, vel *circiter* ætatis annum ageret, indulsit administrationem Ecclesiæ *Neapolitanæ*, quam per ejus assumtionem ad Pontificatus apicem vacare voluit, in Archiepiscopum, & Pastorem præficiendo cum ad legitimam perveniret ætatem, *Ciaccon. tom.* 3. *pag.* 862. *Fermosin. in Rubric. de Ætat. & qualitat. quæst.* 1. *num.* 12. *num.* 334. *de Offic. & Sacr. Eccles. Mandos. in Tractat. Signatur. Grat. Rubric. de Dispensat. super Retent. propter Promot. in princip.*

S. Pius V. Ecclesiam *Frisingensem* in ejus manibus libere dimissam de Episcopo providere distulit in id tempus cum *Ernestus Alberti Ducis Bavariæ filius* annum agens *duodecimum* ad legitimam perveniret ætatem, eo sane consilio, ut tunc per Romanum Pontificem pro tempore existentem eidem Ecclesiæ de Persona dicti *Ernesti* provideri posset. Intereaque Ernestum ipsum Ecclesiæ præfatæ Oeconomum, & in temporalibus Administratorem, ac Dispensatorem, donec ipsa Ecclesia vacasset constituit, & deputavit, impertita Capitulo facultate deputandi Vicarium, qui ea, quæ ad Jurisdictionem Episcopalem pertinerent, exerceret, & commissa cognitione Causarum, quæ sunt Pontificalis ordinis *Episcopo Adrimitano*, & reservata favore Capituli collatione Beneficiorum, quæ in Mensibus Ordinario competentibus vacare contigisset, ut latius ex Brevi dicti Pontificis apud *S. Petrum* sub *Annulo Piscatoris die* 29. *Decembris* 1566. *Pontificatus anno Primo*, quod per extensum refert *Piton. discept.* 97. *in fine.*

Gregorius XIII. anno 1574. cum *Joanne Guilelmo Principe de Cleves* annum agente *duodecimum* dispensavit, ut Ecclesiam *Monasteriensem* obtinere posset, interdicta ei tum spiritualium, tum temporalium administratione, interim exercenda a duobus per Pontificem deputandis, donec ad legitimam ætatem, qua in titulum Ecclesiam præfatam obtinere posset, perveniret. Meminit de hoc exemplo, *Piton. dict. discept.* 97 *in fine.*

Idem Pontifex *die* 3. *Junii* 1580. *Philippum* ex Bavariæ Ducibus tunc *quinquennem* Ecclesiæ Ratisbonen. ad quam a Capitulo, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ fuerat postulatus, præfecit in Episcopum, & Pastorem cum primum ad ætatem legitimam pervenisset, ita tamen ut interea ab Administratione spiritualium, & temporalium abstineret, & Ecclesia ab Administratoribus idoneis ad ejusdem Pontificis, & Sedis Apostolicæ beneplacitum deputandis regeretur, ut ex Brevi dicto anno expedito, *Piton. dicta discept.* 97.

Thomas

Thomas Lambertinus annum agens *vigesimum quartum* Cæsaris ejusdem cognomenti insignis Canonistæ, & Auctoris celeberrimi Tractatus *de Jurepatronatus* Nepos, Ecclesiæ *Insulanæ* ex cessione Patrui vacanti, Administrator deputatur a laudato Pontifice Gregorio XIII. donec vigesimum septimum annum attigisset, eidem postea in titulum præficiendus, reservata etiam cedenti denominatione Episcopi *Insulani* quoad vixisset, *Ughell. tom. 9. in Episcop: Insulan. colum.* 503. *num.* 30.

Clemens VIII. die 1. *Julii* 1592. *Carolo Cardinali a Lotharingia* ad Ecclesiam *Argentinen.* postulato, ejusdem Ecclesiæ administrationem indulsit, donec perveniret ad ætatem legitimam, post quam præfecit eum ex *nunc* illi in Episcopum, & Pastorem, cum retentione Ecclesiæ *Metensis*, quam idem Cardinalis pariter in administrationem habebat.

Die 9. *Junii* 1593. laudatus Pontifex Ecclesiæ *Virdunen.* Administratorem deputavit *Henricum a Lotharingia* Reginæ Francorum fratrem *in vigesimo* suæ ætatis anno constitutum, cum Decreto, quod donec ad legitimam ætatem perveniret, Pontificalia exercerentur per Personam in Cedula nominandam. Eumque ad legitimam ætatem perventum dictæ Ecclesiæ præfecit in Episcopum, & Pastorem.

Quemadmodum cum *Ferdinando* ex Bavariæ Ducibus annum agente *quartum decimum* dispensavit anno 1598. ut cum ad legitimam ætatem perveniret, Episcopatum *Frisingensem* obtinere posset, *Piton. discept.* 97. *num.*16.

Leopoldus Ferdinandi Archi-Ducis Austriæ frater annum *decimum quintum* dumtaxat agens Cardinali a Lotharingia, id humiliter petenti Coadjutor cum futura successione die 18. Augusti 1599. constituitur in regimine, & administratione Ecclesiæ *Argentinen.* cum retentione Ecclesiæ *Passavien.*

Pauli V. indulgentia *Henricus Borbonius* in ætate *quinque* annorum constitutus, dispensatur anno 1608. ut Ecclesiæ *Metensi*, cum ad legitimam pervenisset ætatem, præfici valeret, *Piton. discept.* 97. *num.* 16.

Similemque dispensationem ab eodem Pontifice pro Ecclesia *Toletana* obtinuit *Ferdinandus* Cardinalis Infans Hispaniarum annum agens *undecimum*, *Fermosin. de Offic. & Sacr. Eccles. ad Rubr. de Ætat. & qualitat. Ordin. quæst.* 1. *num.* 12.

Gregorius XV. die 24. Augusti 1622. Administratorem Ecclesiæ *Aureopolitan.* deputavit *Carolum Emanuelem Madrutium*, donec trigesimum suæ ætatis annum attingeret, eumdemque Coadjutorem cum futura successione constituit Cardinali *Madrutio Episcopo Tridentino.*

Urbanus VIII. anno 1627. ad postulationem Capituli Ecclesiæ *Passavien.* Coadjutorem cum futura successione ejusdem Ecclesiæ Episcopo deputavit *Leopoldum Gulielmum* ex Archiducibus Austriæ annorum *quinque.*

Henricus a Lotharingia Ducis Ghisii filius eodem anno 1627. cum nondum *quartumdecimum* ætatis annum explevisset, deputatur ab eodem Pontifice Successor Episcopi Rhemensis per viam *accessus*, & *ingressus ex nunc*, postquam ad legitimam ætatem pervenisset, designatis interim ejusdem Ecclesiæ Administratoribus Decano, & Canonicis, si durante minori ætate contigisset Ecclesiam vacare, ut ex Actis Consistorialibus ejusdem anni 1633. ad diem 14. Junii.

Idem Pontifex *Urbanus VIII. die* 15. *Decembris* 1633. confirmavit postulationem *Maximiliani Henrici* e Ducibus Bavariæ tunc existentis in *decimo tertio* suæ ætatis anno in Coadjutorem Episcopi *Hildesien.* factam a Capitulo, & Canonicis dictæ Ecclesiæ, ita tamen, ut eveniente illius vacatione, antequam ad ætatem legitimam perveniret, Ecclesiæ præfatæ in temporalibus, & in spiritualibus se immiscere non posset, sed administratio spiritualium, & temporalium committenda esset Viris idoneis per Sanctitatem Suam ad ejus, & Sedis Apostolicæ beneplacitum deputandis.

Idem *Maximilianus Henricus* in ætate *annorum* 28. deputatur *die* 16. *Junii* 1642. Coadjutor cum futura successione Archiepiscopo *Colonien.* cum Decreto, quod vivente præfato Archiepiscopo, vel subsequuta quandocumque Archiepiscopatus vacatione, eidem Coadjutori administratio, nec in spiritualibus, nisi trigesimum ætatis suæ annum attigerit, nec temporalis, nisi vigesimum quintum compleverit, committenda sit, & cum retentione juris, quod vigore similis Coadjutoriæ habebat ad Ecclesiam *Hildesien.* Posteaque Maximilianus Henricus præfatus annum tunc agens *vigesimum nonum* obtinuit a san. mem. Innocentio X. anno 1649. deputari quoque in Coadjutorem cum futura successione Episcopi *Leodien.* cum retentione juris, quod habebat ad Ecclesias *Colonien.* & *Hildesien.*

Albertus Sigismundus ex Bavariæ Ducibus annum agens *decimum octavum*, quique in *decimo sexto* suæ ætatis anno constitutus dispensari obtinuerat ab Urbano VIII. ut ad Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesias eligi valuisset, deputatus fuit anno 1640. ab eodem Pontifice Coadjutor cum futura successione Episcopi *Frisingensis* cum Decreto, quod donec ad legitimam ætatem, hoc est ad trigesimum annum perveniret, vivente Episcopo, vel etiam secuta quandocumque, vel quomodocumque vacatione dicti Episcopatus, non deberet ab ipso spiritualis administratio exerceri, nec temporalis, nisi vigesimum quintum annum expleverit, sed interim a Gremio Capituli eligendos esse duos Canonicos, & a Sede Apostolica confirmandos, unum, qui spirituali, & alterum qui temporali præesset ad Sanctitatis Suæ beneplacitum. Cessit prælatus Albertus Ecclesiæ *Frisingensi* anno 1659. & a san. mem. Alexandro VII. ob graves causas ad Christianam Rempublicam pertinentes, dispensatus fuit super Ordine Subdiaconatus ad effectum contrahendi Matrimonium.

Laudatus Pontifex *Urbanus VIII.* eodem anno 1640. confirmavit postulationem per viam *Accessus* Capituli Augustani de Persona Principis Sigismundi Francisci Archiducis Austriæ annum ætatis *decimum* agentis, quem Ecclesiæ Augustanæ Successorem post obitum illius Episcopi deputavit, interdicta tamen ei administratione in spiritualibus, & temporalibus, donec ad legitimam ætatem perveniret. Meminit de hoc exemplo *Piton. discept.* 97. *num.* 16.

Et anno 1642. Administratorem Ecclesiæ *Plocen.* deputavit *Ferdinandum* Poloniæ, & Sueciæ Principem cum retentione Episcopatus *Uratislavien.* quem ex concessione Apostolica in administrationem pariter obtinebat, donec pervenisset ad legitimam ætatem, in qua eidem Ecclesiæ in Episcopum, & Pastorem præficiendus esset.

Alexander VII. Carolum Ignatium ex Archiducibus Austriæ a Capitulo postulatum ad Ecclesiam *Passavien.* in ætate annorum *quatuordecim circiter*, prævia ejusdem Postulationis admissione, & approbatione, præfecit Ecclesiæ *Passavien.* cum

cum solitis cautelis prohibitæ administrationis tam in spiritualibus, quam in temporalibus, donec ad legitimam ætatem perveniret, *Piton. discept.* 97. *sub num.* 16.

Clemens IX. iisdem adhibitis cautelis dispensavit cum *Wolfgango* Neoburgici Ducis filio agente annum *decimum tertium*, ut cum ad legitimam ætatem perveniret, Ecclesiæ *Osnabrugensi* in Præsulem, & Pastorem præfici posset, *Piton. dicta discept.* 97. *num.* 16.

Innocentius XI. prævia postulatione Capituli *Augustæ Vindelicorum*, & consensu ejusdem Civitatis Episcopi, anno 1681. deputavit Coadjutorem cum spe futuræ successionis Episcopo præfato *Alexandrum Sigismundum* alterum filium Ducis Neoburgici *decem & octo* annos natum: consulendo tamen Ecclesiæ, & Animarum indemnitati, casu quo Episcopus ipse decederet, antequam Coadjutor ad legitimam ætatem perveniret, decrevit, non esse illi concedendam spiritualem administrationem ante ætatis suæ annum trigesimum, nec temporalem, nisi post absolutum vigesimum quintum.

Tertius ejusdem Principis Neoburgici filius *Franciscus Ludovicus* annum agens *vigesimum* ad postulationem Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ *Uratislaviensis anno* 1683. eidem Ecclesiæ præficitur, indulta ei *administratione temporalium*, & deputato in spiritualibus Administratore a Capitulo eligendo, & per Sedem Apostolicam confirmando, donec ad legitimam ætatem pervenisset. Meminit de hoc exemplo *D. de Sanctis in Examin. Consistorial. cap.* 7. *num.* 137. Sub die vero 20. *Januarii* 1684. ex gratia speciali impertita ei fuit ab eodem Pontifice facultas conferendi Beneficia præfatæ Ecclesiæ una simul cum Administratore in spiritualibus deputato, statim ac ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem, juxta dispensationem ætatis ab eodem Pontifice benigne indultam, promotus fuisset.

Laudatusque Pontifex anno 1683. *Clementem Josephum* ex Bavariæ Ducibus annum agentem *duodecimum* deputavit in Coadjutorem Episcopi *Ratisbonen.* datis Administratoribus tam in spiritualibus, quam in temporalibus, si locus successioni factus fuisset, antequam ad legitimam ætatem deveniret. Et prævio Voto Congregationis particularis, cui interfuerunt Cardinales *Ottobonus*, *de Alteriis*, *Laurea*, *Nerlius*, & *de Carpineo*, nec non Prælati *Slusius*, *Liberatus*, *Arrighus*, & *Casonus*, expeditio Coadjutoriæ *singulari gratia* facta fuit per Litteras in forma Brevis, de hoc enixe supplicante Serenissimo Bavariæ Electore Coadjutoris fratre. Indemque *Clemens Josephus* præfatus in decimo sexto suæ ætatis anno constitutus, *die* 4. *Januarii* 1687. deputatur Coadjutor cum futura successione alteri Ecclesiæ *Frisingen.* interdicta ei pariter administratione in temporalibus, & spiritualibus, si antequam ad legitimam ætatem perveniret, successioni locus factus fuisset. Et de anno 1688. *die* 20. *Septembris* Pontifex præfatus eumdem *Clementem Josephum* annum agentem *decimum octavum* præfecit Ecclesiæ *Colonien.* indulta ei libera administratione temporalium, spiritualium vero ea lege commissa, ut illam gerere deberet cum Episcopo *Hieropolitano* Ecclesiæ Colonien. Suffraganeo, & Canonico, qui intelligeretur deputatus in eadem Coadministratione ad Sanctitatis Suæ, & Sedis Apostolicæ Beneplacitum, licet postea die 20. Decembris ejusdem anni commissa fuerit Nuncio Viennen. facultas deputandi alium Coadministratorem ex præstantioribus Canonicis ejusdem Ecclesiæ ad S. Sedis Beneplacitum. Et cum Indulto etiam retinendi usque ad certum tempus in Litteris Apostolicis præscriptum Ecclesias *Ratisbonen.* & *Frisingen.* quodque durante tempore hujusmodi retentionis, liberam utriusque Ecclesiæ in temporalibus haberet administrationem & in spiritualibus coadministrationem cum Scholastico Cathedralis *Frisingen.* respectu præfatæ Ecclesiæ, & respectu Ecclesiæ *Ratisbonen.* cum Canonico ejusdem Cathedralis a Nuncio Apostolico deputando.

Ab *Innocentio XII.* anno 1694. idem Joseph Clemens annorum *viginti trium* circiter, a Canonicis, & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ *Hildesien.* in Coadjutorem ejusdem Ecclesiæ postulatus, deputatur in futurum Successorem Ecclesiæ præfatæ per viam *Accessus*, & *Ingressus*, cum retentione Ecclesiæ *Colonien.* & omnium, quæ obtinebat, commissa ei privative administratione in temporalibus, & in spiritualibus una cum Administratione per Sedem Apostolicam deputando, ita tamen, ut donec hujusmodi deputatio sequeretur, posset Nuncius Apostolicus alium ex gremio ejusdem Capituli eligere.

Laudatus Pontifex eodem anno 1694. deputavit futurum Sucessorem per viam *Accessus*, seu *Ingressus* ad Ecclesiam *Olomucen.* Principem *Carolum a Lotharingia* in ætate annorum *quindecim* constitutum, & a Canonicis, & Capitulo postulatum, interdicta ei, casu quo Episcopus *Olomucen.* e vita cederet, vel quomodolibet Ecclesiæ suæ preesse desineret, administratione spiritualium ante ætatis suæ annum trigesimum, ac temporalium ante vigesimum quintum expletum, deputatis pro Administratoribus tam spirituali, quam temporali, duobus ex gremio Capituli ad Sanctitatis Suæ, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, ac interim donec deputatio hujusmodi fieret, administratio prædicta duabus Personis de gremio ejusdem Ecclesiæ a Nuncio Apostolico eligendis committeretur. Cumque facto jam per obitum Episcopi successioni loco, laudatus Princeps sub *die* 16. *Januarii* 1700. supplicasset pro coadministratione spirituali una cum Episcopo *Sebasteno* ejusdem Ecclesiæ Suffraganeo, Sacra Congregatio Consistorialis *die* 9. *Septembris* ejusdem anni rescripsit *Dilata*, id est *Negative*. At anno 1703. eidem Principi jam in Sacro Subdiaconatus Ordine, & in *vigesimo tertio* suæ ætatis anno constituto concessa fuit libera administratio temporalium, & coadministratio in spiritualibus cum Canonico ejusdem Cathedralis.

Idemque Princeps *Carolus a Lotharingia die* 12. *Junii* anno 1698. annum agens *decimum nonum* præficitur Ecclesiæ *Osnabrugensi* cum libera administratione in temporalibus, & in spiritualibus Coadministratione una cum Suffraganeo, & indulta ei retentione Ecclesiæ *Olomucen.* & obtentorum.

San. mem. Clemens XI. anno 1716. dispensavit cum Principe *Clemente Augusto* ex Bavariæ Ducibus, ut in *decimo septimo* ætatis suæ anno præfici posset Ecclesiæ *Ratisbonen.* concessa eidem temporali administratione una cum Coadministratore de Gremio Capituli per Sanctitatem Suam deputando, administratione vero spirituali uni, vel pluribus per eumdem Pontificem eligendis.

Idem Pontifex *anno* 1721. providit Ecclesiam præfatam *Ratisbonen.* vacantem per dimissionem Principis Clementis Augusti ad Ecclesias *Monasterien.* & *Paderbornen.* electi, de Persona Principis *Theodori* Ducis Bavariæ filii in *decimo nono* suæ ætatis anno constituti cum Administratore spirituali ab eodem Pontifice deputando.

Inno-

Innocentius XIII. anno 1722. eumdem Principem *Clementem Augustum* annum agentem *vigesimum secundum* circiter deputavit in Coadjutorem cum futura successione Archiepiscopo *Colonien.* cum retentione Ecclesiarum *Monasterien.* & *Paderbonen.* (a)

Ex tam longa serie exemplorum, quæ recensere placuit, plane eruitur Praxis Apostolicæ Sedis circa modum præficiendi Minores Ecclesiis Cathedralibus. Et illud in primis observandum, quod
36 sæpe decernit, Minores ipsos deputandos esse in Episcopos, vel in Episcoporum Coadjutores, per viam *Accessus*, & *Ingressus*. Importat enim *Accessus* facultatem, quæ Minori jam ob ætatis defectum inhabili ad Episcopatum obtinendum, impertitur, ut postquam ad legitimam pervenerit ætatem, possit propria auctoritate ad Episcopatum ipsum accedere. *Ingressus* vero præsefert facultatem ingrediendi Beneficium Litteris Apostolicis non expeditis, & nondum adepta illius possessione, ut late terminos præfatos explicando tradunt *Rebuff. in Prax. Beneficial. tit. de Regress. §. Item in ingressu, Dartis Oper. Canon. tract. de Benefic. cap. 3. §. Accessus vero, Card. Paris. cons. 76. volum. 4. alter Paris. de Resignat. lib. 6. quæst. 5. n. 111. & seqq. D. de Sanctis Examin. Consistor. cap. 7. n. 176. & 193. Redoan. de Simon. cap. 17. num. 5. & 6. Mandos. de Signatur. Grat. tit. de Regress. & Access. Tondut. de Pension. quæst. 45. n. 39.* Et licet *Ac-*
37 *cessus*, & *Ingressus*, quemadmodum & *Regressus* sint a Concilio Tridentino *cap. 7. Sess. 25. de Reformat.* prohibiti, nihilominus ambigi non potest, quod eos Summus Pontifex ex justa, & rationabili causa, quando nempe urgent necessitas, aut utilitas Ecclesiarum, concedere possit, propter omnimodam potestatem, quam habet in Beneficialibus, in quibus moderator est, & arbiter; ut in proposito advertunt *Fagnan. in Cap. Nulla n. 84. & seqq. de Concess. Præben. Paris. de Resignat. libr. 6. cap. 5. n. 108. & seqq. Redoan. de Simon. part. 2. cap. 18. n. 3. Rebuff. in Prax. tit. de Regress. colum. 2. in fin. D. de Sanctis dict. cap. 7. n. 195. & 196.*

Insuper ne Ecclesia interim, donec Minor ad legitimam pervenerit ætatem, in qua eidem præfici possit in Episcopum, & Pastorem, detrimentum patiatur, Apostolica Sedes Administratores
38 tam in spiritualibus, quam in temporalibus cum plena, & libera facultate administrandi, sedulo deputare curat, hæcque facultas Administratores deputandi privative ad eamdem Sedem spectat, & pertinet, *Cap. Ecclesia Cathedrali de Supplen. Neglig. Prælat. in 6. cap. Is cui 42. de Elect. in 6.* ibique *Barbos. n. 4. & de Offic. & Potestat. Episcop. part. 3. allegat. 50. num. 7. & allegat. 133. per tot. Rebuff. Tract. de Nominat. quæstion. 8. num. 29. D. de Sanctis Examin. Consistor. cap. 7. num. 35.*

Ipsisque Administratoribus assignari consuevit con- 39
grua ex redditibus Ecclesiæ, quæ pluries pro Administratoribus Ecclesiæ *Ratisbonen.* constabilita fuit in annuis florenis 1500. juxta Resolutionem Sacræ Congregationis Consistorialis in *Ratisbonen. Congruæ de anno* 1717. quam refert per extensum *D. de Sanctis in Examin. Consistor. cap. 7. n. 132.*

Aliquando tamen eadem S. Sedes permittere so-
let Capitulis, ut Administratores deputent, ab ea 40
tamen confirmandos, & ad sui beneplacitum. Sic *S. Pius V.* dum *Ernestum Albertum* Ducis Bavariæ filium *duodecimum annum* agentem designavit futurum Ecclesiæ *Frisigensis* Successorem, indulsit Capitulo, ut Administratorem in spiritualibus deputaret. Hanc eandem indulgentiam pro deputatione Administratorum in spiritualibus, & temporalibus impertitus fuit *Urbanus VIII.* eidem Capitulo *Frisingen.* in deputatione *Alberti Sigismundi* ex Bavariæ Ducibus annum agentis *decimum sextum* in Coadjutorem cum futura successione illius Episcopo, si contigisset ipsum e vivis excedere; antequam *Albertus Sigismundus* præfatus ad legitimam pervenisset ætatem; Et *Innocentius XI.* Capitulo *Uratislavien.* pro deputatione Administratoris spiritualis in casu quo favore *Francisci Ludovici Neoburgici* Ducis filii in ætate annorum *viginti* Coadjutoris cum futura successione ejusdem Ecclesiæ Episcopo deputati, fieret successioni locus, antequam in legitima ætate esset constitutus.

Aliquando vero Sedes Apostolica impertiri solet
Nunciis Apostolicis facultatem committendi admi 41
nistrationem tam in spiritualibus, quam in temporalibus duobus de gremio Capituli, quousque Sedes ipsa deveniat ad deputationem Administratorum. Sic san. mem. *Innocentius XI.* præficiendo Ecclesiæ *Colonien. Josephum Clementem* ex Bavariæ Ducibus, Nuncio Apostolico *Viennen.* commisit, ut Coadministratorem in spiritualibus, ad beneplacitum tamen S. Sedis, deputaret unum ex præstantioribus Canonicis ejusdem Ecclesiæ. Sic etiam *Innocentius XII.* anno 1694. cum eumdem *Josephum Clementem* ad Ecclesiam *Hildesimen.* promovisset, eidem Nuncio parem facultatem impertitus fuit deputandi Coadministratorem spiritualem ex gremio ejusdem Capituli. Quemadmodum laudatus Pontifex similem indulsit Nuncio præfato facultatem deputandi Administratores tam in spiritualibus, quam in temporalibus Ecclesiæ *Olomucen.* si contigisset illius Episcopum ex hac vita migrare, antequam Princeps *Carolus* a Lotharingia *annorum quindecim* ei datus Coadjutor cum futura successione, ad legitimam pervenisset ætatem.

At quamvis Administratores hujusmodi in spiritualibus, & temporalibus deputari soleant Ecclesiis, quibus Minores præficiuntur, donec, & quo-

(a) LUDOVICUM S. Mariæ de Scala Diaconum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, Regium Hispaniarum Infantem *nonum* agentem annum san. mem. Clemens XII. per Litteras in forma Brevis sub Datum X. Septembris 1735. Commendatorem, Administratorem, Dispensatoremque *in temporalibus* tantum Metropolitanæ Ecclesiæ *Toletanæ* deputavit eo consilio, ut cum ad legitimam ipse pervenerit ætatem, & habilis atque idoneus repertus fuisset, Ecclesiæ præfatæ Toletanæ Archiepiscopus per Sedem Apostolicam præficeretur. Et postea per alias Litteras sub Plumbo expeditas Kalendis Decembris 1737. laudato LUDOVICO Cardinali concessa fuit ejusdem Ecclesiæ Administratio etiam *in spiritualibus* una cum Coadministratore R. P. D. *Bernardo Archiepiscopo Larissen.* Sequuta subinde Ecclesiæ *Hispalensis* vacatione SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER BENEDICTUS XIV. eundem LUDOVICUM Cardinalem annum decimum quintum ingressum Ecclesiæ præfatæ in *temporalibus* quidem solum, in *spiritualibus* vero una cum *Gabriele de Torres y Navarra* ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ Archidiacono, & Canonico, ac electo Archiepiscopo Mitylinensi, Commendatorem, Administratorem, Dispensatoremque iisdem modo, forma, & consilio constituit, quibus a san. mem. Clemente XII. Ecclesiæ Toletanæ constitutus fuerat, ut nimirum cum ad legitimam perveniret ætatem, utrique Metropolitanæ Ecclesiæ tam *Toletanæ*, quam *Hispalensi* per Sedem Apostolicam Archiepiscopus præficeretur, ut ex Literis in forma Brevis sub Annulo Piscatoris sub datum die XIX. Septembris 1741. gloriosissimi Pontificatus anno secundo.

uſque ipſi ad legitimam perveniant ætatem, non raro tamen ita temporum circumſtantiis, & Perſonarum qualitate exigentibus, indulget Apoſtolica Sedes, ut minori adhuc durante ætate privati-
42 vam ipſi adminiſtrationem in temporalibus, & in ſpiritualibus cum Coadminiſtratore exercere valeant. Id patefaciunt exempla ſupra relata. *S. Pius V. Ernesto Alberto* in ætate *duodecim* annorum, ut diximus, conſtituto indulſit adminiſtrationem in temporalibus tantum Eccleſiæ *Friſingenſis*. Eamdem adminiſtrationem in temporalibus Eccleſiæ *Uratiſlavien.* conceſſit ſan. mem. *Innocentius XI. Franciſco Ludovico* Neoburgici Ducis filio annum agenti *vigeſimum*, eidemque poſtea ex ſpeciali gratia indulſit, ut ſtatimac ad Subdiaconatus Ordinem, juxta diſpenſationem ei ſuper defectu ætatis conceſſam, aſcenderet, Beneficia una ſimul cum Adminiſtratore in ſpiritualibus conferre poſſet. Idemque Pontifex dum *Clementem Joſephum* ex Bavariæ Ducibus annorum *decem & octo* præfecit Eccleſiæ *Colonien.* eidem tum dictæ Eccleſiæ, tum Eccleſiarum *Ratiſbonen.* & *Friſingen.* ad quas antea per Apoſtolicam Sedem promotus fuerat, liberam conceſſit adminiſtrationem in temporalibus, & in ſpiritualibus una cum Coadminiſtratoribus. Similiter *Clementi Joſepho* præfato in ætate annorum *viginti trium* ad Eccleſiam *Hildeſimen.* promoto, impertitus fuit ſan. mem. *Innocentius XII.* privativam adminiſtrationem in temporalibus, & in ſpiritualibus cum Coadminiſtratore a Sede Apoſtolica deputando; & Principi *Carolo* a Lotaringia annum agenti *decimum nonum* Pontifex præfatus indulſit liberam adminiſtrationem Eccleſiæ *Oſnaburgenſis* in temporalibus, & coadminiſtrationem in ſpiritualibus cum Epiſcopo Suffraganeo, eidemque tamen jam antea ad Eccleſiam *Olomucen.* promoto adminiſtrationem præfatæ Eccleſiæ in temporalibus, & coadminiſtrationem in ſpiritualibus indulgere noluit, niſi in *vigeſimo tertio* ſuæ ætatis anno. Poſtremo ſan. mem. *Clemens XI.* Principi *Clementi Auguſto* ex Bavariæ Ducibus in ætate annorum *decem & ſeptem* conſtituto, Eccleſiæ *Ratiſbonen.* adminiſtrationem in temporalibus una cum Coadminiſtratore conceſſit; ſimilemque coadminiſtrationem in temporalibus indulſit laudatus Pontifex *Principi Theodoro* filio Ducis Bavariæ in ætate annorum *decem & novem* promoto ad eamdem Eccleſiam *Ratiſbonen.* ob dimiſſionem a Principe *Clemente Auguſto* expletam, vacantem.

Ceterum quæ ſint facultates hujuſmodi Adminiſtratoribus in temporalibus, & ſpiritualibus com-
43 petentes, tradit Bonifacius VIII. *in Cap. Is cui 42. de Elect. in 6.* per hæc verba -- *Is, cui procuratio, ſeu adminiſtratio Cathedralis Eccleſiæ plena, & libera in ſpiritualibus, & temporalibus, a Sede Apoſtolica (cui ſoli hoc competit) eſt commiſſa, poteſt (alienatione Bonorum immobilium dumtaxat excepta) omnia quæ juriſdictionis Epiſcopalis exiſtant, & quæ poteſt electus exequi confirmatus libere exercere. Illa quippe quæ miniſterium conſecrationis expoſcunt (niſi fuerit Epiſcopus) per alios faciat Epiſcopos expediri.* Hinc receptum eſt poſſe
44 Adminiſtratorem in ſpiritualibus Beneficia conferre, ac eorum permutationes auctorizare, *Pariſ. de Reſignat. lib. 7. quæſt. 24. n. 27. Lauren. de Poteſt. Vicar. in Re Benefic. quæſt. 274. n. 3. D. de Sanctis Examin. Conſiſtor. cap. 7. n. 97. & 122. Rot. in Colonien. Canonicatus 9. Decemb. 1707. §. Hoc itaque, coram bon. mem. Anſaldo.*

Quinimo Sedes Apoſtolica deputando Admini-
45 ſtratores in ſpiritualibus Eccleſiis Cathedralibus donec Minores Epiſcopi deſignati ad legitimam pervenerint ætatem, ſolet eis expreſſe indulgere Beneficiorum collationem, & ſi Beneficia ſint curata, demandare, ut non aliter quam per Concurſum de illis diſponant, ut teſtatur *D. de Sanctis loco cit. n. 132. & ſeqq.*

Inſuper poteſt Adminiſtrator in ſpiritualibus Vi-
carium generalem in Diœceſi, quam adminiſtrat 46
conſtituere, *Pariſ. de Reſign. lib. 8. quæſt. 24. Sbroz. de Vicar. Epiſcop. lib. 1. quæſt. 18. n. 7. De Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap. 7. n. 98. & 106. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 9. quæſt. 10. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 4. n. 50.* Quod ſi Adminiſtrator ipſe ſit Epiſcopus, & ob
amplitudinem Diœceſis, quam adminiſtrat, non 47
valeat per ſe ſolum exequi officium Paſtorale, & cæteroquin Eccleſia ſolita ſit habere Suffraganeum, ſupplicare etiam poteſt pro illius deputatione. Hinc vacante Suffraganeatu in Eccleſia Auguſtana tempore quo illius Adminiſtrator erat Epiſcopus Conſtantienſis, ad ejus ſupplicationem fuit datus in Suffraganeum prædictæ Eccleſiæ *Franciſcus Theodoricus de Guttemberg*, ut ex Regiſtris Sac. Congregationis Conſiſtorialis ſub die 14. Maii 1716. Quod exemplum refert *D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. cap. 7. n. 109.* ubi ulterius ſubdit, quod ſi Adminiſtrator ſupplicet pro habendo Suffraganeo, & antequam Gratia hæc ſit conceſſa, Epiſcopus ad legitimam ætatem perventus Eccleſiæ ſuæ plenam acquiſierit adminiſtrationem, & pro eadem gratia ſupplicaret, nihilominus ſupplicatio Admi-
niſtratoris eſſet præferenda, quia cum Suffraga- 48
neatus vacaverit de tempore ejus adminiſtrationis, eodemque tempore ipſe ſupplicaverit pro Gratia, hoc ſufficit, ut ei gratia præfata debeatur, quamvis habitura eſſet effectum poſt ceſſatam adminiſtrationem. Quod ſi Adminiſtrator ipſe, Epiſcopus non ſit, & pendente adminiſtratione, vacet Suffraganeatus, conſuevit Apoſtolica Sedes illum ad
Epiſcopatum Titularem promovere, & Eccleſiæ 49
Suffraganeum deputare, ut ſervatum fuit anno 1716. in Eccleſia Ratisbonenſi, cujus adminiſtratio in ſpiritualibus, cum a S. Sede commiſſa fuiſſet Canonico *Godefrido de Languvert a Simmera*, & durante adminiſtratione vacaſſet ejuſdem Eccleſiæ Suffraganeatus, ad illius munus exercendum deputatus fuit idemmet Canonicus Adminiſtrator, ut ex Actis Conſiſtorialibus ad diem 3. *Septembris* ejuſdem anni, & 9. *Aprilis* 1717.

§. III.

De proprio Ordinandorum Epiſcopo.

ARGUMENTUM.

SUbjectio pro Ordinibus ſuſcipiendis oritur ex origine, Domicilio, Beneficio, & familiaritate cum Epiſcopo ordinante. Subditus ratione originis quis dicatur, & an ſubjectionem hanc inducat Baptiſmus ſuſceptus in alio loco, quam illo nativitatis naturalis? Filius in Ordinibus ſuſcipiendis an ſequi etiam poſſit originem Paternam, & in concurſu Ordinarii originis, & Paterni Domicilii, a quo promoveri debeat? Domicilium de jure quomodo contrahatur, & de requiſitis pro illo conſtituendo in terminis Conſtitutionis

tutionis *ſan. mem. Innocentii XII.* Subjectio etiam oritur ratione Beneficii quamvis illud ſit ſimplex, & non reſidentiale, aut Curatum, & non in titulum, ſed in Commendam obtineatur, imo etiamſi manuale exiſtat, dummodo erectum auctoritate Ordinarii, & ſufficiat ad congruam ſuſtenrationem, pro qua dimerienda quænam taxa attendi debet an illa originis, aut Domicilii, ſeu potius ipſius Beneficii? Plura itidem explanantur quæ neceſſaria ſunt ad tramites laudatæ Conſtitutionis, ut Ordinarius Beneficii rite Sac. Ordines conferre valeat, quemadmodum examinatur an Coadjutoria Beneficii Reſidentialis reddat Coadjutorem ſubditum illius Epiſcopi in cujus Diœceſi Coadjutoris munus exercet. Exponuntur neceſſaria requiſita ad effectum ut Epiſcopus familiarem ſuum triennalem ordinare valeat, & an poſſit familiarem familiaris ſui ad Ordines promovere? Licita eſt in Sac. Ordinibus ſuſcipiendis variatio, nec qui unum Ordinem ab Epiſcopo originis ſuſcepit, prohibetur ad alios ab Epiſcopis Domicilii, aut Beneficii promoveri, dummodo variatio bona fide expleatur. Epiſcopi Subditos ſuos ratione originis, Domicilii, Beneficii, & triennalis familiaritatis nedum per ſe ipſos ordinare poſſunt, ſed eoſdem, probatos tamen & examinatos ordinandos dimittere ad quos velint alienos Antiſtites, qui ſuper idoneitate dimiſſorum inquirere non tenentur, licet poſſint, ſi velint; & juſta concurrente cauſa inquirere etiam debent an polleant requiſitis a Conſtitutione *Innocentiana* præſcriptis. Cardinales tamen Epiſcopi Eccleſiarum ſuburbicariarum, quæ Suffraganeos non habent ſubditos ſuos ad alios pro ordinibus ſuſcipiendis, prima tonſura excepta, dimittere non poſſunt, quam ad Cardinalem Vicarium Urbis; Quemadmodum Clerici exteri in Urbe degentes, ex Decreto *Clementis VIII.* non poſſunt vigore Litterarum Dimiſſorialium ſuorum Ordinariorum extra Urbem ordinari, niſi prævio examine coram Urbis Examinatoribus ſubeundo, & cum licentia Cardinalis Vicarii; qui vero dicantur ad hunc effectum Clerici in Urbe commorantes, & an Decretum *Clementinum* comprehendat Clericos ab Urbe ad proprium Epiſcopum accedentes pro Ordinibus ſuſcipiendis, plene diſſeritur. Vicarius Capitularis Sede Epiſcopali vacante; an, & quando poſſit Dimiſſorias concedere, & ſuper interſtitiis diſpenſare? & an facultas concedendi Dimiſſorias competat etiam Vicario Apoſtolico? Prælati inferiores cum Territorio ſeparato an Dimiſſorias ſubditis ſuis ſæcularibus concedere poſſint? Regulares ad Sac. Ordines promoventur cum Litteris Dimiſſoriis ſuorum Superiorum Regularium, qui in earum conceſſione ſervare tenentur præſcripta a Decreto *Clementis VIII.* quod in omnibus ſui partibus late expenditur. Quod ſi ſuperior Regularis ſit etiam Abas, poteſt ſuis Subditis Regularibus primam Tonſuram, & minores Ordines conferre, dummodo ſit benedictus, aut Privilegio gaudeat Apoſtolico ſive expreſſo, ſive tacito faciendi quæcumque facere poſſunt Abates benedicti. Enumerantur quamplurima Indulta a Sede Apoſtolica elargita, ad effectum ſuſcipiendi Sacros Ordines ſine Litteris Dimiſſorialibus proprii Ordinarii, & expenditur an Cardinalis Urbis Vicarius exteris in Urbe commorantibus poſſit ſine Litteris præfatis primam Tonſuram, & minores Ordines conferre, quemadmodum an tali facultate, etiam quoad omnes Sacros Ordines, gaudeat Nuncius Apoſtolicus Hiſpaniarum reſpectu ſubditorum illarum Diœceſum.

SUMMARIUM.

1 *Primis Eccleſiæ ſæculis proprius Epiſcopus pro Ordinibus ſuſcipiendis is dicebatur, qui manus prius imponebat.*

2 *Poſtea non amplius ratio prioris Ordinationis, ſed originis haberi cœpit.*

3 *Clemens IV. præter Epiſcopum originis proprium Ordinandorum Epiſcopum declarare cœpit etiam illum Beneficii.*

4 *Id quod Bonifacius VIII. generaliter poſtea ſtatuit, & inſuper addidit Epiſcopum Domicilii.*

5 *Ex antiqua conſuetudine, Epiſcopi familiares ſuos non ſubditos, ordinare poſſunt,* & n. 135. & ſeqq. & n. 148.

6 *Dummodo Epiſcopi Eccleſiarum ſuarum adminiſtrationem habeant, & non ſint Titulares.*

7 *Conſtitutio ſan.mem. Innocentii XII. edita ſuper Ordinatione alienorum Subditorum generalis eſt, & in toto Orbe Catholico ſervanda.*

8 *Subditus ratione originis vigore ejuſdem Conſtitutionis, is tantum dicitur, qui naturaliter natus eſt in ea Diœceſi, in qua ad Ordines promoveri cupit.*

Dummodo inibi natus non ſit ex accidenti, quo

casu subditus erit Episcopo originis paternæ, ibid. & n. 22.

9 *Et Constitutio* Innocentiana *in hoc uniformis est dispositioni juris communis.*

10 *Natus in loco, ubi Pater domicilium habet, etsi alibi Baptismo regeneratus, subditus est pro Ordinibus suscipiendis Episcopo Domicilii paterni.*

11 *Limita si agatur de Infideli ad Catholicam fidem converso; fieret enim originarius illius loci, in quo Baptismum reciperet. Et assignatur ratio.*

12 *Filius pro Sac. Ordinibus suscipiendis sequi potest originem paternam, & Ordines suscipere nedum a proprio, sed etiam a paternæ originis Episcopo* & n. 13.

14 *Contrarium, & redditur ratio.*

15 *Et posterior hæc sententia uniformis est Constitutioni Innocentianæ.*

17 *Conclusio, quod filius ex accidenti in aliquo loco natus sequitur Patris originem, non procedit, si Pater in eo loco domicilium contraxerit; tunc enim non Patris origo, sed domicilium per ipsum contractum pro ordinatione filii attendi debet.* & n. 23. 24. & 29.

18 *Et sive Pater ante, sive post nativitatem filii inibi domicilium fixerit.*

19 *Nec necesse est quod Domicilium contrahatur a Patre in loco materiali nativitatis filii, sed sufficit, quod contrahatur in Diœcesi.*

20 *Dubio vero emergente, an Pater revera in dicto loco, vel Diœcesi, Domicilium contraxerit, Sac. Congregatio Concilii, aliquando mandare solet, ut ejus nomine filius ab illius Diœcesis Episcopo ordinetur.*

21 *Patre originario existente Civitatis A, si filius ex accidenti nascatur in Civitate B, & postea Pater domicilium transferat ad Civitatem D, ad quem ex eorumdem locorum Episcopum spectet ordinatio filii?* & num. 22. & seqq. & num. 28.

29 *Natus ex accidenti in aliquo loco, si inibi tamdiu maneat, ut canonico aliquo impedimento irretiri possit, indiget litteris Testimonialibus Episcopi illius loci, ut ordinari licite valeat ab Episcopo Paternæ originis.*

30 *Quemadmodum si quis ordinari velit ab Episcopo Domicilii, indiget Testimonialibus Episcopi Originis, si ab hujus loco discesserit in ætate, qua impedimentum aliquod contrahere potuit.*

31 *Episcopus originis, vel Domicilii potest ad Sac. Ordines licite promovere proprium subditum absque Litteris testimonialibus illius Episcopi, in cujus Diœcesi studiorum causa moram traxit. Et redditur ratio.*

32 *Subjectio pro Ordinibus suscipiendis ratione Domicilii olim parum nota, qua ratione in legem Ecclesiasticam postea transit?* Remissive.

33 *Domicilium acquiritur natura, voluntate, & juris dispositione.*

34 *Qui expresse animum suum declarat perpetuo manendi in loco, ad quem se transtulit, illico inibi Domicilium contrahit absque ullo temporis lapsu.*

35 *Amplia, etiamsi majorem substantiarum suarum partem secum non transferat.*

36 *Et inibi degat ratione alicujus muneris, officii, aut negotiationis causa.*

37 *Qui expresse animum declarat recedendi a loco, quem inhabitat finito officio, vel expleto negocio, aut concurrant conjecturæ animum præfatum suadentes, nunquam Domicilium contrahit, etiamsi per centum annos inibi moretur.*

38 *Domicilium, nulla etiam pandita animi declaratione, contrahitur factis animum ipsum demonstrantibus, quamvis habitationis decennium non effluxerit. Et quibus circumstantiis animus ipse declaretur?* & n. 39. & 40.

41 *Domicilium in dubio, quando nec verbis, nec facto probari potest ex lapsu decennii de jure præsumitur contractum.* & n. 50.

42 *Et legalis hæc præsumtio non indiget adminiculis, & conjecturis.*

43 *Limita in iis, qui ex causa aliqua accidentali, puta studii, Lecturæ, Negociationis &c. in aliquo loco per decennium morentur.*

44 *Nisi post completum Studium, Lecturam, officium &c. continuent habitationem, & concurrant circumstantiæ suadentes animum perpetuo in eo loco habitandi.*

45 *Domicilium ad tramites* Innocentianæ *Constitutionis pro Ordinibus suscipiendis unice contrahitur, vel a decennali saltem habitatione in aliquo loco, vel a translatione ad eundem locum majoris partis rerum, & bonorum suorum, cum instructis ædibus, & cum successiva permanentia per aliquod considerabile tempus.*

Et tempus hujusmodi debet esse ad minus trium annorum, nec illius præfixio reposita est arbitrio Ordinarii. n. 46. & 47.

48 *Sufficit vero pro Domicilio contrahendo concursus alterius ex dictis requisitis.*

49 *Sed sive in uno, sive in altero casu necessarium est juramentum Ordinandi, quod vere, & realiter animum habuerit perpetuo manendi in eo loco.*

51 *Intellige quando quis ordinari cupit ratione proprii Domicilii, secus si ratione Domicilii paterni, quo casu necessarium non est illius Juramentum.*

52 *Si post Domicilium alibi contractum, quis ad locum originis redeat, inibique novum contrahat Domicilium, primum derelictum præsumitur, & ordinatio spectat ad Episcopum Originis.*

53 *Constitutiones* Clementis IV. & Bonifacii VIII. *quæ pro Ordinibus suscipiendis subjectionem etiam inducunt ratione Beneficii, sunt renovationes pervetustæ Ecclesiæ disciplinæ.* & n. 54.

55 *Qui plura obtinet in diversis Diœcesibus Beneficia, potest ab uno illarum Episcopo, quem maluerit, ordinari.*

56 *Sufficit ad effectum hujusmodi subjectionis quodcumque Beneficium, etsi non residentiale.*

57 *Amplia etiamsi ad alterius Episcopi collationem spectet, nam adhuc ordinatio pertinet ad Episcopum, in cujus Diœcesi Beneficium erectum reperitur.*

58 *Limita si unitum, & incorporatum sit Beneficio alterius Diœcesis, tunc enim expleri debet ordinatio ab illius Diœcesis Episcopo.*

59 *Subjectio ratione Beneficii oritur etiam ex eo quod illud non in titulum, sed in Commendam obtineatur.*

60 *Præceptoriæ S. Joannis Hierosolymitani, aliorumque Ordinum, & Militiarum veniunt nomine Beneficii pro inducenda subjectione quoad Ordines suscipiendos erga Episcopos in quorum Diœcesibus existunt.*

61 *Sub-*

61 *Subjectionem hanc inducit etiam Beneficium manuale, & amovibile, quamvis non sit illud titulus idoneus pro ordinatione.*

63 *Contrarium, quod requiratur, ut Beneficium sit perpetuum.*

64 *Prior sententia procedit quando Beneficium manuale est erectum auctoritate Ordinarii. Posterior quando auctoritas hæc deficit in illius erectione.* & n. 66.

65 *Beneficium manuale auctoritate Ordinarii erectum naturam habet Beneficii Ecclesiastici.*

67 *Cappellania laicalis perpetua Ordinarii auctoritate fundata subjectionem pro Ordinibus suscipiendis inducit favore Episcopi in cujus Diœcesi est erecta.*

68 *Pensio est titulus sufficiens pro Sacra ordinatione.*

69 *Sed pro Ordinibus suscipiendis non inducit subjectionem Pensionarii favore Episcopi illius Diœcesis in qua Pensionem percipit.*

70 *Subjectio non oritur ratione Beneficii collati tantum, sed non vere, & realiter possessi.*

71 *Nec Beneficii quod in aliena Diœcesi obtentum fuit in fraudem Episcopi Originis, aut Domicilii.* & n. 72.

73 *Fraus an considerari possit in eo, qui Beneficium aliquod tenue in aliena Diœcesi erigat, ut ab illius Episcopo ad Sacros Ordines promoveri valeat?* & n. 74.

75 *Episcopus Beneficii non potest vigore Constitutionis san. mem.* Innocentii XII. *licite Beneficiatum ad Ordines promovere sine Litteris Testimonialibus Episcoporum originis, & Domicilii.* ibid. & n. 80.

76 *En eadem Constitutione nulli Episcopo, etiam Cardinali, licet exterum sibi non subditum ad Tonsuram promovere pretextu Beneficii ad quod fuit præsentatus, etiamsi Beneficium præfatum ea lege sit erectum, ut quis immediate post Tonsuram ad illud instituatur.*

77 *Id quod præcisive etiam a Constitutione præfata, de jure statutum erat.* & n. 78.

79 *Sed excipiuntur Familiares trienuales Episcoporum qui possunt ab iis prima Tonsura initiari.*

81 *In Ordinibus suscipiendis an licita sit variatio, itaut valeat quis unum Ordinem ab Episcopo originis, & alterum ab Episcopo Domicilii, vel Beneficii suscipere?* & n. 82. & 83.

84 *Distinguitur, quod licita sit variatio, si fiat bona fide, secus si in fraudem.*

85 *Litteræ Testimoniales Episcopi Originis, & Domicilii necessariæ, ut quis licite ordinari valeat ab Episcopo Beneficii, percutere solum debent mores, natalem, & ætatem ordinandi.*

86 *Nec necessarium est quod exprimant valorem Beneficii juxta taxam Synodalem loci in quo erectum reperitur, prævia illius justificatione facienda coram eodem Episcopo originis, aut Domicilii. Et ita resolutum n.* 91.

Potest tamen tam Episcopus Originis, quam Domicilii inquirere super sufficientia valoris Beneficii post Ordines collatos ab ejusdem Beneficii Episcopo. n. 88.

87 *Episcopus tam Originis, quam Domicilii examinare nequit quoad doctrinam proprium subditum ab Episcopo Beneficii ordinandum, licet post collatum Ordinem id explere valeat.*

89 *Argumentum a majoritate rationis depromptum, in jure validissimum est.*

90 *Limita in interpretatione Constitutionum, quæ sunt juris communis correctoriæ.*

92 *Litteræ Testimoniales Episcopi tam originis, quam Domicilii pro ordinatione explenda ab Episcopo Beneficii, debent esse in forma specifica concessæ.* & num. 97.

93 *Hinc Clerico ad Sacros Ordines promovendo, non suffragantur Litteræ Testimoniales concessæ pro Ordinibus minoribus suscipiendis.*

94 *Amplia etiamsi post susceptos minores Ordines semper permanserit in loco Beneficii.*

95 *Minusque sufficere possunt Litteræ patentes, quas de prima Tonsura sibi collata quis reportavit ab Episcopo Originis, licet post eas obtentas statim a Patria recesserit.*

96 *Litteræ itidem concedi solitæ quibuscumque Clericis e Diœcesi discedentibus, quod nempe sint bonis, & honestis moribus præditi, & nullo Canonico impedimento irretiti, deservire nequeunt pro Testimonialibus Episcopi originis, aut Domicilii.* & n. 102.

Contrarium. n. 99.

98 *De formula, qua concipi solent Litteræ Testimoniales.*

99 *Litteræ præfatæ ab Episcopo Originis, & Domicilii impetrandæ exprimere non debent causam ob quam conceduntur, videlicet suscipiendi Ordines ab Episcopo Beneficii, sed sufficit, quod earum vigore in genere constet de Vita, & moribus ordinandi.* & n. 101.

Contrarium n. 102.

102 *Litteræ ab Episcopo originis obtenta pro assequendo Beneficio simplici a Dataria, an deservire valeant loco Testimonialium pro obtinendo Subdiaconatu ab Episcopo Beneficii.*

103 *Qui post susceptum aliquem ex Sacris Ordinibus ab Episcopo Beneficii cum Litteris Testimonialibus Episcopi originis, & Domicilii, continuo in loco Beneficii permansit, novis non indiget Testimonialibus, ut ad ceteros Ordines ab eodem Beneficii Episcopo promoveatur.*

104 *Litteris tamen præfatis indigeret, si postea ad locum originis, aut Domicilii rediret, & inibi per aliquod considerabile tempus moratus fuerit.*

105 *Subjectio pro Sacris Ordinibus suscipiendis ratione Beneficii juxta Constitutionem Innocentianam, non inducitur, nisi illud detractis oneribus sit ad congruam sustentationem juxta taxam Synodalem, vel morem Regionis, sufficiens.* & n. 75. & 108.

Licet ante Constitutionem præfatam subjectio oriretur ex Beneficio quantumvis tenuissimo. n. 62 & 119.

Detrahi tamen debent a valore Beneficii solum onera fixa, non vero extraordinaria. n. 126.

Sed an detrahenda sint onera Missarum quas Beneficiatus tenetur per se ipsum celebrare? Remissive n. 127.

106 *Si Beneficium ad congruam sustentationem sufficiens non sit, redditum defectus suppleri non potest cum adjectione Patrimonii, etiam pinguis.* & n. 128.

110 *Pro dimetiendo congruo Beneficii redditu, an attendi debeat taxa loci in quo illud erectum reperitur, seu potius taxa loci Originis, aut Domicilii.* & n. 111. 112. 131. & 132.

113 *Per acquisitionem Beneficii residentialis, efficitur quis Civis loci, in quo Beneficium adest, sive residentia sit præcisa, sive causativa.*

114 *Coadjutor, cum futura successione in Beneficio residentiali an efficiatur subditus Episcopi in* cujus

cujus Diœcesi Coadjutoris munus exercet? & n. 119. 120. & 121.

115 *Coadjutoria non est Beneficium Ecclesiasticum. Et Coadjutor fictus Canonicus, seu Beneficiatus nuncupatur.* ibid.

116 *Coadjutor post obitum Coadjuti novam Beneficii possessionem adipisci tenetur, nec ei suffragatur possessio vivente Coadjuto adepta.*

122 *Coadjutor cum futura successione, sive congruam habeat, sive non, efficitur ratione Coadjutoria subditus Episcopi, si non ratione Beneficii, saltem ratione novi Domicilii.*

123 *Idque etiam in terminis Constitutionis Innocentianæ.*

124 *Quemadmodum ad tramites ejusdem Constitutionis Beneficium residentiale subjectionem Beneficiati inducit ratione Domicilii.* & numer. 125.

129 *Episcopus Beneficii tenetur in collati Ordinis documento mentionem facere tam de Litteris Testimonialibus Episcoporum originis, & Domicilii, quam de sufficientia redditum Beneficii.*

Et hujusmodi mentione non facta, potest Ordinatus per Episcopum Originis, aut Domicilii ab exercitio Ordinis suspendi. n. 107.

130 *Non censetur Innocentianæ Constitutioni satisfactum, si in testimonio præfato adsit solum expressio, quod Ordinatio sequuta sit titulo congrui* Beneficii: *Et redditur ratio.*

131 *Intellige quando promotio sequuta fuit ad titulum Beneficii simplicis, secus si residentialis.*

132 *Episcopus Beneficii quamvis Beneficiatum ad alium Episcopum dimittat ordinandum, adhuc in Litteris dimissorialibus mentionem facere tenetur tam de sufficientia redditum Beneficii, quam de Litteris Testimonialibus Episcoporum originis, & Domicilii.*

133 *Contrarium, quod omissio præfata illicitam Ordinationem non reddat, quia Constitutio Innocentiana de hoc casu non loquitur, & tamquam pœnalis, & correctoria Juris communis amplianda non est.*

134 *Episcopus juxta præscriptum ejusdem Constitutionis Familiarem suum Triennalem non subditum ad Ordines promovere nequit absque Litteris Testimonialibus Episcoporum illius Originis, & Domicilii.* & n. 137.

Et de hujusmodi Litteris mentionem facere tenetur in Testimonio Ordinis collati. numer. 66.

136 *Amplia etiamsi Episcopus Patronus sit Cardinalis.*

138 *Vigore tamen Concilii Tridentini Litteræ præfata necessariæ non erant.*

139 *Triennium familiaritatis pro licita Familiaris Ordinatione debet esse continuum, nec notabili aliquo temporis spatio interruptum.*

Sed in terminis Concilii Tridentini dubium erat an sufficeret Triennium inceptum. n. 145. & 146.

140 *Sufficit tamen, quod Triennium præfatum sit inceptum antequam Patronus esset Episcopus. Et redduntur rationes.* numer. 142. 143. 144. & 147.

141 *Reprobatur* Lamperez *contrarium existimans; illiusque rationibus respondetur.* & n. 145.

148 *Pro inducenda itidem subjectione ratione Familiaritatis requiritur, quod Familiaris toto Triennio maneat sub oculis Episcopi, non autem quod degat extra Diœcesim, vel Civitatem, in qua moratur Episcopus.*

Et in quo familiaritas Cardinalis distinguatur a familiaritate Episcopi? n. 149.

150 *Quinimmo degere debet in eodem Palatio, in quo degit Episcopus.*

151 *Contrarium quod sufficiat, ut degat in eodem loco, in quo permanet Episcopus, etsi extra Palatium.*

152 *Nepotes, & Consanguinei Episcopi insimul cum eo habitantes, nisi revera illi per triennium inservierint, subdui non efficiuntur pro Ordinibus suscipiendis ratione familiaritatis.*

153 *Episcopus ut Familiarem suum triennalem licite ordinare valeat, tenetur ei Beneficium ad congruam sustentationem sufficiens* statim, *hoc est, ut declaravit Constitutio Innocentiana,* intra Mensem, *a die sequutæ Ordinationis, conferre.* & n. 160.

Et quomodo dictio illa statim *in terminis Concilii Tridentini intelligebatur?* n. 159.

Nec potest absque Beneficii hujusmodi collatione Familiarem ordinare ad titulum Patrimonii, vel Pensionis, etiam ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ. n. 158.

Licet id permissum fuisset in terminis Concilii Tridentini. n. 157.

154 *Beneficium ab Episcopo Familiari suo conferendum debet esse sufficiens juxta taxam propria Diœcesis.*

155 *Nec defectus sufficientiæ suppleri potest adjectione Patrimonii, vel Pensionis.*

156 *Hujusmodi tamen supplementum permissum erat ante Innocentianam Constitutionem.*

161 *Si Episcopus Familiari suo Clerico Beneficium ad congruam sustentationem sufficiens conferat, non prohibetur illum, triennio adhuc non elapso, ad ulteriores Ordines promovere, quia tunc subditum eum habet ratione Beneficii, si non familiaritatis.*

162 *Potest Episcopus ad Ordines promovere Familiarem triennalem Familiaris sui triennalis suis expensis viventem, & sub oculis suis degentem, secus si alibi degat, aut suis expensis non vivat.*

163 *Familiares Familiarium Pontificis, qui sint a Pontifice designati, & illius expensis vivant, sunt etiam ad effectum reservationis Beneficiorum Pontificis Familiares.*

164 *Familiaritas non præsumitur, nec evincitur simplici Episcopi assertione, sed probanda est, & quomodo?*

165 *Intellige quando agitur de Ordinatione jam peracta, quam illicitam contenderet Episcopus originis, aut Domicilii, secus de ordinatione facienda, nam antequam Episcopus illam peragat, familiaritatem probare non tenetur.*

167 *Ordinarii originis Domicilii, & Beneficii possunt nedum per se ipsos Subditis suis Ordines conferre, sed illos ad alienos Episcopos ordinandos dimittere.*

Redditur ratio, quia a pari procedunt ordinare, & concedere Litteras Dimissoriales, & ad quem spectat Ordinatio, pertinet earumdem Litterarum concessio. ibid.

168 *De antiquo Jure concedendi Litteras Dimissoriales, & modo quo concipiebantur?* Remissive.

169 *Facultate concedendi Litteras Dimissoriales pro*

pro Ordinatione sui Familiaris non potest Episcopus Patronus.

170 *Contrarium verius, & redditur ratio.*

171 *Dimissoriæ in Regno Neapolitano pro Ordinandis ad primam Tonsuram, & Minores Ordines dirigi debent ad certum, & determinatum Episcopum.*

Nec concedi possunt, ut vulgo dicitur, in bianco, *non descripto nomine Episcopi, ad quem diriguntur.* ibid.

172 *Episcopi Subditos suos non aliter quam probatos, & examinatos ad alienum Episcopum ordinandos dimittere debent.*

173 *Episcopus, cui hujusmodi commissio facta est, non tenetur inquirere super idoneitate dimissi, & an habeat titulum sufficientem pro Ordinatione.* & n. 286.

Non prohibetur tamen si velit, inquisitionem hanc peragere. ibid. & dict. n. 286.

174 *Similiter inquirere non tenetur, an dimissus polleat requisitis præscriptis a Constitutione Innocentiana, licet aliqua subsistente causa possit, & debeat id explere.*

175 *Subditi sex illorum Episcopatuum Suburbicariorum Urbis, qui Suffraganeum non habent, non possunt ex* Constit. Alexandri VII. *pro Ordinibus etiam Minoribus suscipiendis ad alios dimitti, quam ad Cardinalem Urbis Vicarium.*

Possunt tamen Cardinales dictorum Episcopatuum Præsules, ad suas Diœceses accedere, & inibi Ordinationes peragere. ibidem.

176 *Constitutio* Alexandrina *non afficit Subditos præfatos pro Tonsura recipienda; sed pro ea dimitti possunt ad quemcumque Episcopum.*

177 *Clerici exteri in Urbe pro tempore commorantes ex Edicto* Clementis VIII. *ab* Alexandro VII. *confirmato non possunt ad Ordines vigore Litterarum dimissorialium suorum Ordinariorum extra Urbem promoveri, nisi præviis examine subeundo ab Urbis Examinatoribus, & licentia Cardinalis Vicarii.* & n. 180.

178 *Et aliter Ordinati suspensionem incurrunt, ac si in susceptis Ordinibus ministraverint Irregularitatem, a qua indulgeri solet per Sedem Apostolicam dispensatio arbitrio Urbis Vicarii, peracto prius in eadem Urbe examine.*

181 *Clerici in Urbe commorantes ad effectum, ut sub Edicto* Clementino *comprehendantur, illi dicuntur, qui habitant in Urbe, & in ea saltem per quatuor Menses moram traxerunt.*

182 *Clerici præfati accedentes ad proprium Ordinarium, & ab eo suscipientes Ordines absque eo quod examen subierint in Urbe, supra laudato Edicto non afficiuntur, secus si ab alieno Episcopo ordinentur, etiam cum Litteris Dimissorialibus proprii Antistitis.*

Amplia, ut Ordines absque dicto examine recipere possint nedum ab Episcopo originis, sed etiam Domicilii, Beneficii, & ab eo, cui triennale servitium præstiterunt, servata tamen forma Constitutionis san. mem. Innocentii XII. n. 184.

183 *Reprobati tamen ab Examinatoribus Urbis incidunt in pœnas Edicti, etiamsi a proprio Episcopo postea approbati, ab eo ad Ordines promoveantur.*

185 *Proprius Ordinarius ad effectum concedendi Litteras Dimissoriales pro Ordinibus suscipiendis, est etiam Sede Episcopali vacante, Vicarius Capitularis.*

186 *Litteras tamen præfatas, etiam pro prima Tonsura, concedere non potest, nisi post annum a die vacationis Sedis Episcopalis.*

Tonsura juxta Canonistarum sententiam inter Minores Ordines numeratur. n. 187.

188 *Amplia etiamsi Capitulum haberet Territorium distinctum, & separatum, vigore cujus ordinariam exerceret Jurisdictionem.*

189 *Dignitas Cathedralis, quæ ex immemorabili consuetudine, aut Privilegio Apostolico succedit Sede Episcopali vacante in omnimodam Episcopi jurisdictionem, nec litteras Dimissoriales infra annum vacationis ejusdem Sedis concedere potest.*

190 *Vicarius Apostolicus Sede Episcopali vacante deputatus, potest Litteras Dimissoriales post annum non arctatis, & arctatis infra annum vacationis ejusdem Sedis, concedere.*

191 *Sed regulariter hodie facultas hæc concedendi Litteras Dimissoriales Vicariis Apostolicis expresse prohibetur.*

192 *Stante hujusmodi prohibitione, nec iis, qui Rescriptum a Sacra Congregatione obtinuerunt,* ætatem expectent, *Vicarius Apostolicus post superventam ætatem, Litteras præfatas concedere potest.*

193 *Facultate tamen Vicario Apostolico indulta concedendi Litteras Dimissoriales, uti non potest ejus Pro-Vicarius, etsi cum amplissima potestate deputatus, & in ejus absentia.*

194 *Vicarius Apostolicus Episcopo deputatus, potest Sede vacante Litteras Dimissorias statim concedere.* & n. 196.

195 *Mortuo Episcopo, cui Vicarius Apostolicus deputatus fuerat, non potest Capitulum ad electionem Vicarii Capitularis devenire.*

197 *Potest Vicarius Capitularis Litteras Dimissoriales infra annum concedere Arctatis ratione Beneficii obtenti, seu obtinendi.*

198 *Arctatus ratione* Beneficii obtenti *ille dicitur, qui Beneficium obtinet, cujus ratione obstringitur infra annum ad Sacros Ordines promoveri.*

199 *Talis tamen non dicitur, qui ad Ordines promoveri cupit pro habendo loco, & voce in Capitulo.*

200 *Arctatus ratione* Beneficii obtinendi *ille dicitur, cui jus competit ad Beneficium adnexum habens certum Ordinem, quo ille caret.*

201 *Aut Laicus, qui præsentatus fuit ad Beneficium Juris patronatus Laicalis, & intra quatuor menses Tonsura initiari debet.*

202 *Dummodo Beneficium non sit erectum Sede Episcopali vacante in fraudem Conciliaris dispositionis ad effectum reportandi ratione arctationis Litteras Dimissoriales a Vicario Capitulari.*

203 *Et quid ad fraudibus hujusmodi occurrendum sancitum fuit a Sacra Congregatione Concilii?*

204 *Arctatus ratione* Beneficii obtinendi *non dicitur ille, cui aliquis resignare velit Beneficium, quod requirat actu Ordinem, quo ipse caret.*

205 *Quemadmodum nec ille, qui alias, quam ratione*

tione Beneficii ad aliquem Ordinem promoveri debet, puta ad effectum obtinendi Officium aliquod, gradum in Theologia &c.

206 *Nec qui ad Pensionem Ecclesiasticam nominari sperat.*

207 *Potest Vicarius Capitularis infra annum vacationis Sedis Episcopalis, litteras Dimissorias concedere iis, qui vivente Episcopo obtinuerunt Breve Apostolicum de se promovendis* Extra tempora *cum Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii.*

208 *Sac. Congregationes Urbis indulgere consueverunt Vicariis Capitularibus per Litteras vulgo* facultativas *nuncupatas, ut etiam intra annum vacationis Sedis Episcopalis Dimissorias concedere possit.*

209 *At fan. mem. Benedictus XIII. præfatas Litteras* facultativas *non amplius concedi mandavit.*

210 *Prohibitio tamen hæc non percutit casum, quo ratione Beneficii obtenti, vel obtinendi, quis ad Sacros Ordines suscipiendos infra annum sit arctatus.* & n. 211.

212 *In Brevibus* Extra tempora, *qua non adhuc elapso anno vacationis Sedis Episcopalis, indulgentur a Sede Apostolica, facultas concedendi Dimissorias non Vicario Capitulari, sed Episcopo viciniori, in casu quo ipse ordinationem habere nolit, impertitur.*

213 *Et ordinatio absque dictis Litteris Dimissorialibus expleta, est illicita, & tam Ordinatus, quam Episcopus ordinator incidunt in pœnas a jure præscriptas.*

214 *Potest tamen Ordinandis vigore Brevium præfatorum Vicarius Capitularis Litteras testimoniales super eorum vita, & moribus concedere.*

215 *Sed juxta stylum, & praxim Romanæ Curiæ Litteræ Testimoniales in Brevibus præfatis requiruntur ab Episcopo viciniori.*

216 *Praxim hanc ita nonnulli interpretantur, ut Episcopus vicinior una simul cum Vicario Capitulari Litteras Testimoniales concedere debeat.*

217 *Verum distinguitur, aut qui Breve* Extra tempora *obtinuit promovetur ab alio, quam ab Episcopo viciniori cum istius tamen Litteris Dimissorialibus, & necessariæ sunt Litteræ Testimoniales Vicarii Capitularis.*

Aut promovetur ab ipsomet Episcopo viciniori, & licita est ordinatio etiam absque dictis Litteris Testimonialibus Vicarii Capitularis. n. 218.

219 *Litteræ Dimissoriales a Vicario Capitulari concessæ, sive arctatis infra annum, sive non arctatis post annum Sedis Episcopalis vacantis, si non fuerint eadem Sede vacante effectum sortita, possunt a novo Episcopo revocari.*

220 *Et hac ratione caute se gerere debent Episcopi in ordinandis sibi dimissos a Vicario Capitulari, quando sciunt novum Præsulem Ecclesiæ possessionem adeptum fuisse.*

221 *Vicarius Capitularis potest cum promovendis ad Sacros Ordines post annum vacationis Sedis Episcopalis dispensare super Interstitiis, secus cum illis, qui promoventur infra annum.* & n. 230. & seqq.

Licet olim hujusmodi dispensatio post annum, ei permissa non esset absque speciali facultate sibi communicata a Capitulo. num. 227. & 229.

222 *Amplia, ut nec intra annum dispensare potest, quamvis ei impertiatur a Sacra Congregatione facultas concedendi Litteras Dimissorias.*

Sed dispensatio hujusmodi petenda est a Sede Apostolica, quæ de facili indulgetur, & vocatur in temporibus. n. 223.

224 *Ad differentiam casus, quando interdicta Vicario Capitulari facultate concedendi Dimissorias, etiam post annum vacationis Sedis Episcopalis, ea postea in casibus particularibus impertiatur, tunc enim potest ipse super Interstitiis dispensare.*

225 *Redditur ratio; Et ita sollemniter decisum anno* 1711... n. 226.

230 *Capitulum in electione Vicarii Capitularis, nil hodie sibi reservare potest, sed omnimoda jurisdictio, qua Episcopo competebat, privative ad illud, transit in Vicarium Capitularem.* & n. 231. 234. 235. & 236.

232 *Et si Capitulum facultates aliquas sibi reservaret, adhuc juxta praxim Sacræ Congregationis Episcoporum, Vicarius Capitularis munus suum libere exercere posset.* & num. 233.

236 *Episcopus non tenetur totam Jurisdictionem suo Vicario generali communicare, sed potest eam restrictam, & ad sui libitum limitatam concedere.*

237 *Vicarius Capitularis Litteras Dimissoriales infra annum Sedis Episcopalis vacantis, si aliis quam arctatis concedat, pœna suspensionis punitur.*

238 *Amplia etiam si ii, quibus Litteræ præfatæ concessæ fuerunt, illis usi non fuerint.*

239 *Promoti vero cum Litteris præfatis ad Ordines Sacros, ab eorumdem exercitio ad beneplacitum futuri Prælati, sunt ipso jure suspensi.*

240 *Et ordinati in Minoribus, nullo Privilegio Clericali, præsertim in criminalibus, post Superioris tamen declarationem, gaudent.*

241 *Possunt tamen sic in minoribus ordinati in susceptis Ordinibus ministrare, & Beneficia obtinere.*

242 *De pœnis, quas incurrunt Ordinati, vel intra annum vacationis Sedis Episcopalis, si sint arctati, vel post annum si arctati non sint, absque Litteris Dimissorialibus Vicarii Capitularis?* Remissive.

Et quibus etiam pœnis subjaceant Ordinati Sede Episcopali vacante vigore Brevium extra tempora *sine Litteris Dimissorialibus Episcopi viciniores? Et an possint ab incursa pœna absolvi per Vicarium Capitularem?* ibidem.

243 *Prælati inferiores, sive Sæculares, sive Regulares cum Jurisdictione quasi Episcopali, & Territorio separato non possunt hodie post Concilium Tridentinum suis Subditis sæcularibus Dimissorias pro Ordinibus suscipiendis concedere.* & n. 244.

245 *Sed indigent pro Litteris præfatis concedendis speciali Privilegio Apostolico.*

246 *Enumerantur nonnulli Prælati inferiores, qui hujusmodi Privilegio fruuntur.* & numer. 316.

Ordinatio a dictis Prælatis expleta erga non Subditos valida est, sed illicita. n. 316.

247 *Prælati inferiores omnimoda Jurisdictione quasi Episcopali gaudentes possunt Litteras Testimoniales suis Subditis concedere, nec absque*

absque illis possunt licite ab Episcopo viciniori ordinari, vel ad alium Episcopum per ipsum viciniorem pro Ordinatione dimitti.

248 Quinimo tenetur Episcopus vicinior in Litteris Dimissorialibus, quas Subditis dictorum Prælatorum concedit inserere clausulam -- Receptis Litteris Testimonialibus sui Ordinarii.

249 Ubi tamen agitur cum Subditis dictorum Prælatorum inferiorum, qui Jurisdictione præfata non potiuntur, potest Episcopus vicinior illos aut ordinare, aut ad alium ordinandos dimittere absque eorum Litteris Testimonialibus.

250 Superiores Regulares possunt Subditis suis Regularibus Litteras Dimissoriales pro Ordinibus suscipiendis concedere.

251 Sed in earum concessione servare tenentur præscripta a Decreto Clementis VIII. quod exscribitur.

253 Non possunt tamen Litteras præfatas concedere Novitiis.

254 Tenentur Superiores Regulares, ut in eodem Decreto sancitur, Litteras Dimissoriales dirigere ad Episcopum Diœcesanum.

255 Amplia etiam si Episcopus Diœcesanus ordinationem non habeat in Cathedrali, sed in quacumque alia Diœcesis parte, etsi dissita a Monasterio.

256 Amplia secundo, quamvis Episcopus Diœcesanus non per se ipsum, sed per alium Antistitem Ordinationem esset habiturus.

257 Amplia tertio, tametsi Regulares obtinuerint Apostolicum Indultum, ut ad Sacros Ordines promoveri possent extra tempora a quocumque, quem maluerint Catholico Antistite.

258 In Indultis hujusmodi, quæ expediuntur per organum Magistri Brevium, aut per Litteras Apostolicas sub Plumbo inseritur clausula Servata tamen forma Decreti Clementis VIII. & n. 287.

259 Clausula præfata ante annum 1711. non inserebatur in Indultis expediri solitis per Secretariam Brevium, sed post dictum annum inseri consuevit. & quare n. 260.

261 Et ex præscripto Concilii Romani, etiam non inserta sub intelligi debet.

262 Regulares habentes Privilegium Apostolicum, ut a quocumque, quem maluerint Catholico Antistite ad Sacros Ordines promoveri valeant, possunt ab eorum Superioribus pro Ordinatione dimitti ad Episcopum, etiam non Diœcesanum.

263 Superiores Regulares tenentur Litteras Dimissorias ad Episcopum Diœcesanum dirigere, non obstante consuetudine immemorabili eas dirigendi ad alios Antistites. Et redduntur rationes. n. 264. 266. 268.

265 Adversus leges Pontificias in materia Ecclesiasticæ disciplinæ emanatas, contrarius usus non suffragatur.

269 Nomine Episcopi Diœcesani, ad quem Litteræ Dimissoriæ sunt dirigendæ, venit Episcopus Diœcesanus illius Monasterii, in cujus familia, ab iis, ad quos pertinet, Regularis ordinandus positus sit.

270 Dummodo inibi non ponatur ex industria per aliquot dies in fraudem Episcopi vere Diœcesani.

271 Fraus hac non præsumitur, sed concludenter probari debet ad effectum, ut Superior Regularis incurrat pœnas in Decreto Clementino contentas.

272 Sed quanto tempore Regulares ordinandi morari debent in Monasterio Diœcesis Episcopi Ordinatoris, ad effectum, ut de illius familia dici possint?

273 Si Monasterium, in quo degunt Regulares ordinandi sit vere Nullius Diœcesis, tunc Litteræ Dimissoriæ dirigi debent ad Episcopum viciniorem.

274 Si Episcopus Diœcesanus sit absens, vel non sit habiturus Ordinationem generalem, de qua constare debet prævio publico Edicto, potest Superior Regularis Dimissorias ad alium Antistitem dirigere. & n. 276.

275 Amplia etiam si ab Episcopo Diœcesano fieret Ordinatio privata pro aliquibus.

277 Subditi Regulares ab eorum Superioribus pro Ordinatione dimissi in casibus supradictis, ad alienum Antistitem non indigent Litteris Dimissorialibus proprii Episcopi Diœcesani, ut licite ordinari valeant.

278 Minusque Litteris commendatitiis ejusdem Episcopi Diœcesani.

279 Tenentur tamen Superiores Regulares in Litteris, quas dirigunt ad alienum Antistitem exprimere causam absentiæ Episcopi Diœcesani, vel Ordinationis generalis ab eo non peragendæ.

280 Et hujusmodi expressione omissa, incidunt in pœnas contentas in Decreto Clementino.

281 Limita si Episcopo non Diœcesano certo constet Diœcesanum esse absentem, aut Ordinationes non esse habiturum.

282 Regulares, sive ab Episcopo Diœcesano, sive ab alio, in casibus a Decreto Clementino permissis ad Ordines promovendi, examinari debent quoad doctrinam ab Episcopo Ordinatore.

283 Examen hujusmodi repositum est in arbitrio ipsius Episcopi Ordinatoris.

284 Contrarium, quod omitti non possit, & redduntur rationes. & numer. 285. 286. 287. & 288.

Dictio dum tamen conditionem importat, & requirit necessariam verificationem actus, cui injungitur. dict. n. 284.

289 Non tenetur tamen Episcopus Ordinator Regulares examini subjicere in forma rigorosa, quæ per Examinatores fieri solet.

290 Ab examine præfato subeundo exemti sunt PP. Jesuitæ.

291 Episcopus Ordinator, examine excepto, inquirere nequit super aliis requisitis Regularium ordinandorum nempe ætatis &c.

292 Superiores Regulares Litteras Dimissorias ad alium, quam Episcopum Diœcesanum contra præscriptum Decreti Clementini dirigentes subjacent pœnis privationis Officii, & Dignitatis, seu administrationis, necnon vocis activæ, & passivæ, aliarumque arbitrio Pontificis.

Amplia quamvis Regularis dimissus, Litteris præfatis postea non utatur. & numer. 293.

295 Pœnæ hujusmodi non sunt latæ, sed ferendæ Sententiæ. Et redduntur rationes.

296 Contrarium, quod sint latæ Sententiæ. & num. 297. 298. & 299.

300 Regulares vero contra formam Decreti Clementini ad Ordines promoti suspensionis pœnam incurrunt.

301 Con-

301 *Contrarium, quod ab omni pæna sint immunes. Et ita a Sacra Congregatione Concilii resolutum.* n. 302.

303 *Superior Regularis, qui etiam si Abas potest Subditis suis Regularibus primam Tonsuram, & Minores Ordines conferre, dummodo sit Presbyter, & Benedictionem sollemni ritu ab Episcopo Diocesano receperit.*

304 *Vel si benedictus non sit, gaudeat Privilegio Apostolico Ordines præfatos conferendi, aut expresso, sive tacito, faciendi scilicet quæcumque facere possunt Abates benedicti.*

305 *Aut si benedictionis munus a suo Superiore generali, vel ejus Subdelegato juxta Privilegia nonnullis Ordinibus Monachalibus a Sede Apostolica impertita, susceperit.*

306 *Abates prædicti Tonsuram, & Minores Ordines conferre non possunt, nisi Monachis sibi subditis.*

Hinc Abas post expletum triennale regimen Monasterii, aut si ei renunciaverit, non potest illius Monachos etiam ex commissione Abatis actualis, Tonsura, & Ordinibus Minoribus insignire. n. 307.

308 *Nec Ordines præfatos conferre Novitiis, cum isti ante professionem non sint Regulares.*

309 *Aut Oblatis, & Commissis, qui vota sollemnia in Religione non emittunt.*

310 *Minusque possunt Abates supradicti Minores Ordines conferre aliorum Ordinum Regularibus, aut Secularibus, etsi ab eorum Superioribus, aut Ordinariis dimissis.*

311 *Amplia etiam accedente consensu Episcopi in cujus Diœcesi prima Tonsura, & Minores Ordines conferri debent.* & num. 312. 313. & 314.

315 *Ordinatio ad primam Tonsuram, & Minores Ordines expleta per Abatem erga Regulares sibi non subditos, vel Seculares, tunc est valida, quando ipse potestatem habet dictos Ordines conferendi, quia nempe sit benedictus, vel Privilegium habet faciendi quæcumque Abates benedicti explere possunt, secus vero si dicta potestate careat.*

317 *Pontifex cujuslibet Episcopi subditos sine illius Literis Dimissorialibus ad Ordines promovere potest.*

318 *Insignitus aliquo ordine a Pontifice, non potest sine illius licentia ad Superiores Ordines a proprio Episcopo promoveri.*

319 *Assertio hujusmodi non bene probatur ex Decretali Innoc. III.* in cap. cum in distribuendis de Tempor. Ordin. *Et redditur ratio.*

320 *Exteri in Urbe commorantes possunt a Cardinali Urbis Vicario prima Tonsura, non autem ceteris Ordinibus absque Literis Dimissorialibus eorumdem Ordinariorum, insigniri.*

321 *Alumni Collegii Anglicani Urbis Indulto gaudens Apostolico se promovendi ad Sac. Ordines de licentia Cardinalis Protectoris, & consensu Rectoris absque Litteris Dimissorialibus suorum Ordinariorum.* & n. 335.

322 *Eodem fruuntur Privilegio Alumni Græci degentes in Collegio Græco Urbis.*

323 *Duci Brunsuicensi indulsit san. memor. Clemens XI. ut ad Minores, & Sacros Ordines sine Litteris dimissorialibus sui Ordinarii promoveri posses.*

324 *Congregationi PP. Piorum Operariorum prævio voto Congregationis particularis denegavit laudatus Pontifex Indultum quod ejus Alumni ad Sacros Ordines promoveri possint cum Litteris Dimissorialibus Præpositi Generalis, & ob quas rationes,* num. 325. & numer. 336.

326 *Respondetur exemplo similis Indulti quod prætenditur a san. mem. Clemente VIII. elargitum fuisse PP. Congregationis Oratorii.* & n. 327. & seqq.

329 *Hujusmodi Indulto nunquam PP. præfati usi sunt.*

330 *Et satis verisimile est illud non fuisse expeditum; aut revocatum remansisse per Constitutionem san. mem. Innocentii XII. incipientem* Speculatores. & n. 331.

332 *Lex generalis non derogat Privilegio particulari.*

333 *Limita si concepta sit verbis aptis præseferre derogationem etiam particulari Privilegio.*

334 *Alumnis Congregationis PP. Doctrinæ Christianæ in Urbe degentibus indultum aliquando fuit ut per Cardinalem ejusdem Urbis Vicarium absque Litteris Dimissorialibus suorum Ordinariorum ad Sac. Ordines promoveri posseut.*

337 *Nuncio Apostolico Hispaniarum non licet illius Regionis Clericis Ordines conferre sine Litteris Dimissorialibus suorum Ordinariorum; minusque iisdem Clericis Litteras easdem concedere.*

338 *Potest tamen Nuncius præfatus Clericos prædictos suorum Ordinariorum Litteras habentes per se ipsum ordinare, aut aliis Episcopis pro iis ordinandis facultatem delegare.*

339 *Ordines vero nec in propria Cappella conferre potest absque licentia Episcopi Diœcesani.*

340 *Cardinalibus a Latere Legatis indulgeri solet, ut Ordines tam per se ipsos, quam per alios Antistites intra Legationis fines, vel in locis in quibus ipsos morari contigerit, conferre possint habentibus Litteras Dimissoriales suorum Ordinariorum.*

EA fuit usque ad decimum Sæculum Ecclesiæ 1
disciplina, ut proprius Episcopus pro Minoribus, Sacrisque Ordinibus conferendis is tantum diceretur, qui prius manus imposuisset; Ita enim juxta antiquos Canones per hanc primam manus impositionem Antistes Clericos sibi vindicabat, ut ab alio Episcopo nec ad ulteriores Ordines promoveri, nec alteri Ecclesiæ, nisi de expressa Ordinatoris licentia, adscribi possent, quemadmodum recensendo quamplurium antiquorum Conciliorum Canones, erudite demonstrant, *Thomassin. de Benefic. part. 2. lib. 1. cap. 1. n. 1. & seqq. Juenin. de Sacram. dissert. 8. de Sacram. Ordin. quæst. 4. cap. 3. Eminentiss. Petra in Constitut. Apostol. tom. 5 pag.* 271. *n. 61. & seqq. Van Espen in Jus Eccles. univers. part. 2. tit. 9. cap. 2. n. 5. & seqq. Hallier. de Sacr. Elect. & Ordin. par. 2. sect. 5. cap. 3. art. 1. §. 1. Paulus, Jurisprud. Sac. tom. 2. lib. 5. tract. 7.
cap. 6. n. 6. & seqq.* Post annum vero millesimum 2
non amplius cepta est haberi ratio prioris Ordinationis, sed *originis*: Canones enim post tempus præfatum conditi, vix ubi loquuntur de proprio Episcopo, illius meminerunt, a quo per primam Tonsuram quis fuerit Clero adscriptus, ut advertit *Juenin.* loco mox laudato, & *Canones* præfatos recensendo *Thomassin. part. 2. lib. 1. cap. 7. n. 2.*

At Clemens IV. ad Pontificatum evectus anno 1265. *die 5. Februarii* præter Episcopum *originis*, proprium Ordinandi Episcopum declarare cœpit illum quoque *Beneficii*, seu loci, in quo quis Be-
neficiatus existit, dum vetuit ne Episcopus Cleri- 3
cum

cum *Ultramontanum ordinare præsumat*, *nisi a*
Nobis specialem licentiam habeat, *vel ab Episcopo*
de cujus Diœcesi traxit originem ordinandus, *vel*
in cujus Diœcesi Beneficiatus existit, ut legitur *in*
cap. Sæpe contingit de Tempor. Ordinat. in 6. Id-
ipsum nedum postea generaliter quoad omnes e-
tiam non Ultramontanos, labente Sæculo XIII.
statuit *Bonifacius VIII.* verum & tertium addidit
4 Ordinarium, *Domicilii* nimirum, *Cum nullus Cle-*
ricus, inquit in *cap. Cum nullus* eodem tit. *alie-*
næ Parœciæ præter Superioris ipsius licentiam debeat
ordinare. Superior intelligitur Episcopus, *de cujus*
Diœcesi est is, *qui ad Ordines promoveri desiderat*
Oriundus, *seu in cujus Diœcesi Beneficium obtinet*
Ecclesiasticum, *seu habet* (*licet alibi natus fuerit*)
Domicilium in eadem.

Sed addenda est & alia subjectio, quæ oritur
5 ex *familiaritate* Ordinandi cum Episcopo ordina-
tore, de qua licet in Jure nulla fiat mentio, ex
antiqua tamen consuetudine, Episcopi hoc Privi-
legio ordinandi Familiares suos usi sunt, *Hallier.*
de Sac. Elect. & Ordinat. part. 2. Sect. 5. cap. 3. §.
2. litt. B. ubi existimat, consuetudinem hanc or-
tum habuisse a *Concilio Arausicano I.* sub *Leone Pa-*
pa I. celebrato. Idemque tradit *Paulut. Jurisprud.*
Sacr. tom. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 6. n. 8. Marchin.
de Sacram. part. 5. cap. 9. Lamperez in Constit.
Speculatores part. 36. n. 224. Quod sane Privile-
gium certis additis conditionibus confirmavit *Con-*
cilium Tridentinum Sess. 23. cap. 9. Illudque com-
petere solum Episcopis Ecclesiarum suarum ad-
6 ministrationem habentibus, non vero iis, qui Ti-
tulares vocantur, sancivit idem *Concilium Sess. 24.*
cap. 2.

Tam Juris communis, quam Concilii præfati
dispositionem nonnullis præscriptis conditionibus,
& declarationibus, confirmavit san. mem. *Inno-*
centius XII. in sua celebri Constitutione, quæ in-
cipit *Speculatores Domus Israel*, edita anno 1694.
& impressa in ejus parvo Bullario *Constit. XLIV.*
quam in toto Orbe servandam esse Archiepiscopo
7 *Mexicano* respondit san. mem. *Clemens XI. sub*
Datum die 28. Novembris 1719. Pontificatus An-
no decimo nono per hæc verba -- „ Accepimus Lit-
„ teras Fraternitatis tuæ, quibus a Nobis declara-
„ ri postulas, an Constituto a felic. record. *In-*
„ *nocentio XII.* Prædecessore nostro edita de alie-
„ norum Subditorum promotione ad Ecclesiasticos
„ Ordines, cujus initium est -- *Speculatores Do-*
„ *mus Israel* - istis etiam in partibus custodiri, &
„ observari debeat. Petitioni itaque Tuæ satisfa-
„ cientes, edicimus, & declaramus, eamdem
„ Constitutionem, ubique, ac in universo prorsus
„ Terrarum Orbe perpetuo servandam esse cum
„ ab hac S. Apostolica Sede, cujus auctoritas nul-
„ lis circumscribitur locorum finibus, profecta fue-
„ rit, & insuper Sacris antiquorum Canonum
„ Sanctionibus innitatur. „ Legitur hæc Epistola
inter Epistolas, & Brevia select. ejusdem Pontifi-
cis *tom. 2. part. 2. pag. 738.*

In laudata enim *Innocentiana* Constitutione pro
8 eo quod attinet ad Subditum ratione *originis*, ita
sancitur -- *Ceterum subditus ratione originis is tan-*
tum sit, *ac esse intelligatur*, *qui naturaliter ortus*
est in ea Diœcesi, *in qua ad Ordines promoveri de-*
siderat, *dummodo tamen ibi natus non fuerit ex ac-*
cidenti, *occasione nimirum itineris*, *officii*, *lega-*
tionis, *Mercaturæ*, *vel cujusvis alterius tempora-*
lis moræ, *seu permanentiæ ejus Patris in illo loco*,
quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas,
sed vera tantum, *& naturalis Patris origo erit*
attendenda. Quæ sane dispositio conformis est
censuræ Juris communis, ad cujus etiam tramites 9
proprius Episcopus ratione *originis* ille dicitur, in
cujus Diœcesi natus est, qui ordinari debet, dum-
modo Nativitas non fuerit accidentalis, & fortui-
ta, quo casu filius esset originarius non loci, in
quo casualiter natus fuit, sed ubi Parentes Domi-
cilium habent, *ad text. in leg. Filii ff. ad Municip.*
leg. Filios Cod. de Municip. & Originar. lib. 10.
subjectus proinde quoad Ordines suscipiendos ra-
tione *originis* Episcopo Paterni Domicilii, ut eru-
dite demonstrat *Hallier. de Sacr. Elect. & Ordi-*
nat. part. 2. sect. 5. cap. 3. §. 2. Paulut. Jurisprud.
Sacr. tom. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 9. §. Li-
mitatur, *& §. seqq. Passerin. in cap. Nullus n. 9.*
de Tempor. Ordinat. in 6. Barbos. de Potest. Epi-
scop. allegat. 4. n. 2. & seqq & ad Concil Sess. 23.
de Reformat. cap. 8. n. 16. Pax Jordan. var. Lu-
cubrat. tom. 1. lib. 3. titul 6. num. 36. & seqq. Fer-
mosin. in cap. quoad translationem quæst. 2. num. 8.
& seqq. de Tempor. Ordinat. Antonell. de Regim.
Eccles. lib. 2. cap. 1. n. 8. & 9. & decrevit Sacra
Congregatio Concilii in *Neapolitana*, *seu Anglo-*
nen. 29. Aprilis 1702. & in Causa Dub. Ordination.
16. Februarii 1704.

Hinc si quis in loco Paterni Domicilii natalem
sortiatur, & in altero Baptismum suscipiat, non 10
dicitur pro Ordinibus suscipiendis Subditus Epi-
scopi, in cujus Diœcesi salutari lavacro regenera-
tus fuit, sed illius, in cujus Diœcesi Pater Do-
micilium habebat, naturaliter ortus est; licet per-
vetustis Ecclesiæ Sæculis in Sacris Ordinationibus
Baptismi potius, quam originis ratio haberetur,
ut colligitur ex Concilii *Illiberitani Canon. XXIV.*
& ex Concilii Carthaginensis III. Canon. XLIV.
Natal. Alex. Theolog. moral. tom. 1. lib. 2. de Sa-
cram. Ordin. cap. 3. art. 2. n. 3. cujus disciplinæ ra-
tio fuit, quod tunc temporis non fere baptizaren-
tur, nisi provecta ætate, & ut fuerat usitatissimum
extra Patriam, exemplo ipsorum Ecclesiæ lumi-
num *Ambrosii*, *Augustini*, *Hieronymi*, *Basilii*,
Gregorii Nazianzeni, & aliorum quamplurium.
Cumque Episcopus, qui ordinabat, vitam, &
mores Ordinandi ad examen revocare non debebat,
nisi post Baptismum, ad eum ergo potius, qui
Baptismate regeneravit, ordinandi jus spectare vi-
debatur, quam ad illum Episcopum, in cujus quis-
que Diœcesi ortus erat, ut advertunt *Thomassin. de*
Benefic. part. 2. lib. 1. cap. 2. n. 6. Lamperez in Con-
stit. Speculatores part. 41. n. 400. Verum cum pro-
pagata postea Ecclesia, filii Catholicorum jam es-
sent in sui naturali nativitate Subditi Ecclesiæ, ibi-
que baptizarentur ubi nascebantur, hinc *Bonifacius*
VIII. Constitutionem edidit, qua declaravit *Epi-*
scopum originis esse illum, *de cujus Diœcesi est qui*
ad Ordines promoveri desiderat, *oriundus*, quæ
verba nonnisi violenter detorqueri possunt ad origi-
nem spiritualem, seu mysticam ex Baptismo con-
tractam, *Hallier. de Sacr. Elect. dict. cap. 3. art 3.*
§. 1. Fermosin. in cap. Quoad Translationem quæst.
2. n. 17. Van Espen in Jus Eccles. univers. part. 2.
tit. 9. cap. 2. num. 13. §. Quapropter, *Paulut. Ju-*
risprud. Sacr. tom. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 6. n. 9.
Natal. Alex. loco cit. Lamperez loco cit. Passerin.
in cap. Cum Nullus 3. de Tempor. Ordinat. in 6.
quæst. 1. artic. 1. n. 11. & seqq. P. Gobat. Theolog.
moral. tom. 1. tract. 8. verb. Episcopus cas. 7. sect.
2. §. Secundo pag. 494. Pax Jordan. var. Lucubr.
lib. 3. tit. 6. n. 40. Piasec. in Prax. part. 1. cap. 1.
rit. 2. num. 3. omnemque hac in re substulit am-
bigendi rationem laudata *Innocentiana* Constitu-
tio, quæ subjectionem ratione *originis*, taxative
restrinxit ad nativitatem naturalem in ea Diœcesi
in

in qua ad Ordines promoveri quis desiderat, juxta
verba superius transcripta.

Nisi forte ageretur de Infideli, qui ad Fidem
Catholicam convertatur; fieret enim originarius
11 illius loci, in quo Baptismum reciperet. Cum enim
nec ratione sui, nec Parentum Infidelium fit Ec-
clesiæ subjectus ratione nativitatis, sed tunc pri-
mum Ecclesiæ nascatur, cum baptizatur; Baptis-
mus, per quem spiritualiter renascitur, subroga-
tur loco nativitatis naturalis, fitque pro Ordini-
bus suscipiendis subditus ratione *originis* Episcopi
illius Diœcesis, in qua baptizatus extitit, *Rebuff.
de Pacific. Possess. num.* 217. *Passerin. in dict. cap.
Cum nullus quæst.* 1. *art.* 1. *n.* 13: *Lamperez loco
cit. n.* 400. *Pax Jordan. dict. tit.* 6. *n.* 41. *P. Go-
bat. loco cit. pag.* 494. *P. Moren. ad Bull. Specula-
tores num.* 135. quem refert, & in hoc non repro-
bat *Monacell. tom.* 3. *in Appendic. pag.* 230. *n.*40.
§. *In examine.*

Quemadmodum licet inter Doctores valde con-
12 troversa sit quæstio, an filius pro Ordinibus susci-
piendis sequi possit originem Paternam, & Ordi-
13 nes suscipere nedum ab Episcopo, in cujus Diœ-
cesi ipse natus est, & Domicilium habet, sed etiam
ab illo, in cujus Diœcesi natus fuit ejus Pater,
aliis absolute affirmantibus, ea ratione, quod filius
sequitur etiam originem Patris, *leg. Assumptio* §. 1.
ff. ad Municip. leg. Si ut proponis Cod. de Incolis,
Paulut. Jurisprud. Sacr. tom. 2. *lib.* 5. *tract.* 7. *cap.*
6 *num.* 9. §. *Dubitatur secundo*, *Natal. Alexand.
Theolog. Dogmat. moral. tom.* 1. *lib.* 2. *tit. de Sa-
cram. Ordin. cap.* 3. *art.* 1. *n.* 4. nec inconveniens
sit, quod quis sit duorum locorum originarius,
quemadmodum potest in diversis Diœcesibus plu-
14 ra Domicilia, & Beneficia obtinere; negantibus
aliis ex eo, quod licet quoad honores, & officia
civilia sufficiat naturalitas illa impropria, quæ ab
origine Patris derivat, juxta Jura mox laudata, ab-
solute tamen, & simpliciter filius non est origina-
rius, nisi loci, in quo natus est; origo enim, &
nativitas res naturalis est, & indivisibilis, nec po-
test multiplicari, & haberi in pluribus locis, ad
differentiam Domicilii, & Beneficii, quæ haberi
possunt in diversis Diœcesibus, quia multiplicari
possunt, ex relatis per *Passeriu. in cap. Cum nullus
quæst.* 1. *art.* 1. *n.* 15. & 16. *Fermosin. in dict. cap.
quoad translationem quæst.* 2. *n.* 2. 3. & 6. *Van Es-
pen in Jus Eccles. univers. part.* 2. *titul.* 9. *cap.* 2.
n. 14. *Barbos. in cap. Nullus n.* 4. *de Tempor. Or-
dinat. in* 6. & *de Potest. Episcop. alleg.* 4. *n.* 4. & *ad
Concil. sess.* 23. *cap.* 8. *num.* 17. *Capon. discept.* 108.
n. 5. *Castropal. Oper. moral. tom.* 4. *tract.* 27. *dis-
put. unic. punct.* 5. *n.* 2. *Pax Jordan. dict. tit.* 6. *num.*
42. *Dian. Oper. Coordinat. part.* 2. *tract.* 5. *resol.*
40. & 41.

Nihilominus controversiam hanc sustulit laudata
Innocentiana Constitutio, quæ subjectionem ra-
tione *originis* taxative coarctavit ad nativitatem
15 naturalem in Diœcesi, in qua ad Ordines promo-
veri quis desiderat; utcumque enim filius in uno
loco natus quoad varios, diversosque Juris effe-
ctus considerari possit naturalis, & originarius al-
16 terius loci, in quo Pater natales sortitus fuit, im-
possibile tamen est, quod dici possit ibi naturaliter
natus, nam una omnium nativitas est, nec potest
homo in pluribus locis nasci.

Sed quod diximus, pro Ordinibus suscipiendis
attendendam esse originem Patris, non autem filii
fortuito alibi nati, eam patitur solemnem limita-
tionem, nisi Pater *in alieno loco*, *ubi ejus filius
natus est tamdiu*, & *eo animo permanserit*, *ut*
17 *inibi vero Domicilium de jure contraxerit*, *tunc
non origo Patris*, *sed Domicilium per Patrem le-
gitime*, *ut præfertur*, *contractum pro Ordinatione
ejusdem filii attendi debeat:* sunt verba sæpe lau-
datæ Constitutionis *Speculatores*, §. *At si Pater.*
Idque nulla habita distinctione, an Pater ante, 18
vel post nativitatem filii Domicilium contraxerit,
& an immediate ad eandem nativitatem, vel tem-
pore elapso; quocumque enim tempore in loco,
in quo natus est filius, Domicilium a Patre con-
trahatur, illud attendendum venit in exclusionem
paternæ originis, *P. Moren. Tract. moral. in dict.
Constit. Speculatores quæst.* 2. *dub.* 8. *numer.* 138.
& *seqq. pag. mihi* 55. Et decrevit Sacra Con-
gregatio Concilii in *Neapolitana*, *seu Hieracen.
Ordinationis*; orta enim controversia inter Episco-
pum *Hieracen.* & Archiepiscopum *Neapolitanum*
super Ordinatione cujusdam Clerici, quam ad se uti
ordinarium originis Paternæ spectare contendebat
Episcopus *Hieracen.* & excipiente Archiepiscopo
Neapolitano, quod Pater in Civitate Neapolis Do-
micilium contraxerat, ibique filium, de cujus Or-
dinatione agebatur, procreaverat, Sacra Congre-
gatio recedendo a decisis *die* 27. *Junii* 1699. cen-
suit *die* 15. *Januarii* 1701. *Ordinationem spectare
ad Archiepiscopum Neapolitanum. Et in Romana,
seu Sutrina Ordinationis*, cum Episcopus *Sutrinus*
assereret ad se pertinere Ordinationem cujusdam
Clerici sub fundamento, quod Pater, & Mater
origine essent Diœcesani *Sutrini*, Cardinalis vero
Urbis Vicarius autumaret, quod unice pro illius
Ordinatione attendi deberet Domicilium in Urbe
a Patre contractum, & in qua etiam filius natus
erat. Sacra Congregatio die 27. Maii 1708. respon-
dit -- *Ordinationem spectare ad Eminentissimum Ur-
bis Vicarium.*

Recte vero advertit *Lamperez in eandem Con-
stitutionem part.* 43. *n.* 410. quod verba illa Con-
stitutionis *in alieno loco* intelligi non debent de lo- 19
co materiali, itaut necesse sit, quod Pater Domi-
cilium fixerit in eo præciso, & materiali loco, in
quo filius fortuito ortus est, sed recipiunt interpre-
tationem pro *loco* formali Jurisdictionis, seu Di-
strictus Diœcesani; sufficit enim, quod Pater la-
res figat in quocumque loco illius Diœcesis, in
qua filius natus fuit, ad effectum, ut filius ipse
quoad Ordines suscipiendos sequatur propriam,
& non paternam originem.

Quod si legale, ac probabile dubium emergat
an Pater revera contraxerit Domicilium in loco,
ubi filius fortuito natales sortitus fuit, Sacra Con- 20
gregatio Concilii aliquando rescribere solet, ut fi-
lius ordinetur ab Episcopo ejusdem loci ex com-
missione Sacræ Congregationis, prout contigit in
Causa *Civitatis Castellanæ*, *seu Aprutina Ordina-
tionis.* Orto enim Dubio, an quidam Clericus na-
tus in Terra *Carboniani* Diœcesis *Civitatis Castel-
lanæ* occasione, qua ejus Pater origine *Aprutinus*
Medicam artem exerceret in dicta Terra, licite
ordinari valeret ab Episcopo *Civitatis Castellanæ*,
cum juramentum ab ipso Patre emissum ad præ-
scriptum Constitutionis *Innocentianæ* esset valde du-
bium, & econtra quamplurima concurrerent ar-
gumenta suadentia ipsum inibi Domicilium fixisse,
Sacra Congregatio die 19. *Aprilis* 1704. rescripsit —
*Ordinarius Civitatis Castellanæ ex commissione Sa-
cræ Congregationis ordinet Oratorem.*

At quid dicendum in casu quo Pater sit origi-
narius ex Civitate *Matheræ*, filius ortum ducat 21
fortuito in Civitate *Trojæ*, & postea Pater trans-
ferat Domicilium ad Civitatem *Luceriæ* in qua fi-
lius ipse per plures annos moretur, ad quem spectet
illius ordinatio, an ad Archiepiscopum *Mathera-
nensem*,

nensem, seu potius Episcopum *Trojanum*, aut *Lu-*
cerinum? Alias super hoc Dubio respondi, quod
Regula favebat Archiepiscopo *Matherano* Ordina-
rio originis Paternæ, reservatis Testimonialibus E-
22 piscopo *Lucerino*. Sancitur enim in laudata Con-
stitutione §. *Ceterum*, quod ubi filius accidentali-
ter natus est in aliquo loco, tunc attendi debeat
vera tantum, & naturalis origo Patris, quod
esse quoque juris communis dispositioni consonum
ostendimus supra *n.* 9. adeoque cum filius natus
esset accidentaliter *Troja* attendenda erat pro ejus
ordinatione origo Patris, qui ortus est *Mathera*.
Nec obstare autumabam, quod postmodum Pa-
ter Domicilium transtulerit ad Civitatem *Luceria*,
proindeque in concursu Domicilii, & originis Pa-
23 ternæ attendendum erat *Domicilium*, & non *ori-*
go, ut disponitur in eadem *Constit.* §. *At si Pater*,
& videtur inclinare *P. Moren. in eandem Constit.*
quæst. 2. *dub.* 2. *n.* 106. *& seqq.* Siquidem tunc at-
tendi debet Domicilium Paternum, quando filius
accidentaliter natus est in loco ubi Pater domici-
lium postea fixit, itaut copulative requiratur nati-
24 vitas accidentalis filii, & Domicilium Paternum,
ut in eadem, §. *At si Pater* ibi -- *At si Pater in alie-*
no loco, ubi ejus filius natus est tamdiu, & eo ani-
mo permanserit ut inibi Domicilium contraxerit,
tunc non origo Patris, sed Domicilium per Patrem
contractum pro ordinatione ejusdem filii attendi de-
beat -- Et hanc dispositionem intelligi de Domici-
lio Paterno in loco Nativitatis accidentalis filii,
habetur ex *Apostilla marginali* ad dictam *Consti-*
tutionem n. 13. ibi -- *De Domicilio Paterno in loco*
Nativitatis accidentalis; & advertunt *Lamperez.*
in eandem Constit. numer. 409. & 410. *Moren. nu-*
mer. 104. & cum hoc sensu processit Sac. Congre-
gatio Concilii in *Neapolitana, seu Hyeracen. Or-*
dinationis 15. *Januarii* 1701. de qua supra memi-
nimus. Ideoque laudatæ Constitutionis dispositio
in §. *At si Pater* non congruebat præsenti hypo-
thesi, in qua Pater fixerat Domicilium *Luceriæ*,
ubi filius natus non erat, cum is accidentaliter or-
tus esset *Troja*.
Hinc in nostris terminis *Lamperez d. num.* 409.
& duobus sequen. ponit casum de illo, qui acci-
25 dentaliter natus est *Hispali*, & postea Pater mu-
tavit Domicilium se transferendo ad Diœcesim *Cor-*
duben. & resolvit, quod pro ordinatione filii, non
Domicilium de novo acquisitum, sed origo Patris
est attendenda. Et *n.* 411. figurat casum fortio-
26 rem. Filius natus est accidentaliter *Hispali*, &
Pater ibidem fixit Domicilium. Postea Pater il-
lud transfert ad Urbem *Gaditanam*. & nihilomi-
nus resolvit, quod pro Ordinatione filii attenden-
da sit origo Patris, quia jam reliquit primum Do-
micilium, ubi fortuito filius natus est, & dereli-
cto domicilio, cessat jus, & titulus Archiepiscopi
Hispalensis, cum sola fortuita nativitas non suffi-
ciat; quod enim a duobus ex æquo pendet, quoli-
bet deficiente, corruit.
Opponebatur in contrarium auctoritas *P. Mo-*
reno loco supra citato a n. 106. *cum seqq.* sed eam
extraneam esse dicebam. Agit enim ibi de casu,
27 quo tempore Nativitatis accidentalis filii in aliquo
loco, Pater ex alio loco trahens originem, domi-
cilium habitationis jam fixerat in tertia diversa
Diœcesi, & in his terminis existimat, quod attendi
debeat Domicilium habitationis tempore fortuitæ
nativitatis filii. Quidquid autem sit de subsistentia
hujus opinionis, illa casum nostrum non percutie-
bat, quia tempore quo filius accidentaliter natus
erat *Trojæ*, Pater non habebat certum Domicilium,
quia post aliquod tempus ivit *Luceriam*, & quan-
do filius nascitur in una Diœcesi, & nec in ea,
nec in alia Pater Domicilium habet, tunc attenden-
dam esse originem Patris, ultro fatetur, idem *P.*
Moreno n. 107.
At his non obstantibus, proposito Dubio in Sac.
Congregatione Concilii in *Matheranen. Ordinatio-*
nis -- *Ad quem ex prænominatis Episcopis spectet* 28
Oratoris ordinatio Die 4. Decembris 1706. respon-
sum fuit -- *Ad Episcopum Lucerinum præstito ta-*
men prius juramento per Patrem ad formam Bullæ
san. mem. Innocentii XII.
Postremo pro eo quod attinet ad natum ex ac-
cidenti in aliquo loco, sancitur in eadem Constitut.
Innocentiana §. *Quod si quis*, quod si Ordinandus
tanto temporis spatio in eo loco moram traxerit,
ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento 29
irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci Litteras
Testimoniales obtinere, illasque Episcopo originis
Ordinanti, per eum in Collatorum Ordinum testi-
monio recensendas, præsentare teneatur. Quem-
admodum si quis a propriæ originis loco in ea æta- 30
te discesserit, qua potuerit alicui Canonico impe-
dimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ ori-
ginis testimoniales Litteras afferre debebit, ac de
illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordi-
num Litteris facienda erit, ut præscribit eadem
Constitutio §. *Si quis tamen.*
Sed oritur Dubium, An Episcopus originis, vel
domicilii licite ad Ordines promovere valeat pro- 31
prios Subditos absque Litteris testimonialibus illius
Episcopi, in cujus Diœcesi studiorum causa mo-
ram traxerunt? Et videtur affirmative responden-
dum: Constitutio namque *Innocentiana* quatuor
casus distinguit in quibus necessariæ sunt Litteræ
Testimoniales, duos nempe quos mox recensuimus,
tertium quando fit Ordinatio ab alieno Episcopo
ad titulum Beneficii, & quartum tunc, cum quis
ab alieno pariter Episcopo ordinatur ad titulum fa-
miliaritatis. Nullum autem ex hisce casibus percu-
tit casus Episcopi qui tanquam Ordinarius Origi-
nis, vel Domicilii Ordines confert suis subditis, qui
alibi habitarunt non animo constituendi domici-
lium, sed permanentiæ temporalis ex causa studio-
rum, & nimis incommodum esset reportare Litte-
ras Testimoniales ab omnibus Ordinariis illorum
locorum, in quibus ordinandi permanere possunt,
Lamperez. in dictam Constitut. n. 338. *pag* 193. *&*
seqq. P. Moren. in eandem Constit. pag. 111. *n.* 286.
Et ita decrevit Sac. Congregatio Concilii in *Turri-*
tana, seu Bosanen. 17. *Martii* 1708. propositis enim
inter cetera sequentibus Dubiis. *VIII. An subditi*
Episcopi Bosanen. tam ratione Domicilii, quam ori-
ginis, qui ratione studiorum moram traxerunt in
Civitate Saxonensi potuerint ad Ordines promoveri
ab eodem Episcopo sine Testimonialibus Archiepis-
copi. IX. *An tam Episcopus Bosanen. quam Ordi-*
nati inciderint in pœnas contentas in Constitutione
san. mem. Innocentii XII. prodiit responsum *Ad*
VIII. Affirmative. Ad IX. Negative. Et in *Al-*
garen. 3. *Augusti* 1709. cum inter cætera proposi-
tum fuisset *XI.* dubium -- *An Episcopus Algaren.*
possit promovere ad Ordines ejus Diœcesanos, qui
per aliqua tempora interrupta studiorum causa ab-
fuerint a sua Diœcesi sine Testimonialibus Episcopi
Diœcesani? (fuit enim Dubium non bene conce-
ptum cum dici debuisset, *sine Testimonialibus Epi-*
scoporum, in quorum Diœcesibus commorati sunt)
responsum fuit -- *Detur Decretum in Turritana,*
seu Bosanen. 17. *Martii* 1708. *ad VIII.* Idemque
resolutum in *Vicentina, seu Neritonen. Ordinationis*
17. *Junii* 1719.
Sequitur alia subjectio pro Ordinibus suscipien-

dis, subjectio nempe ratione *Domicilii*, qui titulus
olim parum notus, qua ratione posterioribus sæcu-
32 lis inductus fuerit, & in legem Ecclesiasticam tran-
sierit, ostendit *Hallier. de Sacr. Elect. & Ordinat.
part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 4. §. 1. & 2. Paulut. Ju-
risprud. Sacr. tom. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 6. §. Fuit
33 permittenda pag. mihi* 269. Domicilium autem ac-
quiritur *natura*, *voluntate*, *& juris dispositione.
Natura* acquiritur ex origine *Leg. penult.* & ibi
Gloss. verb. Oriundus ff. de sen. Voluntate ex facto
hominis volentis in hoc, vel alio loco habitare; &
Juris dispositione acquiritur Domicilium quamplu-
rimis modis quos *ex Soccin. in cap. final. a n. 27. &
seqq. de temp. Ordin. in* 6. enumerant DD. relati
per *Passerin. in dict. cap. Cum nullus 3. quæst. 1.
art. 2. n. 28. de Tempor. Ordinat. Farinac. in Fragm.
Criminal. verb. Domicilium n.* 195.

Circa Domicilium ex voluntate, tres casus per-
pendit *Bartol. in leg. Cornelia §. Si tamen n. 1. ff.
de Injur.* Primus est, dum quis expresse proprium
34 animum declarat perpetuo permanendi in loco, ad
quem se transtulit; ex tali enim declaratione cum
subsequuto facto transmigrationis ad locum, illico
contrahitur Domicilium absque aliquo lapsu tem-
poris *Abb. in Cap. final. n. 8. in fin. versic. Et per
hoc de Paroch. Gratian. discept. 569. n. 8. ibique
Carol. Anton. de Luc. n. 6. Pax Jordan. Lucubrat.
Canon. tom. 1. lib. 3. tit. 6. n. 53. Paulut. dissert. 27.
numer. 67. Mascard. de Probat. conclus. 535. nu-
mer. 3. Rot. decis. 52. n. 7. & decis. 71. numer. 16.
part. 19. Rec. & dec. 3. n. 134. cor. Royas*, etiamsi
35 majorem partem bonorum in eum locum non trans-
ferat *Gloss. in leg. Cives n. 7. verb. Cares, ibique
Bartol. n. 9. Paulut. dict. dissert. 27. n. 133. Rot. de-
cis. 194. n. 14. coram Merlino.* Ac etiam si fuerit
36 Medicus, Scholaris, Officialis &c. quia per ex-
pressam animi declarationem tollitur præsumtio illa
recedendi, quæ oriri videtur ex causa Studiorum,
Lecturæ, Officii &c. *Cephal. cons. 83. numer. 8.
Menoch. de Arbitr. Jud. cas. 86. Paulut. dict. dis-
sert. 27. numer. 67. Rota decis. 3. num. 134. coram
Royas.*

Ad differentiam casus, quando quis expresse de-
37 clarat animum suum de recedendo a loco, ubi ha-
bitat finito officio, vel negotio, propter quod illuc
se transtulit, vel concurrant conjecturæ, & circum-
stantiæ tales, ex quibus exclusus remaneat animus
perpetuo ibi permanendi, quas conjecturas recen-
set *Rota in Nepesina Legitima 31. Junii 1697. &
in Burgen. portionis, seu Beneficii de Gradilla 27.
Februarii 1702. coram Muto, & 27. Januarii
1703. coram Pio*, tunc enim etiam si per centum
annos in dicto loco habitaret, & majorem sub-
stantiarum suam partem secumferret, nunquam Do-
micilium contraheret, *Soccin. sen. cap. ultim. co-
lumn. 8. vers. Si vero animum suum de for. compet.
Menoch. de Arbitrar. cas. 86. n. 5. & seqq. lib. 2.
centur. 1. Staiban. observat. 92. n. 20. Pax Jordan.
Lucubr. Canon. tom. 1. lib. 3. tit. 6. n. 59. Paulut.
dissert. 27. n. 68. & 166.*

Secundus casus est, quando non verbis, sed fa-
38 cto quis declaravit velle in loco, in quem ad ha-
bitandum se transtulit, domicilium contrahere, pu-
ta quia ad locum illum familiam traduxit, majo-
rem fortunarum suarum partem transtulit, Bona
inibi de nova acquisivit, Matrimonium contraxit,
publicas Collectas persolvit, Beneficium fundavit,
Sepulturam sibi, suæque familiæ construxit, in actis
feriis, & proportionatis Domiciliarium, & Civem
se nuncupavit, ad munia, honores, & Officia Ci-
vibus impertiri solita admissus fuit &c. ex hisce
enim, aliisque similibus circumstantiis, præseferen-
tibus animum determinatum permanendi in certo
loco, contrahitur Domicilium, etiamsi per decen-
nium inibi quis moratus non fuerit. Facta enim
potentiora sunt verbis ad *Text. in leg. Si tamen* 39
*§. Si ei quis ff. de ædilit. Edict. Roman. cons. 291.
n. 4.* cum aliis penes *Barbos. Axiom. 113. num. 11.*
etsi per verbalem declarationem aliquo suffultam
adminiculo, illico contrahitur Domicilium absque
lapsu decennii, longe potiori jure dici debet con- 40
tractum etiam dicto tempore non elapso, quando
concurrunt facta animum præfatum comprobantia
leg. Cives 7. C. de Incol. lib. 10. ibi -- *Et in eodem
loco singulos habere Domicilium non ambigitur,
ubi quis larem, rerumque, ac fortunarum sua-
rum summam constituit, unde rursus non sit disces-
surus, si nihil avocet, unde cum profectus est pe-
regrinari videtur, quod si redit reperegrinari jam
destitit* -- Et in *leg. ejus qui 27. ff. ad Municip.*
ibi -- *Si quis negotia sua non in Colonia, sed in Mu-
nicipio semper agit, in illo vendit, emit, contrahit
in eo foro, balneo, spectaculis utitur, ibi festos
dies celebrat, omnibus denique Municipii commo-
dis, nullis Coloniarum fruitur, ibi magis habere
Domicilium, quam ubi colendi ruris causa versa-
tur, videtur:* & firmant *Paulut. Jurisp. Sac. lib.
Retract. 7. cap. 6. n. 10. Hallier. de Sac. Ordinat.
part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 4. §. 9. Romana Quar-
ti dotalis 28. Junii 1694. §. Ad cognoscendum, co-
ram clar. mem. Card. Priolo, & in Burgen. Bene-
ficii, seu Portionis de Gredilla 16. Januarii 1703.
§. Tantum autem, coram Pio, & 15. Junii 1703.
§. Hac autem, coram clar. mem. Card. Priolo.*

Tertius casus est, dum versamur in dubio,
quando nempe quis ad habitandum in certo loco 41
se contulit, & nunquam se velle, aut nolle ini-
bi permanere, verbis, aut factis declaravit, & in
his circumstantiis ex solo cursu decennalis habi-
tationis inducitur præsumtio perpetuo in eodem lo-
co manendi, Domiciliumque constituendi *leg. 2.
C. de Incol. lib. 10.* ibi -- *Nisi decem annis transa-
ctis eo loco sedem sibi constituerint* -- *Paris. cons. 11.
numer. 20. tom. 3. Soccin. Jun. cons. 7. numer. 6.
in fine, Ubert. de Citat. cap. 9. numer. 58. vers. Et
quamvis, Menoch. de arbitr. lib. cap. 86. Paulut.
Jurisprud. Sacr. lib. 5. tract. 7. cap. 6. numer. 10.
Hallier. de Sacr. Ordin. part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 4.
§. 9.* cum aliis apud *Paulut. dissert. 27. numer. 69.
Ansald. de Commerc. disc. 10. n. 10. Rot. dec. 137.
numer. 5. part. 5. decis. 172. num. 3. part. 10. Rec.*
Quæ legalis præsumtio tacitæ voluntatis ex lapsu
decennii deducta, ex se sola exuberat ad declaran- 42
dum animum perpetuo domicilium contrahendi in
loco decennalis habitationis, nec ullius conjectu-
ræ, vel adminiculi ope indiget; alias si cum ha-
bitatione concurreret aliquod adminiculum, vel
conjectura aliqua, tunc non exigeretur lapsus tem-
poris decennalis *Ansald. de Commerc. disc. 10. nu-
mer. 10. Pax Jordan. lib. 3. tit. 6. numer. 58. Pau-
lut. dissert. 27. numer. 72. Ciarlin. contr. 83. nu-
mer. 8. Rot. decis. 3. numer. 137. coram Royas.*
Temporis enim diuturnitas ad voluntatis conje-
cturam, non ad Domicilii constituendi necessita-
tem pertinet: *Rot. dict. decis. 3. n. 134. coram Royas.*

Quod tamen locum sibi non vindicat, ubi constat
de causa aliqua accidentali, ob quam quis se trans- 43
ferat ad habitandum in certo loco, inde discessurus
causa illa cessante, ut exemplificant Doctores in
Scholari, qui alio se conferat studiorum gratia, Do-
ctore conducto ad legendum, Medico ad exercendam
Medicinam, Mercatore, aliisque idgenus. Isti Do-
micilium numquam contrahunt etiamsi ultra decen-
nium habitarent, quia causa habitandi est diversa ab
animo

animo Domicilium contrahendi, juxta rescriptum Alexandri Imperatoris in leg. nec ipsi C. de Incol. ibi *Nec ipsi, qui Studiorum causa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur nisi decem annis transactis eodem loco Domicilium sibi constituerint secundum Epistolam D. Adriani -- l. Nihil ff. 23. de Captivis, Amaya in leg. Cives 7. C. de Incol. Van Espen. in Jus Ecclef. univerf. part. 2. tit. 9. cap. 2. n. 18. Paulut. Jurisprud Sacr. lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 10. Hallier. de Sacr. Ordinat. part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 4. §. 5.* & plene relatis concordantibus alter *Paulut. dict. dissert. 27. n. 168. & seqq. Rot. decis. 89. n. 9. coram Ottobon. decis. 63. numer. 16. & 17. coram Merlino, & in Burgen Beneficii, seu Portionis de Gredilla 17. Februarii 1702. §. Neque valet, & §. Secunda de'umitur, cor. Muto, & 26. Januarii 1703. §. Et sane* 44 *coram Pio.* Nisi post completum studium, Lecturam, officium &c. taliter continuetur habitatio ut, ex circumstantiis, & adminiculis prudenti Judicis arbitrio examinandis constet de animo perpetuo in eo loco permanendi, *Rota in Nepesina legitima 21. Junii 1697. §. Non impugnabant, coram Muto.*

Hæc adnotare placuit circa modum acquirendi Domicilium ad tramites juris communis. Sed normam daturus qualitati Domicilii, ad effectum, ut illius ratione efficiatur quis Subditus pro Ordinibus suscipiendis, san. mem. *Innocentius XII.* in sepe laudata Constitutione *Speculatores* hæc sancivit: *Sub nos autem ratione Domicilii ad effectum suscipiendi Ordines, is dumtaxat censeatur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter* 45 *constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit; & nihilominus ulterius utroque casu se vere, & realiter animum hujusmodi habere jure jurando affirmet.*

Pro Ordinibus igitur suscipiendis ob subjectionem ratione *Domicilii, Innocentiana* Constitutio excluso tum domicilio ratione originis, tum altero, quod ex juris dispositione pluribus modis acquiri potest, illud unice agnoscit, quod promanat a duobus aliis juridicis fontibus, nempe vel a decennali saltem habitatione in aliquo loco, vel a translatione ad eumdem locum majoris partis Rerum, & substantiarum suarum cum instructis Ædibus, & cum successiva permanentia per aliquod cons- 46 derabile tempus, quod per triennium sufficere existimat *Lamperez in Comment.* in eandem *Constitut. n. 418 Monacell. in formular. tom. 3. pag. 230. n.* 47 43. ubi reprobat *P. Moretum* asserentem, quod ad Episcopum illius loci, ad quem sunt translata majoris pars bonorum, spectat decernere, quando fuerit, vel non tempus considerabile decursum.

Non esse autem pro Domicilio contrahendo ne- 48 cessarium utriusque circumstantiæ concursum, decennalis nempe habitationis, & translationis majoris partis rerum, & bonorum suorum, evincitur ex ipso contextu laudatæ Constitutionis, quæ utrumque requisitum separat per dictionem *vel*, quæ est disjunctiva *leg. Plane §. Penult. ff. de legat. 1. leg. Quicumque Cod. de Serv. fugit. Cap. Inter cæteras, de Rescript.* & si habitatio decennalis jungi deberet cum translatione majoris partis bonorum, superflua essent verba illa *per aliquod considerabile tempus*, ut adverrit *Lamperez n. 418.*

P. Moret. in eandem Constitut. tit. Domicilii quæst. 3. dub. 2. numer. 195. & 196. & eadem quæst. 3. dub. 4. Requiritur tamen sive in uno, sive in altero casu, quod jurejurando affirmet, se vere, & realiter 49 animum habere perpetuo inibi permanendi, & in hac parte corrigit laudata *Constitutio* dispositionem juris communis, ad cujus tramites pro Domicilio contrahendo sufficit, vel sola habitatio decennalis, 50 vel translatio majoris partis bonorum suorum ad locum, ubi lares instruuntur, ut diximus supra *n. 38. & seq.*

Verum necessitas juramenti in recensitis casibus tunc demum requiritur, quando filius vult ordinari 51 ratione proprii Domicilii, juxta *§. Subditus autem* ejusdem *Innocentianæ* Constitutionis, & in his terminis illud requisivit Sacra Congregatio Concilii *in Urbana, seu Hydruntina Ordinationis die 1. Aprilis, & die 8. Julii 1719.* Secus vero quando filius ad Ordines promoveri cupit ratione Domicilii Paterni, cum tali casu de hujusmodi juramento nulla fiat mentio in dicto *§. Subditus autem*, qui non refertur ad superiorem *§. At si Pater.* Et ita censuit eadem Sacra Congregatio in supradicta *Romana, seu Sutrina Ordinationis*, in qua, ut diximus supra sub *numer.* 18 resolutum fuit, ordinationem cujusdam *Vincentii Patricelli* spectare ad Eminentissimum Urbis Vicarium Ordinarium Domicilii Paterni, nullo requisito juramento nec Patris, nec filii, ob supra dictam rationem, ut mihi retulit clar. mem. Cardinalis *Pancraticus* ejusdem Sacræ Congregationis Præfectus.

Ceterum si quis post domicilium alibi contractum ad locum Originis redeat, ibique instructis 52 Ædibus consedeat, & bona acquirat, Domicilium hoc cum prisca Origine conjunctum, præferri debet Domicilio antea quidem alibi contracto, sed quod jam dereliquisse, & abdicasse videtur. Ut resolvit Sacra Congregatio Concilii in *Bononien. seu Ferrarien. Ordinationis.* Cum enim quidam *Franciscus Maria Riccobonus* in Oppido *Centi Bononien.* Diœcesis ortus, in ipsa infantia una cum Patre, totaque familia, ac domestica Suppellectili ob hæreditatem sibi obventam *Ferrariam* commigrasset, ibi apud Patrem educatus Litterarum studiis operam dedit, Doctoris gradum, aliaque etiam officia publica tanquam Civis Ferrariensis obtinuit. Cumque ei obvenisset alia hæreditas, qua de causa rediit Oppidum *Centi* animo, ut jure jurando contestari paratus erat, perpetuo inibi vivendi seorsim a Patre, qui *Ferrariæ* remansit, hinc cupiente ipso ad Sacros Ordines promoveri, quæsitum fuit -- *An ad Eminentissimum Archiepiscopum Bononiæ, vel potius ad Eminentissimum Episcopum Ferrariæ spectet Ordinatio Francisci Mariæ Riccoboni in casu &c.* -- & sub die 14. Novembris 1733. responsum prodiit -- *Spectare ad Eminentissimum Archiepiscopum Bononiæ cum Testimonialibus Episcopi Ferrarien. & amplius.*

Tertio modo quis subjicitur Episcopo pro suscipiendis Ordinibus ratione *Beneficii*, quod obti- 53 net in ejus Diœcesi, ut post Clementem IV. declaravit Bonifacius VIII. in laudato *Cap. Cum nullus, de Tempor. Ordinat. in 6.* Quamvis Constitutionem hanc non recentem, sed pervetusti moris, 54 & instituti Ecclesiæ renovationem fuisse, erudite demonstrent, *Paulut. Jurisprudent. Ecclef. Sacr. tom. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 3. n. 11. Hallier. de Sacr. Ordinat. part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 5. §. 1.* Et si quis plura obtineat in diversis Diœcesibus Beneficia, ab uno illorum Episcopo, quem maluerit, 55 ad Sacros Ordines promoveri poterit. Utcumque enim sit Sacris Canonibus inimica Beneficiorum plura-

 plura-

pluralitas, ad *Text. in Cap. de Multa, de Prabeud.*
Per eam tamen non tollitur jurisdictio, qua gau-
det Episcopus in habentem Beneficium in sua Dioe-
cesi, dictaque manente jurisdictione, satis patet
Clericum ab Episcopo sui Beneficii hujus, aut il-
lius, ordinari legitime posse, *Hallier. de Sacr.
Elect. & Ordinat. part. 2. sect. 5. cap. 3. artic. 5.
§. 2. num. 6. Van Espen. in Jus Ecclef. universal.
part. 2. tit. 9. cap. 2. n. 25. Paulut. loco citat. n. 11.
§. Attamen, Garc. de Benefic. part. 2. cap. 4. n. 2.
Barbof. de Episcop. allegat. 4. n. 15. & ad Concilium
sess. 23. cap. 8. numer. 27. Pax Jordan. lib. 3. tit. 6.
numer. 83. Passerin. in Cap. Nullus numer. 6. de
Tempor. Ordinat. Dian. Oper. Coordinat. tom. 2.
tract. 5. resolut. 56. Ricc. in Prax. Ecclef. part. 1.
resolut. 275. Antonell. de Regimin. Ecclef. lib. 2.
cap. 1. n. 21.*

Porro ad effectum hunc subjectionis ratione Be-
56 neficii sufficit qualecumque Beneficium, etiam non
residentiale, ut quidquid autument *Cardinalis de
Luc. ad Concil. disc. 14. n. 15. Less. de Instit. & Jur.
lib. 2. cap. 34. dub. 19. versic. Episcopus Beneficii*,
qui requirunt Beneficium vere residentiale cum ad-
nexione Ordinis, puta Parochialem, Canonica-
tum, Dignitatem &c. de veriori, & in praxi com-
muniter recepta Sententia testantur *Garc. d. cap 4.
n. 9. Barbof. d. alleg. 4. n. 47. Pax Jordan. dict.
tit. 6. n. 73. Passerin. in dict. Cap. Nullus num. 55.
Fermosin. in Cap. Quoad Translationem quaest. 6.
numer. 12. de Tempor. ordinat. Lamperez in Con-
stitut. Speculatores numer. Van Espen. in Jus Ec-
clef. universal. part. 2. tit. 9. cap. 2. numer. 23.
Paulut. Jurisprud. Sacr. loco citat. sub §. Attamen.
Hallier. de Sacr. Ordinat. part. 2. sect. 5. cap. 3.
artic. 5. §. 2.* Et Sacra Congregatio Concilii *in
Militen. 26. Maii* 1598. Dubio ita concepto —
*An sufficiat aliquem in aliena Dioecesi obtinere Be-
neficium simplex, ut ab ejus loci Episcopo ordina-
ri possit, vel potius requiratur, quod tale Benefi-
cium sit Curatum* -- respondit -- *Sufficere quod Be-
neficium sit simplex.*

Idque locum sibi vindicat, etiamsi Beneficium
sit subjectum alteri Episcopo quoad provisionem,
nam adhuc poterit quis ordinari ab Episcopo, in
57 cujus Dioecesi illud situm reperitur. Regulariter
enim Beneficiorum omnium, quae sunt in Dioe-
cesi, collatio spectat ad Episcopum *Can. omnes
Basilicae 16 quaest. 7.* per accidens autem est, ut
ad alium pertineat, unde neque hoc ipsum rei ve-
ritatem immutare potest, nec facere, quominus
Beneficium possidens in Dioecesi, sit vere subjectus,
& possit ab illius Episcopo ordinari, *Paulut. Ju-
risprud. Sacr. loco citat. Van Espen. ibidem n. 22.
Hallier. de Sacr. Elect. & Ordinat. dict. artic. 5.
§. 2. numer. 3. Garc. dict. cap. 4. numer. 15. Pax
Jord. dict. tit. 6. numer. 83. Passerin. in dict. Cap.
Nullus n. 61. Quarant. in Summ. Bullar. verb. §.
Secundo intellige, Fermosin. in dict. Cap. Quoad
Translationem quaest. 6. num. 27. Barbof. allegat. 4.
numer.* 52. ubi limitat in casu, quo Beneficium
58 unius Dioecesis esset unitum, & incorporatum al-
teri Beneficio, vel Praebendae distinctae Dioecesis;
in his enim terminis non adesset subjectio, nisi E-
piscopo, in cujus Dioecesi extat Beneficium, vel
Praebenda, cui facta reperitur adnexio, & incorpo-
ratio.

Ut etiam oritur subjectio ratione *Beneficii* quam-
59 vis istud non in titulum, sed in Commendam
perpetuam obtineatur. Jam enim usus invaluit,
quod Commenda perpetua vim tituli habeat, &
Canonicus titulus censeatur, *Paulut. loc. cit. n. 11.
§. Attamen. Hallier. de Sacr. Elect. & Ordinat.
part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 5. §. 2. n. 5. Garcias dict.
cap 4. n. 10. Barbosa dict. allegat. 4. n. 50. & ad
Concil. sess. 23. cap. 8. n. 25. Passerin. in dict. Cap.
Nullus n. 59.* ubi quod etiam Praeceptoriae S. Joan-
nis Hierosolymitani, aliorumque Ordinum, & 60
Militiarum sufficiunt pro inducenda subjectione ad
effectum suscipiendi Ordines ab illius Dioecesis E-
piscopo, in qua existunt, cum veniant appellatio-
ne Beneficiorum.

Quid vero dicendum, si Beneficium sit manua-
le, & amovibile, an operetur subjectionem Bene- 61
ficiarii Jurisdictioni Episcopi, in cujus Dioecesi exi-
stit, quando Ordinatio sequitur ad alium titulum
legitimum, quam ipsius Beneficii manualis? Sunt
qui existimant, Beneficium manuale, etsi pro titu-
lo Ordinationis inservire non posse, idoneum ta-
men esse pro inducenda subjectione ad effectum
suscipiendi Ordines ab illo Episcopo, in cujus Dioe-
cesi situm reperitur. Sic consuere, *Lap. in Cap.
Cum Nullus, numer. 5. de Tempor. Ordinat. in 6.
Geminian. ibidem n. 8. Fermosin. de Offic. & Sacr.
Ecclef. ad rubric. de Tempor. Ordinat. quaest. 6. nu-
mer. 3. & seqq. Antonell. de Jur. Cleric. lib. 1.
part. 3. cap. 32. numer 5. & seqq. Pirhing. in lib. 1.
Decretor. tit. 11. sect. 1. numer. 34. Smalzgrub.
eod. lib. 1. de Tempor. Ordinat. num. 11. Gard. de
Benefic. part. 2. cap. 4. num 3. Pax Jordan. tom. 1.
lib. 3. tit 6. n 74. Dian. part. 8. tract. 2. resol. 19.
juxta antiquam impressionem.* Exemplo Beneficii 62
tenuis, quod etsi non sufficiat pro titulo, suffraga-
batur tamen ante Constitutionem *Innocentianam*
pro subjectione ad effectum suscipiendi Ordines ab
Episcopo ejusdem Beneficii, *Fagnan. in Cap. Om-
nis n. 98. de Poenitent. & Remiss. Paulut. Jurisprud.
Sacr. dict. cap. 6. n. 11. §. Attamen. Hallier. de
Sacr. Ordinat. part. 2. sect. 5. cap. 3. artic. 5. x.
Campanil. divers. Jur. rubr. 9. cap. 8. numer. 12.
Engel. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11. §. 2. numer. 21.
Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 6. n. 74.*

Alii autumant requiri Beneficium perpetuum,
ad hoc, ut Beneficiarius efficiatur Subditus Epi- 63
scopo, in cujus Dioecesi reperitur erectum, *Ar-
chidiac. in Cap. Nullus n. 1. de Tempor. Ordinat.
in 6. Joann. Andr. ibidem n. 1. 4. Ancaran. sub n. 2.
Franch. numer. 3. Passerin. in dict. Cap. Cum Nullus
quaest. 1. artic. 2. n. 64. Pamnoll. decis. 14. adnot. 2.
numer. 75 & decis. 139. n. 41.*

Sed distinguendum est. Aut agitur de Benefi-
cio manuali, quod non sit erectum auctoritate 64
Ordinarii, adeout proprie dici nequeat Beneficium
Ecclesiasticum, & in hoc casu illud non inducit
subjectionem pro suscipiendis Ordinibus ab Epi-
scopo, in cujus Dioecesi existit, cum ad hujusmo-
di effectum jura requirant Beneficium in titulum
Ecclesiasticum erectum. Et in his terminis procedit
opinio *Joannis Andreae, Ancarani, & asseclarum*,
qui loquuntur de Clerico ad docendum conducto,
assignatis ei fructibus unius Praebendae tamdiu per-
cipiendis, quamdiu Magistri officio fungeretur ad
formam *Cap. Quia nonnullis de Magistris.* Aut agi-
tur de Beneficio, in cujus fundatione licet adjecta
fuerit conditio, quod ex causa posset ejus Rector
amoveri, nihilominus sit erectum auctoritate Ordi-
narii, & in his terminis cum hujusmodi Beneficium 65
propriam habeat naturam Beneficii Ecclesiastici,
ut probant *Amostaz. de Caus. piis libr. 3. cap. 1.
n. 10 & 11. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 1. cap 6.
n. 280. Lotter. de Benefic. part. 1. cap. 2 §. 1. n. 66.
Thyerri de Benefic. sect. 4. versic. Dubitabatur, Pa-
ris. de Resignat. lib. 11. quaest. 5. a numer. 91. Re-
buff. in tract. de Nominat. quaest. 9. n. 25.* sequi 66
tur quod illius possessor, donec illud retinet, vere

sit

sit Subditus Episcopi, in cujus Diœcesi Beneficium ipsum reperitur erectum. Et licet aliquando deficere possit hujusmodi subjectio, si nempe eveniret casus remotionis Beneficiati, id tamen non tollit verificationem subjectionis relatæ ad tempus susceptorum Ordinum. Et cum hoc sensu processit Sacra Congregatio Concilii in *Pientina, seu Ilcien. Ordinationis* 18. *Junii* 1733.

Cappellania itidem laicalis perpetua, si erecta sit auctoritate Apostolica, vel ordinaria, inducit
67 subjectionem Episcopo loci, in quo erecta reperitur quoad Ordines ab eo suscipiendos, quia revera est Beneficium Ecclesiasticum, secus vero si in titulum Ecclesiastici Beneficii erecta non fuerit, *Gloss. in Clement.* 2. *de Decimis*, *Barbos. de Potest. Episcop. allegat.* 57. *n.* 112. *& seqq. Passerin. in dict. cap. Cum nullus n.* 19. *de Tempor. Ordinat. Garc. de Benef. part.* 1. *cap.* 2. *numer* 112. *Monacell. in Formul. tom.* 1. *pag.* 329. *n.* 2. *& seqq. & tom.* 3. *pag.* 228. *numer.* 30. *Ventrigl. in Prax. part.* 1. *adnot.* 42. *§.* 1. *n.* 42. *Ric. decis. Neapolit. part.* 2. *dec.* 190. *n.* 9. *Adden. ad Buratt. decis.* 1. *numer.* 24. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 59. Et conferunt resolutiones Sac. Congregationis Concilii in *Ulixbonen. Occidentalis* 26. *Junii* 1723. *lib.* 73. *Decret. pag.* 285. *&* 19. *Augusti* 1724. *lib.* 74. *Decret. pag.* 310.

Sed quod attinet ad Pensionem, licet ea sit ti-
68 tulus Canonicus Sacræ Ordinationis, ut dicemus infra §. *V.* nihilominus ad effectum suscipiendi Ordines non efficitur quis subditus ratione Pensionis
69 Episcopo illius Diœcesis, in qua eam percipit. Pensio enim etsi perpetua nunquam venit appellatione Beneficii, *cap. Quamvis il primo de Praben. in* 6. *cap. Ad audientiam de Rescript.* & communiter firmant *Crispin. in Tract. della Sagra Ordinazione* §. 3 *n.* 4. ubi refert per extensum Resolutionem Sac. Congregationis Concilii in una *Hyeracen. Pax Jordan. libr.* 3. *tit* 6. *num.* 92. *Bard. Select. quæst. mor. libr.* 3. *quæst.* 3. *n. final. Lamperez in Constit. Speculatores num.* 381. *in fine, Passerin. in cap. Cum Nullus numer.* 68. *de Tempor. Ordinat. Monacell. in Formul. tom.* 1. *tit.* 3. *formul.* 17. *num.* 1. *Dian. Oper. moral. tom.* 2. *tractat.* 5. *resolut.* 58. *Riccius in Prax. Rer. Eccles. part.* 1. *de Sac. Ordin. resolut.* 273.

Ceterum pro inducenda subjectione ratione Be-
70 neficii requiritur, quod illud vere, & realiter possideatur, nec enim sufficit sola illius collatio, seu titulus sine possessione, ut ex Tridentino *cap.* 2. *Sess.* 21. *de Reformat.* firmant communiter *Fermosin. dict. quæst.* 6. *n.* 26. *Passerin. in dict. Cap. Cum nullus n.* 71. *Garc. dicto cap.* 4. *n.* 16. *&* 17. *Antonell. de Regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 23. *Lamperez in Constit. Speculatores num.* 315. *&* 378. *Barbos. dict. allegat.* 4. *numer.* 75. *Castropal. Oper. moral. tom.* 4. *tract.* 27. *disputat. unic. punct.* 15. *n.* 5. *Pax Jordan. dict. tit.* 6. *numer.* 101. *Dian. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 5. *resolut.* 57. Et decrevit Sacra Congregatio Concilii in *Carinolen. Ordinationis* 18. *Martii* 1684. Cum enim quidam Clericus *Neapolitanus* præsentatus ad Beneficium situm in Diœcesi *Carinolen.* post reportatam institutionem, sed ante adeptam illius possessionem, ad Sacros Ordines promoveri obtinuisset ab Episcopo *Carinolæ*, ortaque controversia -- *An Cepparolus fuerit licite ordinatus* -- responsum prodiit -- *Negative, & Episcopus consulat conscientiæ suæ.*

Requiritur itidem, quod Beneficium non sit
71 in aliena Diœcesi obtentum in fraudem Episcopi originis, vel Domicilii. Hujusmodi enim fraude utentes nedum subjectos Episcopo Beneficii non efficI, verum esse animadversione dignos, censuit Sac. Congregatio Concilii in *Neapolitana* 11. *Novembris* 1611. *ad* 3. & tradunt *Hallier. de Sac. Elect. & Ordinat. part.* 2. *sect.* 5. *cap.* 3. *art.* 5. *n.* 3. *Carol. Anton. de Luc. de Lin. Legal. tom.* 2. *art.* 98. *n.* 5. *Barbos. dict. allegat.* 4. *n.* 58. *Crispin. in Tract. della S. Ordinazione* §. 3. *n.* 11. ubi exemplificat
fraudem, si quis Tonsura, vel minoribus Ordini- 72
bus insignitus ad evitandum examen, & probationem Patrimonii, curet sibi ab alieno Episcopo renuc Beneficium conferri ea intentione, ut ad Sacros Ordines promoveri possit; hunc enim non esse licite ordinatum resolvit Sacra Congregatio relata per *Crispinum* ubi supra, ut meminit *Fagnan. in cap. Omnis n.* 48. *& seqq. de Panit. & Remiss. Pax Jordan. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 93. *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Ordo* §. *Secundo intellige, Cardinalis de Luca ad Concil. disc.* 14. *numer.* 13. ubi pariter
exemplificat fraudem in iis, qui de novo erigunt 73
aliquod tenue Beneficium Jurispatronatus in aliena Diœcesi, ut ab illius Episcopo ordinentur. Quamvis non desint, qui in hujusmodi casu exemplifica-
to per *Cardinalem de Luca* contrarium existiment, 74
ea ratione, quod is, qui utitur jure suo, fraudem non committit, *ad text. in leg. Injuriarum* §. 1. *ff. de Injur. leg.* 3. §. *His tamen ff. de Liber. homin. exhib. leg. Fluminum* §. *ultim. & leg. Proculus ff. de Damn. infect.* & bona, vel mala intentio non potest irritum reddere actum externum licitum; quodque licet intentio erigendi de novo Beneficium propter finem Ordinationis possit esse mala ob aliquam adjunctam circumstantiam, non erit tamen mala ex hoc præciso capite, quod ab alio Episcopo, & non a proprio ordines recipiantur, *Fermosin. in cap. Quoad Translationem quæst.* 6. *numer.* 22. *de Tempor. Ordinat. Passerin. in dict. cap. Cum nullus n.* 70. *Dian. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 5. *resolut.* 54. *&* 55. *Bard. Select. quæst. moral. lib.* 3. *quæst.* 3. *n.* 7.

At hodie ad occurrendum fraudibus, quæ committebantur per fundationem Beneficii tenuis in aliena Diœcesi, sive ad evitandum examen, & probationem Patrimonii, sive aliam ob causam, provide sæpe laudata Constitutio *Innocentiana* sancivit, subjectionem ratione *Beneficii* pro Ordinibus
suscipiendis non acquiri, nisi Beneficium sit suffi- 75
ciens ad congruam sustentationem, quodque in hoc casu ejusdem Beneficii Episcopus non possit ad Sacros Ordines Beneficiatum promovere, nisi prævis Literis Testimonialibus tam Episcopi originis, quam Domicilii, qui fraudem omnem, si quæ subesset, detegere possent, ut mox dicemus. Sicque post laudatam Constitutionem *Innocentianam* omnis cessare videtur controversia super puncto Beneficii in fraudem obtenti in aliena Diœcesi ad evitandam Ordinationem a proprio Ordinario originis, aut Domicilii.

Quod vero attinet ad Beneficium in aliena Diœcesi erectum eo fine, ut ad illud præsentatus possit Clericali Tonsura initiari ab illius Diœcesis Episcopo, hæc eadem Constitutio disposuit -- *Nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Car-*
dinalatus honore fulgeat licere exterum quempiam, 76
ac sibi ratione Originis, seu Domicilii legitime contracti non subditum, ad Clericalem Tonsuram promovere cujusvis Beneficii Ecclesiastici el statim ac Tonsura hujusmodi insignitus fuerit conferendi, seu ad quod is a Patronis jam præsentatus, seu nominatus fuerit prætextu, etiamsi Beneficium prædictum de novo ea expresse adjecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediate post Clericalem Caracterem susceptum ad illud instituatur.

77 Et summa quidem ratione id sancitum fuit, nam ad effectum ut Episcopus possit alienum subditum ad Sacros Ordines promovere ratione Beneficii, requiritur, quod Ordinandus sit Clericus, & quod Beneficium possideat, ad *text. in cap. Cum nullus, de tempor. Ordinat. in 6.* ibi -- *Cum nullus Clericum Parochiæ alienæ præter Superioris sui licentiam debeat ordinare &c.* & infra -- *seu in cujus Diœcesi Beneficium obtinet Ecclesiasticum.* Quæ verba veram, canonicam, & actualem Beneficii possessionem important, *Pignatell. tom. 9. consultat. 185. num. 81. Lamperez in Comm. in eandem Constit. n. 315. Rot. decis. 1707. n. 7. cor. Coccin.* Hinc etiam ante editam laudatam *Innocentianam* Constitutionem, pluries Sac. Congregatio Concilii decrevit, non posse Episcopum alienum Subdi-
78 tum prius Tonsura initiare, & postea Beneficium ei conferre, ut videre est penes *Crispin. Tractat. della Sac. Ordinazione §. 3. n. 13.* & in *Mutinen. 26. Januarii* 1658. proposito Dubio -- *An Laico, cui a proprio Episcopo fuit denegata prima Tonsura, possit ipsa prima Tonsura conferri, vel concedi Litteræ Dimissoriales ab Ordinario alterius Diœcesis, coram quo ipse Laicus præsentatus fuit ad Beneficium Ecclesiasticum.* Rescriptum fuit *Negative*, ut in *lib. 21. Decret. pag.* 166. & in *Aversana 26. Septembris* 1693. *lib. 43. Decret. pag. 127. &* 491. ubi quod hoc casu tam Ordinans, quam Ordinatus incurrunt in pœnas statutas a Concilio Tridentino *cap. 8. Sess. 23. de Reformat.*

Excipiuntur tamen a mox recensita *Innocentia-*
79 *næ* Constitutionis lege Familiares triennales Episcoporum, qui non solum Majoribus, sed & Minoribus Ordinibus, primaque Tonsura insigniri possunt ab Episcopis, quibus famulatum præstiterunt, servatis tamen conditionibus, de quibus infra dicemus & advertit *Lamperez in dictam Constit. n. 317.*

Præterea in eadem Constitutione decernitur,
80 *Clericum, qui legitime jam a proprio Episcopo ad eandem Clericalem Tonsuram, seu etiam ad Minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alieno Episcopo ratione, ac titulo cujuscumque Beneficii in illius Diœcesi obtenti ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante eorundem susceptionem Testimoniales Litteras proprii Episcopi tam Originis, quam Domicilii super suis natalibus, ætate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo ordinanti in Actis illius Curiæ conservandas exhibuerit.*

Ex hac autem lege a Constitutione *Innocentia-*
81 *na* præscripta, vel sublata videtur quæstio illa, an possit quis variare in recipiendo Ordines, puta unum ab Episcopo *Originis*, alterum ab Episcopo *Domicilii*, vel *Beneficii*, dum supponit variationem hanc licite fieri posse, ut advertit *Eminus Petra in Constit. Apostolic. tom. 1. pag. 330. n. 64.* vel saltem super hoc puncto antiquum præservavit, & novum Jus Pontifex non edidit, dummodo ab ipso præscripta in reliquis observentur, ut scilicet Ordinatio sequatur cum Litteris Testimonialibus Episcopi *Originis* seu *Domicilii.*

In terminis igitur Juris communis, & Concilii
82 Tridentini, variationem esse licitam affirmant *Capon. controv. 66. n. 5. Zypeus consult. Canon. lib. 1. tit. de Ætat. & Qualit. Ordin. consult. 3. Pignatell. tom. 1. consult. 38. n. 7. Leuren. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11. de Tempor. Ordinat. quæst. 566. Tamburin. de Sacram. in gener. lib. 7. §. 2. n. 16. Dian. Oper. moral. part. 8. tract. 2. resolut. 9. Piring. in Lib. 1. Decret. titul. 11. sect. 1. numer.* 30. cum aliis, quos refert *Lamperez in Constit. Speculatores num.* 135.
83 Sed contrarium existimant *Barbos. de Offic. & Potest. Episcop. part. 2. allegat. 4. n. 1. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 1. n. 3. Riccius in Prax. For. Eccles. part. 1. resolut. 276. Bonacin. de Sacrament. Ordin. disput. 8. quæst. unic. punct. 4. n. 20. Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 1. part. 5. cap. 10. n. 6. Ugolin. de Potest. Episcop. cap. 26. §. 2. n. 3. Molfes. in Sum. tomo 1. part. 2. cap. 2. numer.* 10. late *Lamperez numer. 323. & seqq.*

Verum distinguendum est, aut variatio fit bo-
na fide, & est licita, aut in fraudem, & est il- 84
licita, *Eminentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom. 1. pag. 331. numer. 64. Clericat. Erotemat. Ecclesiastic. cap.* 128. Hæc distinctio est uniformis menti Sac. Congregationis Concilii. Cum enim in *Fundana Ordinum die 23. Januarii* 1666. proposita fuissent in eadem Sac. Congregatione sequentia Dubia. I. *An in suscipiendis Minoribus Ordinibus sit permissa variatio, itaut qui ab Episcopo Originis, seu Domicilii Tonsura, aut altero ex Minoribus Ordinibus initiatus fuit, possit ad alium Ordinem Minorem ab Episcopo Beneficii promoveri.* II. *An sit permissa variatio ab ascensu ab Acolythatu ad Subdiaconatum.* III. *An sit permissum Subdiacono in promotione ad Diaconatum, vel Diacono in promotione ad Sacerdotium variare.* Responsum fuit, *variationem in unoquoque ex prænarratis casibus, dummodo non in fraudem fiat, licitam esse*, ut in *lib. 25. Decretor. pag.* 52. Eandemque distinctionem amplexa fuit in *Aquipendien. seu Clusina Diaconatus* 13. *Novembris 1717. & in Pisana, seu Clusina Ordinationis 26. Januarii* 1732.

Ad titulum igitur Beneficii juxta præscriptum *Innocentianæ* Constitutionis nemo potest Sacris
Ordinibus initiari sine Litteris Testimonialibus Or- 85
dinarii *Originis*, & *Domicilii*. Litteræ autem præfatæ percutere tantum debent vitam, mores, natales, & ætatem Ordinandi. Sed an etiam in illis
fieri debeat mentio de Beneficii sufficientia, juxta 86
taxam Synodalem loci, in quo Beneficium est situm, justificanda prius coram ipsis *Originis*, & *Domicilii* Episcopis? Non inelegans quæstio est, & Negative respondendum videtur. Hujusmodi enim justificatio nec a Jure demandatur, nec præcipitur a Constitutione *Speculatores*, in qua tres distinctæ habentur dispositiones in hac materia servanda. Prima respectu Ordinandi ante Ordinum susceptionem; secunda respectu Episcopi ordinatoris in ipsa Ordinum collatione; & tertia respectu Episcopi *Originis* post factam collationem.

Et quidem respectu Ordinandi statuitur, quod ipse ante Ordinum susceptionem ab Episcopo Beneficii obtinere debeat Litteras Testimoniales Episcopi tam *Originis*, quam *Domicilii* super suis natalibus, ætate, moribus, vita &c. easque Episcopo ordinanti in Actis illius Curiæ conservandas, exhibere, ut in §. *Hinc est* in fine. Respectu vero Episcopi ordinatoris disponitur, quod de reddituu Beneficii hujusmodi expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit, ut in §. *Licet vero* in fine, de quo infra dicemus. Et demum respectu Episcoporum tam *Originis*, quam *Domicilii* decernitur, quod circa eorum Subditos promotos ab alienis Episcopis valeant Ordinum eis collatorum Testimoniales Litteras recognoscere, & diligenter perquirere, an quoad illos ejusdem Constitut. forma, & dispositio adimpleta fuerit, ut in §. *Porro.*

Cum igitur juxta præscripta ab *Innocentiana* Constitutione ordinandus ab Episcopo Beneficii ante Ordinum susceptionem solum arctetur ad obtinendas ab Episcopo tam *Originis*, quam *Domi-*

cilii

cilii Litteras Testimoniales de vita, & moribus,
non est proinde cogendus ad præventivam justi-
ficationem reddituum Beneficii coram ipsis, qui-
bus ceteroquin salvum jus remanet post Ordinatio-
nem jam factam inquirere, an forma Constitutio-
nis *Innocentianæ* servata fuerit. Et quemadmo-
87 dum non possunt Episcopi *Originis*, & *Domicilii*
proprium Subditum ab Episcopo Beneficii ordi-
nandum præventive examini quoad scientiam sub-
jicere, cum id ad Episcopum ordinatorem spectet,
ut relata resolutione Sac. Congregationis Concilii
in *Tirasonen.* 15. *Februarii* 1596. firmat *Crispin.*
in Tract. della S. Ordinazione pag. 55. & supponi-
tur in dicta Constitutione *Speculatores*, ubi solum
in §. *Porro* decernitur, quod examen hujusmodi
ab Episcopo *Originis*, quam *Domicilii* expleri pos-
sit post sequutam Ordinationem, *Lamperez in*
Constit. Speculatores n. 449. Ita nec illum gravare
possunt ad præventivam justificationem redituum
Beneficii, cum *Innocentiana Constitutio* in eadem
periodo, & sub unica determinatione disponat de
examine faciendo, & de justificatione redituum
post Ordinum collationem explenda.

Nec obstat quod Episcopi tam *Originis*, *quam*
88 *Domicilii* si possunt hanc facere inquisitionem post
Ordines collatos, multo magis dicendum id eis li-
cere ante collationem, argumento deducto a ma-
joritate rationis, quod in jure validissimum est,
89 *Barbos. loc.* 68. *n.* 1. *& loc.* 75. *n.* 1. *Solorzan. de*
Jur. Indiar. tom. 2. *lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 14. *Rot. dec.*
165. *n.* 3. *part.* 16. *rec. decis.* 403. *n.* 7. *coram Eme-*
rix Jun. Siquidem in Constitutionibus Juris com-
munis correctoriis, locum sibi non vindicat argu-
90 mentum a majoritate rationis, sed Constitutiones
ipsæ stricte servandæ sunt in terminis, in quibus lo-
quuntur, juxta plene firmata per *Rot. in Barchino-*
nen. Matricitatis 16. *Martii* 1682. *§. His omnibus,*
coram Matthæia, & in Romana Beneficii 5. *Julii*
1695. *§. Haud relevante, cor. Ursino.* Prætereaque
quia ipsa *Innocentiana Constitutio* dat formam, &
præcipit quid agendum sit per Promovendum ante
ordinationem faciendam ab Episcopo *Beneficii*, ob-
tinere scilicet ab Episcopo *Originis*, & *Domicilii*
Litteras Testimoniales super ejus vita, moribus,
ætate, & natalibus. Unde alteranda non est hujus-
modi forma per novi oneris additamentum, justifica-
tionis nempe valoris Beneficii, quam non requisivit.

Et ita decrevit Sacra Congregatio Concilii in
91 *Neapolitana*, *seu Ravellen. Ordinationis die* 19. *Fe-*
bruarii 1701. Cupiente enim quodam Clerico *Gual-*
derio ratione propriæ, & Paternæ originis subdito
Archiepiscopi *Neapolitani* ad Sacros Ordines pro-
moveri ab Episcopo *Ravellen.* in cujus Diœcesi non-
nulla Beneficia obtinebat, ac renuente Archiepisco-
po *Neapolitano* ei concedere Litteras Testimonia-
les, nisi prius in ejus Curia justificaret Beneficii suf-
ficientiam saltem juxta taxam Synodalem Diœcesis
Ravellen. Responsum fuit -- *requiri Litteras Emi-*
nentissimi Archiepiscopi quoad vitam, & mores tan-
tum.

Ceterum Litteræ Testimoniales proprii Ordina-
92 rii tam *Originis*, quam *Domicilii*, ab *Innocentiana*
Constitutione volitæ ad effectum suscipiendi Ordines
ab Episcopo *Beneficii*, debent esse in forma speci-
fica concessæ. Hinc est quod Litteræ Dimissoriales
ab Episcopo *Originis*, aut *Domicilii* pro Minoribus
93 Ordinibus suscipiendis Clerico concessæ, deservire
non possunt loco Testimonialium pro suscipiendis
Ordinibus Sacris ab Episcopo *Beneficii*. Testimo-
nium namque morum in Litteris Dimissorialibus
perhibitum, veluti restrictum ad Ordines Minores,
trahi non potest ad Ordines Sacros, pro quibus
suscipiendis, non solum major ætas, sed etiam præ-
stantiores mores requiruntur, & interim superve-
nire potest Episcopo *Originis*, & *Domicilii* scientia
alicujus impedimenti, ob quod expediens non sit
Clericum præfatum ad Sacros Ordines promovere.
Hinc merito Sac. Concilium Tridentinum discri-
minatim; habitoque peculiari respectu tam ad Or-
dines Minores, quam ad singulos Majores, exigit
peculiare testimonium de morum conditione, &
vitæ instituto iis gradibus consentaneo, ut videre
est *in Cap.* 5. 7. 12. 13. *&* 14. *sess.* 23. *de reformat.*
& notat *Fermosin. de Offic. & Sacr. Eccles. ad tit.*
de Scrutin. in Ord. facien. quæst. 1. & luculentius
Hallier de Sacr. Elect. & Ordinat. tit. de variis
Testimon. ordinand. art. 2. *a pag.* 45. *ad* 68.

Id quod locum sibi vindicat, etiamsi promotus
post susceptos Minores Ordines semper permanserit
in loco Beneficii, ad cujus Titulum cum Litteris 94
Dimissorialibus præfatis, loco Testimonialium, or-
dinatus fuit, itaut Episcopus *Originis*, aut *Domici-*
lii nihil haberet, de quo posset de novo testimo-
nium ferre. Tum quia propter possibilitatem no-
titiæ alicujus impedimenti testificari posset non esse
præditum moribus necessariis ad Ordines Majores.
Tum quia ubi Clericus est a proprio Episcopo *Ori-*
ginis, aut *Domicilii* tonsuratus, & adscriptus Ec-
clesiæ, eo casu Testimoniales non requiruntur a
Constitutione Innocentiana pro sola notitia impedi-
mentorum, sed ut primus Prælatus, qui ad Ton-
suram promovit, suum præstet consensum pro da-
sertione Ecclesiæ cui est adscriptus, & proprius E-
piscopus de sui subditi ordinatione certior reddatur,
Lamperez in Bull. Speculatores n. 337. 343. *P. Mo-*
ren. in eandem Bull. n. 284. Unde tametsi Episco-
pus *Originis*, aut *Domicilii* non haberet de quo cir-
ca illius mores amplius testari posset, nihilominus
Litteræ illius Testimoniales pro Sacris Ordinibus
suscipiendis necessariæ etiam videntur, ut satisfiat
huic alteri fini a Constitutione volito. Atque ex
recensitis rationibus in hanc descendit sententiam
Sac. Congregatio Concilii in *Firmana*, *seu Lure-*
tana Ordinationis 14. *Decembris* 1705. *lib.* 55. *De-*
cret. pag. 395. Cum enim quidam Clericus origine
Firmanus Minoribus Ordinibus cum Litteris dimis-
sorialibus proprii Ordinarii ab Episcopo *Lauretano*
insignitus, continuo Laureti permanserit, & post
inibi acquisitum Beneficium promotus fuerit sine
Litteris Testimonialibus Archiepiscopi *Firmani* ad
Ordinem Subdiaconatus ab eodem Episcopo *Lau-*
retano, qui fassus fuit habuisse pro Testimonialibus
Litteras Dimissoriales antea sibi directas pro Ordi-
nibus Minoribus, hinc propositis sequentibus Du-
biis. *I. An ordinatio Clerici Joannis Baptistæ Mon-*
tani facta ab Episcopo Lauretano sit contra formam
præscriptam in novissima Constitutione Innocentia-
na, & quatenus affirmative. *II. An & in quas pœ-*
nas inciderint tam Episcopus Ordinans, quam Cleri-
cus ordinatus. - Responsum fuit ad primum *Affir-*
mative. Ad secundum *In casu de quo agitur esse*
excusandum. Benigne namque Sac. Congregatio
indulsit excusationibus adductis per Episcopum
Lauretanum, quod casus erat novus, & usque tunc
non decisus, quod de illo Constitutio *Innocentiana*
aperte non loquitur, unde considerari debebat tan-
quam casus mixtus in eadem Constitutione non
comprehensus, proindeque regulandus ad tramites
juris communis; quodque in omnem casum satis-
factum erat intentioni Pontificis, dum vigore il-
larum Dimissorialium jam ipse sciebat Clericum
Montanum tempore quo moram traxit in Civitate,
& Diœcesi *Firmana* nullum contraxisse canoni-
cum impedimentum.

Ex iisdem rationibus multo minus pro licita Sacrorum Ordinum collatione axpleta ab Episcopo *Beneficii* sufficere possint Litteræ Patentes, quas 95 de Prima Tonsura sibi collata quis reportavit ab Episcopo *originis*, licet post eas obtentas statim a Patria recesserit, proindeque merito ordinatum vigore dictarum Litterarum Patentium incurrisse in pœnas a Constitutione Innocentiana præscriptas, respondit Sac. Congregatio Concilii in *Toletana Ordinationis* 2. *Octobris* 1717. *ad* 1. *&* 2.

Quæsitum iidem fuit in eadem Sac. Congregatione Concilii in una *Pientina, seu Ilcinen. Ordinationis*, an licite ad Sacros Ordines ab Episcopo *Ilcinen.* Ordinario ratione *Beneficii* promoveri valuerit quidam *Laurentius Medicheschius* vigore Litterarum Testimonialium, quas ab Episcopo *Pientino* Ordinario tum *originis*, tum *domicilii*, & a quo ad primam Tonsuram & minores Ordines fuerat promotus, reportaverat, hisce verbis conceptas — *Testamur Clericum Laurentium Medicheschi nostræ Diœcesis in minoribus Ordinibus con-* 96 *stitutum nullo excommunicationis, irregularitatis, aut cujusvis alterius Canonici impedimenti vinculo, saltem quoad sciamus, innodatum existere, neque ullo crimine postulatum, sed esse bonis, & honestis moribus præditum, ac talem qualem in sortem Domini vocatos decet.* Contendebat enim Episcopus *Pientinus* in collatione Sacrorum Ordinum ab Episcopo *Ilcinen.* facta *Laurentio* servatam non fuisse formam a *Constitutione Innocentiana* præscriptam, ex quo supradictæ Litteræ Testimoniales traditæ non fuerant ea mente, ut iis *Laurentius* uti valuisset pro Sacris Ordinibus suscipiendis ab Episcopo *Benefi-* 97 *cii*, dum in iis deerat nedum Testimonium super vita, & moribus speciatim ad effectum promotionis ad omnes Sacros Ordines, quod esse necessarium, fuit sensus Sac. Congregationis in mox relata causa *Firmana, seu Lauretana Ordinationis* 14. *Decembris* 1705. verum etiam Testimonium de Natalibus, & ætate Laurentii expresse a laudata *Constitutione* requisitum; sed eæ tales erant quales generatim concedi solent quibuscumque Clericis a Diœcesi discedentibus. Cum ceteroquin peculiari 98 forma concipi soleant Litteræ Testimoniales, quas Episcopi indulgent pro evectione ad Sacros Ordines, dum in iis contineri debeat Testimonium super ordinandi Natalibus, ætate, vita, & moribus, juxta præscriptum *Innocentianæ Constitutionis*, & patet ex formula earumdem Litterarum Testimonialium, quam ponunt *Monacell. tom.* 1. *tit.* 4. *formul.* 9. *pag.* 82. *Lamperez in Comm. in eamdem Constit. n.* 344.

Putabat vero Episcopus *Ilcinensis* per Litteras Testimoniales supra relatas satisfactum fuisse præscripto *Constitutionis Innocentianæ*, quæ nullatenus injungit, quod Litteræ Testimoniales ab Episcopo 99 *Originis*, & *Domicilii* impetrandæ, exprimere debeant causam, ob quam conceduntur, videlicet pro suscipiendis Ordinibus ab Episcopo *Beneficii*, sed satis est, quod earum vigore in genere constet de vita, & moribus Ordinandi, qua ratione sufficere Litteras commendatitias dari solitas Clericis Peregrinis, censet *Lamperez loco cit. n.* 343. Unde cum Episcopus *Pientinus* in suis Litteris affirmasset *Laurentium* nullo irregularitatis vinculo fuisse irretitum, hæc ipsa assertio includere videbatur testimonium super legitimis Natalibus, quorum alioquin vitium reddidisset *Laurentium* irregularem. Cumque iidem testimonium perhibuisset eumdem *Laurentium* fuisse immunem a quocumque *Canonico impedimento*, ac etiam bonis, & honestis moribus præditum, ac talem qualem vocatos in sortem Domini decet, recte potuit Episcopus ipse *Ilcinen.* existimare hujusmodi testimonium referri ad eam quoque morum probitatem, quam gradus Ecclesiasticus postulat, quæque convenit gradui majorum Ordinum. Et licet in iisdem Litteris nulla fieret mentio de ætate ad Sacros Ordines requisita, de illa aliunde legalibus documentis certo sibi constitisse affirmabat Episcopus *Ilcinensis*.

In id conferre videbatur resolutio Sac. Congregationis in *Aquipendien. seu Clusina Diaconatus. Joannes Franciscus Raynerius* Civis *Aquipendii* postquam a suo Ordinario *Originis* Sacro Subdiaconatus Ordine ad titulum Patrimonii insignitus fuerat, obtinuit Canonicatum Presbyteralem in Cathedrali *Clusina*, & præviis Litteris Dimissorialibus Episcopi *Clusini* tamquam Ordinarii ratione *Beneficii*, successive promotus fuit ab Episcopo N. ad S. Diaconatus Ordinem, adhibendo pro Testimonialibus Episcopi *Originis* Litteras quasdam ab eodem ei 100 concessas pro assequendo Beneficio simplici, in quibus asserebatur *ipsum nulla censura, seu Canonico impedimento irretitum, ac esse bonis, & honestis moribus imbutum, proindeque habilem ad assequendum Beneficium sub invocatione S. Caroli Borromei.* Sed contendente Episcopo *Aquipendii* in collatione dicti Ordinis peccatum fuisse contra *Constitutionem Speculatores*, ex quo Litteræ Testimoniales restrictæ erant pro assequutione tantum enunciati Beneficii, nulla facta in iisdem mentione Natalium, ætatis, vitæ, & morum; Et è contra excipiente Episcopo *Clusino* quod *Constitutio Speculatores* non requi- 101 rat Testimoniales speciales pro consequutione Ordinum, sed contenta sit, quod in genere constet, de vita, & moribus ordinandi; quodque licet in Litteris præfatis non adesset expressa mentio ætatis, & Natalium *Raynerii*, virtualiter tamen expleta censebatur eo ipso, quod expressum fuerat ipsum esse Subdiaconum: Hinc proposito dubio — *An Subdiaconus Joannes Franciscus Raynerius fuerit valide, & licite promotus ad Ordinem Diaconatus ab Episcopo Clusino in casu &c.* licet Sac. Congregatio *die* 10. *Aprilis* 1717. rescripserit *Dilata, & ad mentem*, quæ fuit, ut *Raynerius* iterum examinaretur, quia ab Episcopo *originis* in examine pro dicto Ordine Diaconatus assequendo minus idoneus quoad scientiam compertus fuerat; nihilominus *die* 13. *Novembris* ejusdem anni, postquam in novo examine approbari meruerat, rescripsit: *Non esse molestandum.*

Propositis igitur in supradicta Causa *Pientina, seu Ilcinen. Ordinationis* inter cetera sequentibus 102 Dubiis. III. *An litteræ Testimoniales, quas idem Laurentius impetraverat ab Episcopo Pientino, fuerint sufficientes ad licitam Ordinationem.* IV. *An & qui Ordines contulit, & qui eos suscepit, inciderint in pœnas statutas a Sac. Concilio Tridentino, & a Bulla Speculatores, in casu &c.* Sac. Congregatio *die* 18. *Julii* 1733. respondit, Ad III. *Affirmative in casu de quo agitur.* Ad IV. *Negative*, Sed reproposita Causa *die* 8. *Augusti* ejusdem anni sub dubio — *An quoad tertium, & quartum Dubium sit standum, vel recedendum a Decisis die* 18. *Julii proxime præteriti*: responsum prodiit, *quoad tertium recedendum a decisis.* Ad IV. vero *Consulant conscientiæ suæ.*

Ceterum omittendum non est, quod si quis post susceptum aliquem ex Sacris Ordinibus ab Episco- 103 po *Beneficii* cum litteris Testimonialibus sui Ordinarii *originis*, & *Domicilii* continuo permaneat in loco Beneficii, non indiget novis Testimonialibus pro reliquis Ordinibus Sacris ab eodem Episcopo *Beneficii* suscipiendis, quia non est de quo Episcopus tam *originis*, quam *Domicilii* de novo testificari

ficari

ficari valeat. *Lamperez in Comm. in eandem Con-*
stit. n. 354. *Moren. in eandem Constit. numer.* 285.
104 Quod si postea redierit ad locum originis, aut Do-
micilii, & ibidem per aliquod considerabile tem-
poris spatium moratus fuerit, non potest ab eodem
Beneficii Episcopo ad ulteriores Ordines promoveri
sine novis Litteris Testimonialibus Episcopi *origi-*
nis aut *Domicilii*, in quorum Diœcesibus moratus
fuit, cum hoc tempore Canonico aliquo impedi-
mento irretiri potuerit, *Lamperez*, & *Moren. lo-*
cis cit. & decrevit Sac. Congregatio Concilii in
Grassetana, *seu Messanen. Ordinationis* 11. *Junii*
1712. *ad primum.*

Postremo in eadem *Innocentiana Constitutione*,
pro eo quod attinet ad subjectionem Episcopo *Be-*
neficii, sancitur, quod nemo illam *ad effectum su-*
scipiendi Ordines acquirere censeatur, *nisi Bene-*
105 *ficium prædictum ejus sit redditus*, *ut ad congruam*
vitæ sustentationem, *sive juxta taxam Synodalem*,
sive ea deficiente juxta morem Regionis pro promo-
vendis ad Sacras Ordines detractis oneribus per
se sufficiat, *illudque ab ordinando pacifice possidea-*
tur, *sublata quacumque facultate supplendi quod*
106 *deficeret fructibus ejusdem Beneficii cum adjectio-*
ne Patrimonii, *etiam pinguis*, *quod ipse ordinan-*
dus in eadem, *seu alia quavis Diœcesi obtineret*,
107 *ac Episcopus sic ordinans tam de prædictis Testi-*
monialibus Literis, *quam de reddi.in Beneficii hu-*
jusmodi expressam in consueta collatorum Ordinum
attestatione mentionem facere debebit, ut legitur in
§. Licet vero.

Plura igitur in dicto *§. Innocentiana Constitu-*
tionis præscribuntur. Et primo, quod Beneficium
ejus sit redditus, quod ad congruam vitæ sustenta-
tionem, vel juxta taxam Synodalem, vel ea defi-
ciente, juxta morem Regionis pro promovendis ad
Sacros Ordines, sufficiat. Per hanc enim provi-
108 dam Sanctionem præclusus remanet aditus fraudi-
bus, quæ passim committebantur cum maxima Ec-
clesiasticæ disciplinæ jactura in fictitiis, ac aliis fi-
duciariis, ac tenuissimi redditus Beneficiorum titu-
lis, ut advertit *Monacell. tom.* 3. *pag.* 227. *n.* 24.
Lamperez in Const. Speculatores n. 362. Ante enim
laudatam Constitutionem, juxta magis communem
109 sententiam, ad effectum subjectionis alieno Ordi-
nario ratione *Beneficii* sufficiebat, quod illud esset
tenue, & tenuissimum, cum hujusmodi generis
Beneficia, veniant etiam appellatione *Beneficiorum*,
& in *Cap. Cum nullus de tempor. Ordin. in* 6. non
legitur ulla restrictio, ut post *Novar. Azor. Garc.*
& alios tradunt *Passerin. in dict. cap. Cum nullus*
quæst. 1. *art.* 3. *n.* 55. *&* 56. *Barbos. ibid. n.* 5. *& de*
potest. Episcop. allegat. 4. *num.* 52. *Antonell. de Re-*
gim. Eccles. lib. 2. *cap.* 1. *n.* 19. *Fermosin. in cap.*
Quoad translationem quæst. 6. *n.* 11. *de tempor. Or-*
din. Pax Jordan. tom. 1. *lib.* 3. *titul.* 6. *n.* 73. *Dian.*
Oper. Coordinat. tom. 2. *tract.* 5. *resolut.* 49. *n.* 50.

Sed an hujusmodi congrua sustentatio regulari
debeat juxta taxam loci, in quo situm est *Beneficium*,
vel potius juxta taxam locorum *originis*, aut *Do-*
micilii ipsius promovendi, nil precise sancitur in
laudata *Constitutione*. Unde distinguendum est quod
110 aut Ordinandus ab Episcopo *Beneficii* habet, vel
habere debet domicilium certum, & permanens in
loco Beneficii, & hoc casu sufficit servare taxam
ejusdem loci; At in loco *originis*, seu alterius *Do-*
micilii moram trahere debet, & tunc attendenda est
taxa dictorum locorum. Ratio enim *Constitutionis*
fuit providendi alimentis Ordinandorum, ne cum
dedecore Clericalis ordinis mendicare cogantur,
unde alimenta regulari debent juxta taxam loci in
quo alimentandus lares figere statuit, *Monacell. in*
formular. tom. 3. *pag.* 228. *n.* 21. ubi reprehendit
Moreum indistincte firmantem sufficere taxam lo-
ci Beneficii, *Lamperez in Constit. Speculatores n*
367. qui licet minus recte asserat ex contextu ejus-
dem *Constitutionis* attendi debere taxam Diœcesis,
in qua situm est Beneficium, non vero Diœcesis *ori-*
ginis, seu *Domicilii* Beneficiati; nihilominus inge-
nue fatetur non expedire jure hoc uti cum illis,
qui residentiam non figunt in eadem Diœcesi Be-
neficii, si in ea ubi domicilium habent, major
quantitas requiritur ad decentem, & congruam
sustentationem, ne expositi maneant ad se impli-
candum secularibus negotiis.

Et distinctionem hanc pluries amplexa fuit *Sac.*
Congregatio Concilii. Siquidem in *Alatrina* 9. *Ju-* 111
nii 1701. cum quidam Clericus Romanus suppli-
casset Episcopo *Alatrino*, in cujus Diœcesi sim-
plex obtinebat Beneficium, ut eum ad Sacros Or-
dines ad titulum dicti Beneficii sufficientes reddi-
tus juxta taxam *Alatrii* habentis, promoveret, &
fuisset rejectus ex motivo, quod redditus præfati
non attingebant taxam Urbis *Romæ*, in qua natus,
educatus, & usque tunc commoratus fuerat, hinc
disputato Dubio: *An congrua sufficiens in præsenti*
casu sit constituenda juxta morem Regionis loci ori-
ginis, *seu potius juxta morem loci*, *in quo Benefi-*
cium est fundatum - Sac. Congregatio *die* 9. *Julii*
1701. instantiam rejecit, & censuit Patrimonium
constituendum esse juxta stylum Romanum; & in
Neapolitana, *seu Surrentina* 21. *Maii* 1718.

E contra vero præfata Sacra Congregatio, ex
quo Clericus origine loci *Sixtini* Nullius Diœcesis, 112
ratione Beneficii residentialis, quod in Diœcesi
Ariminen. obtinebat, in eadem ratione residentiæ
Domicilium contraxerat, censuit, attendendam esse
taxam ejusdem Diœcesis, ut in *Ariminen. Ordi-*
nationis 10. *Januarii* 1705. *ad* 2. Quam resolutio-
nem refert per extensum, *Monacell. in Formular.*
tom. 3. *pag.* 227. *n.* 27. Quemadmodum rite fuisse
Clericum Romanum prævias Litteris Testimonia-
libus Eminentissimi Urbis Vicarii ad Sacros Ordi-
nes promotum ab Episcopo *S. Agathæ Gothorum*
ad titulum Cappellaniæ residentialis, quam in ejus
Diœcesi obtinebat, cujus fructus sufficiebant qui-
dem pro congrua sustentatione juxta taxam dictæ
Diœcesis, licet essent infra congruam a taxa Sy-
nodali Urbis requisitam, recedendo a Decisis sub
die 28. *Novembris* 1711. respondit eadem Sacra
Congregatio in *Romana*, *seu S. Agathæ Gothorum*
Patrimonii 27. *Maii* 1713. in cujus themate, quia
contendebatur animum permanendi in Diœcesi S.
Agathæ erui rite non posse ex qualitate residen-
tiali, ex quo dubium erat, an residentia esset præ-
cisa, vel causativa, Sacra Congregatio mandavit
præstari ab Ordinato juramentum de permanendo
in eadem Diœcesi, quod tamen juramentum re-
quisitum fuit non sine Votorum scissura. Cum
enim agatur de inquirendo animo ordinandi, an
permanere intendat in loco Beneficii, hic animus
satis elicitur ex acquisitione ipsius Beneficii residen-
tialis; Beneficium autem efficitur residentiale per
residentiam, sive præcisam, sive causativam, nam
talis necessitas causativa operatur, ut quis dica-
tur cogi, licet per eam non inferatur præcisa ne-
cessitas; Sic ille, qui acquisivit Beneficium resi-
dentiale in certo loco, dicitur Civis illius loci, & 113
nihil interest, an residentia sit præcisa, vel cau-
sativa, ut late *Rot. dec.* 89. *numer.* 8. *& seqq. cor.*
Cerro.

An autem satisfactum dici possit *Constitutioni Spe-*
culatores requirenti, ut diximus, Beneficium talis
redditus, quod sufficiat ad congruam sustentationem,
quod

quod aliquis obtineat Coadjutoriam cum futura
114 successione, & cum assignatione congruæ, cujus
ope ali possit usquequo per obitum Coadjuti Ca-
nonicatum, vel Dignitatem pleno jure nanciscа-
tur? non inelegans quæstio est. Et quidem non
115 ambigitur Coadjutorem Canonicatus, vel Digni-
tatis haud effici Subditum Episcopi, in cujus Diœ-
cesi Coadjutoris munus exercet ratione *solius titu-
li Coadjutoriæ*, hæc enim non est Beneficium Ec-
clesiasticum, & in jure Coadjutor nonnisi fictus
Canonicus, seu Beneficiatus nuncupatur, unde
nullum jus habet super Beneficio, nisi illud dum-
taxat, quod vocant *ad rem*, qua ratione Coadju-
116 tori non suffragatur possessio Canonicatus, vel Di-
gnitatis vivente Coadjuto adepta, sed nova post
ipsius Coadjuti obitum requiritur possessio. *Abas
in Cap. de Rectoribus verb. Animarum, de Cleric.
Ægrot. Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 5. *§.* 9. *n.*40. *&*
64. *Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 10.
n. 49. *& seqq. & de Canonic. cap.* 29. *n.* 6. *Ventrigl.
in Prax. part.* 2. *adnotat.* 13. *§. Unic. n.* 36. *Sarau.
de Jurisdict. Adjunct. quæst.* 29. *n.* 33. *Monet. de
Option. quæst.* 8. *n.* 143.

Nec relevat, quod Coadjutor ex concessione
Coadjutoriæ cum futura successione spem habeat
certam, & fundatam succedendi in Beneficio.
Tum quia *Constitutio Speculatores*, ad effectum, de
quo agitur, requirit actualem Beneficii assequutio-
nem, illiusque pacificam possessionem, qua ratio-
ne sancivit Episcopum Clericali Caractere insigni-
117 re non posse Subditum alienum ea lege vocatum
ad Beneficium, ut ei conferatur statim ac, & im-
mediate fuerit prima Tonsura initiatus, ut supra
diximus, proindeque non sufficere pro Ordinibus
Sacris ab alieno Episcopo suscipiendis, quod quia
habeat spem certam, & jus ad Beneficium in illius
Diœcesi situm, tradit *Moren. in Comment. in eau-
dem Constitut. tit. de Benefic. quæst.* 1. *dub.* 10. *n.*77.
& seqq. Tum quia ad ejusdem Constitutionis tra-
mites, non sufficit solus titulus Beneficii, sed re-
118 quiritur, quod talis sit redditus, ut ad congruam
vitæ sustentationem satis sit, cujus generis non est
solus Coadjutoriæ titulus, cum Coadjutor quid-
quid ratione Coadjutoriæ inserviendo lucretur,
non sibi, sed Coadjuto lucratur.

Versatur igitur proposita quæstio in terminis
Coadjutoriæ, in cujus Literis reservata fuit Coad-
119 jutori annua Pensio, vel congrua pro necessaria il-
lius sustentatione; & cum alias de hoc articulo
actum fuisset in Sacra Congregatione Concilii in
una *Elboren.* in qua proposito, inter cetera, sequen-
ti Dubio. Primo — *An Coadjutor cujusdam Canoni-
catus cum futura successione, & assignata congrua,
alias exterus, eo ipso dicatur subjectus Capitulo
Elboren. ad effectum suscipiendi Ordines absque
alia Dimissoria Episcopi suæ Originis* — die 23. *Au-
gusti* 1721. responsum fuit *Affirmative.*

Verum duo casus distinguendi sunt. Primus,
quando Pensio, seu congrua assignatur Coadjutori
aliunde, quam ex fructibus Beneficii, & ut ple-
120 rumque accidere solet ex Bonis Patrimonialibus Pa-
rentum, vel Consanguineorum ipsius Coadjutoris,
& in his terminis cum congrua, seu Pensio præ-
fata Beneficium Ecclesiasticum non sit, neque Be-
neficii Ecclesiastici appellatione comprehendatur,
quemadmodum de jure communi sufficientem titu-
lum non præstat, quo quis posset ad Sacros Ordi-
nes promoveri ab illo Episcopo, in cujus Diœcesi
Pensio, seu congrua ista sibi fuerit assignata, ut
dictum est supra *n.* 69. multo minus id præstare
poterit vigore *Constitutionis Innocentianæ*, quæ est
juris communis restrictiva.

Secundus casus est, quando Pensio, seu Congrua
pro Coadjutore assignata fuit super redditibus ipsius
Beneficii, ad quod Coadjutor certum, & radica- 121
tum jus habet succedendi post obitum Coadjuti,
& hoc casu cum adsit simultaneus concursus du-
plicis tituli, perceptionis nempe ratæ fructuum ip-
sius Beneficii, & certæ ipsi succedendi ad illud,
casus ita mixtus resurgit, ut cum non adversetur,
neque juri communi, neque Concilio Tridentino,
neque præscriptis a Constitutione *Speculatores*, vi-
detur dicendum, quod id genus Coadjutores sub-
diti efficiantur Episcopo, in cujus Diœcesi situm
est Beneficium; & in his terminis intelligendam
esse existimo resolutionem Sacræ Congregationis
in supradicta Causa *Elboren.*

Ceterum esto Coadjutor cum futura successione,
sive cum assignatione Congruæ, sive absque illa, di-
ci non possit ratione Beneficii Subditus Episcopi, in
cujus Diœcesi obtinet Coadjutoriam, adhuc talis
effectus fuit ratione novi Domicilii, quod acquisi-
vit, statim ac obtinuit Coadjutoriam, cujus vigore 122
obstrictus remansit ad residendum, unde aperte ni-
mis animum pandidit perpetuo habitandi in loco
ejusdem residentiæ, *Piasec. in Prax. part.* 1. *cap.* 1.
artic. 2. *n.* 8. *Antonell. de Regim. Eccles. libr.* 2.
cap. 1. *n.* 8. Idque etiam in terminis Constitutio- 123
nis Innocentianæ, quæ in *§. Subditus autem* non
alio intuitu pro Domicilio in aliquo loco contra-
hendo requirit, vel decennalem habitationem, vel
translationem majoris rerum, ac bonorum suorum
partis cum instructis Ædibus, & cum mora ibidem
per aliquod considerabile tempus, nisi ad effectum
eruendi animum certum, & determinatum perpetuo
in eodem loco permanendi, quem ulterius manda-
vit juramento comprobari, ut præcideret fraudes,
quæ committi solebant pro evitanda subjectione er-
ga Episcopum Originis, aut præcedentis Domicilii.
Qui sane animus, & quidem certus, ac determina- 124
tus habitandi in loco Beneficii, satis superque erui-
tur ex Coadjutoria super Beneficio residentiali ob-
tenta, unde tali casu necessarius non videtur concur-
sus aliorum requisitorum, quæ ad effectum contra-
hendi Domicilium *Innocentiana Constitutio* requisi-
vit. Et cum hoc sensu processit *Sacra Congregatio* 125
*Concilii in Romana, seu S. Agathæ Gothorum Patri-
monii* 27. *Maii* 1713. de qua supra meminimus.

Secundo præscribitur in eodem §. *Licet vero In-
nocentianæ Constitutionis*, quod pro dimetienda con-
grua sustentatione, detrahi debeant a redditibus 126
Beneficii onera, quibus prægravatur, quod intelli-
gendum est de oneribus certis, & fixis, quæ enu-
merat *Lamperez in Comment. in eandem Constitut.
n.* 366. *Monacell. in formular. tom.* 1. *pag.* 345. *n.* 1.
& 2. *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 90. *n.* 80. Secus
vero de extraordinariis; Sed an detrahenda sint 127
onera Missarum, quas Beneficiatus per se ipsum
celebrare teneatur, aut per alium celebrare pos-
sit, late examinabimus infra §. 5.

Tertio in laudato §. *Licet vero* decernitur, Epi-
scopum Beneficii ad effectum promovendi sibi non
subditum nullo modo supplere posse, quod deficit
fructibus ejusdem Beneficii, juxta taxam Synoda-
lem, aut morem Regionis, cum adjectione Patri- 128
monii etiam pinguis, quod ordinandus in eadem,
aut quavis alia Diœcesi obtineret, quod factum
esse existimat *Lamperez in dictam Constitut. n.* 381.
ut ita sit major difficultas, quod Subditi *Originis*,
aut *Domicilii* Prælatos vitent, & ad alios diver-
tant pro receptione Ordinum, quod fuit tot frau-
dum, & abusuum Seminarium. Ex gratia tamen
aliquando S. Congregatio, præsertim quando agi-
tur cum jam promotis, indulgere solet, quod sup-

pleatur

pleatur taxa Synodalis cum adjectione, vel alterius
Beneficii, vel Patrimonii, ut in *Ariminen. Ordi-
nationis* 10. *Januarii* 1705.

Quarto loco sancivit san. memor. Innocentius
XII. in dicto §. *Licet vero* suæ Constitutionis,
quod Episcopus *Beneficii* in consueta collatorum
Ordinum attestatione mentionem facere debeat tam
129 de Litteris Testimonialibus Episcopi *Originis*, &
Domicilii, quam de redditu Beneficii. Ita qui-
dem, ut quoties hæc dispositio non adimpleatur,
facultatem habeat Episcopus *Originis*, aut *Domi-
cilii* suspendendi Ordinatum ab exercitio Ordinis,
ut generaliter decernitur in eadem Constitutione
§. *Ita vera*, & in specie respondit Sacra Congre-
gatio in dicta *Ariminen. Ordinationis* 10. *Janua-
rii* 1705. *ad primam.*

Hinc non sufficit, quod in Litteris Subdiacona-
tus, vel alterius suscepti Sac. Ordinis, Cancellarius
130 testetur Beneficiatum fuisse promotum titulo *con-
grui Beneficii*; per hanc enim expressionem satisfa-
ctum non remanet intentioni *Constitutionis*, quæ
mentionem redditus Beneficii requisivit ad hoc ut
Episcopus *Originis*, aut *Domicilii* cognoscere possit,
an redditus respondeat taxæ, quæ in sua Diœcesi
congrua est ad vitæ sustentationem, cum non atten-
datur taxa, quæ in loco Beneficii, sed ea, quæ vi-
get in loco Originis, aut Domicilii, juxta resolutio-
nes Sacræ Congregationis Concilii in *Ariminen. &
S. Agathæ Gothorum*, quas laudavimus supra. Et
in specie, quod satisfactum non fuerit Constitutio-
ni *Speculatores* per Episcopum Beneficii, qui in
consueta collati Ordinis attestatione solum expres-
serat Subdiaconatus Ordinem contulisse titulo *con-
grui Beneficii*, respondit Sacra Congregatio Con-
cilii in *Grossetana*, *seu Messanen. Ordinationis* 11.
131 *Junii* 1712. Quod tamen limitarem in casu, quo
promotio ad Sacros Ordines sequuta fuisset ad titu-
lum Beneficii residentialis, cum enim in hoc the-
mate cessset supradicta ratio, ex quo attenditur pro
congrua sustentatione Ordinati taxa loci Beneficii,
ut diximus supra, sat esset expressio, quod Ordi-
natio expleta fuerit ad titulum *congrui Beneficii*,
cum per hujusmodi expressionem emissam ab Or-
dinatore, ceteroquin de taxa suæ Diœcesis optime
instructo, virtualiter satisfactum censeatur Consti-
tutioni *Innocentianæ*.

Sed quid dicendum, quando Episcopus Bene-
132 ficii non ordinat, sed Litteras Dimissoriales ad alie-
num Episcopum pro Ordinatione concedat, an in
Litteris præfatis tenestur facere expressam mentio-
nem de Litteris Testimonialibus Episcopi *Origi-
nis*, aut *Domicilii*, & fructibus Beneficii? *Affir-
mative* respondet *Lamperez in Constitut. Specula-
tores n.* 287. ea ratione, ut nemo ambigeret ipsum
juste, & legitime ad præscriptum *Innocentianæ*
Constitutionis Litteras Dimissoriales concedere.
Verum licet optimum esset, quod Episcopus *Be-
neficii* in suis Litteris Dimissorialibus de supradictis
mentionem faceret, non est tamen mentio præfata
133 adeo necessaria, ut illius omissio illicitam redderet
Ordinationem. Constitutio enim præfata de hoc
casu non loquitur, cumque sit pœnalis, & juris
communis correctoria, extendi non debet ad casus
in ea non expressos, juxta vulgata jura. Et cum
hoc sensu processit Sacra Congregatio Concilii in
illa Causa *Aquipendien. seu Clusina Ordinis*, de
qua meminimus supra. Cum enim ab Episcopo
Aquipendien. Ordinario *Originis* contenderetur il-
licitam fuisse Ordinationem *Francisci* ad Diaco-
natum expletam ab Episcopo N. cum Litteris Di-
missorialibus Episcopi *Clusini*, in cujus Diœcesi Ca-
nonicatum obtinuerat, nedum quia prætensæ Lit-
teræ Testimoniales per ipsum expeditæ tales revera
dici non poterant, verum quia in Litteris Dimis-
sorialibus Episcopi *Clusini* Ordinarii *Beneficii* nulla
facta legebatur mentio, nec de supradictis ejus
Litteris Testimonialibus, nec de redditu Canoni-
catus, nihilominus Sacra Congregatio respondit
non esse molestandum.

Quarta demum subjectio pro Ordinibus susci-
piendis est familiaritas cum Episcopo, qui nec ra- 134
tione *Originis*, nec *Domicilii*, nec *Beneficii* sit pro-
prius promovendi Ordinarius. Sancitum est enim
a Concilio Tridentino *Sess.* 23. *cap.* 9. quod *Epi-
scopus familiarem suum non subditum ordinare non
possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus,
& Beneficium quacumque fraude cessante statim re
ipsa illi conferat, consuetudine quacumque etiam
immemorabili in contrarium non obstante.*

Concilii Tridentini sanctionem aliquid addendo,
& declarando innovavit *san. mem. Innocentius XII.*
in sæpelaudata *Constitutione Speculatores*, in qua
pro eo quod attinet ad subjectionem ratione fami-
liaritatis, ita in §. *Ad hæc* provide disponitur. *Ad
hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis subditum fami-* 135
*liarem suum ad aliquos Sacros, seu minores Ordi-
nes, vel etiam primam Tonsuram promovere, seu
ordinare præsumat absque ejus proprii Originis scili-
cet, seu Domicilii Prælati Testimonialibus Litteris,
ut supra, & nisi ad præscriptum Concilii Tridentini
præfati Sess.* 23. *cap.* 9. *de Reformat. familiarem
prædictum per integrum, & completum triennium
in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sum-
ptibus aluerit; Beneficium insuper, quod ei ad vi-
tam substentandam, juxta modum superius præfini-
tum, sufficiat, quacumque fraude cessante, statim,
hoc est saltem intra terminum unius mensis a die fa-
ctæ Ordinationis re ipsa conferat, ac in Ordinatio-
nis hujusmodi testimonio expressam itidem familiari-
tatis, ac Litterarum prædictarum mentionem facere
teneatur.* Quam *Innocentianæ* Constitutionis dispo-
sitionem comprehendere etiam Cardinales Episco- 136
pos, ut non possint familiares suos Triennales ad
Ordines promovere, nisi servatis conditionibus ab
ea præscriptis, reprobando *Morenum* late tradit *Mo-
nacell. in Formular. tom.* 3. *pag.* 231. *a n.* 46. *& seqq.*

Plura igitur ad tramites Concilii, & *Innocentia-
næ* Constitutionis requiruntur, ad effectum ut E-
piscopus familiarem suum alienæ Diœcesis, sive ad
minores, sive ad majores Ordines licite promovere
valeat. Primo quod id expleat cum Litteris Testi-
monialibus Episcopi *Originis*, seu *Domicilii*, eo 137
prorsus modo, quo necessariæ diriguntur dictæ
Litteræ pro Ordinibus suscipiendis, ab Episcopo
Beneficii, ut præscribitur in præcedentibus §§. *Præ-
terea: Quod si quis*, & *Ad hæc* ejusdem Consti-
tutionis, ad quos referri videtur ibi *ut supra*, ut ad-
vertit *Lamperez in dict. Constitution. n.* 431. & in-
hærendo *Innocentianæ* Constitutioni respondit Sa-
cra Congregatio Concilii *Laquedonien. seu Bitunti-
na Ordinationis* 16. *Novembris* 1709. Hujusmodi
enim obligatio requirendi Litteras Testimoniales 138
Episcopi *Originis*, vel *Domicilii*, fuit nova lex
a dicta Constitutione præscripta, cum in terminis
Concilii Tridentini permissum esset Episcopo etiam
absque Litteris præfatis familiarem suum Trien-
nalem ordinare, *Quaranta in Summ. Bullar. verb.
Ordo pag.* 485. *versic. Limita in eo.*

Secundo requiritur, quod ad Concilii Triden-
tini tramites Episcopus *familiarem prædictum per
integrum, & completum Triennium in suo actuali
servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit.*
Hoc porro Triennium, de quo loquitur Conci- 139
lium, & ad quod Constitutio *Innocentiana* refertur,

debet

debet esse continuum, nec notabili aliquo temporis spatio interruptum; unde non sine mysterio in Constitutione præfata, ut dubium omne præcidatur, leguntur verba illa *per integrum, & completum*, quæ deficiunt in Decreto Concilii Tridentini *Sess. 23. cap. 9.* Ut in terminis ejusdem Concilii tradunt *Barbos. in d. cap. 9. n. 7. & de Potest. Episc. alleg. 5. n. 9. Corrad. in Prax. dispensat. lib. 4. cap. 5. n. 61. Passerin. in Cap. Cum Nullus artic. 4. n. 78. de Tempor. Ordinat. in 6. Piasec. in Prax. part. 1. cap. 1. artic. 2. n. 29. Ricc. in Prax. For. Eccles. part. 1. resolut. 278. per tot. & Collect. 3496. versic. ultim. & decis. 215. n. 7. part. 4.* Et in terminis *Innocentianæ* Constitutionis animadvertunt *Lamperez n. 432. & 436. Monacell. tom. 3. pag. 232.* ubi reprobat *Morenum* existimantem haud esse improbabile, quod Triennium, de quo loquitur laudata Constitutio, non debeat esse continuum.

Sufficit vero, quod triennium familiaritatis sit inceptum ante promotionem ad Episcopatum, ut
140 resolutum fuit a Sacra Congregatione Concilii in *Cathacen. 19. Novembris 1589.* Proposito enim Dubio -- *An hujusmodi Triennio computari possit tempus, quo familiaris secum fuerit commoratus, antequam ad Episcopatum esset promotus* -- responsum prodiit -- *Utique computari* -- & in *Brugnaten. 28. Julii 1680.* Dubio ita concepto -- *An sufficiat, quod quis inservierit per triennium Episcopo, computato tempore, quo ipsi inservierat ante adeptum Episcopatum* -- Sacra Congregatio censuit *sufficere*; Et in antiquo Codice resolutionum Sac. Congregationis *ad Sess. 23. cap. 9. de Reformat.* Decretum his verbis conceptum habeo -- *Cum Episcopus Cephaluden. creatus Episcopus confestim quemdam familiarem suum, qui per decennium commoratus fuerat, antequam esset Episcopus, ordinasset, dubitatum fuit in Sacra Congregatione Concilii, an illum ordinare potuerit vigore cap. 9. sess. 23. de Reformat. licet postquam erat Episcopus secum per triennium non esset commoratus. Sacra Congregatio censuit potuisse, & facta relatione Sanctissimo, approbavit Sanctissimus Sententiam Congregationis ob identitatem rationis* -- & firmant communiter *Fermosin. de Offic. & Sacr. Eccles. tit. de Tempor. Ordinat. Cap. Quoad Translationem quæstion. 4. n. 5. Passerin. in dict. Cap. Cum Nullus n. 79 de Tempor. Ordinat. in 6. Pax Jordan. tom. 1. lib. 3 tit. 6. numer. 165. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 2. n. 29. Pirhing. in Jus Canon. lib. 1. tit. 21. n. 29. Barbos. de Potest. Episcop. allegat. 5. n. 8. Bonacin. de Sacram. disput. 8. quæst. unic. punct. 4. num. 16. Clericat. Erotem. Ecclesiastic. cap. 128. n. 86. Ventrigl. in Prax. part. 1. annotat. 33. §. 1. numer. 33. Garc. de Benef. part. 1. cap. 5. n. 63.*

141 Et licet *Lamperez* contrarium existimet in terminis Constitutionis *Innocentianæ* ea ratione motus, quod verba -- *per integrum, & completum Triennium* -- quæ in dicta Constitutione leguntur verificari cum proprietate non possunt, nisi de illo familiari, quem Episcopus secum retinuit per tres integros annos postquam ad Episcopatum promotus fuit, alias Triennium familiaritatis non esset integrum, ex quo Ordinandus partim fuisset familiaris Episcopi, partim familiaris Canonici, Inquisitoris, Auditoris &c. uti ratiocinatur *n. 434.* Nihilominus a priori Sententia recedendum non
142 est. Siquidem tantum abest, quod *Constitutio Innocentiana* in hoc puncto novum decernere voluerit Triennium diversum ab eo, quod inherendo menti Concilii Tridentini, prædefinivit S. ejusdem Conc. Congreg. & communis Doctorum Sententia, ut Triennium præfatum non aliter requisierit, quam ad tramites ipsiusmet Tridentini Concilii, ibi -- *Et nisi ad præscriptum Concilii Tridentini &c. per integrum, & completum Triennium in suo actuali servitio &c.* & advertit *Monacell. tom. 3. pag. 232. n. 5.* Itaque propter, si juxta Concilii mentem 143
in computo Triennalis familiaritatis respectus habetur ad familiaritatem etiam ante Episcopatum contractam, eodem pari modo computatio fieri debet in terminis Constitutionis *Innocentianæ* expressam habentis relationem ad dispositionem Conciliarem, argumento *Text. in leg. Asse toto ff. de Hæredib. Instit. leg. Si ita scripsero ff. de Condit. & Demonstrat. leg. Ait. Prætor §. 1. ff. de Re judicat.*

Accedit, quod ratio præcipua, & finis tum
Concilii Tridentini, tum Innocentianæ *Constitu-* 144
tionis in præscribendo Triennium familiaritatis, ille fuit, ut in hoc congrui temporis intercapedine Episcopus indolem, ingenium, & mores sui familiaris perspectos habere possit, ut in terminis Concilii advertunt *Ricc. resolut. 267. & dec. 307. Barbos. allegat. 5. n. 6. Pirhing in Jus Canon. lib. 1. tit. 21. n. 29. Hallier. de Sacr. Ordinat. part. 2. sect. 5. cap. 3. artic 52. §. 2. Fermosin. de Offic. & Sacr. Eccles tit. de Tempor. Ordinat. Cap. Quoad Translationem quæst. 4. n. 8. & 15.* & in terminis Constitutionis *Innocentianæ*, ponderat ipsemet *Lamperez n. 431.* Cumque hujusmodi finis implemento æque bene consultum remaneat, sive familiaritas sit incepta ante, sive post promotionem ad Episcopatum, dum utroque casu Personæ Episcopi perspecti esse possunt mores sui familiaris, ut perpensum fuit a Patribus Sacræ Congregationis Concilii in illa Resolutione, quam transcripsimus supra *n. 140.* sequitur quod etiam in terminis *Innocentianæ* Constitutionis sufficere debeat familiaritas ante Episcopatum incepta, ad effectum ut ex ea oriatur subjectio pro Ordinibus suscipiendis, ad *Text. in leg. His solis versic. Satis etiam caute putamus Cod. de Revocat. & Donat. leg. Illud Cod. de Sacros. Eccles. leg. Item veniunt. §. Ait Senatus ff. de Petit. Hæredit.*

Nec juxta sensum *Lamperez* officere possunt verba illa Constitutionis *per integrum, & completum Triennium* non aliter juxta eorum proprietatem verificabilia, quam de Triennio incepto, & com-
pleto post Episcopatum. Quippe animadverten- 145
dum est, quod licet in terminis Concilii Tridentini, antequam *Innocentiana* Constitutio emanaret, probabilior, magisque recepta esset opinio, quod Triennium familiaritatis deberet esse completum, nec sufficeret inceptum, ex quo cum res odiosa sit respectu Episcopi Originis, seu Domicilii, quod proprius Subditus ab eorum jurisdictione quoad Ordines suscipiendos eximatur, æqui bonique ratio proinde suadere videbatur, tempus triennii interpretandum esse de completo; Nihilominus non
deerant, qui affirmarent, sufficere Triennium in- 146
cœptum; Cum enim agatur de Privilegio prisca Ecclesiæ consuetudine Episcopis concesso, & a Tridentino approbato, illud late, benigneque interpretandum erat, itaut triennium inceptum, haberi deberet pro completo; & hujusmodi innixi fundamento Sententiam hanc propugnarunt DD. relati per *del Bene de Immunitat. Eccles. cap. 12. dub. 7. sect. 7. n. 25 P. la Croix Theol. moral. lib. 6. part. 2. n. 2187.* Hinc ad dubietatem hanc eliminandam, provide in laudata Constitutione sancitum fuit, quod Triennium familiaritatis debeat esse *integrum, & completum.* At cum præfata verba, juxta propriam eorum indolem verificari possint de Triennio integro, & completo quoad utrumque tempus, & ante, & post Episcopatum, non est cur coarctari debeant ad Triennium inceptum tantummodo, completum que

post

post Episcopatum, si alterando mentem Pontificis, qui statuere noluit novum Triennium diversum ab eo, quod jam præscripserat Concilium Tridentinum, & inducendo ejusdem Conciliaris dispositionis correctionem, quæ semper omni benigna interpretatione vitari debet, ad *Text. in leg. Si quando Cod. de Inoffic. Testam. leg. Præcipimus in fin. Cod. de Appellat. Cap. Cum expediat. de Elect. in 6 Abbas consil. 78. in princip. lib. 2. Geminian. consil.* 131. *num.* 1.

Præsertim quia Constitutio *Innocentiana*, an-
147 tequam emanasset, transmissa fuit per manus omnium DD. Cardinalium Sacræ Congregationis Concilii, quorum Votis, & Consiliis extenta fuit, juxta testimonium, quod perhibet *Monacell. tom.* 3. *pag.* 227. *num.* 19. & testari quoque possum Ego tunc temporis Auditor clar. memor. Cardinalis *Panciatici*. Notum autem erat Eminentissimis Patribus, quod ab eadem Sacra Congregatione mens Concilii pluries interpretata fuerat, etiam de familiaritate incœpta ante Episcopatum, unde nil facilius fuisset, quam illius exclusionem consulere, prout sequutum fuit circa alterum requisitum Beneficii ab Episcopo Patrono familiari suo conferendi, quod etsi juxta Conciliarem dispositionem etiam tenue exuberaret, nihilo minus expresse ab eadem *Innocentiana* Constit. sancitum fuit, quod Beneficium hujusmodi ad *vitam sustentandam* sufficiens esse deberet.

Ad tramites insuper tum Concilii Tridentini, tum laudatæ Constitutionis *Innocentianæ* requiti-
148 tur, quod Familiaris toto triennii tempore manserit sub oculis, & præsentia Episcopi, illius obsequiis, & servitio addictus, unde si moram traxerit extra Diœcesim, aut Civitatem, in qua Episcopus residet, quamvis expensis Episcopi viveret, non poterit ab eo ad Ordines promoveri, ut innuunt tum verba illa Concilii *d. cap.* 9. *Sess.* 23. *Per triennium secum fuerit commoratus*, & cohærenter ad ea tradunt *Fermosin. de Offic. & Sacr. Eccles. tit. de Tempor. Ordin. dict. quæst.* 4. *n.* 7. *&* 12. *& seqq. Sanchez Opuscul. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *num.* 21. *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 29. *Corrad. in Prax. dispensat. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 60. *&* 61. Tum verba Constitutionis *Innocentianæ*, ibi -- *in suo actuali servitio secum retinuerit* -- eaque perpendendo *Lamperez nu.* 435. *Monacell. tom.* 3. *pag.* 233. *num.* 58. ubi reprobat *Marenum*, qui existimat, Familiarem non in Ædibus Episcopalibus, sed tantum intra Diœcesim Episcopi Domini sui, aut licet extra Diœcesim, prope tamen ipsam, commorantem, non prohiberi ad Ordines ratione absentiæ, promoveri, quia præsumitur, Episcopum illius mores adhuc perspectos habere. Et in hoc
149 Familiares Cardinalium distinguuntur a Familiaribus Episcoporum. Primi enim etsi extra Domum Cardinalis, immo & in longinquis Regionibus existant, si inibi degant ex causa respiciente servitium Cardinalis, adhuc ut illius Familiares reputantur, cum respectu Cardinalium familiaritas unice consideretur in ordine ad servitium, quod iis præstatur, & semper quis dicitur servire Domino, ubicumque ille serviat, ut diximus in *Comment. in Regul. IV. §. VI.* At vero quia familiaritas Ordinandi respectu Episcopi non est a Concilio volita ob solum respectum ad servitium, quod illius Personæ præstari debet, sed ad eum præcipue finem, ut Episcopus ratione familiaritatis triennalis perspicere possit, an Familiaris præditus sit illis animi dotibus, ac moribus, quos in sortem Domini vocandum habere decet, hinc fit, quod si Familiaris absens sit ab oculis Episcopi, ita ut haberi nequeat finis a Concilio volitus, esto illius familiaris dici possit quoad quoscumque alios effectus a familiaritate resultantes, talis tamen non est ad effectum, ut ab eo ad Sacros Ordines tanquam a proprio Ordinario, promoveri valeat.

Et quamvis *Lamperez num.* 435. *& seqq.* ne-
dum requirat moram Familiaris in eadem Urbe, 150
in qua residet Episcopus, sed etiam illius cohabitationem in eodem Palatio Episcopali, cum alias Episcopus non posset plenam, perfectamque illius indolis, & morum notitiam habere, & refert Dictum Cardinalis *Hugonis* vocantis Domum Episcopalem *Probatoriam Clericorum*, quod & innuere videtur Concilium *Arausicanum* sub *Leone* Papa I. celebratum *Canon.* 8. a quo, ut diximus, Privilegium Episcoporum ordinandi Familiares suos originem duxit, ibi -- *Si quis aliquem consistentem Clericum ordinandum putaverit, prius definiat, ut cum ipso habitet, nec eum sine consultatione Episcopi, cum quo ante habitavit, ordinare præsumat.* Quem Canonem refert *Hallier de Sacr. Elect. & Ordinat. part.* 2. *sect.* 5. *cap.* 3. *art.* 2. *§.* 2.
litt. B. Nihilo minus rigida aliquantulum opinio 151
hæc mihi videtur, cum Verba Concilii, & Constitutionis *Innocentianæ* cohabitationem hanc non requirant, & ceteroquin Familiaris, qui servitio Episcopi, ejusque obsequiis est addictus, ac in eodem loco, ubi Episcopus residet, habitat, licet extra Episcopium, adhuc dicitur cum Episcopo commorari, eique illius ingenium, indoles, ac mores bene possunt esse perspecti, ut in proposito observant *Fermosin. de Offic. & Sacr. Eccles. tit. de Tempor. Ordinat. quæst.* 4. *num.* 9. *& seqq. Corrad. in Prax. dispensat. lib.* 4. *cap* 5. *num.* 61. *Pirhing in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 29.

Nepotes vero, & Consanguineos secum insimul in eodem Palatio, etsi per triennium habi-
tantes, & ab eo victum recipientes, non potest 152
Episcopus sine Litteris Dimissorialibus proprii eorum *Originis*, & *Domicilii* Episcopi ad Ordines promovere, nisi revera illi inserviant, ita ut sint Familiares; cum ceteroquin sola ratio quod per triennalem cohabitationem illorum mores perspectos habere valeat, ad effectum ordinandi alienos Subditos, non sufficiat, ut respondit Sacra Congregatio in *Brixinen.* 11. *Septembris* 1608. per hæc verba -- *Sacra &c. censuit, non posse Episcopum ordinare Nepotes, nisi illi inserviant, ita ut Familiares sint* -- & tradunt *Corrad. in Prax. dispensat. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 62. *Pax Jordan. var. lucubr. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 163.

Tertio ad effectum ut Episcopus Familiarem suum non Subditum ad Ordines promovere va-
leat, requiritur juxta *Innocent.* Constit. eod. §. 153
Ad hæc, ut Beneficium, quod ei ad vitam sustentandam juxta modum superius præfinitum sufficiat, quacumque fraude cessante, statim, hoc est, saltem intra terminum unius Mensis a die factæ Ordinationis re ipsa illi conferat. Per hanc enim Constitutionis *Innocentianæ* dispositionem Beneficium ab Episcopo suo Familiari conferendum, debet esse
sufficiens ad congruam sustentationem, juxta ta- 154
xam Diœcesis ejusdem Episcopi Patroni, vel ea deficiente juxta morem Regionis, nec Beneficio te-
nui existente, suppleri potest quod deficit ad con- 155
gruam sustentationem, adjectione Patrimonii, vel Pensionis; Id enim important verba illa, *juxta modum superius præfinitum*, quæ relationem habent, ad disposita in superiori §. *Licet vero* ejusdem Constitutionis, quo, ut diximus, sancitum fuit, subjectionem ratione Beneficii non acquiri, nisi illud sit ad congruam sustentationem sufficiens, sublata que-

quacumque facultate supplendi, quod ex ejusdem
Beneficii fructibus deficiat cum adjectione Patri-
monii, etiam pinguis, quod Ordinandus ipse ob-
tineret, ut advertit *Lamperez in eandem Constit.*
num. 440. & resolvit Sac. Congregatio Concilii in
Sypontina Ordinationis 27. Novembris 1717. Et
per Constitutionem præfatam sublata remanet sen-
tentia, quæ ante illius editionem vigebat, quod
sat esset, ut Beneficium Familiari ordinato ab
156 Episcopo Patrono conferendum, fuisset tenue,
dummodo supplementum a Pensione, vel Patri-
monio haberetur, *Passerin. in cap. Cum nullus*
num. 87. *de Tempor. Ordinat. in* 6.

Iidem licet antequam laudata Constitutio ema-
naret, prohibitum etiam esset Episcopo, Familia-
157 rem suum triennalem ad titulum Patrimonii ordi-
nare absque collatione Beneficii, ut decreverat *S.*
Congreg. Conc. in Neapolitana 11. *Novembris* 1611.
ad 2. & 22. *Junii* 1613. ob necessitatem tamen,
vel utilitatem Ecclesiæ poterat Familiaris ab Epis-
copo hero suo ad titulum Patrimonii, vel Pen-
sionis ordinari, etsi postea nullum ei collatum fuis-
set Beneficium, ut relatis quamplurimis ejusdem
Sacræ Congregationis Decretis tradunt *Fagnan. in*
cap. Ad audientiam il 2. *n.* 236. *de Rescriptis, Bar-*
bos. ad Concil. dict. cap. 9. *num.* 13. & 14. & *de*
Episcop. allegat. 5. *n.* 14. & *seqq. Passerin. in dict.*
cap. Cum nullus num. 92. *Fermosin. de Offic.* &
Sacr. Eccles. tit. de Tempor. Ordinat. cap. Quoad
Translationem dict. quæst. 5. *num.* 13. & *seqq. Ton-*
dut. de Perus. cap. 34. *num.* 5. & *seqq. Pax Jordan.*
tom. 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 173. & *seqq. Antonell. de Re-*
gim. Eccles. lib. 2. *cap.* 1. *num.* 35. *Castrapal. oper.*
moral. tom. 4. *tract.* 27. *disput. unic. pract.* 15. *num.*
6. *Garc. de Benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 80. & *seqq.*
At vigore *Innocentianæ* Constitutionis Episcopus
alienæ Diœcesis Subditum Familiarem suum ad
158 Ordines promovere nequit ad titulum Patrimonii,
vel Pensionis, *etiam ob necessitatem, vel utilita-*
tem Ecclesiæ, nisi ultra triennale servitium eidem
Beneficium ad congruam sustentationem sufficiens
conferat. Disputato enim Dubio in Sac. Congrega-
tione Concilii in una *Tricaricen. Ordinationis die*
27. *Junii* 1697. -- *An stante novissima Constitutione*
Speculatores posset Episcopus Familiarem trienna-
lem ad titulum Patrimonii promovere ad Sacros
Ordines ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ,
nullo collato Beneficio Ecclesiastico -- responsum fuit
negative, ut in *lib.* 47. *Decret. pag.* 331. quam re-
solutionem refert *Monacell. tom.* 1. *pag.* 69. *n.* 1.
& *num.* 2. ait, idem procedere in Pensione, *Lam-*
per. in eandem Constit. num. 443.

Similiter in terminis Concilii Tridentini *dicta*
cap. 9. præcipientis, quod Episcopus Familiari
suo Beneficium *STATIM* conferat, controversum
erat inter Doctores, quomodo intelligenda esset
159 dictio illa *STATIM*; aliis existimantibus, quod
stricte sumi deberet, id est vel *in continenti post*
ipsam Ordinationem, juxta Decretum *Sac. Con-*
gregationis Concilii in Brixien. 17. *Martii* 1603.
vel saltem post decem, aut duodecim dies, ita ut
illicita foret Ordinatio, quæ per Menses Beneficii
collationem præcederet, ut antiquioribus relatis
Passerin. in cap. Cum nullus num. 86. *Pax Jordan.*
tom. 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 170. & 171. *Barbos. allegat.*
5. *num.* 11. & *ad Concil. dict. cap.* 9. *num.* 10. *Garc.*
de Benefic. part. 2. *cap.* 5. *num.* 85. Aliis vero
opinantibus dictionem illam *STATIM* eam reci-
pere posse interpretationem, ut cum Episcopus
Familiarem suum ordinaret, procederet ex ani-
mo conferendi ei Beneficium aliquod, cum *pri-*
mum vacaverit, *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 1.
tit. 21. *num.* 29. *Fermosin. in cap. Quoad Transla-*
tionem quæst. 5. *n.* 5. *de Tempor. Ordinat.* Sed
controversiam hanc sustulit laudata *Innocentiana*
Constitutio, quæ dictionem illam *STATIM*,
qua utitur Concilium, declaravit *STATIM*, *hoc* 160
est saltem intra terminum unius Mensis a die fa-
cta Ordinationis, re ipsa conferat.

Ceterum quamvis Concilium Tridentinum, &
Innocentiana Constitutio non aliter permittant
Episcopo Familiarem suum non subditum ad Or-
dines promovere, nisi post triennalem familiari-
tatem, & dummodo ei Beneficium, quod ad con-
gruam sustentationem sufficiat, *STATIM*, id est
intra terminum unius Mensis, conferat, nihilo mi-
nus si Episcopus Familiari suo Clerico ante com- 161
pletum triennium familiaritatis Beneficium suffi-
ciens conferat, non prohibetur illum ulterioribus
Ordinibus insignire, triennio nondum elapso; hoc
enim casu Ordinatio non sequeretur ratione fami-
liaritatis ob deficientiam triennalis servitii, sed ex
causa Beneficii, ob quod Episcopus Patronus fit
etiam Ordinarius sui Familiaris. Nihil enim in
hoc casu per Constitutionem *Innocentianam* inno-
vatum fuit, ut advertit *Lamperez num.* 442. Et
ceteroquin Familiaris Episcopi, etsi adhuc per tri-
ennium ei non inservierit, non debet esse deterioris
conditionis, quam extraneus quilibet, qui ratione
Beneficii effectus Subditus Episcopi illius Diœce-
sis, in qua existit, ab eo ad Sacros Ordines promo-
veri potest, ut prosequitur *Lamperez loco cit.* &
antea dixerunt *Doctores penes Passerin. in cap. Cum*
nullus num. 90. *de Tempor. Ordinat. pag.* 468. *Fer-*
mosin. de Offic. & *Sac. Eccles. tit. de Tempor. Ordin.*
cap. Quoad translationem quæst. 4. *num.* 6. & 8.
Sanchez Opuscul. moral. libr. 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *n.* 25.
& in antiquo Codice Resolutionum Sac. Congre-
gationis ad *Sess.* 23. *cap.* 9. *de Reformat.* hæc adno-
tata leguntur -- *Martius Mediolanen. cui ab Epis-*
copo Regien. collatum fuerat Beneficium, per Lit-
teras Dimissorias ejusdem Episcopi ordinatus fuit,
dubitavit an cum non permansisset in Diœcesi Epis-
copi ultra annum ei obstaret cap. 9. *Session.* 23. *Con-*
cilii Tridentini, qua cavetur, Episcopum non ali-
ter posse ordinare non Subditum, quam si per trien-
nium secum fuerit commoratus. Congregatio censuit,
Dimissorias rite, & recte potuisse concedi ab Epis-
copo Beneficii cap. final. de temp. Ordinat. nec ob-
stat d. cap. 9. *quia loquitur de non Subditis, & Ora-*
tor ratione Beneficii sibi collati effectus fuerat Sub-
ditus Episcopi Regien. d. cap. final. quod non est cre-
dendum, esse correctum per d. cap. 9.

An autem permissum sit Episcopo ad Ordines
promovere Familiarem triennalem Familiaris sui 162
triennalis sibi non Subditum, distinguendum est,
quod aut Subfamiliaris ille vivit expensis ipsius
Episcopi, & sub ejus oculis una cum familiari sem-
per permansit, ita ut Episcopus illius indolem,
mores, & vitam perspectam habuerit, & nil vi-
detur obstare, quin eum ordinare possit, servatis
tamen iisdem conditionibus, quæ ab *Innocentiana*
Constitut. præscribuntur in Ordinatione Familiaris.
Ratio autem est, quia Subfamiliaris, qui vivit ex-
pensis Domini, dicitur Familiaris ipsius Domini,
eique inservire. Aut Subfamiliaris non est designa-
tus ab Episcopo, nec ejus vivit expensis, sed ex-
pensis Familiaris, & in his terminis, quia non di-
citur inservire Episcopo, sed ejus Familiari, quem-
admodum non est Familiaris Episcopi, ita ut dici
valeat adesse in ejus actuali servitio, ac suis sump-
tibus ali, ut præscribit Constitutio *Innocentiana*,
ita nec potest ab ipso Tonsura insigniri, aut ad
Ordines promoveri, ut distinguit *Fermosin. in cap.*
Quoad

Quoad Translationem quæst. 4. num. 17. & seqq.
de Tempor. Ordinat. Passerin. in dict. cap. Cum
nullus num. 83. Barbos. ad Concil. Cap. 9. num. 6.
sess. 23. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 1. nu.
25. Sanchez Opusc. tom. 1. lib. 7. cap. 1. dub. 20. nu.
24. Dian. part. 4. tract. 4. resolut. 145. Clericat. Erotemat. Eccles. cap. 128. num. 85. Ventrigl. in Prax.
part. 1. Annotat. 35. §. 1. nu. 21. Lamperez in Comm.
163 *in eandem Constitut. num. 438.* Et confert exemplum
de Familiaribus Familiarium Pontificis, qui tunc
habentur uti Familiares ipsius Pontificis, eorumque Beneficia Apostolicis reservationibus sunt obnoxia, quando designantur a Pontifice, ejusque
expensis vivunt, secus si expensis Familiaris alantur, quia tunc vere, & proprie Pontifici non inserviunt, sed ejus Famulis, ut diximus in *Comment. in Regul. IV. §. V.*

Pro coronide tandem animadvertendum est,
164 quod familiaritas non præsumitur, nec evincitur
simplici assertione Episcopi, eo prorsus modo quo
non attenditur dictum Cardinalis, quod aliquis
fuerit ejus Familiaris, ubi agitur de præstando
consensu in provisione Beneficii, per eum obtenti vigore Regulæ XXXII. ob præjudicium, quod
ex familiaritate obvenit Ordinario Collatori, aut
liberæ Pontificis collationi, si reservatione aliqua
sit affectum, ut diximus in *Comment. in Regul.*
IV. §. V. Unde familiaritas prædicta cum requisitis a Constitutione *Innocentiana* præscriptis probanda est per Testes, per Rotulum adminiculis
fulcitum, aliasque circumstantias, quibus probari
familiaritatem erga Pontificem, vel Cardinalem,
demonstratum fuit in dict. *Commentar. §. V. &*
VI. & advertit *Pax Jordan. var. Lucubrat. lib.*
3. tit. 6. num. 167. Quod tamen locum sibi vindi-
165 cat, quando agitur de Ordinatione Familiaris
jam peracta, quam illicitam contenderet Episcopus *Originis*, aut *Domicilii*; tunc enim suffragari
non potest sola assertio Episcopi, quod Ordinatus sit suus Familiaris triennalis, ob præsumtionem, quod emittatur ad excusandum proprium
illicitum factum, & ad evitandum pœnas, tum
quoad ipsum, tum quoad Promotum a Jure sancitas; Secus vero ubi res est de Ordinatione facienda; non enim antequam Ordinationem peragat, tenetur Episcopus Patronus ostendere, quod
Ordinandus sit suus Familiaris, habeatque requisita ab *Innocentiana* Constitutione præscripta, sed
sat erit, quod præviis Litteris Testimonialibus
Episcopi *Originis*, & *Domicilii*, illum ad Ordines uti suum Familiarem promoveat, ut prosequitur *Pax Jordan. loco cit. num.* 168.

Ad effectum vero, ut perpetuis futuris temporibus constare possit Familiarem fuisse ordinatum ex subjectione ratione familiaritatis, provide sancitum fuit in laudata Constitutione *Innocentiana*, dicto §. *Ad hæc*, quod Episcopus Pa-
166 tronus in Ordinationis testimonio, expressam itidem familiaritatis, ac Litterarum Testimonialium
proprii *Originis* scilicet, & *Domicilii* Prælati mentionem facere teneatur, ut patefacto titulo, cujus
vigore Familiaris fuit ordinatus, possit Episcopus *Originis*, seu *Domicilii* inquirere, an revera
ille subsistat, ut sic occurratur fraudibus omnibus,
quæ pro evitanda erga proprium *Originis*, aut *Domicilii* Ordinarium subjectione pro Ordinibus suscipiendis sub prætextu familiaritatis, committi
possent.

Quemadmodum igitur quilibet Ordinarius, sive *Originis*, sive *Domicilii*, sive *Beneficii*, sive ratione triennalis familiaritatis potest Personas sibi
subjectas ad Ordines promovere, juxta modum a
Concilio Tridentino, & a Constitut. *Innocentiana*
præscriptum, & hactenus enucleatum, ita & eis
Litteras Dimissoriales impertiri, ut a quocumque 167
alio, quem maluerit Catholico Antistite gratiam,
& communionem Sedis Apostolicæ habente, ordinari valeant; a pari enim procedunt ordinare,
& concedere Dimissorias; & ad quem spectat
Ordinandi potestas, pertinet etiam facultas Dimissorias concedendi, ut ex Concilio Tridentino
cap. 3. & cap. 8. Sess. 23. de Reformat. tradunt *Hallier. de Sacr. Elect. & Ordin. par. 2. sect. 5. cap. 3.*
art. 11. §. 4. Eminentiss. Petr. in Const. Apost. n. 4.
pag. 362. sub n. 13. Pax Jordan. tom. 1. lib. 3.
tit. 6. num. 54. Paris. de Resignat. libr. 4. cap. 2.
num. 91. Van Espen in Jus Eccles. univers. part.
2. titul. 9. cap. 2. num. 30. Paulut. Jurisprudent.
Sacr. tom. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 6. n. 3. §. Quæcumque, Campanil. in divers. Juris Canon. rubr.
9. cap. 8. n. 25. & passim alii. De antiquissimo
vero Ecclesiæ usu concedendi Litteras Dimissoria- 168
les, & modo, quo concipiebantur, erudite edisserunt *Hallier. de Sacr. Elect. & Ordinat. tom. 2.*
sect. 5. cap. 3. art. 10. §. 1. & seqq. Paulut. Jurisprud.
Sacr. tom. 2. pag. 277. Thomassin. de Benef. tom. 1.
libro 1. cap. 40. Van Espen in Jus Eccles. univ. part.
2. tit. 9. cap. 3. Gonzal. in cap. Tua F. de Cleric.
Peregrin.

Et quamvis non desint Doctores autumantes,
hujusmodi facultate concedendi Dimissorias non 169
potiri Episcopum respectu sui Familiaris triennalis, ex quo iste non est ei pleno jure subjectus,
quemadmodum alii Ordinandi subditi sunt propriis eorum Episcopis ratione *Originis*, *Domicilii*, & *Beneficii*, ut præ ceteris *Fermosin. in Cap.*
Quoad Translationem quæst. 5. num. 28. de Tempor.
Ordinat. nihilo minus contrarium est verius, nam 170
si Episcopo Patrono permittitur id, quod est plus,
nempe proprium Familiarem triennalem ordinare, multo magis permitti debet, quod est minus, eum nempe dimittere ab alio Episcopo ordinandum, ad *text. in leg. Non debet ff. de Regul. Jur. Authen. Multo magis C. de Sacros. Eccles. Cap. Cui licet 52. de Regul. Jur. in 6.* & in
hunc sensum descendit Sac. Congregatio Concilii,
ut ex Decreto, quod habeo in antiquo Codice
Resolutionum ejusdem Sacræ Congregationis his
verbis concepto -- *An Episcopus sicuti potest Familiarem suum ordinare ex cap. 9. sess. 23. ita etiam*
possit Ordinandum ad alium dimittere, juxta cap.
3. sess. 23. -- S. Congregatio censuit *posse* -- & communiter firmant *Paris. de Resignat. lib. 4. cap. 2.*
num. 90. ubi refert aliam Resolutionem Sacræ Congregationis, *Garc. de Benefic. part 2. cap. 5. n. 87.*
Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 6. num. 158. cum aliis
laudatis a *Barbos. de Potest. Episcop. allegat. 5. numer. 16. Ventrigl. in Prax. part. 1. adnotat. 23. §. 1.*
num. 20. Ricc. in Prax. Rer. Quotidian. Resolut.
255. num. 6.

Illud tamen scitu dignum videtur, quod ex
Decreto Sac. Congregationis Cardinalium Ne- 171
gociis Jurisdictionalibus Regni Neapolitani de speciali jussu san. mem. *Gregorii XV.* deputatæ, *Decimo Kalendas Julii* 1623. edito, præfati Regni Archiepiscopi, Episcopi, Prælatique inferiores legitima gaudentes facultate concedendi suis Dimissorias, illas pro Ordinandis ad Primam Tonsuram, & Minores Ordines tantum; dirigere non
possunt ad quoscumque ejusdem Regni Antistites
Gratiam, & Communionem Sedis Apostolicæ habentes, sed tenentur *uni tantum*, & *certo Ordinario* ad eorum electionem concedere, sub pœna quoad Promotos suspensionis ab exequutione

collati, & a susceptione superioris Ordinis, & quoad Dimissorias concedentem, & Episcopum Ordinatorem suspensionis a collatione Ordinum per annum. Meminit de hoc Decreto *Ventrigl. in Prax. part. 1. adnotat. 23. §. 11. n. 4.* Et *n. 5.* ex illo recte infert, quod in Regno præfato concedi non possunt Dimissoriæ vulgo dictæ *in Bianco*, nullo scilicet in eis descripto Episcopo, sed describendo per Promovendum, cum illæ nec sint directæ *uni, & certo Ordinario* quoad Concedentem, nec Episcopus pro Ordinatione eligendus eligitur ab ipso Concedente, ut in laudato Decreto præscribitur.

Tenentur vero Episcopi Subditos suos non ali-
172 ter, quam jam probatos, & examinatos, ad alium
Episcopum Ordinandos dimittere, ut mandat Concilium Tridentinum *cap. 3. Sess. 23. de Reformat.* & ob id invaluit opinio, quod Episcopus,
173 cui facta est commissio, non tenetur inquirere,
an Dimissi sint idonei, & an habeant sufficientem titulum pro Ordinatione, *Abbas in cap. Cum secundum num. 7. de Præb.* ibique *Fagnan. num. 52. Piasec. in Prax. part. 1. cap. 1. art. 2. nu. 18. Van Espen in Jus Eccles. univ. part. 2. tit. 9. cap. 3. num. 23. Hallier. de Sacr. Elect. & Ordinat. part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 11. §. 6.* Non prohibetur tamen Episcopus Ordinator si velit, hanc facere inquisitionem, ut inhærendo dispositioni Concilii Trid. *Sess. 7. cap. 11.* jam de anno 1595. decrevit S. Congregatio ejusdem Concilii in una *Nullius, die 16. Januarii*; Nam proposito Dubio -- *An Episcopus Ordinans alienos Subditos Sæculares cum Dimissoriis proprii Episcopi asserentis eos examinatos fuisse, & idoneos repertos, teneatur hujusmodi attestationi deferre, vel potius possit eosdem Ordinandos examinare* -- responsum fuit -- *Posse Episcopum Ordinantem, si voluerit, attestationi proprii Episcopi deferre, sed non teneri* -- ut in *libr. 7. Decretor. pag. 80. a tergo.* Et in *Mutinen. die 15. Novembris* 1682. ibi -- *Sac. Congregatio censuit, si proprius Episcopus in Litteris Dimissorialibus asserat Promovendos examinatos ab Episcopo fuisse, & vitæ probitate, & scientia idoneos repertos, omniaque in eis requisita concurrere, arbitrium esse Episcopi Ordinantis, an velit stare dictæ assertioni, ideoque posse illi deferre, sed non teneri.* Et in *Verulana die 17. Januarii* 1693. Episcopo Sacram Congregationem consulenti pro suæ Conscientiæ securitate -- *An teneatur examinare Ordinandos missos a propriis Episcopis attestantibus de idoneitate, & litteratura* -- rescriptum fuit -- *Non teneri, sed posse*, ut in *libr. 43. Decr. pag. 132.* ac menti S. Congregationis obsecundando, tradunt *Fagnan. in d. cap. Cum secundum n. 56. & seqq. Juenin. de Sacram. dissert. 8. quæst. 4. cap. 4. in fine, Van Espen loco cit. n. 22. Hallier. de Sacr. Elect. & Ordin. part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 14. §. 6. Bonacin. de Sacram. disputat. 8. quæst. unic. punct. 4. vers. fin. Piasecius dict. art. 2. num. 18.*

Et cohærenter ad mox relatas Resolutiones, eadem Sac. Congregatio censuit, Episcopum Ordinatorem non obstringi ad inquirendum, an qui
174 sibi a proprio Episcopo, vel a Capitulo, Sede va-
cante, dimittuntur Ordinandi, polleant requisitis præscriptis a Constitutione *Speculatores*, licet possit, & debeat id explere justa aliqua subsistente causa, ut in *Elboren. Ordinationis 23. Augusti* 1721. Proposito enim inter cetera tertio Dubio his verbis concepto -- *An idem Episcopus Auxiliaris teneatur inquirere, utrum circa illos, qui sibi ab Ordinario, seu Capitulo proponuntur, seu dimittuntur ordinandi, satisfactum sit supra dicta Constitutioni Speculatores, non obstante, quod ipsi non competat habilitare, & expedire Ordinandos, sed Provisori Capituli, a quo non in genere, sed expresse Personæ habiles, & expedita proponuntur.* Sacra Congregatio ad III. respondit -- *Non teneri inquirere, sed posse, & debere justa subsistente causa.*

Verum licet Ordinandi dimitti possint a propriis eorum Ordinariis ad quoscumque alios Antistites Gratiam, & Communionem Sedis Apostolicæ habentes; nihilo minus ex *Constitut. 126 san. mem. Alex. VII.* quæ incipit *Apostolica Sollicitudo*, Subditi sex Episcopatuum Suburbicariorum Urbis, in quibus non adest Suffraganeus, debent præviis
Dimissorialibus proprii Ordinarii Emn Urbis Vi- 175
cario directis, ad Ordines, etiam Minores, in Urbe promoveri, nec possunt alibi Ordines præfatos suscipere, alias suspensionem incurrunt; Et decrevit *Sacra Congregatio Concilii in Prænestina 2. Augusti* 1710. Meminit de præfata Constitutione *Eminentiss. Petra in Constit. Apostolic. tom. 5. pag. 276. num. 79.* ubi quod per eam non præpeditur Cardinalis Episcopus ad suam Diœcesim accedere, si velit, & inibi Sacras peragere Ordinationes, quemadmodum laudabiliter a quampluribus expleri solet, *& pag. 371. num. 98.*

At quia Constitutio *Alexandrina* expresse loquitur de Subditis dictorum sex Episcopatuum Suburbicariorum, qui promoveri cupiunt ad Minores, vel Sacros Ordines, hinc non afficit illos,
qui prima Tonsura initiari velint; Isti namque 176
juxta stylum, & praxim, de qua usque ab anno 1704. testimononium perhibuit Secretarius Tribunalis Emi Vicarii Urbis, a quocumque Antistite cum Litteris Dimissorialibus suorum Ordinariorum ad primam Tonsuram promoveri possunt; Idemque respondit Sacra Congregatio Concilii in Causa *Dubia Ordinationis.* Cum enim quidam *Petrella* natus *Velitri* ex Matre ejusdem Civitatis, Patre vero e Terra *Nemi Albanen.* Diœcesis, exinde adhuc Puer una cum suis Genitoribus ad dictam Terram se transtulisset, ibique Domicilium fixisset, cuperetque ad Primam Tonsuram, & Minores Ordines promoveri, pro suæ Conscientiæ quiete, & securitate supplicasset declarari.

Primo. *An ipse Orator licite valeat ordinari Velitris, ubi ortus fuit, non obstante quod postea Domicilium contraxerit in supra dicta Terra Diœcesis Albanen.* Et quatenus negative?

II. *An itidem valeat propriis Dimissorialibus Eminentiss. Ordinarii Albanen. se insigniri facere saltem Velitris, non obstante Constitutione san. mem. Alexandri VII. in casu &c.*

Die 16. Februarii 1704. rescriptum prodiit -- Ad I. *Negative in casu &c.* Ad II. *Affirmative quoad Primam Tonsuram tantum.*

Clerici similiter exteri, qui in Urbe commo-
rantur, ad Minores, vel ad Sacros, etiam Pres- 177
byteratus Ordines, extra eandem Urbem vigore Litterarum Dimissorialium suorum Ordinariorum promoveri non possunt, nisi prævio examine ab Examinatoribus in Urbe deputatis, idonei reperti, & approbati fuerint, & ab Emo Urbis Vicario licentiam in scriptis obtinuerint, sub pœna suspensionis eo ipso incurrenda, ut ex Edicto de mandato san. mem. *Clementis VIII.* emanato a tunc temporis Urbis Vicario *die 24. Novembris* 1603. de quo præ cæteris meminere *Monacell. tom. 2. tit. 13. formul. 3. n. 44. Thesaur. de Pœnis verb. Ordines num. 29. Eminentissimus Petra in Constit. Apostol. tom. 5. pag. 275. num. 78. & pag. 371. numer. 99.* Ita quidem, ut Ordinati contra formam laudati Edicti, si post incursam suspen-
sionem, in Ordinibus ministraverint, efficiantur 178
irregu-

irregulares, & absolutio, ac dispensatio ab irregularitate indulgeri solet per Sanctam Sedem arbitrio *Eminentiss. Urbis Vicarii*, peracto prius examine in Urbe, ut testatur *Eminentiss. Petra dicto tom. 5. pag. 371. n. 99.* ubi refert Resolutionem Sacr. Congregationis in *Oveten. seu Stabien. Ordinum 8. Martii* 1664. Tenor autem Edicti præfati est qui sequitur.

„ Universis, & singulis Clericis nunc, & in
179 „ futurum pro tempore in Urbe commorantibus, & ad Minores, vel ad Sacros, etiam Presbyteratus Ordines promoveri volentibus, de Mandato SSmi D. N. Clementis PP. VIII. vivæ vocis oraculo desuper facto, præcipimus ne de cetero extra eandem Urbem, etiam vigore Litterarum Dimissorialium suorum Ordinariorum, & cujusvis alterius facultatis, ad dictos Ordines promoveri se faciant, nisi prævio examine ab Examinatoribus in Urbe deputatis, idonei reperti, & approbati fuerint, & a Nobis licentiam in scriptis obtineant. Qui secus fecerint, ab Ordinum executione eo ipso suspensi sint, nisi a Smo D. N. Papa, & S. Sede Apostolica absolutionis, & habilitationis Gratiam obtineant. Datum &c.

Edictumque præfatum cum eadem præcisa verborum formula innovatum fuit de Mandato san.
180 mem. *Alexandri VII. die 15. Maii* 1664. Cumque circa illius interpretationem nonnulla Dubia suborta fuissent; hinc de anno 1668. deputata fuit Congregatio particularis, a qua sequentes emanarunt resolutiones.

I. *Qui dicantur Clerici in Urbe commorantes ad hoc ut in præfato Edicto comprehendantur.*

181 ℞. *Qui habitant in Urbe, & in ea saltem per quatuor Menses moram traxerint.*

II. *An Clerici in Urbe commorantes accedentes ad proprium Ordinarium, & ab eo suscipientes Ordines absque eo quod examinati fuerint in Urbe, afficiantur Edicto supra dicto.*

182 ℞. *Non afficiuntur Edicto si ab ipsomet Ordinario suscipiant Ordines, seu si ab alio ordinentur, etiam vigore Dimissorialium proprii Ordinarii.*

III. *Clerici in Urbe commorantes, & ab examinatoribus Eminentissimi Cardinalis Vicarii rejecti, recipientes Ordines a proprio Ordinario, an incidant in pœnas Edicti.*

183 ℞. *Clerici ab Examinatoribus Eminentissimi Cardinalis Vicarii reprobati incidunt in pœnas Edicti, etiamsi a propriomet Ordinario approbati ab eodem susceperint Ordines.*

IV. *An Clerici in Urbe commorantes ordinari possint etiam ab Episcopis Domicilii, Beneficii, & ab eo cui Triennale servitium personaliter præstiterunt ad formam Sac. Concilii Tridentini sess. 23. cap. 9. de Reformat. absque eo quod prius examinati, & approbati fuerint ab Examinatoribus juxta supra dictum Edictum.*

184 ℞. *Clerici in Urbe commorantes bene recipiunt Ordines ab Episcopo Domicilii, Beneficii, & Triennalis servitii præstiti dummodo ab ipsismet Episcopis ordinentur ad formam S. Concilii Tridentini.* Et huic Resolutioni addi modo posset -- *nec non ad formam Constitutionis s. m. Innocentii XII. quæ incipit Speculatores.*

Sed præter Episcopum *Originis*, *Domicilii*, *Beneficii*, & alterum qui subditum habet ratione triennalis familiaritatis, Capitulum quoque Sede Episcopali vacante, seu Vicarius ab eo electus fa-
185 cultatem de jure habet concedendi propriis Subditis Dimissorias pro Ordinibus suscipiendis, *Cap. Cum nullus de tempor. Ordinat.* qua tamen facultate vigore novissimæ dispositionis Concilii Tridentini *sess. 7. cap. 10. de reformat.* uti non potest nisi post annum a die vacationis Sedis Episcopalis.

Conciliaris hæc dispositio locum sibi vindicat
etiam pro prima Tonsura, pro qua suscipienda 186
nec potest Vicarius Capitularis Litteras Dimissorias infra annum vacationis Sedis Episcopalis concedere, cum prima Tonsura juxta Canonistarum sententiam inter minores Ordines numeretur, *Fa-
gnan. in cap. Cum contingat a num. 44. de ætat.* 187
& qualit. Fermosin. de Capit. Sede vacant. cap. 20. num. 16. Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 10. num. 176. Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 15. §. 1. num. 32. Barbos. ad Concil cap. 10. sess. 7. n. 9. & de Canon. cap. 42. n. 116. Dian. part. 4. tract. 4. resolut. 43. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 7. num. 45. Marchett. in prax. Vicar. Capit. part. 2. tit. 15. nu. 14. Sperell. decis. 114. num. 30.

Insuper interdicta est Vicario Capitulari facultas concedendi Litteras Dimissoriales infra annum Sedis vacantis, etiamsi Capitulum haberet
Territorium distinctum, & separatum, vigore 188
cujus Ordinariam exerceret jurisdictionem, ut a Sac. Congregatione Concilii decisum fuisse testatur *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante vers. Decimo quarto, Fermosin de Capitul. Sede vacant. quæst. 20. num. 31. Ricc. decis. Cur. Archiepiscopal. Neapolit. decis. 185. part. 4. Ventrigl. in Prax. par. 2. adnot. 15. §. 1. num. 34. Barbos. de Canon. cap. 42. num. 119. & de Jur. Ecclesi. univers. cap. 30. num. 1. part. 1. num. 119. & ad Concil. cap. 10. sess. 7. num. 14. Marchett. in Prax. Vicar. Capitul. part. 2. cap. 15. num 15. Peregrin. in Prax. Vicar. part. 1. sect. 4. subsect. 3. num. 6.*

Quemadmodum si non Capitulum, sed Digni-
tas aliqua Capituli succederet vigore immemora- 189
bilis consuetudinis, aut Privilegii Apostolici in omnimodam jurisdictionem Episcopi, ita ut peragere posset omnia ea, quæ vivens Episcopus explere valeret, exceptis iis, quæ sunt Ordinis, non exinde Litteras Dimissoriales infra annum vacationis Sedis Episcopalis concedere posset, ut decrevit Sac. Congregatio Concilii in *Gerunden. 28. Julii* 1583. Proposito enim dubio -- *An stante consuetudine immemorabili Archidiaconi Gerunden. Sede Episcopali vacante administrandi Episcopatum Gerunden. in spiritualibus, & temporalibus, & etiam conferendi Beneficia, & fructus Episcopatus ante Concordiam cum Camera Apostolica initam, percipiendi, & pro se retinendi, & denique faciendi illa omnia, quæ Episcopus vivens facere posset, præter ea quæ sunt Ordinis Episcopalis, & stante mandato de Manutenendo in Rota contra Capitulum Gerunden. obtento; An modernus Archidiaconus non obstantibus Decretis Concilii sess. 23. & cap. 10. sess. 7. possit dare Literas Dimissorias juste petentibus* -- Responsum fuit -- *Non posse infra annum a die vacationis Litteras Dimissorias ad Ordines alicui, qui Beneficii recepti, seu recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere.* Quam resolutionem habeo in antiquo Codice Ms. Resolutionum Sac. Congregationis *ad sess. 23. cap. 10. de reformat.* ibique præfatæ Resolutionis ratio his verbis adnotatur. *Nam Congregatio in cap. 10. sess. 23. interpretata est illa verba* -- ABBATIBUS, ET ALIIS QUIBUSCUMQUE -- *de omnibus inferioribus, & in secunda parte ejusdem cap. 10. extenduntur pœnæ contra eos, qui in eadem Jurisdictione Sede vacante succedunt. Archidiaconus autem succedit Sede vacante; aut ergo succedit jure proprio, & comprehenditur in prima parte, aut tamquam vices gerens,*

& comprehenditur in secunda ibi -- Ad illos qui easdem litteras non a Capitulo, sed ab aliis quibusvis in jurisdictionem Episcopi loco Capituli, Sede vacante succedentibus obtinebent -- *Sed videtur verior sententia, quod succedat tanquam Vicem gerens ut per Oldrad. cons. 122. num. 6. Sicut Præpositura Imacen. quam obtinens succedit Sede vacante in Cura Animarum, non dicitur Curata, sed Præpositus dicitur Vicem gerens; ea enim qua incorporalia, & juris sunt, ab hæreditate jacente non recedunt leg. 3 ff. pro Soc. leg. quis ergo casus ff. de Pecul. Præterea in hoc jure concedendi Dimissorias de jure communi Archidiaconus æquiparatur Capitulo; si ergo tamquam Vicem gerens comprehenditur in secunda parte cap. 10. sess. 23. de Reformat. ubi videtur casus decisus, & si per Concilium æquiparatur quoad pœnam, procul dubio æquiparatur quoad facultatem, & ideo sequitur, quod non possit concedere infra annum Dimissorias ei, qui arctatus non fuerit, sicut nec Capitulum dict. cap. 10. sess. 7. Non obstat, quod si comprehenditur in secunda parte, non derogatur in ea immemorabili, sicut nec in cap 10. sess. 7. Quia derogatio præcedens refertur etiam ad posteriorem partem.*

Vicarius itidem Apostolicus a Papa, vel Sac.
190 Congregatione, Sede Episcopali vacante, deputatus, nequit ad instar Vicarii Capitularis Litteras Dimissorias, nisi post annum, & infra annum arctatis solum concedere, dummodo hujusmodi facultas ei interdicta non fuerit, *Stroz. de Offic. Vicar. lib. 2. cap 41 Nicol. in Floscul. verb. Vicarius Apostolicus*, ubi refert resolutionem *Sac. Congregationis in Aquilana 22. Septembris 1682. Episcopus Bassus de Vicar. Apostolic. tit. 2. num. 1.* Et regu-
191 lariter hodie facultas hæc concedendi Litteras Dimissorias prohiberi solet Vicariis Apostolicis in Brevis, ac Litteris respective Sac. Congregationis, ut testantur *Monacell. part. 2. tit. 16. formul. 8. in princip. & in adnotat. sub num. 3. in fine, & tom. 4 pag 82. num. 462. Episcop. Bass. loco cit.* ubi ponit Litteras similis deputationis *& num. 3.* advertit, quod stante hujusmodi prohibitione, non potest Vicarius Apostolicus concedere Dimissorias
192 neque illis qui obtinuerunt rescriptum a Sac. Congregatione *ætatem expectent*, quoniam ætate adveniente, debent denuo eidem Sac. Congregationi preces porrigere. Quod si Vicario Apostolico indulta fuerit facultas concedendi Litteras dimissoria-
193 les, ea per ipsum communicari non potest Provicario, etiam in absentia a Diœcesi, ut decrevit *Sac. Congregatio Concilii in Aquilana 7. Septembris 1720. & 28. Martii 1722.*

Vicario tamen Apostolico, qui fuit Episcopo
194 deputatus, interdictum non est Sede Episcopali vacante, Litteras Dimissoriales concedere. Cum enim per obitum Episcopi, illius Jurisdictio non expiret, nec Capitulum devenire possit ad ele-
195 ctionem Vicarii Capitularis, ut pluries decrevit Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium, præsertim *in Piscien. 28. Aprilis 1684. in Hieracen. 26. Aprilis 1686 in Sancta Agatha Gothorum 22. Maii 1699. in Bisintanen. 18. Martii 1706. in Forosempronien. 12. Aprilis 1709.* nec non Sacra Congregatio Concilii *in Posnanien. 26. Januarii 1709.* & tradunt *Eminentiss. Petr. in Constit. Apostolic. tom. 1. pag. 278. num. 42. & 43. Episcop. Bass. tit. 3. n. 5. Marchett. in Prax. Vicar. Capit. part. 3. tit. 36 n. 16. Nicol. in Floscul. verb. Vicarius Capitularis num. 58. Peregrin. in prax. Vicar. part. 1. sect. 4. subsect. 1. num. 21.* Poterit utique, etiam statim sequuta morte Episcopi, Litteras
Dimissorias ad Ordines suscipiendos concedere, 196
Marchett. par. 2. tit. 15. num. 64. Barbos. de Episcop. part. 2. allegat. 7. num. 13. Antonell. de Regimin. Ecclef. lib. 4. cap. ultim. num. 34.

At vero permissum est Vicario Capitulari Litte-
ras Dimissorias infra annum Sedis Episcopalis va- 197
cantis concedere Arctatis ratione alicujus Beneficii obtenti, sive obtinendi ad Ordines recipiendos, ut disponitur *a Trident. d. sess. 7. cap. 10.*
de Reform. Arctatus autem ratione Beneficii re- 198
cepti ille dicitur qui Beneficium obtinet, Dignitatem, vel Canonicatum, quorum ratione de jure, Consuetudine, Statuto Ecclesiæ, lege fundationis &c. tenetur infra annum ad Sacros Ordines ascendere, ut late explicant *Barbos. ad Concilium dicto capit. 10. num. 16. & de Potest. Episcop. allegat. 7. num. 11. part. 2 Ventrigl in prax. lib 2. adnot. 15. §. 1. num. 37. Ugolin de Offic. & Potest. Episcop. cap. 26. §. 20. num. 5. Garc. de Benef. part. 5. cap. 7. num. 98. Antonell. de Regimin. Ecclef. lib. 4. cap. ultim. num 35. Marchett. de Vicar Capitul. part. 2. cap. 15. num. 32.* Hinc Canonicus,
qui ad Sacros Ordines promoveri cupit pro haben- 199
do loco, & voce in Capitulo, non dicitur arctatus ad effectum, ut Vicarius Capitularis intra annum Sedis vacantis concedere ei valeat Litteras Dimissoriales. Unde cum quidam Canonicus Cathedralis *Recinaten.* promotus fuisset ad Sacros Ordines cum Litteris Dimissoriis Vicarii Capitularis, nondum elapso anno vacationis Sedis Episcopalis, & exorta esset dubitatio, an Vicarius præfatus inciderit in pœnas *cap. 10. sess. 7.* hæc, in antiquo Codice Resolutionum Sac. Congregationis *ad dict. cap. 10.* adnotata reperio -- *Sac. Congregatio pro claro habuit, quod ille Canonicus non erat arctatus præcise, sed causative tantum si volebat habere vocem in Capitulo, ideo tenuit tutius esse obtinere a Papa absolutionem, quia Congregatio credit incurrisse censuras, fuisse suspensum a Divinis, & cum postea celebraverit, irregularitatem, ideo ad Papam referendum, qui annuit dispensari, & dixit monendum promotum, ut consulat sibi &c.* Quam resolutionem vidi postea exscriptam a *Sperell. decis. 114. num. 31.*

Arctati vero ratione Beneficii recipiendi dicuntur, qui jus habent, seu sunt vocati ad aliquod
Beneficium vacans, seu Cappellaniam actu re- 200
quirentem certum Ordinem, quo illi carent, *Fermosin de Capitul. Sede vacante quæst. 20. n. 35. de Commut. ultim. volunt. cap. 10. n. 173. Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 15. § 1. num. 37. Garc. de Benefic. part. 5 cap. 7. num 99. Barbos. ad Concil. cap. 10. sess. 7. num. 17. Marchett. de Vicar. Capit. part. 2. tit. 15. num. 37.*

Quemadmodum arctatus etiam dicitur ille, qui adhuc laicus præsentatus fuit ad simplex Benefi-
cium de Jurepatronatus sub conditione, quod in- 201
tra quadrimestre tempus Tonsura insigniri debeat; Non enim Vicario Capitulari prohibetur ei Litteras Dimissoriales infra annum Sedis Episcopalis vacantis indulgere pro Tonsura suscipienda, ut declaravit Sac. Congregatio Concilii *in Squillacen. de anno 1594.* his verbis -- *Vicarium Sede vacante posse Litteras Dimissorias ad primam Tonsuram concedere, etiam laicis infra annum, qui expectant præsentari per Patronos ad aliqua Beneficia*, & firmant communiter *Fagnan. in cap. Cum contingat num. 39. de ætat. & qualit.* ubi refert aliam ejusdem Sac. Congregationis resolutionem, *Sperell. decis. 114. num. 30. & 31. Fermosin. de potest. Capit. Sed. vacant quæst. 20. num. 20 & num. 38. Corrad. in prax. dispensat. in addit. ad lib. 4. cap. 4. num. 31.*

Garc.

Garc. de Benefic. part. 5. cap. 7. num. 93. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 4. cap. ultim. sub num. 35. Barbos. ad Concil. sess. 7. cap. 10. num. 2. & de Canon. cap. 42. num. 118. & de Jur. Eccles. univers. lib. 1. cap. 38. num. 118. & seqq. Marchett. in prax. Vicar. Capitul. part. 2. tit. 15. num. 31. & 39. Peregrin. in prax. Vicar. part. 1. sect. 4. subsect. 2. num. 4. Piasec. in prax. part. 3. cap. 1. art. 2. num. 21.

Summopere tamen præcavendum est, ut erectiones Beneficiorum, quæ tempore Sedis Episcopalis vacantis ea lege explentur, quod ad illa præsentati, Sacris Ordinibus quam primum initiari
202 debeant, sincere fiant, cum plerumque accidat, ut fictitiæ sint, & non alio intuitu exaratæ, quam ad expiscandum a Vicariis Capitularibus Litteras Dimissoriales pro dictis Ordinibus suscipiendis in fraudem Conciliaris dispositionis. Hinc cum Episcopus *Legionen.* in relatione status suæ Ecclesiæ ad Sacram Congregationem Concilii transmissa exposuisset, quod tempore Sedis vacantis fundabantur nonnullæ Cappellaniæ cum onere, ut Cappellani ad Ordines Sacros ascenderent, quæ ut plurimum fictæ erant, & eo tantum fine erigebantur, ut ad earum titulum aliqui ordinarentur, proposuit, ut a Sac. Congregatione decerneretur, quod Cappellaniæ dicto tempore erectæ, & cum prædicto onere, haberentur pro non erectis ad effectum, ut Cappellani possent ad earum titulum ordinari, nisi a novo Episcopo post examinatas earum Dotes, & qualitates approbentur, & quod insuper decerneretur non posse Vicarios Capitulares, sive Gubernatores Sedis vacantis dare Dimissorias, ut ad titulum Cappellaniæ arctati aliqui ordinari possint, nisi constet eas fuisse uti sufficientes pro congrua sustentatione ab Episcopo Prædecessore approbatas, Sacra Congregatio *in Legionen. Visitationis Sacrorum Liminum die* 15. *Decembris* 1725. proposito dubio -- *An & quomodo sit provi-*
203 *dendum in casu &c.* respondit -- *Quoad fundationem Cappellaniarum Sede vacante non posse ad illas aliquem ordinari, nisi fuerint approbatæ ab Episcopo Successore. Quoad Cappellanias erectas ante tempus Sedis vacantis non posse ad earum titulum concedi Dimissorias, nisi fuerint ab Episcopo Prædecessore approbatæ, & sufficiant pro congrua Synodali.*

Ceterum arctatus non dicitur ille, cui aliquis
204 resignare velit Beneficium requirens actu Ordinem, quo caret Resignatarius, quia hoc est mere voluntarium, *Garc. de Benefic. part. 5. cap. 7. num.* 102. *Meroll. Theolog. moral. tom. 3. disput. 7. cap. 7. dub. 2. Ugolin. de potest. Episcop. cap. 26. §. 20. num. 5. Ventrigl. in prax. part. 1. adnot. 23. & part. 2. adnot. 15. num. 37. Marchett. de Vicar. Capitular. part. 2. tit. 15. n. 42.*

Quemadmodum nec arctatus ad effectum obtinendi a Vicario Capitulari Litteras Dimissorias infra annum Sedis Episcopalis vacantis, is dici valet qui alias quam ratione Beneficii, necessario deberet ad aliquem Ordinem promoveri, nempe pro
205 obtinendo gradu in Theologia &c. cum Concilium Tridentinum *dict. cap. 10. sess. 7.* non de aliis arctatis, quam ratione Beneficii, loquatur, *Sanchez Opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 38. Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 15. num. 44.* Et ex eadem ratione, quod Concilium loquatur de arctato ratione Beneficii, arctatus non dicitur qui
206 pensionem Ecclesiasticam expectat, ut declaravit S. Congregatio ejusdem Concilii penes *Nicol. Lucubr. Canon. part. 2. lib. 1. tit. 28. num. 21. & 22. vers. Secundo non potest. Marchett. de Vicar. Capitul. part. 2. tit. 15. n. 42.*

Potest insuper Vicarius Capitularis infra annum Sedis Episcopalis vacantis Litteras Dimisso- 207
rias concedere illis, qui vivente Episcopo, obtinuerunt a Sede Apostolica Breve de se promovendis *extra tempora* a Jure statuta cum Litteris Dimissorialibus proprii Episcopi, *Fermosin. de potest. Capitul. Sede vacante tract. 1. qu. 20. n. 33. Piasec. in prax. Episcop. part. 1. cap. 1. art. 2. n. 22. Barbos. de Episcop. part. 2. allegat. 8. num. 14. & de Canon. cap. 42. num. 123.* & resolutum fuit a Sac. Congregatione Concilii in *Baren.* ut ex sequenti Decreto.

Baren. -- *Vigore Brevis Apostolici* extra tempora *nuncupati Ordinario Baren. directi, & usque ab anno 1687. Sede Archiepiscopali tunc plena expediti, concessit Vicarius Capitularis intra annum Sedis vacantis Subdiacono Dominico Angelo del Lono non arctato Dimissoriales ad Diaconatus Ordinem, ad quem promotus fuit sub diem 27. Aprilis 1698. ab Episcopo Melphicten. Cum autem idem Dominicus Angelus nunc dubitet incidisse in suspensionem, & successive in irregularitatem ob exercitium dicti ordinis. Stante ejus bona fide innixa opinioni plurium Doctorum tenentium Vicarium Capitularem vigore hujusmodi Brevis extra tempora posse Dimissoriales, etiam intra annum concedere, supplicat pro absolutione, & dispensatione ad Cautelam -- Die 14. Novembris* 1699. Sac. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, audita relatione Archiepiscopi Baren. censuit, dandum esse Decretum editum a Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium in *Ruben. sub die* 30. *Maii* 1659. tenoris sequentis -- Ruvo -- *Al Memoriale di Giuseppe Ferri, il quale in tempo, che la Sede Vescovile di Ruvo non era vacante, ottenne Breve Apostolico d'ordinarsi extra tempora a gl' Ordini minori, e Sagri tribus diebus festivis, & non servatis Interstitiis arbitrio Episcopi, vel de ejus licentia, del quale non si è avvalsuto allora, ma succeduta la vacanza, con lettere dimissoriali del Vicario Capitolare, fu ordinato da altro Vescovo, supplica perciò di dichiarare, se sia stato rettamente ordinato &c.* Sacra &c. *Attentis narratis, & audita relatione Episcopi Ruben. re mature perpensa, censuit, juxta exposita, dummodo tamen alia servanda servata fuerint, Oratorem fuisse ad Ecclesiasticos Ordines rite, ac recte promotum, in contrarium allatis minime obstantibus.* Refert etiam hanc resolutionem *Ruben. Nicol. Lucubrat. Can. part. 2. tit. 28. n. 21.*

Consuevere etiam priscis temporibus Sacræ Congregationes Episcoporum, & Regularium, nec non Concilii Tridentini indulgere Vicariis Capitularibus per Litteras quas vocant *facultativas*, ut 208
etiam infra annum a die vacationis Sedis Episcopalis, concedere possent Litteras Dimissoriales ad Ordines, cum voto tamen pleni Capituli, & ubi pro Ecclesiarum Ministeriis exequendis, id necessarium agnovissent, ut testantur *Monacell. in formul. tom. 1. pag. 12. num. 24. Marchett. in prax. Vicar. Capitul. par. 2. tit. 15. num. 44.* At san. mem. Benedictus XIII. in Concilio Romano *tit.* 18. *cap.* 2. laudatis Sac. Congregationibus inhibuit, 209
ne imposterum facultatem hanc indulgerent, & per organum Secretariæ Status de mandato ejusdem Pontificis bini transmissi fuerunt Ordines inferendi in dictarum Congregationum Regestris, alter scriptus *die* 2. *Maii* 1725. quo dicta prohibitio confirmatur, alter editus *die* 19. *Julii* ejusdem anni, quo declaratur mentem Pontificis non fuisse sub dicta prohibitione comprehendere i *casi ne' quali il Provisto è coarctato dalla natura, e qualità*

 del

del Beneficio a porsi in Sacris intra annum secondo le note dispositioni del Sac. Concilio di Trento, & merito; ne videlicet Sacrarum Congregationum auctoritas inferior esset auctoritate Vicariorum Capitularium, quibus a Concilio, ut diximus, impertitur facultas concedendi infra annum vacationis Sedis Episcopalis Litteras Dimissoriales arctatis ad Sacros Ordines suscipiendos vigore Beneficii acquisiti, vel acquirendi.

Hinc cum Episcopus *Legionen.* in eadem relatione status suæ Ecclesiæ, de qua mox diximus, id ulterius exposuisset, quod tempore Sedis vacantis, & etiam intra annum, plurimi ad Clericatum, ac etiam ad Majores Ordines ascenderent in sequelam Brevium de promovendo, quæ idem sunt ac Litteræ facultativæ, & quod hac de causa, elusoria remanebat diligentia Episcopi defuncti, qui fuerat cautus in promovendo, quodque Successor in Episcopatu Diœcesim inveniret repletam Clericis, vel Patrimonio, vel idoneitate carentibus, & quos nec ipse, nec ejus Antecessor umquam Ordinibus initiassent, proindeque supplicasset pro aliquo remedio; Sac. Congregatio Con-
211 cilii rescripsit *quoad Brevia de Promovendo satis consultum per Secretarium Status.*

In Brevibus vero *extra Tempora* nuncupatis, quæ primo anno Sedis Episcopalis vacantis a Sancta Sede indulgentur pro Ordinibus suscipiendis,
212 facultas concedendi Ordinandis Litteras Dimissorias, non ipsi Vicario Capitulari, sed Episcopo viciniori, in casu, quo ipse Ordinationem peragere nollet, impertitur, ita ut illicitæ sint Ordi-
213 nationes absque dictis Litteris expletæ, & tam Ordinatores, quam Ordinati incidunt in pœnas a Concilio Tridentino præscriptas, ut decrevit Sac. Congregatio ejusdem Concilii *in Neapolitana, seu Acerrarum 22. Septembris* 1685. Propositis enim Dubiis. Primo — *An Clerici Neapolitanæ Diœcesis, Sede Archiepiscopali vacante, fuerint licite ordinati vigore Brevium* extra Tempora *nuncupatorum ab aliis Episcopis cum solis Litteris Testimonialibus Vicarii Capitularis Neapolitani absque Dimissorialibus Vicinioris Episcopi*, & quatenus *Negative.* Secundo — *An Ordinatores, & Ordinati inciderint in pœnas a Sacro Concilio præscriptas.* Responsum fuit. Ad Primum *Negative.* Ad Secundum *Affirmative.* Quam resolutionem san. mem. Innocentius XI. nedum approbavit, sed insuper per Litteras Secretariæ Status mandavit Nuncio Apostolico Neapoli commoranti, ut illam omnino exequi curaret.

Sed quamvis promovendis infra annum Sedis Episcopalis vacantis vigore Brevium *extra Tempora*, Vicarius Capitularis Litteras Dimissorias concedere non valeat, potest tamen Litteras Testimo-
214 niales super eorum vita, & moribus expedire, quia Testimonium hoc non est concessio Dimissorialium, de quibus Concilium præcise loquitur, ut tradunt *Fermosin. de Potest. Capitul. Sede vacante quæst. 20. num. 12. Garcias de Benefic. in addit. ad part. 5. cap. 7. num. 105. Barbos. de Canon. cap. 42. numer. 122. & ad Concil. cap. 10. sess. 7. num. 1. Ventrigl. in Prax. part. 2. adnot. 15. num. 39. Marchett. de Vicar. Capitul. part. 2. tit. 15. num. 39. Ciarlin. Controv. forens. cap. 46. num. 12. Peregrin. in Prax. Vicar. part. 1. section. 4. subsection. 1. num. 12. & 55. Ricc. decis. Curiæ Archiepiscop. Neapolit. part. 4. decis. 185. num. 6.*

Verum juxta praxim, & stylum Romanæ Curiæ in Brevibus præfatis *extra Tempora* Litteræ
215 Testimoniales requiruntur ab Episcopo viciniori, ut ex formula Brevis impressa apud *Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 10. num. 183.* ibi — *Tibi attento, quod Sedes Episcopalis N. ad præsens, non tamen ab anno, ut etiam asseris, vacat, ut ab Ordinario viciniore, vel de ejus, cujus Testimonio, vita, & mores tui commendantur, licentia, a quocumque &c.* — Et quamvis nonnulli autument praxim hanc ita esse interpretandam, ut non Or-
dinarius vicinior solùm, sed simul cum Vicario 216
Capitulari, vel habitis ab eodem informationibus de vita, & moribus Ordinandorum, prædictas Testimoniales Litteras concedere valeat, cum alias nequeat Episcopus vicinior rectum ferre Testimonium super vita, moribusque Subditi non sui, *Dian. Oper. moral. part. 8. tract. 4. resolut. 42. versic. Porro Capitulum, Antonell. de Regim. Eccles. lib. 4. cap. ultim. num. 39.* Nihilo minus duo casus sunt distinguendi. Primus est quando
ille, qui Breve *extra Tempora* obtinuit, ad Sa- 217
cros Ordines ab alio, quam Episcopo viciniore, cum istius tamen Litteris Dimissorialibus promovetur, & in hoc casu necessariæ videntur Litteræ Testimoniales Vicarii Capitularis, ut per eas Episcopo Ordinatori vita, moresque Promovendi innotescant. Secundus casus est, quando promovetur ab ipsomet Episcopo viciniore, & in hoc casu li-
cita est Ordinatio, etiam absque Litteris Testimo- 218
nialibus Vicarii Capitularis; & ita decrevit Sacra Congregatio Concilii in *Acerrana, seu Neapolitana Ordinationis die 7. Decembris* 1686. Cum enim vacante Sede Archiepiscopali Neapolitana per obitum clar. me. Cardinalis Caraccioli, Episcopus *Acerrarum* uti Ecclesiæ Neapolitanæ vicinior, plures ex Neapolitana Diœcesi, qui Brevia *extra Tempora* ei præsentarunt, ad Sacros Ordines absque Litteris Testimonialibus Vicarii Capitularis Neapolitani promovisset, quæsitum fuit. Primo — *An dictus Episcopus licite potuerit ordinare dictos Clericos Neapolitanæ Diœcesis absque Litteris Testimonialibus Vicarii Capitularis* — & quatenus *Negative.* Secundo — *An Ordinator, & Ordinati in pœnam suspensionis inciderint* — Responsum fuit. Ad primum *Affirmative* citra approbationem assertæ viciniorітatis. Ad secundum *Negative.*

Ceterum sive Litteræ Dimissoriales a Vicario Capitulari intra annum vacationis Sedis Episcopalis concedantur Arctatis, sive post annum etiam illis, qui non sunt arctati, si durante eodem Va-
cationis tempore suum non fuerint sortitæ effe- 219
ctum, possunt a novo Episcopo revocari, ut communiter firmant *Rebuff. in Prax. Benefic. tit. de form. Litter. Dimissor. num. 44. Marchett. de Vicar. Capit. part. 2. tit. 15. num. 53. Coron. lib. 3. controvers. 1. cap. 1. num. 64. Clericat. erotemat. Eccles. cap. 128. num. 34. Van Espen in Jus Ecclesiastic. universal. part. 2. tit. 9. cap. 3. num. 31. Paulut. Jurisprudent. Sacr. tom. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 6. num. 5. Guttierrez Quæst. Canon. lib. 2. cap. 17. num. 12. Dian. Oper. moral. part. 8. tract. 4. resolut. 72. §. 1. Barbos. de Episcop. allegat. 7. num. 24. Fermosin. de Potest. Capitul. Sede vacant. quæst. 20. num. 9. Peregrin. de Vicar. part. 1. sect. 4. subsect. 3. num. 11.* Immo Galliarum Episcopi ad Comitia generalia adunati anno 1657. inter cetera statuerunt, *ut recens promoti Episcopi monerentur revocare Dimissorias omnes a Prædecessoribus suis datas, vel a Capitulo vacante Sede*, teste *Thomassin. tom. 2. libr. 1. cap. 7. in fine, Juenin. de Sacram. dissert. 8. quæst. 4. cap. 4. circa finem.*

Hinc satis caute gerere se debent Episcopi in
ordinandis quos vel defunctus Episcopus, vel 220
Vicarius Capitularis ad eos dimisit, tempore quo sciunt successorem Præsulem Episcopatus possessionem adeptum fuisse, cum evenire possit, quod Litteræ

Litteræ Dimissoriales jam essent ab ipso revocatæ,
unde provide agent, si aut earumdem Litterarum
revalidationem, aut novas Litteras a novo Episco-
po reportare curaverint, ut rite advertunt Vener.
in Examin. Episcop. lib. 1. cap. 16. num. 19. Mar-
chett. de Vicar. Capitul. part. 2. tract. 15. num. 54.
Peregrin. in Prax. Vicar. part. 1. sect. 4. subsect.
3. sub num. 11. Dian. Oper. moral. tract. 8. part. 4.
resolut. 41. §. Notandum, Guttierrez Quastion. Ca-
non. lib. 2. cap. 17. num. 22. versic. Consulo tamen,
Barbos. de Canonic. cap. 42. num. 128. versic. Quæ
quidem, Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitu-
lum Sede vacante num. 2.

At vero cum promovendis ad Sacras Ordines
non aliter permissum est Vicario Capitulari super
221 Interstitiis dispensare, quam si elapsus sit annus
vacationis Sedis Episcopalis, secus eo durante,
nisi cum Arctatis. Æqua enim lance metiuntur
concessio Dimissorialium, & dispensatio quoad
Interstitia, unde quemadmodum Vicario Capitu-
lari præpedita est facultas aliis, quam arctaris con-
cedendi Litteras Dimissorias intra annum vacatio-
nis Sedis Episcopalis, ut statuit Concilium Tri-
dentinum Sess. 7. cap. 10. ita & dispensandi su-
per Interstitiis, cum dispensatio hujusmodi sit præ-
paratio ad Ordines; & ita decrevit Sacra Congre-
gatio Concilii in Asturicen. 21. Aprilis 1591. &
in Acheruntina 26. Aprilis 1602. ac firmant Pas-
qualig. ad Lauret. de Franch. part. 1. n. 156. &
quæst. mor. Juridic. quæst. 353. num. 5. & seqq. late
Marchett. de Vicar. Capitul. part. 2. tit. 14. num.
17. & 18. Van Espen in Jus Eccles. universal. part.
2. tit. 6. cap. 5. num. 13. Fermosin. de Capitul. Sede
vacant. quæst. 20. num. 30.

Quin imo intra annum vacationis Sedis Episco-
palis, nec permissum est Vicario Capitulari dispen-
sare super Interstitiis vigore facultatis sibi tributæ
222 a Sacra Congregatione concedendi Litteras Di-
missoriales. A facultate enim concedendi Litteras
præfatas, nondum lapso anno vacationis Sedis Epis-
copalis, tanquam delegata, & proinde stricte in-
telligenda, ad Text. in Cap. Cui 27. de Præbend.
in 6. non bene infertur ad facultatem dispensan-
di super Interstitiis, quæ juxta indolem cujuscum-
que dispensationis, non intelligitur impertita, nisi
specialiter exprimatur, Marchett. de Vicar. Capi-
tular. tit. 14. num. 19. Et in his terminis obvium
223 est remedium, recurrere nempe ad Secretariam
Brevium, quæ passim hujusmodi indulget dispen-
sationem super Interstitiis, eaque vulgo nuncupatur
in Temporibus, & est frequentissima, ut ait Corrad.
in Praxi dispensat. lib. 4. cap. 4. num. 2. & 3.

Ad differentiam casus, quando per Sedem Apo-
224 stolicam interdicitur Vicario Capitulari facultas
concedendi Dimissorias, etiam post annum vaca-
tionis Sedis Episcopalis, & postea in casibus par-
ticularibus ipsi eadem facultas impertitur, tunc enim
quamvis in Litteris facultativis mentio non fiat In-
terstitiorum, nihilo minus potest Vicarius Capitu-
laris super illis dispensare, non quidem vigore sibi
factæ potestatis concedendi Dimissorias, cum hæc
non præ se ferat alteram dispensandi super Intersti-
tiis, specialem, ut diximus requirentem mentio-
nem, sed vigore juris proprii, & nativi ipsi Vica-
rio Capitulari competentis. Etsi enim ob prohibi-
tionem concedendi Dimissorias etiam post annum
vacationis Sedis Episcopalis, præpedita sit Vicario
Capitulari potestas dispensandi super Interstitiis,
attamen superveniente facultate Litteras præfatas
concedendi, solvitur hoc vinculum, ac reponi-
tur ille in priori nativa libertate, perinde ac si pro-
hibitio præfata nunquam emanasset; Et in hoc casu
Vicarius Dimissorias non concedit; uti delegatus 225
Sacræ Congregationis, sed jure proprio per vin-
culi relaxationem, & facultas ei tributa est po-
tius excitativa Jurisdictionis ordinariæ ei compe-
tentis, quam vera delegatio, per ea, quæ firmat
Rot decis. 769. n. 25. cor. Molines. Proindeque exci-
tata Jurisdictione ordinaria pro concedendis Dimis-
soriis, reviviscit etiam eadem facultas ordinaria
dispensandi super Interstitiis, quæ sopita erat du-
rante priori prohibitione concedendi Dimissorias.

Et ita fuit solemniter decisum anno 1711. Ob- 226
tinuerant duo Clerici Papien. Diœcesis in duobus
primis minoribus Ordinibus constituti Litteras fa-
cultativas Sacræ Congregationis Vicario Capitula-
ri, Sede Papiensi ab anno, & ultra vacante, di-
rectas, ut eis Litteras Dimissoriales concederet pro
reliquis Minoribus, & Subdiaconatus Ordinibus
suscipiendis; Quia vero Clerici præfati dispensa-
tione indigebant super temporum Interstitiis, de
quibus in memoratis Litteris facultativis nulla
mentio legebatur; hinc pro tali dispensationis gra-
tia indulgenda requisitus Vicarius Capitularis, qui
a Capitulo electus fuerat cum conditione, quod
omnes Gratiæ faciendæ spectarent ad Capitulum,
quas sibi reservavit, anceps fuit super suis facul-
tatibus, petiitque a Sacra Congregatione Conci-
lii declarari — An eidem Vicario Capitulari vigore
suæ facultatis Ordinariæ competat facultas remit-
tendi Interstitia, vel saltem ea competat vigore
facultatis impertitæ a Sacra Congregatione conce-
dendi Litteras Dimissoriales — Et die 29. No-
vembris 1710. rescriptum prodiit, Dilata, & ad
mentem, quæ fuit, ut fieret particularis Congre-
gatio ex Eminentissimis Cardinalibus utriusque
Sacræ Congregationis Concilii nempe, & Epis-
coporum; Eaque convocata die 10. Mai 1711.
responsum fuit. In casu, de quo agitur, posse
Vicarium Papien. dispensare super Interstitiis. Cum-
que discussum etiam fuisset, an esset super hoc ge-
neraliter aliquid statuendum, Emi PP. censuerunt,
Nihil innovandum.

Hic tamen omittendum non est, quod licet
olim Sacra Congregatio Concilii decreverit, Vi- 227
carium Capitularem non posse dispensare super In-
terstitiis absque speciali facultate sibi a Capitulo
communicata, exemplo Vicarii Generalis Episco-
pi indigentis speciali mandato ad effectum indul- 228
gendi dispensationem præfatam, vel concedendi
Litteras Dimissoriales, ut in Acheruntina 26. Apri-
lis 1602. & in Civitatis Castellæ 5. Junii 1632. Fa-
gnan. in Cap. His quæ num. 61. in fine, de Major.
& Obed. Fermosin. de Potestat. Capitul. Sede vacant.
quæst. 20. num. 8. in fine, & num. 25. & 26. Garc.
de Benefic. part. 5. cap. 7. sub num 92 Barbos. ad
Concil. sess. 7. cap. 10. num. 12. Monacell. in Formu-
lar. tom. 1. pag 12. num. 16. Rot. decis. 170. num.
25. & seqq. & sub num. 34. part. 4. Recent.

Nihilo minus id evenit, ex quo priscis tem-
poribus Sacra Congregatio eam sequebatur Sen- 229
tentiam, quod in Vicarium Capitularem non
transiret tota potestas, & jurisdictio Episcopalis,
sed ea tantum, quæ sibi specialiter impertiretur
a Capitulo, cui permissum erat ad sui favorem in
pluribus Vicarii facultatem limitare. Verum cum
boni Ecclesiæ regiminis ratio postulet, ut Capitu-
lum nil sibi reservet, sed integrum Jurisdictionis 230
Episcopalis exercitium in Vicarium transferat, tum
ad evitandas factiones, quæ regulariter in Capitu-
lis vigere solent, tum quia non semper Capitulum
est congregatum, nec facile congregari potest, præ-
sertim in iis, quæ celerem requirunt expeditionem;
hinc hodie contraria invaluit Sententia; & juxta 231
quam-

quamplurimas Sacrarum Congregationum Reso-
lutiones omnimodum exercitium Jurisdictionis,
quæ Episcopo competebat, privative ad Capitu-
lum, transit in Vicarium Capitularem, cui proinde
permissum est totum id facere, quod de jure exple-
re potest Sede vacante Capitulum ipsum, etiamsi
alias requireret speciale mandatum, ut respondit
Sacra Congregatio Episcoporum in *Aquilana* 8.
Maii 1682. *& in Fulginaten.* 17. *Decembris* 1683.
& in Mantuana 18. *Maii* 1685. & tradunt *Pe-
regrin. de Vicar. part.* 1. *sect.* 4. *subsect.* 1. *num.*
24. *& seqq. Nicol. in Flosc.al. verb. Vicarius Capi-
tularis num.* 59. *& lucubrat. Canon. pag.* 57. *num.*
22. *& pag.* 59. *num.* 5. *Gutierrez Quæst. Canon.
lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. *versic. Id quod hodie, Gar-
cias de Benefic. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 499. *Antonell.
de Regim. Eccles. lib.* 4. *cap. ultim. num.* 11. *&* 71.
Marchett. de Vicar. Capitul. part. 1. *tit.* 11. *num.* 4.
& seqq. & tit. 12. *num.* 25. *& seqq.*

Quin immo etiamsi Capitulum in electione Vi-
232 carii Capitularis expresse sibi reservaret facultatem
dispensandi super Interstitiis, aliasque gratias fa-
ciendi, adhuc non attenta hujusmodi reservatio-
ne, facultas dispensandi ad Vicarium Capitularem
spectare debet, ut pluries rescripsisse Sac. Congre-
233 gationem Episcoporum, & Regularium, testatur
Monacell. tom. 1. *pag.* 11. *n.* 16. *Marchett. de Vicar.
Capit. tit.* 1. *a num.* 109. *&* 114. *& seqq. & part.* 2.
tit. 15. *num.* 49. *& seqq. Peregrin. in Prax. Vicar.
part.* 1. *sect.* 4. *subsect.* 1. *num.* 24. *&* 28. *Nical.
Instit. Can. lib.* 1. *tit.* 28. *de Offic. Vicar. num.* 5.
234 Alias nimis restricta, & manca esset jurisdictio
Vicarii Capitularis, si Capitulum posset sibi re-
servare eas facultates, quæ licet dependeant a Ju-
risdictione Episcopali, sapiunt tamen gratiam, &
sunt mere gratiosæ; Non enim in hisce circum-
stantiis permissum esset Vicario sua uti potestate,
nisi in mere contentiosis, & in iis, quæ sunt Ju-
risdictionis necessariæ, non autem quæ volunta-
riam respiciunt jurisdictionem, & in quibus fere
semper est admixta Gratia, & sic in nullo casu
posset Dispensationes indulgere, non Conciona-
tores deputare, non constituere Officiales mino-
res, non mulctas, aut pœnas remittere, non dimis-
sorias concedere, neque Beneficia devoluta con-
ferre &c. Proindeque cum in Vicarium Capitula-
rem transire debeat omnis Jurisdictio, quæ Epis-
copo competebat, Juris ratio postulat, ut in ip-
sum quoque transeat facultas Gratias indulgendi,
quæ a Jurisdictionis fonte promanat, *Peregrin.
in Prax. Vicar. art.* 1. *sect.* 4. *subsect.* 2. *num.* 64.
& 65. *Novar. in Summ. Bullar. tit. de Capital.
Sed. vacant. n.* 12. *Ricc. in Prax. For. Ecclesiast.
tom.* 1. *Resolut.* 302. *Vulp. in Prax. Fur. Ecclesia-
stici. cap.* 44. *num.* 27. *Rota in Tricaricen. Ele-
ctionis Vicarii Capitularis* 5. *Maii* 1685. §. *Siqui-
dem, coram clar. memor. Cardinali Caccia.* Et
235 quemadmodum Capitulum non potest sibi reser-
vare Jurisdictionalia, ita nec jus gratiose dispen-
sandi super Interstitiis, quod pertinet ad Jurisdi-
ctionem ordinariam. Et cum hoc sensu processit
mox laudata Congregatio particularis composita
ex Emis PP. utriusque Sacræ Congregationis,
Concilii nempe, ac Episcoporum, & Regularium
in *Papien. Dispensationis* 10. *Maii* 1711. in cu-
jus themate Capitulum *Papien.* in electione Vi-
carii Capitularis sibi reservaverat facultatem elar-
giendi Gratias, & nihilo minus decisum fuit po-
tuisse Vicarium dispensare super Interstitiis.

Hinc non applicatur exemplum Vicarii Gene-
ralis, qui super Interstitiis dispensare nequit abs-
que speciali mandato Episcopi. Siquidem longe 236
majores sunt facultates Vicarii Capitularis, quam
Vicarii Generalis Episcopi; Episcopus enim potest
quamplurima sibi reservare, nec tenetur totam
jurisdictionem suo Vicario communicare. *Rota in
dicta Tricaricen. Electionis Vicarii Capitularis
cor. clar. mem. Cardin. Caccia* §. *Eoque magis, &*
4. *Aprilis* 1686. §. *Nec obstat, coram clar. mem.
Card. Matthæjo, &* 4. *Julii ejusdem anni* §. *Non
dissimili, cor. eodem, & in Baren. Beneficii* 17.
Februarii 1689. *Neque Vicarius, coram Ursino,*
confirmata 12. *Maii ejusdem anni cor. eodem.*
At Capitulum, ut diximus, nihil sibi reservare
potest, & omnimoda jurisdictio, quæ Episcopo
competebat, statim absque diminutione transit in
electum Vicarium Capitularem, in quem proinde
transire etiam debet facultas dispensandi super In-
terstitiis, aliasque Gratias indulgendi, ad firmata
per *Rot. in dicta Tricaricen. cor. clar. mem. Card.
Caccia* §. *Undique igitur, & cor. Matthæjo* §. *Haud
dissimili modo, &* §. *Quemadmodum.* (a)

Superest agendum de pœnis, quas incurrunt
tum Vicarius Capitularis, qui Litteras Dimisso-
rias intra annum vacationis Sedis Episcopalis,
aliis, quam arctatis concedat, tum ad Ordines
promoti vigore earumdem Litterarum. Et qui-
dem Vicario Capitulari infligitur a Tridentino 237
Sess. 23. *cap.* 10. *de Reformat.* pœna suspensionis
ab Officio, & a Beneficio per annum, quæ pœna
locum sibi vindicat, etiamsi ii, quibus Litteræ
præfatæ concessæ fuerunt, illis usi non fuerint,
nam actus jam fuit perfectus, & consummatus 238
quoad Concedentem, *Garc. de Benef. part.* 5. *in
addit. ad cap.* 7. *num.* 92. ubi refert Resolutionem
Sacræ Congregationis Concilii, *Barbos. ad Con-
cil. sess.* 7. *cap.* 10. *num.* 18. *& de Canon. cap.* 42.
num. 130. *& de Jur. Eccles. univers. cap.* 32. *num.*
130. *Fermosin. de Capit. Sed. vacant. quæst.* 20.
num. 44. *Marchett. de Vicar. Capitul. part.* 2. *tit.*
15. *num.* 12. *Peregrin. in Prax. Vicar. part.* 1.
sect. 4. *subsect.* 3. *num.* 5. cum aliis penes *Dian.
Oper. moral. part.* 8. *tract.* 4. *resolution.* 41. *Caton.
libr.* 3. *contr.* 1. *cap.* 1. *num.* 68. *Clericat. Erotemat.
Eccles. cap.* 128. *num.* 33. ubi quod Clericus, qui 239
dictis Litteris non utitur, nullam pœnam incurrit.

Ordinati vero cum Litteris præfatis, sic intra
annum vacationis Sedis Episcopalis concessis, si in 240
Majoribus Ordinibus constituti fuerint, ab exe-
cutione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati
sunt ipso jure suspensi; si vero in Minoribus, nullo
Privilegio Clericali, præsertim in Criminalibus
gaudent, ut sancitur a Concilio Tridentino *sess.* 7.
cap. 10. Quæ tamen Privilegii Clericalis privatio
hodie non incurritur, nisi post Judicis declaratio-
nem, juxta Constitutionem *san. mem. Urbani VIII.*
quam

(a) Facultates Vicariorum Capitularium quoad concessionem Litterarum Dimissorialium Seda Episcopali vacante restrictæ fuerunt in Concordato inito anno 1741. inter Sedem Apostolicam, & Invictissimum utriusque Siciliæ Regem. Siquidem *cap.* 4 *num.* 9. præscriptum fuit — „ Li Vicarj Capitolarj non potranno da ora innanzi senza il voto „ del pieno Capitolo da darsi nel luogo solito Capitolare per maggioranza di voti segreti da calcolarsi secondo il „ costume di ciascun Capitolo, da registrarsi negl' Atti Capitolari, concedere le Lettere Dimissoriali a' Laici, „ benchè siano realmente arrati per raggion di Beneficio, o Cappellania, che sia veramente Ecclesiastica &c., „ o pure a coloro, che avendo già la prima Tonsura, sono presentati a qualche Beneficio, o Cappellania, che „ actu requirat certum Ordinem, e coll' espressa condizione, che così nell'uno, che nell'altro caso colui, che chie- „ de d'esser promosso, non sia stato altre volte rigettato dal Vescovo antecessore; ma ove si tratta di Persone, „ cha non sono veramente artate nel senso di sopra accennato, non potranno concedere le Lettere Dimissoriali „ ne pure *post annum Luctus Ecclesiæ* senza un'espressa licenza della Sagra Congregazione del Concilio,

quam refert *Barbof. de Canon. cap. 42. num. 131. & de Jur. Eccles. univers. Fermosin. de Capit. Sede vacante dict. quæst. 20. num. 45.*

Hinc cum Concilium Tridentinum Promotos
ad Minores Ordines cum Litteris Dimissorialibus
Vicarii Capitularis infra annum vacationis Sedis
Episcopalis concessis, solum pœnam infligat amis-
sionis Privilegii Clericalis, inferunt magis com-
241 muniter Doctores, quod possint ipsi in susceptis
Ordinibus ministrare, & Beneficia obtinere, *Garc.
de Benefic. cap. 7. num. 96. Barbos. de Canon. cap. 43.
num. 132. & de Jur. Eccles. univ. cap. 32. num. 132.
& ad Concil. sess. 7. cap. 10. num. 21. Fermosin. de
Potest. Capitul. Sed. vacant. quæst. 20. num 46. Qua-
rant. in Summ. Bullar. Verb. Capitulum Sede vacan-
te quæst. 10. versic. hinc contingit.* Et alias proposito
Dubio in Sacra Congregatione Concilii, *An Pro-
motus ad Minores Ordines contra formam Cap. 10.
Sess. 7. possit in susceptis Ordinibus ministrare, &
Beneficia obtinere, cum videatur ei tantummodo
denegari Privilegia Clericis concessa, inter quæ
præfati actus non videntur proprie contineri.* Sacra
Congregatio censuit *Posse*; quam Resolutionem ex-
scripsi ab antiquo Codice Resolutionum ejusdem
Sacræ Congregationis, in quo ulterius hæc adno-
tata leguntur -- *Congregatio Generalis postea censuit
ex sententia quinque Cardinalium, cum duo tan-
tum dissenserint, & Albanus dubius fuerit, & Ria-
rius non dederit votum, posse impetrari Beneficia,
quia terminus ille* Privilegio Clericali *convenit
Privilegio Fori, cap. 1. de Cleric. Conjug. in 6. &
nunquam legitur, quod quando Canones agunt de
Impetratione Beneficiorum, recenseant hoc inter Pri-
vilegia Clericorum. Et Concilium cap. 6. Sess. 23.
habet pro diversis impetrare Beneficia, & uti. Et
cap. 10. sess. 7. in illis verbis -- præsertim in Cri-
minalibus -- ostendit agi de Privilegio Fori tan-
tum; & facit etiam ratio, quia cum cap. 10.
nolit esse suspensum a Minoribus Ordinibus, &
non prohiberi eos exercere, ergo & Beneficia im-
petrare poterunt.*

In quas vero pœnas incurrant ad Ordines pro-
242 moti vel intra annum vacationis Sedis Episcopa-
lis, si sint arctati, vel post annum, si arctati
non sint absque Litteris Dimissorialibus Vicarii
Capitularis, quemadmodum etiam Promoti vi-
gore Brevium *extra tempora* sine iisdem Litteris
Episcopi vicinioris; & an possint ab incursa pœ-
na per Vicarium Capitularem absolvi, examina-
bimus infra in § sequenti.

Sed præter Episcopos, & Vicarios Capitulares
in suis respective casibus, Ordinariorum appel-
latione ad effectum concedendi Dimissorias pro-
priis Subditis Sæcularibus pro Ordinibus suscipien-
dis comprehendebantur ante Concilium Tridenti-
num etiam Prælati illi inferiores, sive Sæculares,
243 sive Regulares, qui gaudent Territorio separato
cum qualitate *Nullius*, & cum omnimoda Ju-
risdictione quasi Episcopali, *Fagnan. in cap. Si-
gnificasti num. 13. de Offic. Archidiacon.* At post-
244 quam Concilii Tridentini Decreto *cap. 10. sess. 23.*
statutum est Abatibus, ac aliis quibuscumque,
quantumvis exemtis, non licere in posterum, in-
tra fines alicujus Diœcesis consistentibus, etiamsi
nullius Diœcesis, vel exemta esse dicantur, Cle-
ricis Sæcularibus sibi subditis Litteras Dimissoria-
les, ut ab aliis ordinentur, concedere, sed horum
Ordinatio ad Episcopos, intra quorum Diœcesis
fines existant, pertineat: non obstantibus quibus-
cumque Privilegiis, Præscriptionibus, aut consue-
tudinibus, etiam immemorabilibus; Non amplius
ambigitur Prælatos inferiores cum Territorio se-
parato, & Jurisdictione quasi Episcopali privative
ad Episcopum gaudentes, non posse suis Subdi-
tis Sæcularibus Litteras Dimissorias ad Ordines
suscipiendos concedere, sed earum concessionem
spectare ad Episcopos viciniores, ut late probat
*Fagnan. in dicto cap. Significasti a num. 12. per
tot. de Offic. Archid. Emmentiss. Petr. in Constitut.
Apostolic. tom. 2. pag. 123. a num. 17. tom. 5. in
Constit. Calisti III. num. 67. & seqq. Pignatell.
consult. 59. a num. 14. tom. 8. De Matenitibus de
Potest. Jurisdict. part. 2. cap. 5. per tot. & cap. 14.
num. 55. & seqq. Rot. decis. 7. num. 8. & seqq. tit.
23. de Offic. Ordin. cor. clar. mem. Card. Falconer.
& in Florentina Jurisdictionis 14. Decembris 1708.
§. penultim. cor. clar. mem. Card. Scotto, & in Sul-
monen. Jurisdictionis super Manutentione 2. Julii
1714. cor. eodem*, & pluries respondit Sacra Con-
gregatio Concilii, ut præter Decreta relata per
Fagnanum loco cit. sic resolutum fuit in *Nullius
Provinciæ Hispalen. Excessuum 11. Septembris
1706. ad 1.* in *Vesprimien. Jurisdictionis 26. Mar-
tii 1718. & 17. Decembris ejusdem anni, & 24.
Augusti 1720. & in Nullius, seu Bictinorien. &
Polycastren. 21. Januarii 1719. & in Valven. &
Sulmonen. Ordinationis 22. Martii 1732.*

Ut igitur Prælati inferiores, sive Sæculares,
sive Regulares, qui separatum Territorium ha-
bent, & Jurisdictione quasi Episcopali pollent,
suis Subditis Sæcularibus Dimissorias ad Ordines
suscipiendos concedere valeant, indigent speciali 245
Privilegio Apostolico, & quidem post Concilium
Tridentinum impetrato; quo sane Privilegio gau-
dent quamplurimi hujusmodi speciei Prælati, præ-
sertim Regulares, & præ ceteris insignis *Abbas* 246
Montis Cassini, prout ex Bulla *Sixti V.* edita *die
6. Augusti* 1586. quæ legitur in *Bullar. Cassi-
nensi tom 1. Constit. 227.* Abbas similiter Cassinen-
sis *Sanctissimæ Trinitatis de Cava* vigore Indulti
Pauli V. die 23. Octobris 1620. ut in eodem *Bull.
tom. 1. Const. 286.* Abbas Monasterii *S. Pauli de
Urbe* pariter Cassinensis ex Privilegio *Urbani VIII.*
elargiti die 10. *Julii* 1625. *eod. Bullar. tom. 1. Con-
stit. 296.* Abbas *Nonantulæ*, teste *Ciarlin. lib. 2.
cap. 220. num. 52.* Abbas *Vangadiciæ*, teste *Clericat.
de Sacram. Ordin. decis. 15. num. 40.* Prior Mo-
nasterii S. Stephani de Bosco Ordinis Carthusia-
norum, *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 2. disput.
2. quæsit. 26. num. 3. Barbos. Apostolic. Decis. verb.
Abbas num. 21.* & alii quamplures.

At licet Prælati inferiores cum Territorio se-
parato suos Subditos Sæculares pro Ordinibus
suscipiendis dimittere non possint, nisi, ut dixi-
mus, speciali gaudeant Privilegio post Tridenti-
num eis elargito, possunt nihilo minus Testimo- 247
niales Litteras super vita, & moribus eorundem
concedere, ita quidem, ut sine illis permissum
non sit Episcopo viciniori Subditos Prælati inferio-
ris ad Ordines promovere, vel alteri Episcopo
Ordinandos dimittere, *Fagnan. in Cap. Significasti
num. 24. de Offic. Archid.* & decrevit Sacra Con-
gregatio Concilii in *Nullius Altamuræ 26. Au-
gusti 1661. & in Nullius Terræ Cirignolæ de anno
1699.* de qua *Monacell. tom. 1. pag 83. num. 11. &
tom. 2. pag. 249. n. 3. Cardin. de Luca de Jurisdict.
disc. 16. in fine.* Quin immo teneri Episcopum vi-
ciniorem in Litteris Dimissorialibus, quas Subdi- 248
tis Prælatorum inferiorum concedunt, inserere
clausulam -- *Receptis Litteris Testimonialibus sui
Ordinarii* -- rescripsit eadem Sac. Congregatio
in *Nullius Altamuræ 16. Martii, & 7. Julii*
1662. Ad differentiam alterius casus, quando
nempe Prælati inferiores omnimoda non fruuntur
Episco-

Episcopali Jurisdictione, tunc enim potest Epis-
249 copus vicinior illorum Subditis Ordines conferre,
aut Litteras Dimissorias concedere, etiam absque
eorumdem Prælatorum inferiorum Litteris Testi-
monialibus, quas tamen Episcopo requirenti Præ-
lati ipsi inferiores denegare non possunt. Et ita re-
solutum fuit a Sacra Congregatione Concilii in
Caputaquen. Jurisdictionis 17. *Decembris* 1712. *ad*
2. & relatis antiquioribus ejusdem Sac. Congre-
gationis resolutionibus *Pignatell. tom.* 8. *consultat.*
59. *n.* 36. *Nicol. Instit. Canon. pag.* 332. *num.* 10. *§.*
Sed hoc melius.

Superiores itidem Regulares sunt Ordinarii suo-
250 rum Subditorum ad effectum eis Dimissorias con-
cedendi pro Ordinibus suscipiendis. Sed in earum
concessione tenentur præcise adimplere omnia,
251 quæ præscribuntur in celebri Decreto Sac. Con-
gregationis Concilii, quod ad unguem servari
mandavit san. mem. *Clemens VIII.* & est teno-
ris qui sequitur.

„ De Mandato Smi D. N. *Clementis* Divina
„ Providentia PP. VIII. tenore præsentium man-
„ datur omnibus, & singulis quorumcumque
„ Regularium Superioribus, ut de cætero ob-
„ servent, & observare faciant ea, quæ in De-
„ creto Sac. Congregationis Concilii Tridentini
„ continentur, cujus tenor est.

„ Congregatio Concilii censuit, Superiores
„ Regulares posse suo Subdito itidem Regulari,
„ qui prædictis qualitatibus requisitis, Ordines
„ suscipere voluerit, Litteras Dimissorias conce-
„ dere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nem-
„ pe illius Monasterii, in cujus familia ab iis,
„ ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit:
„ & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habitu-
„ rus Ordinationes, ad quemcumque alium Epis-
„ copum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordi-
„ nes contulerit, examinetur quoad Doctrinam,
„ & dummodo ipsi Regulares non distulerint de
„ industria concessionem Dimissorialium in id tem-
„ pus, quo Episcopus Diœcesanus, vel absuturus,
„ vel nullas habiturus esset Ordinationes, vel Se-
„ des Episcopalis vacaret. Verum cum a Superio-
„ ribus Regularibus Episcopo Diœcesano absen-
„ te, vel Ordinationes non habente, Litteræ Di-
„ missoriales dabuntur, in eis utique hujusmodi
„ causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel Ordi-
„ nationum ab eo non habendarum, exprimendam
„ esse. Quod qui non fecerint, Officii, & Digni-
„ tatis, seu administrationis, ac vocis activæ, &
„ passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem
„ Smi D. N. Papæ reservatas pœnas incurrant.
„ In quorum fidem &c. Datum Romæ die 15.
„ Mensis Martii 1596. „ Quod Decretum præ
ceteris referunt *Quaram. in Summ. Bullar. verb.*
Ordo pag. 392. *Barbos. de Potest. Episcop. part.* 2.
allegat. 7. *Eminentiss. Petr. in Constit. Apostol. tom.*
1. *pag.* 336. *Monacell. part.* 1. *in Append. pag.* 294.
Mattheucc. Official. Cur. cap. 35. *pag.* 272.

Decreti præfati observantiam districte etiam
252 præcepit san. mem. *Innocentius XIII.* in sua cele-
bri Constitutione, pro sarta tecta servanda Eccle-
siastica disciplina in Hispaniarum Regnis, edita *die*
13. *Maii* 1723. §. 15. & impressa post Concilium
Romanum sub *Benedicto XIII.* celebratum in *Appen-
dice pag.* 308. Quam Constitutionem confirmavit
laudatus Pontifex *Benedictus* speciali sua Constitu-
tione, quæ incipit, *In Supremo*, sub Datum 23.
Septembris 1724. Pariterque Decreti *Clementini*
observantia demandatur in eodem Concilio *Roma-
no titul.* 21. *cap.* 11. ubi ne quem Regularium
Superiorum excuset illius ignorantia, nedum ad
verbum exscribitur, sed insuper demandatur, ut
illud evulgari debeat ab Episcopis in eorum Diœ-
cesana Synodo post Concilium præfatum primo
tempore celebranda. Cumque laudatum Decretum
Superioribus Regularibus indulgeat, ut concedere
possint Dimissorias *suo Subdito itidem Regulari*, 253
hinc receptum est, haud iis permissum esse Litte-
ras præfatas concedere *Novitiis*, quia isti ante Pro-
fessionem Regulares non dicuntur, ut observant
Eminentissimus Petra in Constit. Apostol. tom. 1. *pag.*
338. *num.* 18. *& seqq. Azor. Instit. moral. part.* 1.
lib. 12. *cap.* 2. *quæst.* 10. cum aliis relatis a *Barbos.*
de Potest. Episcop. part. 2. *allegat.* 7. *num.* 31. *ver-
sic. Utrum autem Novitiis.*

Plura vero sunt, quæ in laudato Decreto salu-
berrime decernuntur. Primo pro regula statuitur,
quod Superiores Regulares proprios Subditos Re-
gulares ad alium Ordinandos dimittere non pos-
sunt, quam ad Episcopum Diœcesanum; quod 254
locum sibi vindicat, etiamsi Episcopus præfatus
non esset Ordinationem habiturus in Cathedrali, 255
sed in alia quacumque parte Diœcesis, a Mona-
sterio dissita. Concilium enim Tridentinum non
arctat Episcopum ad Sacras peragendum Ordina-
tiones semper in Cathedrali, sed solum disponit,
quod si in alio Diœcesis loco Ordinationes ha-
beantur, dignior eligatur Ecclesia, & fiant præ-
sente Clero loci. Quam Concilii sanctionem inno-
vavit san. mem. *Innocentius XIII.* in laudata Con-
stitutione *Apostolici Ministerii.* Unde mittendi
sunt Regulares pro Ordinatione ad locum, in
quo Episcopus Ordinationem erit habiturus, cum
Decretum Clementinum ad effectum, ut Regula-
res ad alios, quam ad Episcopum Diœcesanum
dimitti possint, duos tantum casus excipiat, ab-
sentiæ videlicet ipsius Episcopi Diœcesani a propria
Diœcesi, & non habitæ Ordinationis, ut mox
dicemus, unde in reliquis servanda est illius dis-
positio. Et ita respondit Sacra Congregatio Con-
cilii in *Caputaquen. Ordinationis* 11. *Februarii*
1708. Cum enim Monachi Carthusiani S. Lauren-
tii Terræ *Padulæ* contenderent, se licite promotos
ab Episcopo *Policastren.* ad Ordines tam Minores,
quam Majores, ex quo Episcopus Diœcesanus *Ca-
putaquen.* Ordinationes habuerat in angulo Diœce-
sis, & in alpestri, ac inaccessibili loco distante a
Monasterio per quadraginta milliaria, nihilo minus
responsum fuit, *non esse licite ordinatos.*

Id etiam procedit tametsi Episcopus in propria
Diœcesi existens Ordinationes non per se ipsum, 256
sed per alium Antistitem esset habiturus; parum
enim refert, ut per alium faciat, quod per se ip-
sum facere potest. Ad differentiam casus, si Epis-
copus extra propriam Diœcesim degeret, & alius
Antistes inibi de ejus licentia Ordinationem pera-
geret, ut distinguunt *Eminentiss. Petra in Constit.
Apostolic. tom.* 1. *pag.* 340. *num.* 32. *Peregrin. tom.*
1. *Privileg. Regular. Constitut.* 2. *Sixti IV. num.* 34.
Tamburin. de Jure Abbat. tom. 2. *disput.* 2. *quæst.*
19. *num.* 4.

Insuper ad Episcopum Diœcesanum dirigendæ
sunt Litteræ dimissoriales, quamvis Regulares ob-
tinuerint a Sede Apostolica Indultum, ut ad Sacros 257
Ordines *extra tempora* a jure statuta Superiorum
suorum licentia, a quocumque quem maluerint
Catholico Antistite per ipsos eligendo, promoveri
possint. Quandoquidem cum in hujusmodi Indul-
tis, quæ expediuntur per organum *Magistri Bre-* 258
vium, vel per Litteras Apostolicas sub Plumbo per
Correctorem earumdem Litterarum apponi soleat
clausula *servata tamen forma Decreti Clementis
PP. VIII. Prædecessoris nostri &c.* nulla emergit
difficul-

difficultas, quin eorum vigore Regulares promo-
veri debeant ab Antistite Diœcesano, & solum
eo impedito, vel nolente, a quocumque quem ma-
luerint, ordinari poterunt.

In aliis vero Indultis, quæ per organum Secre-
tariæ Brevium *sub Anulo Piscatoris* favore Regu-
larium expediri solent, quamvis ante annum 1711.
259 apponi non consueverit clausula *servata forma*
Decreti selic. record. Clementis PP. VIII. sed sim-
pliciter indulgeretur, *ut de Superiorum suorum*
licentia a quocumque quem maluissent Catholico
Antistite per ipsos eligendo ad Sacros Ordines pro-
moveri possent, cujus facultatis vigore licite a quo-
cumque Episcopo ordinari poterant, ut decrevit
Sac. Congreg. Concilii in alia *Caputaquen. Ordi-*
nationis 6. Julii 1709. ubi propositis Dubiis. *I. An*
Monachi Carthusienses Monasterii S. Laurentii
Padulæ Caputaquen. Diœcesis ordinati ab Episcopo
Palicastren. in vim Brevium Apostolicorum fuit li-
cite ordinati in casu &c. II. An, & in quas pœnas
inciderint, tam Ordinati, quam Prior Carthusiæ.
Prodiit respon[...]. Ad I. *Affirmative.* Ad II. *Pro-*
visum in primo.

Nihilominus cum post editam Resolutionem
præfatam Episcopus *Caputaquen.* conquestus fuisset
apud *san. mem. Clementem XI.* quod PP. Carthu-
sienses Monasterii *Padulæ*, ut Decretum *Clemen-*
tinum, ejusque Jurisdictionem quoad Ordines su-
scipiendos eluderent, passim a Secretaria Brevium
Indultum impetrabant Ordines suscipiendi *extra*
tempora a quocumque quem maluissent Catholico
Antistite, proindeque supplicasset, vel prohiberi
similium Indultorum expeditionem, vel in eis adji-
ci clausulam *servata forma Decreti san. mem. Cle-*
mentis VIII. Placuit laudato Pontifici super hac
Episcopi Caputaquen. instantia Votum exquirere
Congregationis particularis, quæ sub *die 23. De-*
cembris 1710. rescripsit *ad Mentem*, quæ fuit, ut
260 etiam a Secretaria Brevium servaretur in posterum
usus apponendi in similibus Indultis *extra tempora*
favore Regularium expediendis, clausulam *serva-*
ta forma Decreti Clementis PP. VIII. Quam Re-
solutionem san. mem. Clemens XI. approbavit,
& ita in posterum servari jussit, prout a dicto tem-
pore inconcusse servatur. Quinimo etiamsi clau-
sula præfata non apponeretur, adhuc illam subin-
261 telligendam esse mandavit Concilium Romanum
sub Benedicto XIII. celebratum *tit. 5. de tempore*
Ordinat. ibi -- *Singulis vero Promovendorum ex-*
presse significamus, ut si quis ipsorum Apostolicæ
dispensationis Litteras, sive per Datariam, sive
per Brevium Secretariam, sive alio quocumque
modo expeditas, quatenus ad Sac. Ordines extra
consueta Ordinationum tempora a quocumque quem
maluerint Catholico Antistite promoveri valeat, ob-
tinuerit, illas semper nonnisi cum clausula, servata
forma Decreti Clementis VIII. *concessas fuisse in-*
telligat, atque ita, & non aliter executioni ab ip-
sismet Episcopis promoventibus demandandas fore
declaramus.

Regulares tamen gaudentes Privilegio Aposto-
262 lico se promovendi ad Sacros Ordines extra tem-
pora a jure statuta a quocumque quem mallent
Catholico Antistite, quo Privilegio fruuntur PP.
Jesuitæ, aliique de quibus diximus supra §. I. pos-
sunt per eorum Superiores ad alios pro Ordinibus
suscipiendis dimitti, quam ad Episcopum Diœce-
sanum, etiam si iste generalem Ordinationem in pro-
pria Diœcesi esset habiturus, cum hujusmodi Pri-
vilegio derogatum non sit per Decretum *Clementi-*
num, ut favore *PP. Jesuitarum*, respondit Sac.
Congregatio Concilii *in Mechlinien. 5. Julii* 1681.
Proposito enim Dubio -- *An Clerici Societatis Jesu*
habitantes in Diœcesi Mechliniensi, Archiepiscopo
Ordinationem habente, possint extra Diœcesim Me-
chliniensem ordinari ab alio Episcopo in propria
Diœcesi, responsum fuit *affirmative*; quam reso-
lutionem referunt *Monacell. tom. 1. pag. 83. Emi-*
nentiss. Petr. ad Constit. Apostolic. tom. 1. pag. 345.
num. 36.

Præterea etiam in casu quo favore Prælatorum
Regularium militaret immemorabilis consuetudo 263
dirigendi pro ordinatione suorum Subditorum Re-
gularium Litteras Dimissoriales ad alios, quam ad
Episcopum Diœcesanum, locus esse debet dispo-
sitioni Decreti Clementini, ut respondit Sac. Con-
gregatio Concilii *in Passavien. Ordinum 21. Julii*
1675. Proposito enim Dubio extra folium -- *An*
Regulares Ordinum tam Mendicantium, quam non
Mendicantium existentes intra fines Diœcesis Passa-
vien. possint sub prætextu cujusvis Privilegii, vel
consuetudinis, etiam immemorabilis, ordinari ab
alio Antistite eis Litteræ dimissoriæ proprii Abatis,
vel Superioris Monasterii dirigentur -- prodiit rescri-
ptum -- *dandum esse Decretum editum sub Clemen-*
te VIII. & sic *Negative*, cum Decretum præfatum
mandet Dimissorias dirigendas esse Episcopo Diœ-
cesano. Sed reproposita Causa, Sac. Congregatio
mandavit, ut poneretur in folio, & sub *die 17.*
Decembris, rescriptum, ut Nuncius audiret Re-
gulares, sed an ulteriorem habuerit progressum,
incompertum mihi est. Meminit de hac resolutione
Eminentiss. Petr. in Constit. Apostolic. tom. 4. pag.
363. n. 12.

Actum etiam fuit de hoc articulo in eadem Sa-
cra Congregatione *de anno* 1717. in Causa *Bar-*
chinonen. Ordinationis. Conquestus enim fuerat E-
piscopus Barchinonen. quod passim Regulares cu-
juscumque Religionis a Sancta Sede ad hunc effe-
ctum expresse non privilegiatæ, a suis Prelatis Pro-
vincialibus indefinite dimittebantur pro susceptio-
ne Ordinum cuicumque Catholico Antistiti, &
non determinate Episcopo Diœcesano, contra De-
cretum *san. mem. Clementis VIII.* pretextu quod
illud non esset usu receptum, aut in Diœcesi Bar-
chinonen. contraria consuetudine abrogatum, pro-
indeque declarari supplicabat -- *An Prælati Regu-*
lares teneantur dirigere Episcopo Diœcesano Litte-
ras Dimissoriales, quas concedunt Religiosis suis
Subditis ad Ordines suscipiendos juxta tenorem, &
sub pœnis Decreti Clementis VIII. non obstante qua-
cumque contraria consuetudine. Die 2. Octobris e-
jusdem anni Sacra Congregatio rescripsit -- *Dilata*
& Episcopus ut delegatus Sac. Congregationis ter-
minum sex Mensium præfigat Regularibus suæ Diœ-
cesis ad deducendum jura sua in Sac. Congregatio-
ne. Nec quoad sciam de hac Causa actum am-
plius fuit in eadem Sac. Congregatione.

At quousque aliter a Sac. Congregat. decisum
non fuerit, censeo consuetudinem Decreto *Clemen-*
tino contrariam Superioribus Regularibus suffraga-
ri non posse. Primo, quia aut contrarius usus in- 264
valuit ante Decretum Clementinum, & attendi
non meretur, ex quo cum eo tempore jam Regula-
res omnes vigore suorum Privilegiorum uterentur
facultate Sacros Ordines recipiendi a quocumque
Catholico Antistite, facultas ista per idem Decre-
tum abrogata remansit. Aut invaluit post Decre-
tum, & eo minus suffragari potest, quia adest lex
contraria aperte oppositum decernens, & contra

265 leges Pontificias in puncto Ecclesiasticæ disciplinæ
emanatas contrarius usus attendi non meretur, ex
plene firmatis per *Rot. in Hydruntina Jurisdictionis 20. Novembris* 1686. §. *His omnibus accedit*
confirmata 8. Februarii 1687. §. Demum, coram
cl. mem. Card. Caccia, & in casu de quo agitur
bene ratiocinatur *Eminus Petr. in Constitut. Apostolic.*
tom. 4. pag. 364. n. 13.

266 Secundo quia Decretum Clementinum emanavit per viam declarationis. Cum enim non obstantibus Privilegiis, & Indultis Regularium adhuc Episcopi Diœcesani contenderent, quod ab ipsis eorum Ordinationes peragendæ essent, & quidem absque Litteris Dimissorialibus Superiorum Regularium, hinc prodiit declaratio, posse Superiores præfatas Litteras Dimissorias Subditis suis Regularibus concedere, sed directas Episcopo Diœcesano; unde permissum non est illis Declarationem hanc scindere, & in parte sibi favorabili acceptare, & quoad aliam rejicere, *Eminentiss. Petra dicto tom. 4. pag. 362. n. 4. & pag. 364. n. 15.* Hinc
jure merito Dataria etiam in Indultis *extra tem-*
267 *pora*, quæ in Hispaniarum Regnis, aliisque Regionibus Ultramontanis Regularibus concedit, indifferenter apponit clausulam, *servata forma Decreti san. mem. Clementis VIII.*

268 Tertio summopere urget factum san. mem. Clementis XI. de anno 1710. Si enim Pontifex iste non obstante Stylo Secretariæ Brevium concedendi Indulta Regularibus, ut promoveri possent ad Sacros Ordines a quocumque, quem maluissent Catholico Antistite, adhuc se voluntarie subjecit Decreto *Clementino*, demandando, ut in posterum Indulta præfata non aliter expedirentur, quam adjecta clausula, *servata forma Decreti san. mem. Clementis VIII.* ut diximus supra *num.* 260. Multo magis se subjicere debent Superiores Regulares non obstante contrario usu, & consuetudine.

Tenentur igitur Superiores Regulares Subditos
suos itidem Regulares pro ordinatione dimittere
269 ad Episcopum Diœcesanum, *nempe* (sunt verba
Decreti Clementini) *illius Monasterii in cujus familia ab iis, ad quos pertinet, in Regularis positus*
fuerit. Dummodo tamen inibi non ponantur ex
270 industria per aliquot dies, eo intuitu, ut ordinari
possint ab Episcopo illius Monasterii, in fraudem alterius Episcopi vere Diœcesani; quæ tamen fraus ad effectum ut Superior Regularis incurrere valeat pœnas in Decreto Clementino contentas, debet concludenter probari, cum ceteroquin præ-
271 sumtio sit, quod Superiores Regulares Subditos
suos ab uno Monasterio removentes, & in alio collocantes, jure suo utantur, idque expleant ex justa & rationabili Causa, nec in jure aliquid sta-
272 tutum est circa tempus, quo Regulares ordinandi
morari debent in Monasterio Diœcesis Episcopi ordinatoris, ad effectum ut de illius familia dici possit. Hinc cum alias in Sac. Congregatione Concilii in una *Neapolitana 8. Augusti* 1692. quæsitum fuisset, per quantum tempus Ordinandi commorari debeant in Conventu Diœcesis Episcopi ordinatoris ad hoc ut dici possent de familia ipsius Conventus; & an Regulares per quatuor dies remoti a Conventibus Neapolitanis ante Ordinationes, & Ordinati ab aliis Episcopis ubi morabantur, fuerint licite ordinati, Sac. Congregatio rescripsit, *Providebitur in casibus particularibus proponendis*, quam resolutionem referunt *Mattheucc. Official. Cur. cap. 35 sub n. 3. Eminentiss. Petr. in Constit. Apostolic. tom. 1. pag. 740. a n. 34. & pluribus sequens.*

Quod si Monasterium in quo degunt Regulares ordinandi, sit vere *Nullius Diœcesis*, tunc Di-
missoriæ dirigendæ sunt ad Episcopum viciniorem, 273
& ejus respectu locum sibi vindicant omnia quæ favore Episcopi Diœcesani sancita sunt in Decreto *Clementino*, ut respondit Sac. Congregatio Concilii *die 20. Julii 1675.* relata per *Monacell. tom. 2. pag. 82. n. 28.* & firmant *Fagnan. in cap. Significasti n. 23. de Offic. Archidiac. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 2. disput. 2. quæstion. 18. n. 5. Barbos. in summ. Apostol. Decis. verb. Regulares quoad Ordines num. 2. Passerin. de stat. Homin. lib. 3. quæst. 189. n. 815. Eminentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom. 1. pag. 341. n. 59.*

Secundo decernitur in eodem Decreto *Clementino*, quod possint Regulares Superiores proprios Subditos Regulares ordinandos dimittere ad quemcumque alium, quam ad Episcopum Diœcesanum,
si ipse *absens fuerit*, *vel non esset habiturus Ordi-* 274
nationes. Hacque *Clementini* Decreti dispositio procedit, quamvis Episcopus Diœcesanus Ordi-
nationem privatam pro aliquibus eorum sit habi- 275
turus, dummodo non aliter ad illum dirigendæ sunt Litteræ Dimissoriales, quam si Ordinationes Generales peragat, idque constet prævijs publicis Edictis, ut Regulares in mala fide constituantur, quemadmodum observant *Passerin. de stat. homin. quæst. 189 inspect. 10. n. 814. in fin. tom. 3. Carrad. in Prax. dispensat. lib. 4. cap. 6. n. 17. §. Sacra Congregatio, Pellizar. in Manual. Regular. tract. 6. cap. 14. n. 31. Eminentissimus Petra in Constitut. Apostolic. tom. 4. pag. 365. n. 18. & 33.* Et provide
etiam id sancivit san. mem. Innocentius XIII. in 276
laudata Constitutione, quæ incipit *Apostolici Ministerii §. 15.* ubi post demandatam Superioribus Regularibus omnimodam observantiam Decreti *Clementini*, subdit. *Ne vero incertitudo, an ipsi* (Episcopi videlicet Diœcesani) *Ordinationes sint habituri, nimis grave afferat incommodum promovendis varia Diœcesis loca inhabitantibus, per Mensem ante singulis vicibus publico Edicto ab ipsis Episcopis denuntietur, se Ordinationes esse habituros, adeant quoties denunciatio hujusmodi facta non fuerit, inde satis intelligant Regulares Episcopum Diœcesanum Ordinationes ea vice minime esse habiturum, sibique idcirco licitum futurum Ordines ab alio Episcopo suscipere cum Litteris Dimissoriis suorum Superiorum ad eum directis &c.*

In geminis hisce vero casibus absentiæ Episcopi Diœcesani, vel Ordinationis ab ipso non habendæ, non tenentur Regulares a quocumque alio Episcopo ordinandi, præter Litteras Dimissoriales suorum Superiorum Regularium exquirere etiam
similes Litteras ab ipso Episcopo Diœcesano; hoc 277
enim in Decreto *Clementino* non præscribitur, minusque demandatur in laudata Constitutione, *Apostolici Ministerii*, quæ ad tramites ejusdem Decreti emanavit, quemadmodum resolvit Sacra Congregatio Concilii in *Brixien. 12. Decembris* 1733. proposito enim, inter cetera, sequenti dubio, Tertio -- *An liceat dicto Abbati dimittere suos Monachos ad alium Episcopum pro suscipiendis Ordinibus sine Litteris Dimissoriis Ordinarii Brixien.* responsum prodiit -- *Servetur Decretum Clementis VIII. anni* 1596. in quo Regularibus, ut diximus, in casu absentiæ Episcopi Diœcesani, vel non habitæ per eum Ordinationis, nulla præscribitur obligatio exquirendi Litteras Dimissoriales ab eodem Episcopo Diœcesano. Et antea in Causa *Ordinis Præmonstratensis* 20. *Julii* 1675. cum quæsitum fuisset --
An

*An in casibus, in quibus licet Superioribus Regu-
laribus eorum Subditos Regulares transmittere ad
alios Episcopos extra Diœcesim pro Ordinibus susci-
piendis, sint necessariæ Dimissoriales Episcopi Diœ-
cesani, vel Ordinatores debeant esse contenti Dimis-
soriis Superiorum tantum* -- responsum fuit -- *Ser-
vandam esse declarationem Clementis VIII.* -- quam
resolutionem una cum alia in *Minden. 24. Augusti*
1686. refert *Eminentissimus Petra in Constitut. A-
postolic. tom. 4. pag. 364. n. 14.* Quinimo nec requi-
278 ri Litteras Commendatitias Episcopi Diœcesani
absentis, vel Ordinationem habere nolentis, tra-
dunt *Dian. tract. 2. Miscellan. resolut. 15. Ventrigl.
in Prax. lib. 1. adnot. 23. §. 1. n. sinal. Eminentiss.
Petra tom. 1. pag. 346. n. 78.*

Sancitur tamen in eodem Decreto *Clementino*,
quod Superiores Regulares dirigendo Litteras Di-
missoriales ad alium, quam ad Episcopum Diœ-
279 cesanum, teneantur in ipsis Litteris causam illius
absentiæ a Diœcesi, vel Ordinationis ab eo non
habendæ exprimere, nec tamen necesse est, quod
id doceant per authenticum documentum Curiæ
Episcopalis, *Piasec. in Prax. Episcopal. part. 1.
n. 4. Campanil. divers. Jur. Canon. rubric. 12. cap.
13. num. 57. Mirand. in Manual. Prælat. tom. 1.
quæst. 28. artic. 2.* cum alii penes *Barbos. de Epi-
scop. part. 2. allegat. 7. n. 18.* Quod si Superiores
Regulares expressionem præfatam in Litteris Di-
missoriis omiserint, pœnam in eodem Decreto
280 contentam incurrent, ut, quidquid in contrarium
dixerit *Passerin. de Stat. hominum quæst. 189. artic.
10. num. 871. versic. Quinto si in Dimissoriis*, re-
sponsum fuit a Sacra Congregatione Concilii in
Caputaquea. Ordinationis 11. Februarii 1708. quæ
decrevit, non fuisse licite Ordinatos Monachos
Carthusianos Monasterii Terræ Padulæ ad Mino-
res, & Sacros Ordines ab Episcopo *Marsican.*
præviis Litteris Dimissorialibus Prioris Carthusiæ,
in quibus expressa non erat causa absentiæ a Diœ-
cesi Episcopi *Caputaquensis* Diœcesani, vel Ordi-
nationum ab eo non habendarum, & Priorem
incurrisse pœnas contentas in Decreto san. memor.
Clementis VIII.

Posset autem opinio *Passerini* sustineri in casu,
281 quo Episcopo non Diœcesano certo constaret,
Diœcesanum Episcopum esse absentem, aut Or-
dinationes non esse habiturum, vel per Litteras
ipsiusmet Episcopi Diœcesani, vel per testimo-
nium illius Vicarii Generalis, aut Cancellarii, hoc
enim casu haberetur per æquipollens finis a De-
creto Clementino volitus, ut observat *Monacell.
tom. 1. pag. 295. n. 6.*

Itidem in eodem *Clementino* Decreto manda-
282 tur, quod sive Regulares ordinentur ab Episcopo
Diœcesano, sive eo absente, vel Ordinationes
habere nolente, a quocumque alio Catholico An-
tistite, examinentur quoad doctrinam. Est enim
generaliter observatum, ut ad eum examen Per-
sonæ pertineat, ad quem impositio Manuum spe-
ctat, ut inquit *Innocentius III. in Cap. Venerabi-
lem, de Elect.* & expresse sancivit etiam *Concilium
Tridentinum Sess. 23. de Reformat. cap.* 12. Et
licet non desint, qui autument examen Regula-
283 rium ab Episcopo ordinatore explendum vigore
Decreti *Clementini*, repositum esse in illius arbi-
trio, cum nulla ei per Decretum præfatum im-
ponatur obligatio, ut præ ceteris, *Passerin. de
Stat. homin. tom. 3. pag. 837. n. 821. Tamburin.
de Jur. Abat. tom. 2. disputat. 2. quæsit. 20. n. 5.*
exemplo Clericorum secularium, qui a proprio,

ad alienum Episcopum dimittuntur ordinandi,
quique non aliter examen subire debent, quam si
illud exposcat Episcopus ordinator, ut diximus
num. 173.

Contrarium nihilominus existimo magis conso-
num tum Litteræ, tum spiritui *Clementini De-* 284
creti. Et quidem inspecta Litera, postquam in
eo demandatur, quod absente, vel Ordinationes
non habente Episcopo Diœcesano, Litteræ Di-
missoriales dirigi possint ad quemcumque alium
Episcopum; statim subjungitur -- *Dum tamen ab
eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinentur
quoad doctrinam* -- Dictio enim illa *dum tamen*
nedum conditionem importat, verum & requirit
necessariam verificationem actus, cui injungitur
*Cap. Licet. de Translat. Prælat. Bursat consil. 44.
num. 27. tom. 1. Ruin. consil. 137. n. 2. & consil.
215. num. 6. tom. 1.* cum aliis penes *Barbos. Tra-
ctat. var. dict. 96. n. 1. & 2.* Quod etiam expres-
sit Sacra Congregatio Concilii in Decreto lato pro
Regularibus Præmostratensibus *die 20. Julii* 1675.
in illis verbis -- *Modo ab eo Episcopo, qui Ordines
contulerit, examinetur, quoad Doctrinam*, quod
Decretum per extensum refert *Monacell. tom. 1.
pag. 82. n. 28.*

Idque clarius evincitur inspecto spiritu laudati
Decreti *Clementini*, demandando enim, ut Regu- 285
lares examinentur ab Episcopo Ordinatore quoad
Doctrinam, nil novi statuit, sed illud præcipit,
quod antea statuerat Concilium Tridentinum *dict.
Session. 23. de Reformat. cap.* 12 nempe -- *Regu-
lares quoque, nec in minori ætate, nec sine dili-
genti Episcopi examine, ordinentur, Privilegiis qui-
buscumque quoad hoc sublatis* -- Quæ sane Conci-
liaris dispositio non impertitur Episcopo arbitrium
examinandi nec ne Regulares ordinandos, sed
præsefert obligationem examinis per verba absolu-
ta, & imperativa, ibi -- *Nec sine diligenti Episco-
pi examine ordinentur* -- Maxime quia Concilium
in mox relatis verbis utrumque casum, ætatis nem-
pe, & examinis Regularium, jungit, & copulat
per unicum verbum *ordinentur*. Unde quemadmo-
dum prohibetur Episcopus Regularem ante legiti-
mam ætatem ad Ordines promovere, ita & illum
absque examine iisdem Ordinibus insignire.

Accedit planus discretivus loquendi modus, quo
Concilium usus fuit circa examen Ordinandorum
tam Secularium, quam Regularium. Siquidem
quoad Seculares nullam injungit Episcopis Ordi- 286
natoribus obligationem examinandi dimissos a pro-
priis Episcopis, quibus tantummodo relinquit e-
jusdem examinis obligationem, præcipiendo, ut eos
non aliter, quam jam probatos, & examinatos
dimittant. ut in *Cap. 3. Sess. 23. de Reformat.* Li-
cet ex mente Sacræ Congregationis ejusdem Con-
cilii, possint, si velint Episcopi Ordinatores sibi
dimissos examinare, ut dictum est supra *num.* 173.
At e contra in laudato *cap. 12. Sess. 23. de Refor-
mat.* ubi loquitur de Regularibus, quos cetero-
quin juxta eorum Superiorū judicium supponit pro
Ordinibus suscipiendis idoneos, expresse mandat, 287
ut non ordinentur *sine diligenti Episcopi examine*,
derogando quibuscumque Privilegiis, quibus ab
hujusmodi examine se eximere possent. Ex hoc
igitur discretivo disponendi modo, quemadmodum
evincitur, Concilium majorem habuisse fiduciam
de Episcopis respectu suorum Subditorum Secu-
larium, quos idoneos ad Ordines suscipiendos exi-
stimat, eo ipso, quod ab illo prævio examine
tales fuerint dijudicati, quam de Superioribus

Regularibus, qui aliquando de suis magis sentiunt,
quam par sit, & ut inquit D. Augustinus, *ali-
quando bonus Monachus vix facit bonum Clericum*,
ita dicendum, non simplici arbitrio Episcopi Ordi-
natoris reposuisse examen Regularium ordinando-
rum, quemadmodum remisit quoad Seculares jam
examinatos a proprio Episcopo, sed pro sui mune-
288 ris parte implenda, teneri Regulares ipsos exami-
ni subjicere. Et ita præscriptum fuit in Synodo
Nucerina celebrata anno 1608. *tit. In quibus Viri,
& loca Regularia Episcopali subjaceant Jurisdictio-
ni*, ibi -- *Regulares licet a suis Superioribus exami-
nati, & dimissi, nihilominus sine diligenti examine
Ordinandi non sunt, nec ab alio, quam ab Episco-
po loci, ubi suorum Superiorum mandato degunt* --
quod Diœcesani Concilii Decretum refert *Hallier.
de Sacr. Elect. & Ordinat. part. 2. sect. 5. cap. 3.
artic. 8. §. 1. n. 2.* Eamdemique Sententiam verio-
rem existimant, & sequuntur *Ventrigl. in Prax.
part. 1. adnot. 43. §. unic. n. 33. Eminentiss. Petr. in
Constitut. Apostolic. tom. 1. pag. 342. n. 44. & seqq.*
289 ubi rite advertit, quod non teneatur Episcopus Or-
dinator Regulares examinare in stricta forma, quæ
regulariter adhiberi solet per Examinatores, cum
Tridentinum, cui innititur *Clementinum* Decretum,
certam formam pro examine non præscribat, sed
sufficit, quod per Examen quoquo modo faciendum
certus sit de Doctrina Regularium, qui est finis
principaliter a Concilio Tridentino volitus.

Ab hujusmodi vero examine sunt exempti Patres
290 Jesuitæ, qui, ut diximus, ex Pontificum Indul-
tis, illo præsertim *Gregorii XIII.* possunt a quo-
cumque, quem maluerint Catholico Antistite, etiam
extra Tempora a jure statuta, ad Sacros Ordines
promoveri. Et resolvit Sacra Congregatio Conci-
lii in *Brixinen. 5. Julii* 1681. proposito enim in-
ter cetera Dubio. Primo -- *An Clerici Societatis Je-
su Sacros Ordines ab Archiepiscopo Mechlinensi
suscepturi, debeant se subjicere examini, prout ce-
teri Regulares* responsum fuit *Negative*, *nisi adsit
consuetudo in contrarium. Eminentiss. Petr. in Con-
stit. Apost. tom. 1. pag. 345. n. 77. Barbos. de Epi-
scop. part. 2. allegat. 7. n. 31.*

Sed præter examen quoad doctrinam unice præ-
scriptum a Concilio Tridentino, & a Decreto *Cle-
mentis VIII.* permissum non est Episcopo Ordina-
tori inquirere super aliis Regularium ordinando-
291 rum requisitis, puta *ætatis*, *Denunciationum &c.*
sed quoad eorum veritatem stare debet Testimonio
Superiorum Regularium, ut decrevit Sacra Con-
gregatio Concilii in *Brixinen. 12. Decembris* 1733.
proposito enim Dubio -- *An Monachi ejusdem Mo-
nasterii ad Ordines promovendi præter Literas O-
bedientiales teneantur exhibere Ordinario Brixi-
nensi fidem sui Baptismatis ad docendum de legitima
ætate*, responsum fuit *Negative*, *dummodo in Lit-
teris Obedientialibus exprimatur ætas*, & commu-
niter firmant *Barbos. in Cap. Ad aures num. 2. de
Tempor. Ordinat. Passerin. de Stat. homin. tom. 3.
pag. 837. a num. 280. Tamburrin. de Jur. Abat.
lib. 2. disputat. 2. quæst. 10. num. 4. Campanil. in
Diversor. Jur. Canon. rubric. 95. cap. 3. nu-
mer. 53. Piosec. in Prax. Episcop. part. 1. cap. 1.
Mirand. in Manual. Prælat. tom. 1. quæst. 28. ar-
tic. 2. Eminentiss. Petr. in Constit. Apostol. tom. 1.
pag. 343. n. 43.*

Postremo Superioribus Regularibus præscripta
in sæpe laudato *Clementino* Decreto non servan-
292 tibus, infligitur pœna *Officii, & Dignitatis, seu
Administrationis, ac vocis activæ, & passivæ pri-
vationis, aliarumque arbitrio Pontificis.* Utque
dictæ pœnæ incurrantur, sufficit, quod Superior
Regularis, ad alium, quam ad Episcopum Diœ-
cesanum præsentem, & Ordinationes habentem
Dimissorias dirigat, quamvis dimissus iis postea 293
non utatur. Actus enim quoad Superiorem Regu-
larem fuit completus, ipseque, quantum ex se,
jam in Decretum *Clementinum* peccavit, ut fir-
mant *Passerin. de Stat. Homin. tom. 3. quæst. 189.
artic. 10. n. 818. Ricc. in Prax. part. 1. decis. 118.
n. 10. Eminentiss. Petra tom. 1. pag. 346. num. 81.*
Exemplo Vicarii Capitularis concedentis Dimisso- 294
rias infra annum vacationis Sedis Episcopalis suis
Subditis, qui non sint aliquo Beneficio arctati,
ut pœnas a Concilio Tridentino inflictas incurrat,
tametsi dimissi eisdem Litteris usi non fuerint, ut
diximus supra *num.* 238.

An autem pœnæ in *Clementino* Decreto inflictæ
sint latæ, seu potius ferendæ Sententiæ, ambigi- 295
tur inter Doctores. Sunt qui existimant esse feren-
dæ Sententiæ duplici ratione. Prima, quia Decre-
tum utitur verbo *incurrent*, quod denotans tempus
futurum, sicque pœnam præsefert non latæ, sed
ferendæ Sententiæ. Secunda, quia sub eadem ver-
borum periodo infliguntur etiam aliæ pœnæ arbi-
trio Pontificis, unde quemadmodum istarum re-
spectu non potest dari incursus ipso facto, ita nec
quoad alias in eodem Decreto expressas, ex regu-
la *Text. in leg. final. Cod. de Sentent. leg. Quamvis
Cod. de Impuber, & aliis Substit. leg. Jam hoc ju-
re §. final. ff. de Vulgar. & Pupillar. Decius in
Cap. Novit. n. 56. de Judic.* & præ ceteris hanc
Sententiam tuentur, *Passerin. de Stat. homin. tom.
3. quæst. 189. num. 816. Tamburrin. de Jur. Abat.
tom. 2. disput. 2. quæst. 18. n. 6. §. Quo vero.*

Contraria tamen opinio verior est. Tum quia
Decretum *Clementinum* non loquitur per verbum 296
futuri temporis, *incurrent*, ut erronee in eo penes
nonnullos Auctores exscripto legitur, sed per ver-
bum imperativum *incurrant*, quod importat pe-
nam latam, non ferendam, *Sayrus de Censur.
lib. 1. cap. 11. n. 8.* Tum quia si Papa in eodem
Decreto pœnas inibi expressas sibi reservat, jam 297
pronum est intelligere ipsas incurri *ipso jure* per
contravenientes. Reservatio quippe supponit per-
necesse pœnam comminatam contrafacienti, jam
esse incursam, cum non sit reservabile, quod ad-
huc expectat declarationem, *Barbos. ad Concil.
sess. 23. cap. 10. de Reformat. n. 11. Ventrigl. in
Prax. part. 1. adnot. 23. §. 1. num. 33. Eminentiss.
Petr. tom. 4. pag. 363. n. 11. Monacell. tom. 1. pag.
294. n. 3. & tom. 2. pag. 82. n. 27. Mattheucc. Of-
ficial. Cur. cap. 35. n. 2. §. Hinc constat, Gavant.
in Manual. verb. Ordo n. 37.* Et hic fuit sensus
Sacræ Congregationis Concilii in supradicta Cau- 298
sa *Caputaquen. 11. Februarii* 1708. in qua post-
quam censuit Monachos Carthusienses Sancti Lau-
rentii Terræ Padulæ *Caputaquen. Diœcesis* illicite
fuisse promotos ad Ordines tam Sacros, quam
Minores ab Episcopo *Policastren.* & *Marsicen.* al-
teri Dubio ita concepto -- *An, & quas pœnas in-
currerint ipsimet Ordinati, & eorum Superiores*,
respondit -- *Superiores incurrisse pœnas contentas in
Decreto sa. me. Clementis VIII.* unde supposuit pœ-
nas jam fuisse incursas.

Nec obstat, quod sicuti pœnæ, quæ Pontificis
arbitrio in Decreto *Clementino* reservantur, non
incurruntur ipso jure, ita nec aliæ inibi expressæ.
Nulla siquidem adest implicantia, quod in Pon- 299
tificiis Constitutionibus aliquæ pœnæ *de facto*
incur-

incurrendæ decernantur, quodque ad magis coercendam contumaciam eorum, qui provide sancita in iisdem Constitutionibus servare non curant, alias suo arbitrio pœnas contra eosdem sibi reservet Legislator, juxta quamplurima exempla, de quibus, *Rot. in Burgen. Jurisdictionis super Reservatis 26. Februarii 1685. §. Sed quamvis*, confirmata *17. Martii 1686. §. Majori ratione, coram clar. mem. Cardinali Matthæjo, & 2. Decembris ejusdem anni §. Potiori sane, coram Ursino.*

At major insurgit ambigendi ratio quoad Regu-
300 lares ipsos promotos cum Litteris Dimissorialibus suorum Superiorum ab alio, quam ab Episcopo Diœcesano contra formam Decreti *Clementini*, an pœnam aliquam incurrant? Et videtur eos incidere in pœnam suspensionis, eo prorsus modo, quo eidem pœnæ subjacent Seculares Ordinati ab alieno Episcopo, inscio proprio Ordinario, ut sancitur a *Concilio Tridentino cap. 8. sess. 23. de Reformat.* Et hæc Sententia placuit Sacræ Congregationi ejusdem Concilii de anno 1618. *lib. 58. Decret.* quæ his verbis respondit -- *Regulares invito Episcopo Diœcesano ab alio Ordinati, sunt suspensi, & si ministraverint, irregulares, & ordinans per annum suspensus a collatione Ordinum* -- quam refert *Eminentissimus Petra tom. 4. pag. 363. n. 12.* & consert altera ejusdem Sacræ Congregationis Resolutio *in Brixinen. 12. Decembris* 1733. propositis enim inter cetera sequentibus Dubiis. Quarto -- *An Monachi ordinati cum dispensatione Abatis in ætate, vel ab alio Episcopo cum solis Litteris Obedientialibus &c. sint licite ordinati.* Et quatenus Negative. Quinto -- *An, & in quas pœnas tam dictus Abas, quam ipsi Monachi taliter Ordinati inciderint* -- responsum fuit. Ad quartum -- *Negative.* Ad quintum -- *In pœnas Canonicas.*

Verum mihi magis arridet Sententia, quod Re-
301 gulares sic ab alieno Episcopo ordinati nullam pœnam incurrant, non quidem ex Concilio Tridentino laudato *cap. 8. sess. 23.* cum loquatur de Secularibus, non de Regularibus, ut advertit *Eminentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom. 4. pag. 363. n. 13.* Minusque vigore Decreti *Clementini*, nam istud pœnam solum infligit Superioribus, qui peccant, non vero Ordinatis, qui Superiorum mandatis obtemperando, inquirere non tenentur, an ab illis satisfactum fuerit Decreto *Clementino*. Quinimo ex eo quod in præfato Decreto nulla fit mentio de pœnis incurrendis a Regularibus promotis contra illius formam, satis efficax depromitur argumentum, quod agnitum fuerit eos de jure nullam incurrere pœnam, cujus expressionem verisimile non est, quod Legislator omittere voluerit, quemadmodum illam expressit contra Superiores Regulares, ad *Text. in leg. Prætor. ff. de Judic.* Hancque Sententiam sequuta fuit Sacra Congre-
302 gatio Concilii in *Miden.* Cum enim Episcopus *Miden.* in sua Synodo Diœcesana, præ ceteris Decretis, illud etiam edidisset, sequentibus verbis conceptum -- *Licet Prælati Regulares Regularibus sibi subjectis, & non aliis, Litteras Dimissoriales concedere possint, intelligant tamen sub pœna privationis Officii, & Dignitatis, & vocis activæ, & passivæ, non esse dirigendas illas Litteras ad alium Episcopum, præter Episcopum illius Monasterii, in quo Religiosus ordinandus residet, & Regularem aliter ordinatum, quam a suo Episcopo, vel ab alio cum proprii Episcopi testimonio, & Commendatitiis, ab exequutione Ordinum, quamdiu proprio Episcopo videbitur expedire, suspensum esse* -- Cumque laudatus Episcopus Decretum præfatum una cum aliis confirmari petiisset a Sacra Congregatione Propagandæ Fidei, & ab ista eorundem Decretorum Revisio ad Sacram Congregationem Concilii remissa fuisset, *die 24. Augusti* 1686. responsum fuit -- *Confirmandum esse Decretum, juxta formam tantum Decreti Clementis VIII.* Eumdemque sensum pandidit Sacra Congregatio præfata in Causa *Caputaquen. Ordinationis*, de qua mox meminimus, dum requisita, quas in pœnas incurrerant tam Monachi Carthusienses non a Diœcesano, sed ab alieno Episcopo ordinati, quam eorum Superiores, nil respondit quoad pœnas Ordinatorum, & solum rescripsit -- *Superiores incurrisse pœnas contentas in Decreto san. mem. Clementis VIII.* Et de utraque resolutione meminit idem *Eminentiss. Petr. tom. 4. sub n.° 13.*

Ceterum si Superior Regularis sit etiam Abas, nedum, ut hucusque diximus, suos Subditos ad Episcopum Diœcesanum pro Ordinatione dimittere, verum & ipsis primam Tonsuram, & mino-
res Ordines conferre potest, dummodo Abas ipse 303
sit Presbyter, & Benedictionem solemni Ritu ab Episcopo Diœcesano receperit, quæ sunt duo requisita de jure necessaria pro hujusmodi facultate gaudenda, ad normam *Cap. Cum contingat, de Ætat. & qualitat. Cap. Abates, de Privileg. in 6. Cap. Statuimus, de Supplen. Negligent. Prælat. Cap. Quoniam, dist. 69.* & firmant *Fagnan. in Cap. Quanta n. 21. & seqq. de Consuetud. Van Espen. in Jus Eccles. univers. tom. 1. part. 1. tit. 31. cap. 6. n. 16. & seq. Hallier. de Sacr. Ordin. & Elect. part. 2. sect. 5. cap. 1. §. 2. n. 12. pag. 262. Thomassin. tom. 1. lib. 3. cap. 17. n. 3. §. Synodus, & cap. 18. n. 4. & cap. 36. n. 16. §. Canonem, Clericat. de Sacram. Ordin. decis. 15. n. 7.*

Non prohibetur tamen Abas, etiam non solem- 304
niter ab Episcopo Diœcesano benedictus, Tonsuram, & minores Ordines suis Subditis Regularibus conferre, si Privilegio gaudeat Apostolico, vel expresso, vel tacito, faciendi scilicet ea omnia, quæ facere possunt Abates Benedicti. Quemadmodum usque de anno 1596. resolvit Sacra Congregatio Concilii favore Congregationis Benedictinæ Vallisoletanæ in Hispania, per hæc verba -- *Abatibus Benedictis, vel quibus a Sede Apostolica concessum est Privilegium, ut possint ea omnia facere, quæ possunt Abates benedicti, Tonsuram, minoresque Ordines suis Subditis Regularibus tantum conferre, aliaque Pontificalia hujusmodi Abatibus competentia, in suis Ordinis Monasteriorum Ecclesiis, & limitibus exercere, taliterque Ordinatos, si quid aliud non obstiterit, legitime posse a quibuscumque Ordinariis ad ulteriores Ordines promoveri;* quam resolutionem in forma specifica confirmavit san. memor. Clemens VIII. *die 2. Augusti ejusdem anni* 1596. Et in *Portugallen. 3. Aprilis* 1591. *& in Panormitana 16. Martii* 1647. *ad 1.* Firmantque communiter *Fagnan. in Cap. Quando n. 24. & seqq. de Consuetud. & in Cap. A qua n. 18. de Consecrat. Eccles. Gonzal. in Cap. Statuimus n. 2. de Supplend. Neglig. Prælat. Tamburin. de Jur. Abat. tom. 1. disputat. 11. quæst. 13. & tom. 2. disput. 2. quæst. 3. per tot. Eminentiss. Petra in Constit. Apostol. tom. 5. pag. 314. n. 30. & seqq. Pirhing. in lib. 1. Decret. tit. 11. sect. 1. §. 6. n. 43. Clericat. de Sacram. Ordin. decis. 15. n. 7. & seqq. Pignatell. consultat. 364. tom. 1. & consult. 158. n. 1. tom. 4. Barbos. Vot. decis. 89. num. 28. lib. 3. & de Jur. Eccles. cap. 17. n. 46.*

Aut si Benedictionis munus susceperit a suo Su-
305 periore generali, vel ejus Subdelegatis, juxta Pri-
vilegia Apostolica impertita nonnullis Ordinibus
Monachalibus, & præsertim Cisterciensium, quod
Abates Generales, eorùmque Subdelegati, Abates
suorum Ordinum benedicere possint, de quibus
Privilegiis, late *Eminentiss. Petr. dict. tom.* 5. *pag.*
309. *num.* 14. *& seqq.* Abates enim sic benedictos
posse suis Subditis Regularibus Tonsuram, mino-
resque Ordines conferre, respondit Sacra Congre-
gatio Concilii in *Uratislavien.* 12. *Februarii* 1724.
ut in lib. 74. *Decret. pag.* 66. quam Resolutionem
refert *Eminentiss. Petr. dict. tom.* 5. *pag.* 315. Et
sancivit san. mem. Benedictus XIII. in Constitutio-
ne, quæ incipit, *Commissi*, edita *Pridie Nonas
Maii* 1725. *Pontificatus anno Primo* §. *Quo vero ad
Abates*, impress. *in Appendic. ad Concil. Romanū p.* 181.

Sed cum facultas hæc, qua potiuntur Abates be-
nedicti, vel de jure communi, vel ex Privilegio
Apostolico conferendi primam Tonsuram, & Or-
dines Minores, sit tantummodo restricta ad Mona-
306 chos sibi Subditos, hinc est, quod Abas Monaste-
rii Regularis finito suo Triennali Regimine, vel
si ei renunciaverit, *non* potest Ordines conferre
307 Monachis ejusdem Monasterii etiam ex Commissio-
ne Abatis actualis, quia Monachi præfati *non* sunt
amplius ei subjecti, ut decrevit Sacra Congrega-
tio Concilii *die* 5. *Aprilis* 1636. penes *Pignatell.
tom.* 1. *consultat.* 366. *n.* 5. *Gobat. Theolog. moral.
tract.* 8. *de Ordin. n.* 348. *Clericat. de Sacr. Ordin.
decis.* 15. *num.* 33. §. *Sed adhuc.* Quemadmodum
Tonsuram, & minores Ordines conferre nequit No-
308 vitiis, quia ante professionem *non* sunt Regulares,
& possunt quandocumque discedere, & ad secu-
lum reverti, *Eminentissimus Petra in Constit. Apo-
stol. tom.* 1. *pag.* 338. *n.* 20. *Barbos. ad Concil. cap.*
10. *sess.* 23. *n.* 18. *& de Potest. Episcop. allegat.* 3.
Antonell. de Regim. Ecclef. lib. 2. *cap.* 1. *n.* 17. *&*. 18.
Pax Jordan. lib. 5. *tit.* 4. *n.* 60. *Clericat. de Sacr.
Ordin. decis.* 15. *num.* 18. *Pasqualig. ad Lauret. de
Franc. de Controv. inter Episcop. & Regular. part.*
309 1. *n.* 10. Minusque Oblatis, seu Commissis, qui
non emittunt Vota solemnia in Religione, juxta
eorum statum, sed tantum privata, etsi habitum
Regularem gestent, degant in Claustris, & sub
obedientia Superioris maneant, cum deficiente es-
sentiali requisito solemnis Professionis, vere Regu-
lares dici non possint, ut sequendo resolutionem
Sacræ Congregationis Concilii in *Mutinen.* 14.
Maii ad 1. late *Eminentiss. Petr. in Constitut. Apo-
stolic. tom.* 1. *pag.* 338. *a n.* 21. *& pag.* 318. *sub n.* 40.

Potiori sane jure Abates præfati Tonsuram, &
310 Ordines minores conferre nequeunt Regularibus
aliorum Ordinum, vel Secularibus, ut præscribi-
tur a *Trident. cap.* 10. *sess.* 23. etiam si illi Litteras
Dimissorias a suis Superioribus Regularibus, aut
propriis Ordinariis habuerint, ut discusso in Sacra
Rota articulo jussu san. mem. Clementis VIII. de-
cisum fuit *coram Seraphino decis.* 985. & hujusmo-
di Decisioni inherendo, constanter semper respon-
dit Sacra Congregatio Concilii, ut in celebri Cau-
sa *Catanien.* 23. *Novembris* 1641. juxta Decretum
mox transcribendum, *& in Panormitana* 16. *Mar-
tii* 1647. *ad* II. *& in Colimbrien.* 26. *Junii* 1655.
& in Papien. 13. *Martii* 1594. *& in Brixinen.* 12.
Decembr. 1733. *ad* VI. & VII. & Sac. Congrega-
tionis Decreta præfata laudando, tradunt *Fagnan.
in cap. A qua sub n.* 19. *Hallier. de Sacr. Elect.
& Ordinat. part.* 2. *sect.* 5. *cap.* 1. §. 2. *n.* 18. *Tho-
massin. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 36. *n.* 16. §. *Canonem*,
Nicol. Lucubr. Jur. tom. 2. *lib.* 1. *tit. de Ætat. &
qualitat. n.* 2. *De Marinis var. resolut. lib.* 1. *re-
solut.* 1. *n.* 33. *Eminentiss. Petr. tom.* 5. *pag.* 317.
sub n. 40. *Passerin. in Cap. Sæpe n.* 1. 8. *de Tempor.
Ordinat. in* 6. *Dian. Oper. moral. part.* 7. *tract.* 11.
resolut. 42. *Clericat. de Sacram. Ordin. decis.* 15.
n. 11. *&* 17.

Idque locum sibi vindicat, etiam si accederet 311
consensus Episcopi, in cujus Diœcesi prima Ton-
sura, & minores Ordines conferri debent. Licet
Fagnan. in Cap. A qua a n. 8. *de Consecrat.* late 312
propugnet Decretum Sac. Congregationis editum
in Causa Bononien. quo resolutum fuit, *Abates
postquam Ordinem Sacerdotalem, & munus Bene-
dictionis susceperint, posse Tonsuram, & minores
Ordines Secularibus Episcopi Jurisdictioni subjectis
conferre, si modo ipsius Episcopi consensus accedat,
iique pro se quisque ab eodem Episcopo Litteras Di-
missoriales impetraverint, itaut satis non sit id ge-
neratim ab Episcopo fuisse concessum, sed hac sem-
per concessione singulis opus sit. Posse itidem eosdem
Ordines conferre aliis Regularibus, qui Litteras
Dimissorias speciales suorum Superiorum, nec non
specialem consensum Episcopi loci habuerint, ac
præterea aliis Secularibus Subditis aliorum Episco-
porum, dumtamen, & ipsi attulerint speciales Di-
missorias Ordinariorum, & consensum specialem
Episcopi loci* -- aliudque simile sub *n.* 18. referat
ejusdem Sacræ Congregationis Decretum: quibus
addi posset tertium in *Parmen. de mense Augusti*
1586. Cum enim Sacræ Congregationi præfatæ
exhibitus fuisset sequens supplex libellus *Illustris-
simi, & Reverendissimi DD. est unus Abas Regula-
ris Ordinis S. Benedicti Parmen. Diœcesis, qui ha-
bet jus deferendi Mitram, & Baculum. Quoniam
autem Concilium Tridentinum Sess.* 23. *cap.* 10. *pro-
hibet Abatibus, ne Tonsuram, vel minores Ordines
cuiquam, qui Regularis sibi subditus non sit, in-
tra fines alicujus Diœcesis conferre. Quæritur a Sa-
cra Congregatione; An de consensu Episcopi Par-
men. possit conferre dictos Ordines; & si potest, an
sufficiat licentia Vicarii Generalis dicti Episcopi
habentis in specie facultatem concedendi Litteras
Dimissorias. Sacra Congregatio respondit posse de li-
centia Ordinarii, & cum Litteris Dimissoriis Or-
dinarii eorum, qui ordinandi sunt. Ad secundum
non sufficere licentiam Vicarii Generalis, nisi ha-
beat ad id speciale mandatum.* Et hanc Sententiam
sequutus fuit *S. Carolus Borromæus* in suo Conci-
lio Provinciali V. *part.* 3. *de Sacram. Ordinis*, cu-
jus verba referuntur a *Clericat. de Sacr. Ordin. de-
cis.* 15. *n.* 24.

Nihilominus re postea mature examinata, S. ea-
dem Congregatio contrariam amplexa fuit senten- 313
tiam in famosa Causa *Catanien. Juris conferendi
Ordines minores* inter Episcopum *Catanien.* ex una,
ac Monachos Ordinis S. Benedicti Congregatio-
nis Cassinensis, & alios, partibus ex altera *die* 23.
Novembris 1741. *in qua S. Congregatio*, sunt ver-
ba Decreti, *utraque parte informante ore, & scrip-
tis, ac rationibus hinc inde deductis matura exami-
natis, inhærendo Decisioni Rotæ Romanæ sub die*
27. *Aprilis* 1592. *coram bon. mem. Cardinali Se-
raphino de ordine felic. record. Clementis VIII. fa-
ctæ, nec non declarationibus ejusdem Sacræ Congre-
gationis dictæ Decisioni conformibus subsequutis,
censuit, improbata opinione contraria, Abates
Regulares benedictos ejusdem Congregationis Cassi-
nensis, seu alterius Congregationis, vel Ordinis,
aut Instituti habentes etiam Jura Episcopalia, seu
quasi*

quasi Episcopalia, usumque Mitræ, Baculi, & benedicendi, ac facultatem primam Tonsuram, & minores Ordines conferendi, non posse dictam primam Tonsuram, nec alios Ordines minores, nisi suis Subditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis, vel Instituti, etiam si haberent Litteras Dimissorias suorum Superiorum, & consensum Ordinariorum, intra quorum Diœcesum fines ipsi Regulares ordinandi existant, & multo minus Personis Secularibus, etiam habentibus Litteras Dimissorias a suis Ordinariis: Ac propterea inhibuit Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis inferioribus, ut in futurum concedere non audeant supradictas Litteras Dimissorias hujusmodi Abatibus directas, nec ab istis recipi. Quod si secus fiat, tam Concedentes, quam Ordinantes a collatione Ordinum suspensi remaneant, præter alias pœnas arbitrio ejusdem Congregationis reservatas. Quam declarationem san. mem. Urbanus VIII. *die 27. Januarii 1642.* ad se delatam, approbavit, & inviolabiliter observari jussit, convalidando Ordinationes ad primam Tonsuram, & Ordines minores usque tunc factas ab hujusmodi Abatibus cum Litteris Dimissorialibus Ordinariorum, eosque absolvendo a quibuscumque pœnis hac de causa incursis.

Et ad formam supradicti Decreti successive re-
314 spondit eadem Sac. Congregatio *die 5. Maii 1658.* propositis enim Dubiis. I. *An Abates Regulares benedicti habentes jura quasi Episcopalia, primam Tonsuram, aut Minores Ordines possint conferre Secularibus Clericis Episcopi Jurisdictioni subjectis, si modo ipsius Episcopi consensus accedat. II. An prædicti Abates possint Regularibus alterius Ordinis, qui Litteras Dimissoriales suorum Superiorum Regularium, & consensum Episcopi loci habuerint, Tonsuram, & Minores Ordines conferre.* Rescriptum fuit ad utrumque *Negative.* Quæ Decreta referunt *Fagnan. in cap. A qua num. 29. §. in Causa & seqq. de consecrat. Eminentiss. Petra in Const. Apostol. tom. 5. pag. 328. Passerin. in cap. Sæpe numer. 28. de Tempor. Ordinat. in 6. Clericat. de Sacram. Ordin. decis. 15. num. 29. Donat. Rer. Regular. tom. 3. tract. 3. quæst. 35. num. 9.*

An vero nedum illicita, sed invalida etiam sit Ordinatio ad primam Tonsuram, & Minores Or-
315 dines expleta per Abatem erga Regulares sibi non subditos, vel Sæculares? distinguendum est inter Abatem potestate gaudentem conferendi dictos Ordines, quia nempe sit ab Episcopo Diœcesano, aut a suo Prælato Generali ex Apostolico Indulto benedictus, vel qui Privilegium habeat faciendi quæcumque agere possunt Abates benedicti; & inter Abatem hujusmodi potestate carentem ob defectum dictorum requisitorum; ut in primo casu valida sit Ordinatio, quamvis illicita, in secundo sit invalida. Ita, re mature discussa, distinxit Sac. Congregatio Concilii in Causa *Panormitana 26. Martii 1647.* per hæc verba – *Abatem non benedictum habentem Privilegium, ut supra, non posse Ordines Minores conferre non suis Subditis, etiam Regularibus alterius Ordinis. Collatione autem Ordinum supradictis non suis Subditis etiam Regularibus facta, si fuerit de Ordinibus etiam Minoribus, & dictus Abas non benedictus non habeat Privilegium Apostolicum, Ordines collatos remanere invalidos, & Ordinatos indigere alia Ordinatione; Si vero Abas non benedictus habeat Privilegium, & Ordines minores tantummodo contulerit suis non Subditis, Ordinatos non indigere alia Ordinatione, sed tantummodo absolutione, & rehabilitatione a Sede Apostolica.* – Et in *Calumbrien. 26. Junii 1655.* ibi – *Abates Congregationum S. Bernardi, & S. Benedicti Ordines etiam Minores Regularibus sibi non subditis, & multo minus Secularibus, conferre non posse, non obstantibus illorum Privilegiis; Promotos vero ab illis non indigere alia collatione dictorum Ordinum, sed absolutione, & rehabilitatione a Sma obtinenda.* – Et in *S. Marci 1. Decembris 1668.* & in *Mutinen. Ordinationis 24. Martii 1689* & novissime in *Brixinen. 12. Decembris 1733. ad VIII.* Et materia docte examinata, *Fagnan. in cap. Statuimus per tot.* & signanter a *num. 53. & seqq. de Supplen. Neglig. Prælat. & in cap. a qua num. 22. de Consecrat. Hallier. Sacr. Ordin. & Elect. tom. 2. pag. 277. num. 19. Eminentiss. Petra tom. 5. pag. 316. a n. 38. & plurib. seqq. Pignatell. tom. 3. consult. 8. num. 9. Clericat. de Sacram. Ordin. decis. 15. n. 32. & seqq.*

Eademque ratione si Prælatus inferior Secularis Privilegio gaudeat Apostolico post Concilium 316
Tridentinum ei concesso, conferendi suis Subditis, aut certo generi Personarum Tonsuram, & quatuor Minores Ordines, prout simili Indulto a san. mem. *Alexandro VIII.* donatum fuisse Primicerium pro tempore Ducalis Ecclesiæ S. Marci Venetiarum quoad Personas eidem Ecclesiæ inservientes, & subjectas, testatur *Clericat. de Sacram. Ordin. decis. 15. in fine.* Si, inquam, Prælatus præfatus Personis sibi non subditis Tonsuram, aut Minores Ordines cum Litteris Dimissorialibus suorum Ordinariorum conferat, valida quidem erit Ordinatio ratione absolutæ potestatis in eo residentis, sed illicita ob defectum Jurisdictionis, *Fagnan. in dict. cap. Statuimus in fine, Clericat. dict. decis. 15. n. 33. §. Ex supradictis.*

Quamvis vero, ut supra late ostendimus, nemo possit ad Sacros Ordines licite ab alieno Episcopo promoveri sine Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii, Regula tamen hæc non comprehendit Romanum Pontificem, cujus respectu nemo ex fidelibus alienus Subditus dici potest, cum ipse 317
sit Episcopus, & Patriarcha universalis, ideoque potest cujuslibet Episcopi Subditum, eo inscio, & irrequisito, Sacris Ordinibus initiare, *Cap. per Principalem 1. quæst. 9. cap. Hunc vero 9. quæst. 3. Altasser. de Jurisdict. lib. 2. cap. 3. pag. 45.* Et qui a Romano Pontifice aliquo Ordine insigniri [illegible]ro meruit, nequit amplius a proprio Episcopo, vel 318
altero cum ejus Litteris Dimissorialibus, ad ulteriores Ordines promoveri, quod honoris causa, & ob reverentiam impositionis Manuum Summi Pontificis singulariter constitutum est, ne quis benedictionem super caput illius, quem Pontifex ordinavit, impertiri audeat. Hinc Archiepiscopo Mediolanensi ab *Innocentio III.* petenti, ut eos, qui a Romano Pontifice aliquem Ordinem, quorum maxima erat multitudo, receperant, ad Diaconatum, & Subdiaconatum promovere posset, cum ipsius Ecclesia ea de causa Ministrorum penuriam pateretur, indulsit Pontifex ea lege, *ut si aliqui fuerint de prædictis Clericis, qui ad hoc videantur idonei, & spontanea voluntate per ejus Ministerium voluerint ad Sacros Ordines promoveri, eos auctoritate Apostolica liceat ordinare, alioquin illos, quos ad Officium illud magis idoneos, ac necessarios fore cognoverit per Litteras significare curet. Nos enim,* inquit, *deliberato consilio respon-*

debimus quid Tibi super hoc eris faciendum. Ut ex *Epistol.* 22. ejusdem Pontificis *lib.* 1. Data *Laterani* 12. *Kalendas Martii*, quam refert *P. Pagius in Breviar. Gest. Roman. Pontif. in Vit. Innocentii III. num.* 5.

Quatenus vero nonnulli Doctores, & præcipue
319 *Gonzalez in cap. Cum in distribuendis de Tempor. Ordinat.* & alter *Gonzalez in Regulam VIII. Cancellar. §. III. Proœm. n.* 117. *& Gloss.* 52. *num.*24. prærogativam hanc Ordinationis a Romano Pontifice expletæ depromunt ex Responso ejusdem *Innocentii III.* ad Episcopum *Mutinensem* relato in *cap. Cum in Distribuendis de Tempor. Ordinat.* minus recte loquuntur. Siquidem in dicta Decretali hæc Pontifex ait - *Meminimus fuisse suppliciter postulatum, & clementer indultum, ut quia præfatus A. Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus erat, mandaremus ipsum per Bononiensem Episcopum promoveri* -- Quibus ex verbis nullatenus eruitur, quod ille talis in Subdiaconum promotus fuerat a Papa, sed solum quod erat Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, & per consequens illi Diœcesi subjectus; unde si nullus Episcopus potest alienum Subditum sine Dimissorialibus Litteris proprii illius Ordinarii promovere, longe potiori jure Subdiaconus Romanæ Ecclesiæ subjectus, ordinari non poterat sine licentia ejusdem Romanæ Ecclesiæ Episcopi, ut bene animadvertunt *De Magistris in Sylv. Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 6. *pag.* 667. *Macr. in Hierolexicon verb. Ordo pag.* 417. *column.* 2. *circa fin.* ubi ait, quod *Rubrica* dictæ Decretalis, quæ ita se habet -- *Ordinatus a Papa, sine licentia Papæ ad Superiores Ordines non promovetur* -- posita fuit ab aliquo Imperito, cum Textus id non dicat.

At quemadmodum Pontifex Episcoporum omnium Subditos Sac. Ordinibus initiare potest absque illorum Litteris Dimissorialibus, ita & indulgere, ut ab alienis Episcopis id expleatur. Quamplura Pontificiarum hujusmodi Concessionum ex-
320 tant exempla. Exteri in Urbe commorantes rite a Cardinali Vicario prima Tonsura initiantur sine suorum Ordinariorum Dimissorialibus Litteris, *Eminentiss. Petra in Constit. Apostol. tom.*5. *pag.*370. *n.*97. ubi reprobat *Cardinalem de Luca* asserentem, Cardinalem Urbis Vicarium posse etiam alios Ordines sine Litteris præfatis conferre, *Scopp. ad Merlin. tom.* 2. *controv.* 91. *n.* 6. *in fine*, *Rot. decis.* 1292. *n.*3. *cor. Seraphin. decis.* 117. *n.* 5. *& seqq.*
321 *coram Duran. decis.* 47. *n.* 5. Alumni itidem Collegii Anglicani Urbis possunt ex Indulto san. me. *Gregorii XIII.* ut ex ejus *Constit. la* 53. §. 13. ad Sacros Ordines promoveri de licentia Protectoris, & consensu Rectoris ejusdem Collegii absque Litteris Dimissorialibus suorum Ordinariorum, & tradit *Nicol. Instit. Canon. tom.* 2. *pag. mihi* 24. §. *Secundo limitatur.* Hoc idem Privilegium imper-
322 titus fuit sa. me. *Urbanus VIII.* Alumnis Græcis Collegii Græci Urbis, ut apud *Morin. de Sacr. Ordinat. tom.* 3. *part.* 1. *cap.* 4. *pag.* 16. Et san. mem. *Clemens XI.* indulsit *Antonio Ulrico* Duci
323 Brunsvicen. & Lunæburgen. septuagenario majori, ut sine Litteris Dimissorialibus Ordinarii sui, a quocumque quem maluisset Catholico Antistite, Clericali Caractere insigniri, & ad quatuor Minores, & subinde ad Sacros Ordines promoveri posset, ut ex Litteris Apostolicis in forma Brevis *apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris*, 29. *Januarii* 1711. *Pontificatus anno XI.*

Supplicarunt itidem *PP. Pii Operarii* laudato
324 Pontifici *Clementi XI.* quod indulgere dignaretur Præposito Generali pro tempore existenti perpetuam facultatem dandi Dimissorias Professis in eorum Congregatione sive ad Minores, sive ad Majores Ordines ii essent promovendi. Sed ad hujusmodi instantiam examinandam deputata Congregatione particulari quinque Cardinalium, *Marescotti* nempe, *Panciatici*, *Sperelli*, *Paravicini*, & *Imperialis*, nec non Eminentiss. Cardinalis *Petræ* tunc Sacr. Congregationis Concilii a Secretis, *die* 20. *Maii* 1708. rejecta fuit instantia, mediante Rescripto, *Negative.*

Tres in hac Causa ponderabam rationes, quæ concessioni petitæ Gratiæ obstabant. Primo, quod
per illam tollebatur proprio Episcopo jus ordinan- 325
di suum Subditum sive per ipsum, sive per alium, & tamen cum ageretur de Congregatione non exempta, nemo ex Alumnis eidem adscriptus amittebat suam originem, sicuti evenit in Regularibus exemtis. Secundo, quia transfundebatur jus dandi Dimissorias in simplicem Superiorem, quod sane jus tanquam adnexum, & dependens a materia Ordinationis, nec Prælatis inferioribus competit, quamvis gaudeant Jurisdictione Episcopali, & vere sint in statu Nullius, ut ex pluribus Sac. Concilii Decretis, quæ meminimus supra *num.* 244. Et tertio, quia nullum aderat exemplum, quod Sedes Apostolica indulserit Superioribus harum Congregationum non exemtarum facultatem hanc concedendi Dimissorias, quamvis aliæ Congregationes numero Religiosorum, & Domorum sint valde superiores Congregationis Piorum Operariorum, ut præ ceteris sunt Congregationes Missionis, Doctrinæ Christianæ, & Oratorii S. Philippi.

Nec applicabatur exemplum similis concessionis
factæ sub *Clemente VIII.* PP. Oratorii prævio Vo- 326
to Sacræ Congregationis Concilii, quæ censuit -- *Si Sm̃o D. N. visum fuerit concedendas esse Litteras in forma Brevis, quibus declaretur, hujusmodi Alumnos* (Congregationis scilicet Oratorii) *in Urbe, & Neapoli commorantes posse ad quoscumque Ordines, etiam Sacros, etiam Presbyteratus promoveri a Locorum Ordinariis, in quorum Diœcesi habuerunt Domicilium, absque Litteris Dimissoriis Episcoporum Originis* -- De quo Decreto meminit *Monacell. in suo Formular. tom.* 2. *pag.* 87. *n.* 41. ubi subdit, Privilegio præfato non fuisse derogatum per Constitutionem san. mem. *Innocentii XII.* quæ incipit -- *Speculatores Domus Israel*, *Em̃us Petr. tom.* 5. *pag.* 270. *n.* 84.

Siquidem hujusmodi Sac. Congregationis Decretum non respicit facultatem concedendi Dimissorias, quam petebat Præpositus Generalis Congregationis PP. Piorum Operariorum, sed percutit casum valde diversum. Conquerebantur laudati PP. Oratorii, quod Episcopi originarii excitaverant prætensionem ad Sac. Ordines non promovendi Alumnos Congregationis, *se non per servizio delle loro Chiese originarie.* Cumque id tendere autumarent in destructionem Congregationis, Pontifici supplicarunt, ut sine Litteris Dimissorialibus Episcopi *Originis* possent eorum Alumni promoveri ab Episcopis Locorum, in quibus Congregatio Domos, & fixam habitationem haberet; & Sacra Congregatio Concilii rescripsit, *concedendas esse Litteras in forma Brevis, quibus declaretur, hujusmodi Alumnos posse promoveri a Locorum Ordinariis, in quorum Diœcesi habuerint Domicilium absque Dimissoriis Episcopi Originis.*

Patet itaque, quod per hujusmodi Decretum non

327 non fuit concessum Superioribus Congregationis Oratorii jus dandi Dimissorias, imo nihil novi fuit Alumnis ejusdem Congregationis indultum, sed tantum declaratum id, quod erat de jure sancitum in *Cap. Cum nullus*; *de Tempor. Ordinat. in 6.* quod nempe possent promoveri ab Episcopo Domicilii absque Dimissoriis Episcopi Originis.

Idque clarius suadebant geminæ circumstantiæ.
328 Altera, quod Sac. Congregatio resolvit dandas esse Litteras in forma Brevis, quibus *declaretur &c.* & sic processit per viam declarationis, non autem per viam concessionis novi Juris. Altera vero, quod consultus eadem occasione doctus P. *Costa* Jesuita, censuit, PP. Oratorii non indigere in eo puncto Indulto aliquo Apostolico, quod solum ad cautelam, & pro tollendis quæ in posterum oriri poterant difficultatibus, impetrari poterat, uam eo ipso quod in aliquo loco Domicilium eligebant, jam efficiebantur Subditi Episcopi illius loci, a quo rite ad Ordines promoveri poterant.

Addebam, quod nec apud ipsos PP. Oratorii Urbis, Decretum hujusmodi fuit unquam in usu,
329 ut ingenue fatetur *Monacell. d. tom. 2. pag. 87. n. 41. in fine*. Et testimonium perhibuerunt tum Superior, tum quamplurimi ejusdem Congregationis Oratorii Sacerdotes, qui non solum falsi sunt se ad Ordines promotos prævüs Dimissorialibus proprii, & originarii Episcopi, verum etiam, quod apud ipsos nulla extabat memoria supradicti Decreti Sac. Congregationis, aut Brevis Clementis VIII.

Hinc conjicere datum erat quod Breve ad tra-
330 mites præfati Decreti nunquam fuerit expeditum. Et quamvis exhibitum fuisset oculis DD. Cardinalium supradictæ Congregationis particularis, documentum quoddam faciem Brevis præseferens, excerptum ex libro Positionum Sac. Congregationis *ad sess. 23. cap. 1. 6. 8. 10. & 11. pag. 786. & seqq.* Attamen illud non erat ipsum Breve, sed formula, seu minuta Brevis, & quidem exarata a Persona prorsus imperita styli, quo utitur Secretaria Brevium. In eo siquidem legebatur in principio titulus -- *Clemens Episcopus Servus Servorum Dei* -- qui titulus apponitur in Bullis, & non in Brevibus. Absolutio a Censuris expressa erat quasi in fine Brevis contra stylum. Nulla legebatur mentio Decreti Congregationis Concilii, prout regulariter fieri solet, nec aderat in eo *Data*; & ubi in Decreto Congregationis proceditur per viam declarationis, in supradicto documento indulgebatur ex integro facultas, ut Alumni Oratorii ad Ordines promoveri possent, aut ab Episcopo Domicilii, aut de ejus mandato a quocumque Catholico Antistite. Quæ conjecturæ, unitim præsertim consideratæ, clare suadebant, quod aut Breve non erat expeditum, aut est diversum a documento, quod exhibebatur.

Sed ubi etiam Breve favore PP. Oratorii fuisset expeditum, & Indultum Sac. Congregationis suum
331 habuisset plenarium effectum, adhuc amplius servari non poterat, ob superventam Constitutionem *fa. me. Innocentii XII. in 41.* quæ novam methodum præscripsit tam circa qualitatem Domicilii, quam circa litteras testimoniales impetrandas ab Ordinario originis, si Ordinandus discederet ab ejus Diœcesi in ætate, in qua impedimento aliquo Canonico irretiri valuisset, ut in §. *Subditus autem* ejusdem Constitutionis, & plene diximus supra. Nec attidebat responsio Monacelli *dict.*
332 *tom. 2. pag. 87. num. 41.* quod per Innocentianam Constitutionem derogatum dici non possit prætenso Brevi *Clementino*, cum lex generalis non deroget Privilegio particulari, Siquidem in laudata Constitutione Innocentii XII. adest amplissima derogatio etiam Privilegiis, & Indultis sub quibuscumque tenoribus verborum in genere, vel in spe- 333
cie, seu alias quomodolibet *in contrarium concessis &c.* per quam verborum amplitudinem ambigi non videtur, quod derogatum fuerit Privilegiis particularibus, ex plene firmatis per *Rot. in Gerunden. fundationum 26. Martii 1683. §. Quemadmodum, coram cl. mem. Cardin. Caccia, & 26. Aprilis 1686. §. Addebatur, coram Rondinino.*

Extraneum igitur erat exemplum prælatum. Primo quia non conceditur in eo facultas Superioribus Oratorii dandi Dimissorias. Secundo, quia non est in usu. Tertio quia nil novi continet. Quarto demum quia revocatum, seu modificatum per Constitutionem san. mem. Innocentii XII. Quod si a Patribus *Piis Operariis* petita fuisset similis declaratio, quod possent ordinari ab Episcopo Domicilii, in nihilo ipsis profutura fuisset, quia hoc est de jure, & permittitur ab ipsa Constitutione *Innocentiana* absque Litteris Dimissorialibus Episcopi Originis, & solum cum illius Litteris Testimonialibus.

Minus applicabile mihi videbatur alterum exemplum, quod exhibebatur Alumnorum Congregationis Doctrinæ Christianæ, quia nullo modo Superiori ejusdem Congregationis indulta fuit facultas concedendi Dimissorias, & quidem in perpetuum, prout a PP. *Piis Operariis* expendebatur, sed in casibus particularibus Sac. Congregatio 334
Episcoporum impertita fuit Eminentissimo Urbis Vicario facultatem promovendi ad Sacros Ordines quatuor, octo, aut decem Alumnos dictæ Congregationis sine Litteris Dimissorialibus suorum Ordinariorum, dummodo per sexennium permanserint in Congregatione. Et priscis temporibus similes Gratiæ in casibus particularibus expediebantur per Datariam, ut ex formula apud *Amayden. de styl. Datar. libr. 1. cap. 16. §. 1. sub n. 8. pag. 277.*

Exhiberi etiam poterat exemplum Alumnorum Collegii Anglicani Urbis, qui de licentia Protectoris, & Rectoris consensu possunt, ut diximus 335
supra *n. 321. ex Indulto Gregorii XIII.* promoveri ad Sac. Ordines etiam absque suorum Ordinariorum Litteris Dimissorialibus. Sed præterquamquod nec in Indulto præfato impertitur Rectori facultas dandi Dimissorias, illud speciali innititur ratione, quia nempe ex Anglia de facili haberi non possunt Dimissoriæ, & licentia Protectoris succedit loco licentiæ Ordinarii; & ob dictæ circumstantiæ defectum, Sac. Congregatio simile Indultum elargiri noluit Alumnis Collegii Illyrici, *Nicol. Instit. Canon. tom. 2. pag. mihi 24. §. Quod tamen.*

Animadversionem tandem non merebatur exageratio PP. *Piorum Operariorum*, quod Episcopi originarii sæpesæpius se difficiles præstiterunt in con- 336
cedendis Dimissoriis eorum Alumnis. Id enim aut nullo legali ostendebatur documento, aut non relevabat, quia si in casibus particularibus Episcopi Originarii renuant Litteras præfatas concedere, facilis erit recursus ad Sac. Congregationem, quæ prout juris fuerit, providere non dedignabitur; Maxime quia Promovendi facultatem habent suscipiendi Ordines etiam ab Episcopo Domicilii, aut Beneficii, in quibus terminis sufficiunt Testimoniales Episcopi originis, ut præscribitur a sæpe laudata

laudata Constitutione *Innocentiana*, & late diximus supra.

Nuncii quoque Hispaniarum contendebant olim competere sibi facultatem Ordines conferendi
337 illarum Regionum Clericis non habentibus Litteras Dimissoriales suorum Episcoporum, aut cum propriis Litteris Dimissorialibus eos ad alienos Antistites ordinandos dimittere; Sed hac de re se conquerentibus Hispaniarum Ordinariis, & præsertim Cardinali Archiepiscopo Toletano, san. mem. Clemens X. Congregationem particularem nonnullorum S. R. E. Cardinalium & Prælatorum Urbis deputavit, Cardinalium nempe *Brancatii*, *Odescalchi*, *Otthoboni*, *Azzolini*, & *Gualterii*, ac Prælatorum *de Vecchis*, *Albritii*, *de Rubeis*, *Fantuccii*, & *Slusii*. Et re mature discussa Congregat. præfata die 17. Augusti 1670. censuit -- *Non licere D. Nuncio Hispaniarum Ordines conferre Clericis Toletanæ, vel alterius Diœcesis ejus Regni non habentibus Litteras Dimissoriales suorum Ordinariorum; itidemque ipsi non licere dictis Clericis Dimissorias ad Ordines concedere, sed circa utrumque observandam dispositionem Litterarum in forma Brevis san. mem. Urbani VIII. expeditis die 27. Aprilis 1641.*

Et hujusmodi declarationem, si a Sanctissimo D. N. approbetur, posse quatenus Eminentiss. Archiepiscopus illam petat, edi, ipsique in forma probanti consignari.

Quo vero ad Ordinandos prædictos Clericos,
338 *quatenus habeant suorum Ordinariorum Dimissorias, censuit licere D. Nuncio tum per se ipsum, tum aliis Episcopis hanc facultatem delegando.*

Circa quam tamen delegationem circumspecta prudentia, & quietis studio illum uti debere juxta tenorem Declarationum alias editarum in Tarraconen. 16. Februarii 1590. & in Toletana 21. Februarii 1660.

Et quoad hujusmodi facultatem ordinandi, Clericos obtinentes Dimissorias suorum Ordinariorum, illamque delegandi, Congregatio censuit non expedire, ut edatur declaratio, sed oretenus Nuncio significandam. Et hanc Congregationis sententiam Clemens X. die 20. Augusti 1670. probavit in omnibus. Particulam vero supradicti Brevis *Urbani VIII.* refert *Pignatell. tom. 2. consult. 1. numer. 15.*

339 Non posse itidem Nuncios Apostolicos *absque licentia Episcopi Diœcesani Ordines in propria Cappella conferre habentibus Litteras Dimissoriales a propriis Episcopis, ut possint a quocumque Antistite ordinari*, respondit Sac. Congregatio Concilii in *Taurinen.* 23. *Augusti* 1653. & antea de anno 1633. *die* 16. *Aprilis* similiter in *Taurinen.* per hæc verba rescripserat -- *Sacra &c. censuit non potuisse Nuncium in aliena Diœcesi Sac. Ordines conferre absque facultate speciali Sedis Apostolicæ: & eo minus illis qui Dimissorias suorum Episcoporum non habuerunt, ideo insinuetur, ut provideat sibi, & Promotis.* Idemque late probat *Pignatell. dicta consult. 1. fere per tot.*. Et hujusmodi Apostolica fa-
340 cultate indigent etiam Cardinales Legati a Latere, eamque *Egidio Episcopo Sabinensi* Apostolicæ Sedis Legato ad Insulam Siciliæ indulsit *Clemens V.* per hæc verba -- *Fraternitati Tuæ Clericalem Tonsuram, nec non statutis a jure temporibus minores, & majores Ordines quibuscumque Personis idoneis partium earumdem, a suis Superioribus recipiendi Tonsuram, & Ordines hujusmodi specialem licentiam habentibus, conferendi per te, vel alium, seu alios Antistitem, vel Antistites, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentem, ac habentes in omnibus locis tuæ Legationis, per quæ, ipsa legatione durante, transitura fueris, vel in quibus te contigerit commorari &c.* ut legitur in Litteris Apostolicis sub *Datum Avenione quarto Idus Novembris Pontificatus anno III.* quas refert Auctor libri qui inscribitur -- *Istoria della pretesa Monarchia di Sicilia part. 1. pag. 157.*

§. IV.

De Pœnis a Piana Constitutione inflictis contra Promotos ad Sacros Ordines extra tempora a jure statuta, vel ante legitimam ætatem, aut sine Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii.

ARGUMENTUM.

VAlida est, licet illegitima Ordinatio expleta, vel extra tempora a jure statuta, vel ante legitimam Ordinandorum ætatem, vel sine Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii, & quid si Episcopus ante ordinationem protestationem emittat se intentionem non habere conferendi Ordines iis, qui Canonicis requisitis sint destituti, an etiam tali casu valida sit Ordinatio? Modo quo supra ordinati, quibus pœnis de Jure communi, & quibus vigore Concilii Tridentini, & Constitutionis Pii II. subjaceant; & an suspensio a dicta Constitutione inflicta incurratur, nedum quoad Ordinem illegitime susceptum, sed etiam quo ad alios antea legitime collatos? Pœnas tamen præfatas non incurrunt, nec ad Tonsuram, & Minores Ordines promoti contra præscripta in laudata Constitutione, nec Episcopi, qui ante legitimam ætatem, trigesimum nempe annum completum, Consecrationis munus suscipiunt. Proprius vero Ordinarius tunc Subditos suos sic male promotos absolvere potest ab incursa suspensione, si in eorum Ordinatione non deliquit, secus si peccavit eos ordinando extra tempora, vel scienter ante legitimam ætatem, & hoc casu quas pœnas Episcopus ipse incurrat? Potest itidem Vicarius Capitularis a suspensione absolvere proprios Subditos aliquo Beneficio arctatos intra annum vacationis Sedis Episcopalis, vel non arctatos post annum absque suis Litteris Dimissorialibus ordinatos, & examinatur famosa quæstio, an absolutio eorum,

eorum, qui intra annum vacationis Sedis Episcopalis ad Ordines promoti fuerunt vigore Brevium Apostolicorum *extra tempora* absque dimissorialibus Episcopi vicinioris, spectet ad Episcopum ipsum viciniorem, vel potius ad Vicarium Capitularem?

SUMMARIUM.

1 *Ordines Sacri etsi contra præscripta a Constitutione Piana conferantur, valide tamen conferuntur, & Characterem imprimunt.*
Illicita tamen est ordinatio, ipsique Ordinati subjacent pœnis ab eadem Constitutione inflictis. n. 8.

2 *Si Episcopus ante ordinationem protestetur se intentionem non habere conferendi Ordines iis, qui legitima sint ætate destituti, aut falsis usi sunt Dimissoriis, ordinatio postmodum subsequuta effectu vacua remanet.*

3 *Contrarium, quod sit valida, & redditur ratio.*

4 *Distinguitur, aut Episcopus in actu exercito collationis Ordinum intentionem habet illos conferendi, & valida est ordinatio, non obstante antecedenti protestatione.* & n. 5.
Aut in eodem actu perseverat in antecedenti protestatione, & Ordinatio est nulla. & n. 7.

7 *Ecclesia non approbat Ordinationes conditionales, utpote magni periculi plenas.*

9 *Emergente dubio circa Ordinationis valorem, tutius semper est illam sub conditione reiterare.*

10 *De pœnis quibus, jure communi inspecto, subjacent promoti ad Sac. Ordines extra tempora a jure statuta, ante legitimam ætatem, & sine licentia proprii Ordinarii.* & n. 11. & 12.
Laicus vero ab alieno Episcopo sine litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii tonsuratus, nullam juxta antiquos Canones pœnam incurrit. n. 13.

14 *Sed juxta Constitutionem Pii II. sic absque dispensatione Apostolica ordinati, a suorum Ordinum executione ipso jure suspensi remanent, & si durante suspensione in iisdem Ordinibus ministrare præsumserint, eo ipso irregularitatem incurrunt.*
Subjacent itidem vigore ejusdem Constitutionis aliis pœnis in tales generaliter a jure inflictas, ac Beneficiis Ecclesiasticis possunt jure privari. ibid.
Ei hujusmodi suspensio per Constitutionem Pianam inflicta, est perpetua, donec obtineatur absolutio. ibid.

15 *Reprobatur sententia illorum qui existimant suspensionem, quam incurrit promotus ante legitimam ætatem esse solum temporaneam, donec scilicet ad ætatem legitimam pervenerit.*

16 *Suspensio a Constitutione Piana inflicta, incurritur nedum quoad Ordinem illegitime susceptum, sed etiam quoad alios antea rite collatos.*

17 *Contrarium, & redditur ratio.* & n. 21.

18 *Posterior hæc sententia quoad Ordinatos sine Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii, magis conformis est dispositioni Concilii Tridentini, & Constitutioni san. mem. Innocentii XII.*

19 *Una lex aliam declarat, & interpretatur.*

20 *In legibus, præsertim Pontificiis, omnis capienda est interpretatio pro earum correctione, vel contrarietate vitanda.*

22 *Pœnæ contentæ in Constitutione Piana non afficiunt Promotos ad Ordines minores extra tempora a jure statuta, ante legitimam ætatem, & sine licentia proprii Ordinarii.*
Debent tamen sic male promoti, si absit bona fides, ab exercitio Ordinum suspendi. n. 24.

23 *Ordines minores, in materia præsertim pœnali, non veniunt sub nomine Ordinum Sacrorum.*

25 *Episcopus electus si Consecrationis munus suscipiat ante legitimam ætatem, trigesimum nempe annum completum, pœnas a Constitutione Piana inflictas non incurrit.*

26 *Episcopi non comprehenduntur sub Constitutionibus Apostolicis, præsertim in pœnalibus, nisi de iis expressa mentio fiat.*

27 *Promotus ad Sacerdotium ante legitimam ætatem, vel sine licentia proprii Ordinarii, concelebrando cum Episcopo, ut moris est in ipsa ordinatione, solam suspensionem, non autem irregularitatem incurrit.*

28 *Idem dicendum de ordinatis absque dictis requisitis ad Subdiaconatus, vel Diaconatus ordines Episcopo in ipsa ordinatione in eorum munere ministrando.*

29 *Incurrunt tamen pœnam etiam irregularitatis, si Episcopus ante ordinationem anathemate percutiat accedentes sine Canonicis requisitis ad Ordines recipiendos.*

30 *Dummodo tamen excommunicatio sit latæ, non ferendæ sententia.*
Contrarium, quod nec comminata per Episcopum excommunicatione latæ sententiæ, incurratur a sic male promotis irregularitas. numer. 32. & 33.

31 *Et excommunicationem hinc latæ sententiæ hodie fere omnes Episcopi proferunt in accedentes ad Ordines recipiendos sine canonicis requisitis.*

34 *Suspensio, censura canonica est, & quidem de gravioribus.*

35 *Pro evitandis pœnis inflictis a Constitutione Piana sufficit quod in promoto ad Ordines contra illius præscripta concurrat justa aliqua & verisimilis facti, aut juris ignorantia.* & numer. 37.

36 *Parentes veram notitiam ætatis filiorum habere præsumitur.*

38 *Constitutio Sixti V. qua plures infliguntur pœnæ Episcopis ad Sacros Ordines scienter promoventibus destitutos legitima ætate, aut Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii, redacta fuit a Clemente VIII. ad terminos Juris communis, Constitutionis Pii II. & Concilii Tridentini.*

39 *Episcopus, qui Sacros Ordines confert vel extra tempora a jure statuta, vel iis, qui legitima carent ætate, nec de Jure, nec juxta Pianam Constitutionem pœna aliqua punitur,* & num. 41.

40 *De jure tamen suspendendus est a potestate ordines conferendi.* & n. 42.

43 *Sed an Episcopus qui a collatione ordinum suspensus fuit, si Missam celebret, aut Ordines minores conferat, fiat irregularis?* Remissive.

44 *Episcopus qui primam Tonsuram laico confert ante legitimam ætatem, incurrit ipso jure suspen-*

pensionem per annum a collatione ejusdem Tonsuræ.

45 *Qui vero alienos subditos, scienter, seu ignorantia affectata, sine litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii ad Ordines promovet, de Jure antiquo suspensus erat per annum a celebratione Missa, jure vero novo per Constitutionem Pianam, & Tridentinum innovato, remanet per annum suspensus a collatione Ordinum.*

47 *Episcopi facultate non gaudent dispensandi super irregularitate, sed absolutio petenda est a Pontifice.*

Intellige dummodo Irregularitas occulta non sit. ibid.

48 *Possunt tamen ab incursa suspensione absolvere proprios Subditos ordinatos absque eorum licentia, vel extra tempora a jure statuta, sive per saltum, aut ab Episcopo excommunicato promotos.* & n. 49. 50. & 51.

52 *Contrarium quod absolutio a suspensione incursa ob Ordines male susceptos spectet ad Papam.* num. 53.

54 *Distinguitur, aut Episcopus in ordinatione suorum Subditorum deliquit, Ordines conferendo extra tempora, vel ante legitimam ætatem, & eos ab incursa suspensione absolvere nequit.*

55 *Aut non deliquit, sed subditi solum peccarunt, quia ab alienis Episcopis extra tempora, aut sine ejus licentia se promoveri fecerunt, & potest illis absolutionis Beneficium impertiri.* & n. 56. 69. & 96.

57 *Redditur ratio distinctionis.*

58 *Et ostenditur eam esse uniformem dispositioni Concilii Tridentini*, & n. 59. 60.

61 *Vicarius Capitularis non potest proprios Subditos aliquo Beneficio arctatos intra annum vacationis Sedis Episcopalis, vel non arctatos post annum absque suis litteris Dimissorialibus ordinatos a suspensione absolvere.*

62 *Redditur ratio, quia facultas absolvendi a suspensione male promotos competit Episcopo jure speciali, & delegato.*

63 *Capitulum, seu Vicarius ab eo electus, Sede vacante non succedit in Jurisdictione delegata Episcopi.*

64 *Nec in facultate dispensandi in gradibus prohibitis, aut super defectu natalium, quæ per Sedem Apostolicam Episcopo impertita fuerat.*

65 *Minusque in iis, quæ Episcopo competunt ratione Ordinis, & muneris Episcopalis.*

66 *Contrarium, quod Vicarius Capitularis absolvere possit subditos suos sine litteris Dimissorialibus ordinatos.*

67 *Dispensatio, seu absolutio a suspensione est actus Jurisdictionis.* & n. 77.

68 *Vicarius Capitularis Sede vacante succedit in omnimodam Episcopi jurisdictionem.*

71 *Suspensio contra male promotos inflicta a Constitutione Piana, & Concilio Tridentino est imposita per viam veræ censuræ, non autem excessus, & peccati.*

72 *Vicarius Capitularis Subditos suos absolvere potest a qualibet censura, sive a Jure, sive ab homine lata, super qua dispensare poterat Episcopus si vixisset.*

74 *Facultas dispensandi cum male promotis, de jure communi, & Concilii Tridentini competit Episcopis jure proprio, & nativo.* & numer. 75.

76 *Concilium Tridentinum quando Episcopis facultatem aliquam delegatam impertiri voluit, id expressit.*

78 *Capitulum, seu Vicarius ab eo electus succedit Episcopo etiam in ea, quæ dependent, seu annexa sunt cum Ordine.*

Hac ratione committere potest Ordinum collationem, ac Virginum, & Ecclesiarum consecrationem, quæ Ordinis sunt Episcopalis. ibidem, & n. 79. 80.

81 *Vicarius Capitularis absolvere nequit a suspensione Clericos ordinatos intra annum vacationis Sedis Episcopalis vigore Brevium Apostolicorum extra tempora absque Litteris dimissorialibus Episcopi vicinioris, sed absolutio spectat ad Episcopum ipsum viciniorem.* Redditur ratio ibid. & n. 82.

Et ita resolutum. n. 109. & 110.

83 *In materia Ordinationis, proprius Ordinarius ille dicitur, qui potest vel ordinare, vel Dimissorias pro Ordinatione concedere.*

84 *Absolvere Subditos Prælati inferioris Nullius Diœcesis absque Litteris Dimissorialibus Episcopi vicinioris Ordinatos, ad Episcopum ipsum viciniorem spectat.*

85 *Facultas condonandi injuriam ad eum pertinere debet, cujus Dignitas, & Majestas læsa fuit. Intellige, ut in* n. 106. & 107.

86 *In casu, de quo supra* n. 81. *proponitur sententia, quod absolutio spectet ad Vicarium Capitularem.* & n. 107. & 108.

Limita si fuerit ipse a Papa subjectus Administratori Apostolico Ecclesiæ vacanti deputato, eo modo, quo Vicarius Episcopi ab ipso Episcopo dependere debet, quo casu absolutionem impertiri non poterit absque speciali facultate ejusdem Administratoris. n. 111.

87 *In Jure validum est argumentum a contrario sensu.*

88 *Hac tamen argumentandi methodus desumi non potest ex dictis Doctorum.*

89 *Minusque ex verbis Legum, si exinde sequatur aliarum Legum correctio.*

90 *Episcopus cum suis Subditis ab alieno Episcopo male promotis dispensare potest etiam in quamplurimis casibus, in quibus licentiam ut ordinentur, dare non potest. Et enumerantur casus præfati.* ibid.

91 *Concilium Tridentinum etsi Vicario Capitulari interdixerit facultatem concedendi Dimissorias intra annum vacationis Sedis Episcopalis, non exinde censetur ei adimere voluisse potestatem dispensandi cum promotis absque Litteris Dimissoriis Episcopi vicinioris.* Et quare? & n. 93. 94. 95.

92 *Quidquid Ordinariis a Concilio Tridentino non fuit sublatum, id dispositioni Juris relictum intelligitur.*

95 *Concilium Tridentinum recipit passivam interpretationem a Jure communi.*

96 *Facultas absolvendi male promotum cum Litteris Dimissorialibus Vicarii Capitularis intra annum vacationis Sedis Episcopalis, est futuro Prælato reservata.*

97 *In pœnalibus non fit extensio de casu ad casum.*

98 *Episcopus vicinior, cui intra annum vacationis Sedis Episcopalis indulgetur per Brevia extra tempora facultas promovendi, aut dimittendi Subditos Vicarii Capitularis, non efficitur*

aqui-

æquipollenter eorum Ordinarius, aut Delegatus, nisi postquam Brevia præfata fuerint ei, præsentata ab ipsis Promovendis, quibus diriguntur.

99 *Judex Delegatus nullam acquirit jurisdictionem, nisi post ei præsentatas delegationis Litteras.*

100 *Et delegata Jurisdictio non se protendit ultra casus in mandata expressos.*

101 *Exponitur differentia, quæ in materia Ordinationis viget inter Episcopum viciniorem respectu Subditorum Prælati inferioris Nullius Diœcesis, & Episcopum viciniorem respectu Subditorum alterius Episcopatus vacantis.* & n. 103. 104.

Et differentia itidem, quæ in eadem materia militat inter Prælatum inferiorem, & Vicarium Capitularem. n. 105.

102 *Diœcesum divisio a qua primum expleta fuit?*

106 *Episcopus, cui alieni Subditi pro Ordinatione dimissi fuerunt, eos absolvere nequit ab incursa suspensione, si ab alio se promoveri faciant, sed absolutio ad proprium Ordinarium spectat.*

111 *Vicarius Episcopi absque speciali facultate ei impertita absolvere nequit male promotos in iis casibus, in quibus absolutio spectat ad Episcopum.*

EGimus huc usque de obligatione, qua Promovendi ad Ordines obstringuntur eos suscipiendi temporibus a Jure statutis, in legitima ætate per Sacros Canones sancita, et si ab aliis, quam a proprio Ordinario promoventur, cum illius Litteris Dimissorialibus. Modo recta dicendi methodus exposcit, ut agamus de pœnis, quibus Canonica hæc præscripta non servantes, subjacent.

1 Et illud in primis animadvertendum, quod Sacri Ordines quocumque tempore conferantur, etiam legitimam ætatem non habentibus, seu Litteris Dimissoriis proprii Ordinarii destitutis, valide conferuntur, & characterem imprimunt, cum Canonicæ hæ Sanctiones a Jure positivo Ecclesiæ descendant, & necessaria sint ad evitandum peccatum, & Censuras, sed non requiruntur de necessitate Sacramenti, ut de Ordinato *extra tempora* a Jure statuta est *text. in cap. Consultationi, ibique Gloss. de Tempor. Ordinat.* Et de Ordinato ante legitimam ætatem habetur in *Cap. Vel non est Compos eod. tit.* Et de illo, qui promotus fuit ab alieno Prælato sine Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii, *Can. Si quis ausus 71. distinct. C. 1. 9. quæst. 2.* juxta intellectum, quem eis communiter tribuunt Canonistæ, & firmant *Faguan. in dicto cap. Vel non est Compos n. 7. de Tempor. Ordinat. Thesaur. de Pœn. Verb. Ordo cap. 16. Pax Jordan. var. lucubr. lib. 3. tit. 6. numer. 219. Eminentiss. Petr. in Const. Apost. tom. 5. pag. 280. n. 1. Campanil. Divers. Jur. Canon. Rubric. 6. cap. 3. n. 18. Piring. in Jus Can. tom. 1. tit. 11. n. 95. Bonacin. de Sacram. disput. 8. quæst. unic. punct. 5. n. 1. Barbos. de Episcop. allegat.*

Solum inter Doctores controversia est, an si
2 Episcopus ante Ordinationem protestatus fuerit se non habere intentionem conferendi Ordines ætate legitima, aliisque Canonicis requisitis destitutis, aut iis, qui falsis Dimissorialibus usi sunt, irrita, & vacua sit Ordinatio illius, qui dictis careat requisitis. Alii enim affirmant, quia omne Sacramentum est ipso jure irritum, & nullum omnino, si Minister, qui illud conficit, intentionem saltem virtualem illud conficiendi non habeat, *Navar. cons. 1. de eo, qui furtive &c. Barbos. in cap. 1. eod. tit. Piring. ibidem n. 5. versic. Notandum, Rebuff. in Prax. Beneficial. tit. de Cleric. ad Ordin. male promot. gloss. 4. num. 19. Ugolin. de Episcop. cap. 26. numer. 2. Salzed. ad Diaz in Prax. cap. 25. numer. 2. litt. B. Lauret. de Franch. Contr. v. inter Episcop. & Regular. part. 1. quæst. 38.* Et adest antiqua resolutio Sac. Congregationis Concilii edita anno 1586. approbata a Pontifice in Consistorio, quam mutilate, & mendose relatam a *Navarr. & Ugolin.* ubi supra, necnon a *Fagnan. in Cap. Tuæ Litteræ numer. 15. de Cleric. per Salt. promot.* integram excripsit ab antiquo libro ms. Resolutionum Sac. Congregationis per hæc verba conceptam -- *An Ordinata ante legitimam ætatem ab Episcopo, qui ante Ordinationem in Ecclesia publico Edicto protestatus fuit, quod non intendebat Ordines conferre, nisi iis, qui in ætate legitima erant constituti, acceperit vacuam manus impositionem*, responsum fuit -- *Ex communi sententia recepisse vacuam manus impositionem.*

Alii vero contrarium existimant, quia protestatio illa præsumitur emissa ad terrorem; eidem- 3
que veluti vagæ, & generali, prævalere debet subsequens particularis intentio Episcopi conferendi Ordinem tali Personæ, quæ sibi præsens sit, eumque re ipsa suscipiat. Ita *Gonzal. in cap. Innotuit, De eo, qui furtive &c. Sanchez de Matrimon. lib. 7. disput. 18. numer. 11. & 16. Laym. de Sacram. in commun. lib. 5. tract. 1. cap. 4. numer. 6. Majol. de Irregular. lib. 4. cap. 36. numer 2. Thesaur. de Pœn. verb. Ordo cap. 7. numer. 2. Bonacin. de Sacram. disput. 2. quæst. 2. punct. 4. numer. 6. Pasqualig. ad Lauret. de Franchis dict. quæst. 38. numer. 328. & quæst. Canon. moral. 127. num. & seqq. Centur. 3. Lezan. in Summ. verb. Ordines Sacri numer. 20. Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 1. part. 2. cap. 11. n. 17. P. la Croix Theolog. moral. tom. 2. lib. 6. part. 2. n. 2231.*

Alii demum rectius autumant, quod unice indaganda, & attendenda sit intentio, quam habuit 4
Episcopus in actuali exercitio conferendi Ordines in particulari, itaut sola illa, & simplex protestatio generalis a principio emissa, non sit apta ad irritandum Ordinem, sed prævalere debeat intentio specialis, & in individuo exercita, nam intentio exercita est illa, in cujus virtute perficitur Sacramentum, late *Pasqualig. quæst. moral. Canon. Centur. 2. quæst. 127. & ad Lauret. de Franch. quæst. 28. n. 328. Boss. Oper. moral. tit. 3. §. 18. n. 157.* ubi cum *Marchino* ita dissidentes conciliat sententias, *Piring. in Jus Canon. lib. 5. pag. 350. n. 5. §. Notandum 5. Suarez de Sacram. disput. 13. sect. 3. art. ultim. Thesaur. de Pœnis verb. Ordo cap. 7. Card. de Luc. de Sacram. in genere disput. 8. sect. 7. numer. 119. Eminentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom. 5. pag. 271. n. 4.*

Et hanc sententiam amplexa fuit Sacra Congregatio Concilii in *Portalegren. 5. Aprilis* 1704. 5
Cum enim quidam *Mendus* fuisset ad Subdiaconatus Ordinem promotus cum falsis Dimissoriis, postquam Episcopus ante Ordinationem per ejus Secretarium declaraverat non habere intentionem ordinandi eos, qui essent destituti requisitis essentialibus juxta Sacrorum Canonum & Conciliorum Decreta, & requisitus Episcopus per Litteras Sac. Congregationis super ejus intentione in actu collationis Ordinum respondisset, se *habuisse eam intentionem, quam S. Mater Ecclesia postulat, & de-*

bet habere quique timoratus, & Vir doctus, & Prælatus pius, adhærendo semper sententiæ Doctorum. Sacra Congregatio proposito Dubio — *An Mendus ab Episcopo Fulsiliben. fuerit valide ad Ordinem Subdiaconatus promotus — Affirmative* respondit. Censuit enim, quod Episcopus intentionem habuerat vere eum ordinandi, recedendo ita cum ea intentione individua, & particulari a protestatione vaga, & generali, quam a principio emiserat. Eo ipso enim quod Episcopus intendit facere circa singulos Ordinandos, quod facit Ecclesia, & in actu practico, & exercito, profert formam, & exhibet materiam prout intendit Ecclesia, censetur utique habere intentionem sufficientem pro validitate Sacramenti. Cumque intentio hæc practica, & exercita faciendi, quod facit Ecclesia, atque adeo ordinandi sit determinata, & singularis, & determinate singulos respiciat, prævalere utique debet, & excludere vagam illam, & confusam intentionem non ordinandi habitam a principio, ut ratiocinatur *Pasqualig. ad Lauret. de Franch. dict. quæstion.* 28. *n.* 238.

Quodque habens intentionem faciendi quod S. Mater Ecclesia postulat, inhærendo sententiæ Doctorum, quæ careat omni scrupulo, vere Ordines conferat, & non conditionaliter, ex eo dedu-
6 citur, quod eadem S. Mater Ecclesia non approbat hujusmodi Ordinationes conditionales, utpute plenas magni periculi, & quas consequenter improbant Doctores, ut videre est penes *Boss. Oper. moral. tit.* 3. §. 18. *n.* 158. *Pasqualig. ad Franch. dict. n.* 328. *in fine, Trullench. tomo* 3. *de Sacram. lib.* 4. *cap. unic. dub.* 6. *sub n.*7. *Card. de Lugo de Sacram. in gener. disputat.* 8. *sect.* 7. *n.* 119. unde merito Sac. Congregatio Concilii in *Carchien.* 13. *Februarii* 1683. ad 3. rescripsit — *Supplicetur Sanctissimo quatenus jubeat omnibus Indiarum Episcopis, ne deincept præsumant in Ordinatione habere intentionem conditionalem.* Proindeque si hæc intentio reprobatur, dici nequit, quod habens intentionem, quam postulat Ecclesia, habuerit intentionem conditionalem ab Ecclesia reprobatam.

Econtra vero in casibus, in quibus Sac. Congregationi constitit, quod in actu exercito colla-
7 tionis Ordinum Episcopi perseveraverint in voluntate antecedenter pandita illos non conferendi carentibus ætate legitima, Litteris Dimissorialibus, Patrimonio, aliisque Canonicis requisitis, respondit pro vacua manus impositione, invaliditate scilicet Ordinationis, ut in d. *Carchien.* ad 1. & in altera Resolutione edita *die* 31. *Januarii* 1688. quam per extensum refert *Monacell. tomo* 1. *pag.* 76. *numer.* 43. *& in Aprutina Ordinum* 11. *Januarii* 1710. ad 3. ubi tamen rescriptum fuit, Ordinationem reiterandam esse sub conditione, ex quo dubium erat, an Episcopus Ordinator in actu collationis Ordinum intentionem prius expressam mutaverit; & quando dubium aliquod emergit
8 circa Ordinationis valorem, tutius semper est illam reiterare sub conditione, *Fagnan. in cap. Cum venisset n.*28. *de Sacra Unction. & in cap. Tuæ Litteræ numer.* 9. *& seqq. de Cleric. per saltum promotis, Card. de Lug. dicta section.* 7. *n.* 119. *in fine, Pirhing. in Jus Canon. lib.* 5. *tit.* 30. *n.* 5. §. *Notandum quinto, Pignatell. consult.* 140. *num.* 6. *tom.*4. *Eminentissimus Petra in Constit. Apostolic. tom.* 5. *pag.* 282. *n.* 6. *Thesaur. de Pœnis* §. *Ordines cap.* 7. *numer.* 2. *Monacell. tom.* 2. *pag.* 76. *numer.* 43. *in fine.*

At licet ad Ordines promoti vel *extra tempora* a Jure præfixa, vel ante legitimam ætatem, vel sine Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii, sint valide ordinati, & characterem recipiant, illicita
tamen, si Apostolico careant Indulto, est eorum 9
Ordinatio, ipsique pœnis Canonicis subjacent. Et quidem Promoto ad Sacros Ordines *extra tem-*
pora præscripta, infligitur de jure communi pœna 10
suspensionis non quidem latæ, sed ferendæ sententiæ, juxta receptiorem sententiam quam inhærendo dispositioni *text. in cap. Nempe, & cap. Cum quidam de Tempor. Ordinat.* præ ceteris sequuntur *Fermosin. in cap.* 8. *quæst.* 1. *n.* 1. *eod. tit. Pirhing. in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *section.* 1. *numer.* 106. *Hallier. de Sacr. Elect. & Ordinat. tit. de Tempor. Ordinat. artic.*2. §. 4. *pag.* 865. *Fagnan. in cap. Non est compos n.* 10. *de Tempor. Ordinat. Engel. in Colleg. Jur. Canon. tom.* 1. *pag.* 113. *sub numer.* 15. *Thesaur. de Pæn. verb. Ordo cap.* 14. *versic. Primum Dubium.*

Eademque inspecta Juris communis dispositio-
ne pari suspensionis pœna plectebantur Promoti 11
ante legitimam ætatem, donec ad eam pervenissent, *cap. Vel non est compos* 14. *de Tempor. Ordinat.* Et licet controversia itidem esset inter Doctores, an pœna hujusmodi esset ipso jure inflicta, prævaluit tamen opinio, quod infligenda erat, *Pirhing. loco cit. n.* 95. *Engel. in Colleg. Juris Canon. tom.* 1. *pag.* 126. *n.* 8. §. *Dices primo, Eminentiss. Petra in Constit. Apostol. tom.* 5. *pag.* 281. *num.* 8. *Suarez de Censur. disput.* 31. *sect.* 1. *n.* 23. *Thesaur. de Pœnis cap.* 1. *n.* 3.

Et demum promoti ab alienis Episcopis sine Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii, suspen-
sionis pœnam, saltem donec ab eodem rata habe- 12
retur Ordinatio, ipso facto incurrebant, juxta veterea Canones, quos præ cæteris recensent *Hallier. de Sacr. Elect. & Ordinat. part.* 2. *section.* 5. *cap.* 3. *art.* 6. §. 1. *Paulut. Jurisprud. Sacr. tom.* 2. *lib.* 5. *tract.* 7. *cap.* 6. §. *Hac supposita pag.* 272. Quam veterum Canonum severitatem contra sic ordinatos perseverare decrevit *Gregorius X. in cap. Eos qui, de Tempor. Ordinat. in* 6. ibi — *His, quæ Jura statuunt contra taliter Ordinatos in suo robore duraturis.*

Laico tamen a non suo Episcopo prima Tonsu-
ra insignito, nullam pœnam antiqui Canones in- 13
flixerunt. Omnes enim aut loquuntur de Episcopo Laicos sibi non subditos ordinante, proindeque non se protendunt ad Laicum adeuntem alienum Episcopum, & Tonsuram suscipientem; aut percutiunt Clericos, qui Ordines ab alio Episcopo, quam suo recipiunt; & Clericorum nomine comprehendi non possunt Laici, immo censentur exclusi eo ipso, quod Clerici solum fuerunt sub Canonum Statutis inclusi, *Hallier. dict. art.* 6. §. 2. *dub.* 2. *Paulut. Jurisprud. Sacr. dict. cap.* 6. *pag.* 273. §. *Laicus vero.*

Inspecto vero novo jure per Constitutionem Pii II. sancito *omnes & singuli*, sunt verba ejusdem
Constitutionis, *qui absque dispensatione Canonica,* 14
aut legitima licentia, sive extra tempora jure statuta, sive ante legitimam ætatem, vel absque Dimissoriis Litteris &c. ad aliquem ex Sacris Ordinibus se fecerint promoveri, a suorum Ordinum executione ipso jure suspensi sint, & si hujusmodi suspensione durante in iisdem Ordinibus ministrare præsumserint, eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea ultra alias pœnas in tales generaliter a jure inflictas, Beneficiis Ecclesiasticis possint jure privari. Quæ sane suspensionis pœna per Constitutionem Pianam inflicta perpetua est, donec ab ea absolu-

tionis

tionis beneficium suspensus meruerit obtinere. Et
15 licet aliqua subesse posset ambigendi ratio circa su-
spensionem, quam incurrit qui ad Sacros Ordines
promovetur ante legitimam ætatem, ex quo ut non-
nulli autumant, Constitutio *Piana* interpretari de-
beat ad tramites laudati *Cap. Vel non est compos* 14.
de Tempor. Ordinat. quo ut diximus suspensionis
pœna infligitur, donec ordinatus ad legitimam æ-
tatem pervenerit; Nihilominus recedendum non
est a recepta sententia, quod suspensionis pœna in
dicta Constitutione inflicta adversus eos, qui ante
legitimam ætatem ad Sacros Ordines absque Apo-
stolica dispensatione promoventur, sit perpetua,
quamdiu absolutionem obtinuerint, cum inibi su-
spensio fuerit simpliciter, & absolute lata, unde non
debet ad certum tempus restringi, nam Sac. Ca-
nones quando volunt suspensionem temporalem so-
lum infligere, id exprimere solent, ut *in Cap.* 2. *de
Tempor. Ordinat. in* 6. & id utique expressisset
Pius II. in laudata sua Constitutione, quemadmo-
dum expressit Honorius III. in dicto *cap. vel non est.*
Potissimum quia *Piana* Constitutio eodem verbo-
rum contextu suspensionis pœna afficit tam Ordi-
natos ante legitimam ætatem, quam promotos *ex-
tra tempora* a jure statuta, seu absque litteris Di-
missorialibus proprii Ordinarii. Ergo quemadmo-
dum istorum respectu suspensio ab exercitio ordinum
est perpetua, donec absolutio a Sede Apostolica
obtenta fuerit, ita pariter perpetua esse debet quoad
promotos ante legitimam ætatem ad *Text. in leg. fi-
nal. C. de senten. leg. quamvis C. de Impuber. &
aliis substit. leg. Nam hoc Jure §. final. ff. de vulgar.
& Pupillar.* & firmant *Fagnan. in cap. vel non est
n.* 13. *de Tempor. ordinat. Pirbing. in Jus Canon.
lib.* 1. *tit.* 11. *sect.* 1. *n.* 95. *§. Extenditur, Rebuff.
in Prax. Benef. tit. de Cleric. ad Sac. Ordin. male
promot. gloss.* 4. *n.* 3. *Eminentissim. Petr. in Constit.
Apostolic. tom.* 5. *pagin.* 284. *n.* 16.
Major est difficultas, an suspensio hujusmodi in-
16 curratur nedum quoad Ordinem illegitime susce-
ptum, sed etiam quoad alios ante rite collatos, &
affirmativam suadet sententiam tenor ipse *Piana*
Constitutionis, in qua illis, *qui ad aliquem ex Sa-
cris Ordinibus se fecerint promoveri &c.* & sic in
unius Ordinis susceptione deliquerunt, infligitur
pœna suspensionis ab omnibus ibi -- *A suorum Or-
dinum executione ipso jure suspensi sint.* Idque ma-
gis evincitur ex subsequentibus ejusdem Constitu-
tionis verbis ibi -- *Si in iisdem Ordinibus* (scilicet
suis) *ministrare præsumserint, irregularitatem in-
currant.* Non enim dari posset incursus in Irregu-
laritatem ob ministrationem in Ordinibus antea ri-
te susceptis, nisi fuisset etiam ab iis contracta su-
spensio. *Fagnan. in cap. non est compos numer.* 14.
*& 15. de Tempor. Ordinat. Eminentiss. Petr. in Con-
stit. Apostolic. tom.* 5. *pag.* 284. *sub num.* 10. *Marc.
Leo in Prax. Sac. Pœnitent. part.* 3. *in Form. a ma-
la promotione ante ætatem pag.* 299. *versic. Irregu-
laritatem contraxit.*
17 Sed in contrarium urget, quod promotus ad
Sacerdotium ante legitimam ætatem, vel extra
tempora a jure statuta, vel sine Litteris Dimissoria-
libus proprii Ordinarii, in dicto Ordine sic illegi-
time suscepto solum peccavit; ergo quoad ipsum
solum suspensionis pœna puniri debet. Et licet in
Constitutione *Piana* dicatur in plurali *a suorum Or-
dinum executione ipso jure suspensi sint*, id tamen in-
telligi debet *accomodate*, scilicet unusquisque ab eo
Ordine, quem illegitime suscepit, ut magis decla-
ratur in posterioribus verbis ibi -- *Si suspensione du-
rante in iisdem Ordinibus* (videlicet male susceptis,
a quibus sunt suspensi) *ministraverint*, ut rite ob-
servant *Pirbing. in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 102.
Suarez de Censur. disput. 31. *sect.* 1. *n.* 18. *Alterius
eod. tract. tom.* 2. *disput* 10. *cap.* 1. *dub.* 2. *Pignatell.
consult.* 159. *n.* 17. *tom.* 10. *Thesaur. de Pœnis verb.
Ordo cap.* 2. *numer.* 2. *Ventrigl. in Prax. part.* 1.
adnotat. 44. *§. unic. n.* 19. cum aliis *apud Eminen-
tiss. Petr. tom.* 5. *pag.* 283. *n.* 10. Et quoad Ordi-
natos sine Litteris Dimissoriis proprii Ordinarii
quod sint tantummodo suspensi ab exercitio Ordi-
num, quos illicite susceperunt, magis explicite san- 18
citum fuit a Concilio Tridentino *cap.* 8. *sess.* 23. *de
Reformat.* ibi -- *a susceptorum Ordinum executio-
ne* -- nec non a Constitutione san. mem. Innocentii
XII. quæ incipit *Speculatores §. Ita vero*, ibi --
*Ordinatos vero a susceptorum Ordinum executione,
quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo
ipso suspensus sit* -- Ex qua sane Conciliari disposi-
tione, cui uniformis est *Innocentiana* Constitutio,
optimum depromitur argumentum interpretativum
Constitutionis *Piana*, quod hæc scilicet Promotis
contra illius præscriptum pœnam suspensionis infli-
gat tantummodo quoad exercitium Ordinis illegi-
time suscepti, non aliorum rite antea susceptorum,
cum una lex aliam declaret. Et in legibus, præ- 19
sertim Pontificiis, omnis capienda est interpretatio
pro earum correctione, vel contrarietate vitanda. 20
Cap. Cum expediat de Elect. in 6. *cap.* 1. *de Nov.
oper. Nunciat. leg. Præcipimus C. de Appellat. leg.
Si quando C. de inoffic. Testam.* Atque ex his ratio-
nibus posteriorem hanc sententiam veriorem esse pu-
to, licet priorem sequatur Sac. Pœnitentiaria, ut apud 21
Marc. Leon. & Eminentiss. Petr am locis mox laudatis.
At vero cum *Piana* Constitutio expresse loqua-
tur de Promotis ad aliquem ex Sacris Ordinibus,
hinc receptum est. pœnas in ea contentas non affi-
cere illos, qui ad Minores Ordines promoventur 22
extra tempora a jure statuta, vel ante legitimam
ætatem, vel sine Litteris Dimissorialibus proprii
Ordinarii, quia expressio unius, est exclusio alte-
rius, *Cap. Nonne de Præsumpt. leg. cum Prætor. ff.
de Jud. leg. Quamvis C. de Pignor. leg. Cum Mar-
tius C. de Procurat.* Et in materia præsertim pœ-
nali, minores Ordines non veniunt appellatione 23
Ordinum Sacrorum; licet sic ad Ordines minores
promoti contra præscripta in *Piana* Constitutione,
si absit bona fides, suspendi debeant ab eorum exer- 24
citio, *Pirbing. in Jus Canonic. lib.* 1. *tit.* 11. *sect.* 1.
numer. 102. *Navar. lib.* 1. *cons.* 39. *n.* 3. *tit. de tem-
por. Ordinat. Thesaur. de Pœnis verb. Ordo cap.* 1.
n. 3. *Rebuff. in prax. Benefic. de Cleric. ad Sacr.
Ordin. male promot. gloss.* 3. *n.* 1. *Ventrigl. in Prax.
part.* 1. *adnot.* 44. *numer.* 17. *Campanil. diversor.
Jur. Can. rubr.* 6. *cap.* 2. *num.* 21. *Mirand. in Ma-
nual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 39. *art.* 7. *Dian. Oper.
Moral. part.* 11. *tract.* 16. *resolut.* 32. *Clericat. Ero-
tem. Eccles. cap.* 128. *num.* 26. *Lauret. de Franch.
Controv. inter Episcop. & Regular. part.* 1. *quæst.* 30.
ibique Pasqualig. numer. 332. Quemadmodum si
electus Episcopus, Consecrationis munus susci- 25
piat ante legitimam ætatem, triginta nempe an-
norum completorum, non ideo incurret pœnam
contentam in Constitutione Pii II. quia Episcopi, 26
nisi expresse nominentur, non comprehenduntur in
pœnalibus sub Apostolicis Constitutionibus, *Cap.
Quia periculosum de senten. excom. in* 6. & fir-
mant communiter *Barbos. ad Concil. sess. cap.* 1.
n. 6. *& allegat.* 1. *num.* 29. *part.* 2. *Alter. de Cen-
sur. tom.* 2. *disputat.* 10. *cap.* 1. *dub.* 3. *Suarez. de*

Censur. disputat. 31. *numer.* 29. *Clericat. Erotem. Eccles. dict. cap.* 128. *numer.* 6. *Paulut. Jurisprud. Sac. tom.* 1. *pag.* 340. §. 1. ubi quod licet Episcopatus sit Ordo, tamen ejus collatio propter excellentiam dicitur potius consecratio, quam ordinatio, & ideo circumstantiæ nonnullæ, quæ in inferioribus Ordinationibus verificantur, Episcopo non possunt accomodari, *Thesaur. de Pœn. verb. Ordo cap.* 1. §. *Limita secundo pag.* 253. *Narbon. de ætat. ad annum* 30. *quæst.* 5. *numer.* 6. *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *adnot.* 6. §. 2. *numer.* 26.

Præterea quærunt Doctores, an Sacerdos legitima ætate, vel Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii destitutus concelebrando cum Episcopo, ut moris est in ipsa Ordinatione, incurrat
27 simul suspensionem, & irregularitatem: Et re-
ceptior opinio est quod sola suspensione irretitus remaneat. Canones enim dum irregularitatis pœna percutiunt Clericum ministrantem in Ordine a quo est suspensus, loquuntur, & intelligi debent, de suspensione prius contracta, & de exercitio Ordinum subsequente, ex quo nempe ministret in actu distincto ab Ordinatione sua, & moraliter separabili ab Ordinis susceptione; At vero simultanea illa celebratio, quæ fit cum Episcopo Ordinatore, non est ministerium, seu exercitium Ordinis moraliter separabile ab ipsa ordinatione, sed juxta Ecclesiæ usum est Cæremonia inseparabiliter conjuncta cum ordinatione; & Missa tunc celebrata per ordinatum in Presbyterum, non habetur pro actu celebrationis ipsius Sacerdotis, sed pro actu ordinationis, unde non debet unus idemque actus duplici pœna suspensionis, & irregularitatis puniri, quemadmodum firmant *Pirbing. in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *sect.* 1. *numer.* 95. §. *Extendunt secundo*, *Eminentiss. Petr. tom.* 5. *pag.* 285. *numer.* 19. *Bellet. disquisit. Clerical. part.* 1. *de Disciplin. Eccles.* §. 5. *numer.* 67. *Pax Jordan. tom. lib.* 3. *tit.* 6. *numer.* 218. *Thesaur. de Pœn. cap.* 4. §. *Limita secundo*, *Clericat. Erotem. Ecclesiast. cap.* 28. *numer.* 25. *Coton. lib.* 3. *controvers.* 1. *cap.* 1. *numer.* 51. *Lauret. de Franch. Controv. inter Episcop. & Regular. part.* 1. *quæst.* 31. ibique late *Pasqualig. numer.* 335. *& seqq. Suarez. de Censur. disput.* 31. *sect.* 1. *numer.* 71. *& seqq. Barbos. ad Concil. cap.* 12. *sess.* 23. *num.* 7. *Dian. Oper. Moral. part.* 5. *tract.* 10. *resolut.* 34. *Engel. in Colleg. Jur. Canon. lib.* 1. *tit.* 14. §. 1. *num.* 10. ubi quod id insuper confirmat Ecclesiæ usus juxta quem prima Missa Presbyteri dicitur non illa, in qua ipse ordinatus est, & in qua principalis celebrans est Episcopus, sed quam deinde per se solus, & immediate celebrat, *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Ordo, vers. Ampliatio illa*, *Zypeus in Analys. Jur. Pontif. tit. de Ordin. num.* 8. Idem-
28 que dicendum de Ordinatis ante legitimam æta-
tem, vel sine Litteris Dimissoriis proprii Ordinarii ad Subdiaconatus, vel Diaconatus Ordines, & Episcopo ministrantibus, cantando Epistolam, vel Evangelium; non enim præter suspensionem a suorum Ordinum executione, Irregularitatem incurrunt, cum actus præfati, moraliter loquendo, non dicantur expleti post ordinationem, quæ durare censetur, quamdiu durat Missa, *Eminentiss. Petr. loc. cit. Pirbing. dict. sect. numer.* 95. *Thesaur. de Pœnis dict. cap.* 4. §. *An autem*, *Pasqualig. loco cit. numer.* 338. *Dian. dict. resolut.* 34.

Incurrerent tamen sic ordinati ante legitimam ætatem, vel sine Litteris Dimissoriis proprii Ordinarii pœnam etiam irregularitatis, si Episcopus
Ordinator ante Ordinationem Anathemate percu- 29
teret accedentes sine Canonicis requisitis ad Ordines recipiendos *Cap. Veniens*, *De eo, qui furtiv. Ordin. suscep. Suarez de Censur. disputat.* 42. *sect.* 3. *numer.* 5. *Majol. de Irregularit. lib.* 4. *cap.* 8. *Ugolin. eodem tract. cap.* 39. *numer.* 2. *Bonacin. tit.* 1. *de Irregularit. disput.* 7. *quæst.* 3. *punct.* 4. *numer.* 6. Quod tamen ita intelligendum est, si
excommunicatio fuerit latæ Sententiæ, secus si fe- 30
rendæ. Per Excommunicationem namque latæ Sententiæ, censura illico incurritur in accessu, & receptione Ordinis, unde Ordinatus cum censura, ministrare censetur consecrando cum Episcopo Ordinatore, vel canendo Epistolam, aut Evangelium in munere Diaconi, vel Subdiaconi. Et ita distinguunt *Abas in dict. Cap. Cum veniens numer.* 2. *&* 4. *Pax Jordan. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *numer.* 385. *Natal. Alexander. Theolog. Dogmat. tom.* 5. *lib.* 2. *de Sacr. Ordin. regul.* 25. *pag.* 580. *Thesaur. de Pœn. part.* 2. *verb. Ordo cap.* 7. *numer.* 1. *Hallier. de Sacr. Ordin. sect.* 2. *numer.* 8. *pag.* 147. *Eminentiss. Petr. tom.* 5. *pag.* 281. *n.* 20. *in fine.* Et hodie de stylo, omnes fere Episcopi
pœnam hanc latæ Sententiæ proferunt in acceden- 31
tes ad Ordinationem sine Canonicis requisitis, ut patet ex formula, quam ponit *Monacell. tom.* 2. *pag.* 70. ac de eodem stylo testatur *de Magistris in Sylv. Eccles. tom.* 2. *pag. mihi* 264. *numer.* 4. *Pirbing. in Jus Canon. lib.* 5. *tit.* 30. *numer.* 5. §. *Notandum quinto pag.* 350. *Eminentiss. Petr. tom.* 5. *pag.* 284. *n.* 12.

Verum & hæc Sententia suam patitur difficul-
tatem, quia secundum Canones ille fit irregularis, 32
qui censura ligatus exercet aliquem actum Ordinis, a quo est prohibitus, *Cap.* 1. *de Sentent. & re judic. in* 6. *cap.* 1. *de Sentent. Excommunic. in* 6. Qui autem Ordinem suscipit, etsi post Excommunicationem ab Episcopo Ordinatore latam contra accedentes sine Canonicis requisitis ad Ordines, non exercet actum Ordinis, ergo non fit irregularis, ut post *Covarr. in Cap. Alma part.* 1. §. 6. *numer.* 6. bene *Pirbing. in Jus Canon. lib.* 5. *tit.* 30. *numer.* 3. §. *Notandum secundo.* Accedit quod
plus operari nequit Excommunicatio latæ Senten- 33
tiæ per Episcopum comminata in accedentes ad Ordines ante legitimam ætatem, vel sine Canonicis requisitis, quam operatur suspensio ipso jure a Piana Constitutione inflicta adversus eosdem, cum & suspensio, censura Canonica sit, & qui-
dem de gravioribus. Unde si, ut mox diximus, 34
ad Sacros Ordines promoti, vel ante legitimam ætatem, vel sine Litteris Dimissoriis proprii Ordinarii, concelebrando cum Episcopo, vel eidem ministrando, etsi jam suspensione irretiti vigore Pianæ Constitutionis, irregularitatem non incurrunt, ex quo nempe non ministrant in actu distincto ab Ordinatione, & moraliter separabili ab Ordinis susceptione; nec pariter, ex eadem ratione, irregularitatis pœnæ subjacere debent, qui dictis requisitis destituti, ad Ordinationem accedunt post latam in eos ab Episcopo excommunicationis Sententiam, ad *Text. in leg. Illud ff. ad Leg. Aquil. leg. Illud Cod. de Sacrosanct. Eccles. leg. Item veniunt* §. *Ait Senatus ff. de Petit. hæredit.*

Ceterum ad evitandam suspensionem ab exercitio Ordinum susceptorum inflictam adversus eos, qui, vel ante legitimam ætatem, vel sine Litteris Dimissoriis proprii Ordinarii ad Sacros Ordines se promoveri curarunt, & consequenter pœnam irregulari-

gularitatis, si in ipsis ministraverint, sufficit, quod 35 aliqualis concurrat justa, & verosimilis facti, aut juris ignorantia, quia nempe crediderint testimonio Parentum se esse in legitima ætate constitutos; præsumitur enim Parentes veram notitiam ætatis filiorum habere, *leg. De tutela, ubi gloss. verb. Ignatum* 36 *C. De in integr. rest. Minor.* aut quia existimarunt esse vere Subditos Episcopi, a quo Ordines susceperunt: hoc enim casu quemadmodum Ordinati excusantur a culpa, ita etiam a pœna suspensionis, & irregularitatis excusari debent, *Fagnan. in Cap. Non est compos n. 15. de Tempor. Ordin. Pirhing. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11. n. 69. §. Notandum quinto, & n. 106. §. Jure vero, Engel: in Colleg. Jur. Canon. lib. 1. tit. 14. §. 1. n. 8. Eminentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom. 5. pag. 383. n. 9. Barbos. allegat. 16. n. 17. & seqq. Cotan. lib. 3. controv. 1. cap. 1. n. 53. Clericat. Frotemat. Ecclesi. cap. 128. n. 26. Hallier. de Sacr. Elect. & Ordinat. part. 2. sect. 5. cap. 3. artic. 6. §. 6. Laurel. de Franchis Controvers. inter Episcop. & Regul. part. 1. quæst. 33. ibique Pasqualig. Lamperez in Comment. in Constitution. Speculatores part. 48. n. 456. pag. mihi 260. Moren. in Comment. in eandem Constitut. quæst. 2. rubr. 2. per tot. Rot. in Pennen. Beneficii 25. Junii 1725. §. Præsertim, coram bon. mem. Gentilutio.* Et quoad Ordinatos ab alieno Episcopo bona fide sine Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii, plures resolvit Sac. Congregatio Concilii præsertim in *Firmana, seu Lauretana Ordinationis 14. Novembr. 1705. & in Caputaquen. Jurisdictionis 17. Decembris 1712. & in Pientina, seu Ilcinen. Ordinationis 8. Augusti 1732. ad 4.*

Quinimo cum *Piana* Constitutio quoad Irregularitatis pœnam incurrendam ab iis, qui promoti contra legem in ea præscriptam, in Sacris Ordinibus ministraverint, utatur verbo *præsumserit*, ibi -- 37 *Et si hujusmodi suspensione durante in iisdem Ordinibus ministrare præsumserint eo ipso irregularitatem incurrant* -- quo verbo non utitur in priori parte, in qua suspensionis pœnam infligit, hinc communis invaluit opinio, quod ad effectum incurrendi præfatam irregularitatem, requiratur contemtus, dolus, & fraus, aut ignorantia crassa, & supina, quæ dolo æquiparetur, *Fagnan. in dicta Cap. Vel non est compos num. 15. Eminentiss. Petr. tom. 5. dict. pag. 283. sub n. 9. Zypeus in Analys. Jur. Pontific. tit. de Ordinand. n. 8. Rot. decis. 200. n. 2. part. 2. Recent.*

Sed nedum Ordinati *extra tempora* a jure præscripta, vel ante legitimam ætatem, aut absque Litteris Dimissorialibus proprii Ordinarii recensitas 38 pœnas incurrunt, verum & Episcopi, qui eos ordinarunt, suas quoque pœnas luere tenentur. Quamvis enim ex laudata Constitutione Sixti V. quæ incipit *Sanctum, & Salutare*, Episcopis præfatis quamplutimæ inflictæ fuerint censuræ latæ Sententiæ soli Pontifici reservatæ; nihilominus cum præfata Constitutio, ut pluries diximus, redacta sit per alteram Clementis VIII. Constitutionem ad terminos juris communis, Constitutionis *Pianæ*, & Sacri Concilii Tridentini, hinc videndum, qua pœna per leges præfatas in mox recensitis casibus plectatur Episcopus Ordinator.

39 Et quidem in Constitutione *Piana* nulla legitur inflicta pœna adversus Episcopum, qui *extra tempora* a jure statuta, Sacros Ordines conferat. Concilium vero Tridentinum, nec aliquid circa hoc disponit, nam pœna annalis suspensionis Episcopo inflicta *Sess. 23. cap. 8. de Reformat.* refertur ad eum, qui sine testimonio proprii Ordinarii alicui Ordines confert, non autem ad promoventem *extra tempora*, ut observat *Fermosin. cap. 8. quæst. 1. n. 8. & 9. de Tempor. Ordinat. Barbos. de Potest. Episcop. allegat. 15. n. 9. Ricc. decis. 93. n. 9. Bonacin. de Censur. disput. 3. quæst. 6. punct. 5. n. 5. Eminentiss. Petr. in Constitut. Apostolic. tom. 5. pag. 287. n. 32.* At vero de jure communi, licet Epi- 40 scopus præfatus nullam censuram, seu pœnam ipso facto incurrat, est tamen suspendendus a potestate Ordines conferendi, *Cap. Cum quidam, & ibi gloss. verb. Canonica, Cap. Sane super eo, de Tempor. Ordinat. Barbos. de Potestat. Episcop. alleg. 17. numer. 9. Pirhing. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11. sect. 1. numer. 106. Thesaur. de Pœnis verb. Ordo cap. 14. numer. 4. Ricc. decis. 93. sub n. 9. Pax Jordan tom. 1. lib. 3. tit. 6. num. 403. Eminentiss. Petr. tom. 5. pag. 287. n. 32.*

Nullam itidem pœnam *Piana* Constitutio, & 41 Concilium Tridentinum infligunt Episcopo, qui legitima ætate destitutos ad Sacros Ordines promovet; sed licet jure communi inspecto, suspensionem latæ Sententiæ non incurrat, suspendendus tamen erit *a collatione Ordinum*, ut scilicet in eo 42 puniatur, in quo peccavit, *Cap. Vel non est compos, de Tempor. Ordinat.* Et quamvis in casu dicti *Canonis* Episcopus non peccaverit, nisi in collatione unius Ordinis, nempe *Diaconatus*, ad quem promovit Puerum annorum tredecim, nihilominus plectitur pœna suspensionis a collatione omnium Ordinum tum propter gravitatem excessus, tum, ut ceteri a similibus deterreantur, *Thesaur. de Pœn. verb. Ordo cap. 1. n. 5. §. De jure, Majol. de Irregularit. lib. 1. cap. 30. n. 9. Eminentiss. Petr. tom. 5. pag. 287. n. 32. Pirhing. in Jus Canon. dict. sect. 1. n. 93. Fagnan. in Cap. Vel non est n. 4. & seqq.* qui etiam late examinant, an Episcopus a collatione 43 Ordinum, sic ut supra suspensus, si Missam celebret, aut Ordines etiam minores, & primam Tonsuram conferat, fiat irregularis.

Episcopus tamen, qui primam Tonsuram confert Laico ante legitimam ætatem, idest ante sep- 44 tennium completum, incurrit ipso jure suspensionem per annum a collatione ejusdem Tonsuræ, *Cap. final. de Tempor. Ordinat. in 6. Thesaur. de Pœnis verb. Ordo cap. 1. n. 5. Suarez de Censur. disput. 31. sect. 5. n. 3. Campanil. in divers. Jur. Canon. rubr. 7. cap. 4. n. 2. Pirhing. dict. sect. 1. n. 49.* ubi assignat rationem, ob quam laudati Canonis dispositio non afficiat Episcopum conferentem minores, aut majores Ordines non habentibus ætatem legitimam.

Et demum Episcopus, qui alienos Subditos sine 45 proprii Ordinarii licentia ad Ordines promovet, de jure antiquo suspensus erat per annum a celebratione Missæ, *Can. Episcopus in Diœcesi 7. quæstion. 1.* At *Gregorius X.* in generali Concilio Lugdunensi relato *in Cap. Eos, qui 2. de Tempor. Ordinat. in 6.* statuit, Episcopum, qui Clericum alienum absque ejus superioris licentia scienter, seu affectata ignorantia, vel quocumque alio figmento quæsito, præsumserit ordinare, per annum a collatione Ordinum esse suspensum. Et hanc pœnam innovavit Concilium Tridentinum *Sess. 23. cap. 8.* eique inhærendo fa. me. *Innocentius XII.* in sua celebri Constitutione, quæ incipit *Speculatores Domus Israel.*

Modo agendum superest, an possit Episcopus proprios Subditos male promotos, vel *extra tem-* 46 *pora* a jure statuta, vel ante legitimam ætatem, vel absque suis Litteris Dimissorialibus, absolvere, seu po-

tius absolutio obtinenda sit a Pootifice? Et quidem
si sgatur de absolutione sb irregularitate incursa
a sic male promotis, quia oempe in susceptis Or-
dinibus ministraverint, nulla adest ambigendi ra-
tio, quod ea a solo Pontifice obtinends sit, cum
47 Episcopi facultate dispensandi super irregularitate
noo gaudeant *Cap. 1. de Sentent. & Re judicat. in 6.
Cap. 1. de excommunicat. in 6. Fagnan. in Cap. Si
quis Presbyter n. 9. de Cleric. Excommun. Emi-
nentiss. Petr. in Constit. Apostol. tom. 5. pag. 287.
n. 28. Campanil. in Diverf. Jur. Canon. rubr. 7.
cap. 5. numer. 2. Ventrigl. in Prax. part. 1. adno-
tat. 44. numer. 21. Pirhing. in Jus Canon. libr. 5.
tit. 27. de Cleric. Excommunicat. §. 6. n. 44. versic.
Porro, Navarr. in Manual. cap. 27. n. 245. Ma-
jol. de Irregularit. lib. 1. cap. 30. n. 9. Sylvester
verb. Irregularitas num. 12. versic. Hodie autem.*
Dummodo irregularitas non sit occulta, cum cete-
roquin liceat Episcopis in irregularitatibus omni-
bus, & suspeosionibus ex delicto occulro prove-
nientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio
voluntario, dispensare, ut sancivit Concilium Tri-
dentinum *Sess. 24. de Reformat. cap. 6.*

Versatur igitur quæstio super dispensatione ab
48 incursa per sic male Ordinatos ipso jure suspensio-
ne vigore *Piana* Constitutionis. Jus commune re-
latum in *Can. Lugdunensis IX. quæst. 2.* favet Epi-
scopo pro validitate absolutionis eorum, qui male
ordinati sunt, ex quo ibi definitum est, Episco-
pum, vel alium Superiorem posse proprios Cleri-
cos ab alienis Episcopis sine Literis Dimissoriali-
bus ordinatos, ad suos gradus recipere, & ut mi-
nistrent in susceptis, tolerare, proot notarunt ibi
communiter scribentes, & præsertim *Archidiaco-
nus n. 2.* qui addit *Papam super hoc perperam fuis-
se consultum, & ex mera simplicitate Archiepiscopi
Lugdunensis, cum jam adesset certa juris definitio,
quod Episcopus ante præfati Canonis editionem po-
terat absolvere suos Subditos ab alieno Episcopo sine
Dimissorialibus ordinatos, & dispensare, quod pos-
49 sent in susceptis Ordinibus ministrare.* Eodemque
jure communi inspecto, Episcopus similem abso-
lutionem impertiri potest Clericis Sac. Ordinibus
extra tempora ab alienis Episcopis insignitis, *Cap.
50 Consultationi, de Tempor. Ordinat.* Quemadmo-
dum & illos absolvere, qui per saltum promoti sunt
51 *Cap. Unic. de Cleric. per salt. promot.* aut qui Ordi-
nes ab Episcopo Excommunicato receperunt, *Cap.
final. de Ordin. ab Episcop. qui renunc. Episcop.*

Sed contrarium, quod hujusmodi absolutio sit
Pontifici reservata, decernitur in *Cap. Cum quidam,
de Tempor. Ordin.* ubi Pontifex sibi reservat Gra-
52 tiam absolutionis illorum Clericorum, qui *extra
tempora* a jure statuta ad Ordines Sacros promoti
fuerunt, & in *Cap. 1. de Tempor. Ordinat. in 6.*
53 in quo Canone sancitur, absolutionem Clerici Ul-
tramontani ab Italo Episcopo, sine proprii Ordi-
narii, aut Sedis Apostolicæ licentia, ordinati, ad
Pontificem spectare. Idque etiam statutum legitur
a Concilio *Londinensi* celebrato anno 1138. io quo
reservata fuit soli Romano Pontifici absolutio Cle-
ricorum, qui sine proprii Episcopi Dimissoriis a
quopiam alio Episcopo ordinari præsumserint. Re-
fert verba Concilii, *Thomassin. tom. 2. lib. 1. cap. 7.
n. 2. in fine.*

Verum pro dictis juribus conciliandis, recepta
invaluit distinctio, videlicet, quod aut Episcopi in
54 ordinatione suorum Subditorum peccarunt, & hoc
casu absolutio a suspensione indulgenda erit a Pon-
tifice, ut in citato *Cap. Cum quidam,* ubi ideo Pa-
pa sibi absolutionem reservavit, quia proprius E-
piscopus peccaverat Ordines conferendo *extra tem-
pora*, ut aperte inouit ejusdem Decretalis tenor,
dum *Urbanus III.* consultus ab Archiepiscopo Pisa-
no, quid statuere deberet de Episcopo Suffraga-
neo, qui die, qua non debuit, Ordinationem cele-
bravit, & de Clericis, qui Ordines susceperant;
respondit, Episcopum canonica disciplina corrigen-
dum, & Ordinatos a susceptis Ordinibus reddi de-
bere expertes, donec Gratiam absolutionis apud
Sedem Apostolicam consequerentur. Et licet in
Cap. 1. de Tempor. Ordinat. in 6. absolutio Clerici
Ultramontani ab Italo Episcopo sine proprii Ordi-
narii, aut Sedis Apostolicæ licentia promoti, re-
servata legatur Pontifici, hoc tamen fuit jus singu-
lare rigorose inductum propter similium excessuum
frequentiam, ut communiter ajunt Canonistæ ibi-
dem. Quodque dispositio laudati *Textus* tanquam
valde exorbitans, non procedat in Italo ab Ultra-
montano Ordinato, quem potest Episcopus Italus
absolvere, non impetrata Sedis Apostolicæ licen-
tia, post *Gloss. ibidem in verb. Italia*, adnotarunt
*Geminian. n. 6. Joannes Andr. in princip. Monach.
n. 3.* ceterique Repetentes.

Aut Episcopi in ordinatione Subditorum non
deliquerunt, sed soli Subditi, spretis suis Superio- 55
tibus, ab alienis Episcopis sine Literis Dimissoriis,
sive *extra tempora* Ordines suscipiendo, pecca-
runt, & tunc proprii Ordinarii possunt eos a sus-
pensione absolvere, & ut ministrent in Ordinibus
susceptis tolerare, ut in laudato *Canon. Lugdunen-
sis IX. quæst. 2.* ubi Archiepiscopo Lugdunensi quæ-
reoti a Pontifice de suis Clericis ab alieno Episco-
po ordinatis, in quorum ordioatione sine sui licen-
tia facta, ipse non peccaverat, Pontifex respondit,
eos absolvere sibi licuisse: & in *dict. Cap. Consul-
tationi Tua* Gregorius IX. interrogatus ab Archie-
piscopo *Baren.* de suis Clericis qui *extra tempora*
a jure statuta Sacros Ordines ab alieno Episcopo
receperant, respondit, quod sustinere poterat, *ut
in susceptis ministrarent.* Ex quibus plane deduci-
tur, quod de jure dictis Archiepiscopis licebat ex
sua ordinaria potestate sic ordinatos absolvere, quia
si non potuissent, utique Summi Pontifices, in quo-
rum pectore sunt omnia jura Canonica *leg. Om-
nium Cod. de Testam.* non respondissent licuisse
eisdem cum talibus Clericis dispensare, ut in sus-
ceptis Ordinibus ministrarent, cum jam per *Urba-
num III.* qui vixerat ante Gregorium IX. condito-
rem dicti *Cap. Consultationi Tua*, similis dispensa-
tio, quando proprius Episcopus in confereodo Or-
dines deliquit, fuerat Sedi Apostolicæ reservata in
laudato *Cap. Cum quidam, de Tempor. Ordinat.*

Et ita conciliando mox recensita jura distinguunt 56
*Hostiens. in dict. Cap. Cum quidam n. 2. de Tempor.
Ordinat. & in Cap. Consultationi numer. 1. & seqq.
ubi Panormitan. num. 5. Butr. n. 7. Zabarell. n. 2.
Anchar. in fine, Bellamer. versic. Dicit etiam
Abas numer. 5. & 7. Pirhing. in Jus Canon. libr. 1.
tit. 11. section. 1. n. 197. per tot. Suarez. de Censur.
disput. 31. sect. 1. num. 32. Salzed. ad Diaz. pract.
Criminal. 26. lit. O. Ventrigl. in Prax. part. 1. ad-
not. 44. §. Unic. numer. 20. Eminentiss. Petr. tom. 5.
pag. 286. sub n. 21. Thesaur. de Pœnis verb. Ordo
cap. 14. n. 1.*

Ratio autem prædictorum est, quia justum oon
videtur, quod Episcopi, qui jure suæ ordinariæ Ju- 57
risdictionis facultatem habent dispensandi cum suis
Subditis male ordinatis *dict. Cap. Lugdunensis IX.
quæst. 2. Cap. Consultationi, ibique gloss. de Tempor.*
Ordi-

Ordinat. Cap. final. de Ordinat. ab eo, qui renunc. Episcop. facultate prædicta privari debeant sine causa, & delicto. At vero quando iidem Episcopi excedunt contra Sacrorum Canonum dispositionem, omnis ratio suadet, ut potestas eisdem a jure impertita, per Summum Pontificem adimatur, tum quia puniri debent in eo, in quo peccarunt *Cap. Literas, de Tempor. Ordinat.* Tum quia ratio naturalis non patitur, ut Episcopi, qui delinquunt, Judices sint suæ inordinatæ Ordinationis, ad *Text. in Can. inter Quærelas 23. quæst. 4. & leg. Unic. Cod. Ne quis in sua Causa*, bene *Suarez de Censur. dict. disputat. 31. sect. 1. n. 32.*

Atque ad hanc distinctionem respexit Concilium
58 Tridentinum, dum in casibus, in quibus Episcopi in conferendo Ordines peccarunt, tunc abstulit eis facultatem dispensandi cum male Ordinatis; quando vero peccarunt Subditi inconsulto Episcopo, tunc dispensandi, absolvendique potestatem, quam de jure habebat, eidem Ordinario confirmavit. Siquidem *Sess. 23. cap. 8. de Reformat.* statuit, quod promotus sine Dimissoriis proprii Ordinarii *a susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus*, & iisdem verbis usus fuit sa. me. *Innocentius XII.* in sua Constitutione *Speculatores Domus Israel §. Ita vero.*
59 Quemadmodum etiam *Sess. 14. cap. 2. de Reformat.* decrevit, Ordinatos ab Episcopis Titularibus absque proprii Ordinarii licentia, tamdiu remanere suspensos, quamdiu eidem Ordinario expedire videbitur. In utroque enim casu nullum in propriis Ordinariis considerari potest peccatum, unde eis auferenda non erat dispensandi potestas, quæ transit etiam in Successores, si ipsi obierint, ut pluries ad tramites tum Conciliaris, tum *Innocentianæ* Constitutionis respondit Sacra Congregatio ejusdem Concilii præsertim *in Baren. Diaconatus 5. Aprilis 1698. in Casertana Ordinationis 14. Maii 1699. & in Laqnedonien. 16. Novembris 1709. ad 11.* & firmant communiter *Barbos. ad Concil. dict. sess. 23. cap. 8. n. 38. Eminentiss. Petr. tom. 5. pag. 287. n. 26. Marcell. Vulp. in Prax. Judicial. For. Eccles. cap. 8. numer. 1. Majol. de Irregularit. lib. 4. cap. 5. Lamperez in Constitut. Speculatores part. 48. num. 455. Moren. in eamdem Constitut. quæst. 6. dub. 3. num. 399. Ciarlin. Controv. forens. lib. 1. cap. 46. numer. 27.* E contra vero *Sess. 7. cap. 10. de Reform.*
60 ubi prohibetur Vicarius Capitularis concedere Dimissorias intra annum Sedis Episcopalis vacantis suis Subditis aliquo Beneficio non arctatis, si contravenìat, Ordinatorum absolutionem beneplacito futuri Episcopi reservavit, idque non alia ratione, nisi quia Vicarius Capitularis peccavit concedendo Dimissorias contra dicti Canonis dispositionem.

Sed non inelegans quæstio est, an Vicarius Ca-
61 pitularis absolvere possit ab incursa suspensione proprios Subditos ordinatos sine suis Litteris Dimissorialibus, vel intra annum vacationis Sedis Episcopalis, si arctati erant, vel post annum, si arctati non erant? Et quid dicendum, si Ordinatio sequuta fuerit intra annum vacationis Sedis Episcopalis vigore Brevium Apostolicorum *extra tempora*, sed absque Litteris Dimissorialibus Episcopi vicinioris?

Quod attinet ad primum casum, Negativam il-
62 lius resolutionem suadere videtur ratio, quod facultas absolvendi male promotos tributa fuit Episcopis per Concilium Tridentinum jure speciali, & delegato. Ergo transire non potest in Vicarium Capitularem, qui licet Sede vacante succedat in
omnimodam Jurisdictionem ordinariam Episcopi 63
defuncti, nullatenus tamen succedit in delegatam, ut communiter firmant Doctores in *Cap. Cum te*, ubi *Felin. numer. 17. de Rescript. in Cap. Cum olim, Majorit. & obedient. & in Cap. verum numer. 17. de For. compet. Abas in Cap. Quoniam n. 15. de Offic. Delegat. Roman. consil. 56.* ubi *Mandos. in addit. numer. 14. Gutierez Canon. quæstion. lib. 1. cap. 3. numer. 10. Panvin. de Potest. Capitul. Sede vacant. part. 1. cap. 3. numer 3. Peregrin. in Prax. Vicar. part. 1. sect. 8. subsect. 2. n. 1. & 37. Rot.
decis. 81. num. 2. cor. Molines*, & hac ratione Vi- 64
carium Capitularem non succedere in facultatem, quæ a Sede Apostolica impertita fuerat defuncto Episcopo dispensandi in gradibus prohibitis, aut super defectu Natalium, respondit Sacra Congregatio Concilii in *Mexicana 28. Januarii 1708. ad 1. & 2.*

Accedit, quod absolvere male promotos competit Episcopis ratione Ordinis, & muneris Episcopalis, hoc enim jure ad ipsos solos pertinet Clericos suos ordinare, *Cap. A qua, de Consecrat.* ratione vero Dignitatis, concedere Dimissorias, unde sequitur, quod absolutio præfata impertiri non possit a Vicario Capitulari, qui nunquam suc-
cedit in his, quæ spectant ad Episcopum ratione 65
muneris Episcopalis, ad *Text. in Cap. Obitum, & Cap. Catinensis 61. distinct. Innocen. in cap. His, quæ de Majorit. & Obedient. numer. 2. ibique Fagnan. numer. 64.* cum aliis relatis per *Rot. in Corduben. Jurisdictionis super Reservatis 23. Junii 1687. §. Quandoquidem, coram Hervault, & 7. Maii 1688. §. Haud dissimili, cor. clar. me. Card. Caccia.*

Sed his non obstantibus, contrarium existimo de jure verius. Ut enim ostendimus supra, facul-
tas absolvendi, & dispensandi cum Subdito male 66
ab alieno Episcopo ad Ordines promoto, tam de jure communi, quam ex Concilio Tridentino spectat ad primum Ordinarium, unde competere quoque debet Vicario Capitulari. Et ratio est, quia
dispensatio, seu absolutio est actus jurisdictionis 67
Cap. Unic. de Major. & Obedient. in 6. ibique antiquioribus Canonistis relatis, *Passerin. n. 4. Panv. de Potest. Episcop. Sede vacant. quæst. 5. primæ partis principal. numer. 2. Hojed. de Incompatibilit. part. 2. cap. 2. n. 31.* In jure autem cautum est, Capitulum, seu Vicarium ab eo electum Sede va-
cante succedere in omnimodam Episcopi jurisdi- 68
ctionem *Cap. Cum olim, ubi gloss. verb. Capitulum, de Major. & Obed. Cap. Ad absolvendum, de Hæretic. Cap. Penultim. & Cap. final. de Supplen. ne-
glegent. Prælat.* Ergo quemadmodum Episcopus 69
vivens potest cum suis Subditis absque ejus Litteris Dimissorialibus male ordinatis, dispensare, ita pari ratione hac potiri debet dispensandi facultate Vi-
carius Capitularis, ad quem spectat administratio 70
in spiritualibus, Sede Episcopali vacante, ut expresse sancitur in *Cap. Unic. de Major. & Obedient. in 6.*

Idque facilius locum sibi vindicat inspecto jure novissimo sæpe laudatæ Extravag. Pii II. & Concilii Tridentini, ad cujus tramites Clericis male Ordinatis suspensio imposita est per viam veræ censu-
ræ, non autem simplicis excessus, & peccati, *Fa- 71
gnan. in Cap. Vel non est compos n. 31. de Tempor. Ordinat. Navarr. in Manual. cap. 27. numer. 155. Suarez de Censur. disputat. 31. de Suspens. Jur. lat. sect. 1. suspens. 2. n. 14. versic. Tamen. de jure*

 novo.

novo. Unde quemadmodum absolutio ab hujus-
modi suspensione spectaret ad Episcopum si vive-
72 ret, ita pertinet ad Vicarium Capitularem, quem
certum est absolvere posse a qualibet censura, sive
a jure, sive ab homine lata, super qua poterat E-
piscopus, si viveret, absolutionis gratiam elargiri,
dict. Cap. Unic. de Major. & Obedient. in 6. ibi --
*Episcopal. Sede vacante potest Capitulum, seu is,
ad quem Episcopalis Jurisdictio tunc temporis nos-
citur, pertinere, iis, quibus posset Episcopus si vi-
veret ab excommunicationis Sententia, sive juris,
sive hominis fuerit, absolutionis beneficium imper-
tiri, nisi et fuerit a Sede Apostolica specialiter in-
terdicta, potestas*, ibique *Gloss. verb. Is ad quem*,
ait Electum a Capitulo, qualis est Vicarius Capitu-
laris, habere hanc facultatem absolvendi a Censuris;
& in *Cap. final. §. fin. verb. Ad alios, de Supplen.
Neglig. Prælat.* quam *Gloss.* sequuntur præ ceteris
*Panormit. Cap. His quæ n. 3. de Major. & Obed. &
cap. 2. n. final. Ne Sede vacant. Joann. Andr. dict.
Cap. Unic. num. 2. Geminian. n. 4. Passerin. n. 5.*

Et ita in specie, quod Capitulum Sede vacante,
sive ab eo electus Vicarius Capitularis dispensare
valeat cum male ordinatis, quemadmodum poterat
73 Episcopus si in humanis degeret, firmant commu-
niter Canunistæ, & præsertim *Joan. Andr. in dict.
cap. unic. n. 1. vers. An faciat*, ubi proponendo
quæstionem, an Capitulum Sede vacante dispen-
sare valeat in omnibus casibus, in quibus posset vi-
vens Episcopus dispensare, se remittit ad *Specula-
torem in titul. de Dispensat. §. Nunc de Episcopo-
rum*, ubi *n. 1. vers. Tertius casus est*, refert, quod
Episcopus dispensat cum male ordinatis, *Imol. in
eod. cap. unic. numer.* 3. ubi definivit posse Capi-
tulum, sive illius electum Vicarium dispensare in
omnibus casibus, in quibus poterat Episcopus vi-
vens, recensitis a *Speculat. loco cit. Franch. ibi-
dem n. 6. vers. Septimo quero*, & plenius in *cap.
Si Clericus n. 3. de Adulter. Gemin. in eod. cap.
unic. num. 4. in fine. Abas in cap. Cum olim n. 2. de
Major. & Obed. Dec. in cap. At si Clerici, §. de
Adulteriis n. 150. de Judic. & ibi Hyppolit. Mar-
sil. numer. 121. Zabarell. in cap. Illa n. 8. Ne Sed.
vac. & cons. 31. n. 8. vers. Ad secundum, Selva
de Benef. pars. 2. quæst. 11. numer. 1. versic. Pro
ista parte, Panvin. de Potest. Capitul. Sede vacant.
quæst. 5. primæ partis principal. n. 2.*

Hinc non subsistit, quod facultas absolvendi
male promotos ad Ordines competat Episcopis jure
speciali, & delegato, in quod Sede vacante non
succedit Vicarius Capitularis; Contrarium enim
quod hujusmodi facultate potiantur Episcopi jure
74 proprio, & nativo, evincitur tum ex jure commu-
ni, quemadmodum expresse sancitur in *cap. Lugdu-
nensis 9. quæst. 2.* ibi -- *poteris tolerare, ut in suscep-
tis ministrent*, & ibi notant fere omnes Canoni-
stæ; idque adeo est evidens, ut *Archidiaconus* ibi-
dem *n. 2.* dixerit, quod Archiepiscopus *Lugdu-
nensis* ex mera simplicitate consuluerat Pontificem,
cum ceteroquin hoc erat de jure clarum. Præter-
ea *Gloss. in Cap. Consultationi, de Tempor. Ordi-
nat.* verb. *Poteris* firmat, Episcopum jure ordina-
rio absolvere posse taliter suspensos, & assignat ra-
tionem, quod Papa ibi nullam dat facultatem ab-
solvendi, sed respondet ad consultationem, & de-
clarat quod est de jure, ut patet ex verbis Glossæ,
ibi -- *Sed videtur, quod suo Jure hoc facere pos-
sunt, quia hic Papa respondet ad Consultationem;
vel dic, quod bene potest Episcopus cum talibus di-
spensare, cum hic respondeat de jure.*

Tum ex verbis Concilii Tridentini *Sess. 23.
cap. 8. & Sess. 14. cap. 2. de Reform.* ibi -- *Ordi-* 75
*natos vero, tamdiu remanere suspensos, quamdiu
proprio Ordinario videbitur expedire.* Verba au-
tem ista *proprio Ordinario* repugnant utique Dele-
gato, qui non est Ordinarius proprius, neque ul-
lam habet nativam jurisdictionem, sed solummo-
do mandatam. Cum ergo Concilium utatur ver-
bis *Ordinario proprio*, quæ important jus nativum
Ordinarii, non est a propria eorumdem verborum
significatione recedendum, *leg. non aliter ff. de Le-* 76
gat. 3. leg. Plautius ff. de Argent. & Aur. legat.
Et multo magis, quia Concilium quando imperti-
ri voluit Episcopis auctoritatem aliquam delega-
tam, eam expressit, ut in *cap. 3. Sess. 6. cap. 8.
Sess. 7. cap. 4. Sess. 14. & cap. 8. Sess. 22. de Refor-
mat.* & alibi passim, ex quo satis pronum est con-
jicere, quod quando non exprimit delegatam, illam
recognoscit uti ordinariam, ad regulam *text. in leg.
Prætor ff. de Judic.* bene *Rot. dec. 769. numer. 41.
cor. Molines.*

Minusque subsistit, quod facultas absolvendi ma-
le promotos competat Episcopo ratione Ordinis,
& muneris Episcopalis. Ut enim supra ostendi- 77
mus, absolvere, & dispensare cum male ordinatis
est de lege Jurisdictionis, quæ Sede vacante transit
in Vicarium Capitularem, *cap. unic. de Major. &
Obed. in 6.* Et potestas Ordinis quoad censuras fe-
rendas, neque sufficiens est, neque necessaria, ut
advertit *Suarez de Censur. disput. 2. sect. 2. n. 6.*

Ultraquamquod Vicarius a Capitulo Sede va-
cante electus succedit Episcopo etiam in dependen- 78
tibus, vel connexis cum Ordine, dum potest alte-
ri committere exeqtienda ea, quæ sunt Ordinis, ex
quo habet liberam in spiritualibus administratio-
nem, *Cap. 3. de Supplen. Neglig. Prælat. cap. unic.
de Major. & Obed. in 6. Gloss. in cap. His quæ,
verb. Pro bono pacis de Major. & Obedient. & in
cap. Dilectus verb. de Lege Jurisdict. de Offic. Or-
din. Franch. in cap. ult. n. 9. de Major. & Obed.* ubi
cum *Innocentio* respondendo contrariis, declarat
text. in cap. A qua de Consecrat. qui licet dicat,
quod Ordinum collatio, Virginum, atque Ec- 79
clesissum consecratio sit Ordinis Episcopalis, ni-
hilominus, ut ipse ait, textus ille intelligi debet
*quoad effectus istorum Sacramentorum, quia non
possunt conferri, nisi per Episcopum, sed quatenus
potestas conferendi, & consecrandi applicatur Per-
sonæ, est Jurisdictionis, quia non possunt confer-
ri, nisi Personis, & locis de Jurisdictione Epi-
scopi, & Subditi ab eo recipere tenentur.* Et post-
ea subjungit, *propter hoc videri, quod cum Ca-
pitulum succedat in jurisdictione Episcopi, quod
possit committere ista Sacramentalia, & ea, quæ* 80
*sunt Ordinis, sicuti Episcopus poterat; & in dict.
cap. A qua, de Consecrat. cum Capitulum habeat
liberam administrationem spiritualium, ut in dict.
cap. 3. de Supplen. Neglig. Prælat.* & addit, *pro
hac parte facere Gloss. final in dicto cap. his, quæ
de Major. & Obedient.* dicentem, *quod Capitulum
succedit in iis, quæ sunt Jurisdictionis, & Ordinis,
& ea, quæ sunt Jurisdictionis possit exercere per
se, & per alium non Episcopum, sed ea, quæ sunt
Ordinis debet exercere per alium Episcopum;* &
tandem concludit, *quod quantum ad facultatem
committendi Ordinationem suorum Subditorum, hoc
est indubitatum, cap. Cum nullus §. Episcopo de
Tempor. Ordinat. in 6.* Hæc ibi. Et ante eum *Ar-
chidiacon. in Canon. Pontifices 7. quæst. 1. Pan-
vin. de Offic. & Potest. Capitul. Sed. vacante
quæst. 1.*

quæſt. 1. *part. prim. princip. numer.* 2. 3. & 4. cum
ibi relatis.
Hæc quoad primum caſum. Sed major adeſt dif-
ficultas reſpectu ſecundi, an ſcilicet Vicarius Ca-
pitularis abſolvere poſſit Clericos ordinatos intra
81 annum vacationis Sedis Epiſcopalis vigore *Bre-
vium extra tempora*, ſed abſque Litteris Dimiſſo-
rialibus Epiſcopi vicinioris, ſeu potius abſolutio
hæc ſpectet ad Epiſcopum ipſum viciniorem.
Quæſtionem hanc contra Vicarium decidere vi-
detur Doctrina *Archidiaconi in Cap. Eos n.*3. *de
Tempor. Ordinat. in* 6. quam ſequuntur ibidem,
communiter Canoniſtæ firmantes, male ordinatos,
in iis caſibus a proprio Ordinario abſolvi poſſe,
in quibus exequutionem Ordinum recepiſſent, ſi
ejuſdem licentia interceſſiſſet, & in quibus ex de-
fectu licentiæ Ordioarii, impediretur Ordinum ſu-
ſceptorum exequutio, *Cap. Lugdunenſis* 9. *quæſt.* 2.
In aliis vero caſibus, in quibus ſuſpenſio incurritur
ex alia cauſa, quam ex defectu licentiæ proprii
Ordinarii, itaut, etiamſi licentia interveniſſet, ad-
huc ordinatus Ordinum exequutionem minime ha-
buiſſet, tunc abſolutio, & diſpenſatio remanet
Summo Pontifici reſervata. Verba autem *Archi-
diaconi* loco citato hæc ſunt *Id autem, quod dixi
ſupra, quod ſui Epiſcopi cum talibus debent diſpen-
ſare, videtur contra cap. Dilectus, cap. cum qui-
dam, & cap. Litteras de Tempor. Ordinat. Dic quod
per proprium Epiſcopum diſpenſantur in caſibus il-
lis, in quibus recepiſſent executionem, ſi manda-
tum ſuum ab initio interveniſſet, puta quando ordi-
nantur ſine ſua licentia, vel mandata, ut in præ-
cedenti C. Lugdunenſis* 9. *quæſt.* 2. *Contraria vero
loquuntur in aliis caſibus, ut ibi patet, & eſt ra-
tio, quia licet Ordinatus a non ſuo Epiſcopo non re-
cipiat executionem, recipit tamen Characterem, cap.
Quoad Translationem de Temp. Ordin.* Hinc ergo
cum Ordinati vigore Brevium *extra tempora* non
adhuc elapſo primo anno vacationis Sedis Epiſco-
palis, abſque Litteris Dimiſſoriis Epiſcopi vicinio-
ris, Ordinum exequutionem non recipiant, quam-
vis Vicarius Capitularis Litteras Dimiſſoriales in-
dulgeat, ut ſancivit Concilium Tridentinum *Seſſ.*7.
cap. 10. Sequitur exinde non poſſe eundem Vica-
rium cum taliter illicite promotis diſpenſare, ut in
ſuſceptis Ordinibus miniſtrent, cum licentiam or-
dinandi intra annom vacationis Sedis Epiſcopalis
concedere non valeat.
Secundo, quia facultas concedendi Litteras Di-
82 miſſorias, & abſolvendi illicite ordinatos abſque
iiſdem Litteris, promanat ab eodem fonte Juriſdi-
ctionis, ut plene ſupra diximus; unde eo ipſo,
quod per Concilium Tridentinum ſuſpenſa fuit
Vicario Capitulari facultas concedendi Dimiſſorias
infra annum vacationis Sedis Epiſcopalis, cenſeri
pariter debet ſuſpenſa poteſtas abſolvendi Ordina-
tos abſque iiſdem Litteris.
Tertio, quia in materia Ordinationis proprius
83 Ordinarius ille dicitur, qui poteſt vel ordinare,
vel Dimiſſorias concedere, ut diximus in §. *præ-
cedenti n.* 167. & *ſeqq.* Ubi igitur *Epiſcopus vici-
nior* per Breve Apoſtolicum deputatur ad ordinan-
dum Clericos ſubjectos Vicario Capitulari, vel ad
eos pro Ordinatione ad alium Epiſcopum dimitten-
dum, jam quoad hunc effectum eorum Ordinarius
a Pontifice delegatur; Proindeque ſi Clerici præ-
fati, ſpreta lege Brevis Apoſtolici ab aliis Epiſcopis
abſque Litteris Dimiſſoriis Epiſcopi vicinioris ad
Sacros Ordines illicite promoventur, ſequitur exin-
de, quod eorum abſolutio alteri competere nequeat,
quam eidem Epiſcopo viciniori vigore Brevis Pon-
tificii jam effecto æquipollenter Ordinario; exem-
plo Epiſcopi vicinioris reſpectu Subditorum Præ- 84
lati inferioris Nullius Diœceſis, ad quem ſpectat eos
ordinare, vel aliis Ordinandos dimittere, unde ſi
abſque ejus Litteris Dimiſſorialibus ab alieno Epi-
ſcopo ad Sacros Ordines promoveantur, abſolu-
tio non a Prælato ipſo inferiori, ſed ab Epiſcopo
viciniori impertienda eſt. Et ceteroquin Juri, &
naturali æquitati valde conſonum eſt, ut facultas 85
condonandi injuriam, ei competat, cujus Digni-
tas, & Majeſtas læſa fuit. At vero cum in Or-
dinatione Subditorum Vicarii Capitularis, quæ ex-
pletur abſque Litteris Dimiſſorialibus Epiſcopi vi-
cinioris, a Pontifice in Brevibus *extra tempora* re-
quiſitis, læſa remaneat ejuſdem Epiſcopi Dignitas,
& Majeſtas, juſtum proinde eſt, quod ad ipſum,
& non ad Vicarium Capitularem, ſic male Ordi-
natorum abſolutio ſpectare debet.
Verum retento principio illo, quod abſolutio eſt
actus juriſdictionalis, qui, Sede Epiſcopali vacan-
te, rite exerceri poteſt a Vicario Capitulari, ut late
oſtendimus ſupra *n.*67. & *ſeqq.* ad præmiſſa reſpon- 86
deri poſſet, & primo, quod attinet Theoricam Ar-
chidiaconi *in cap. Eos de Tempor. Ordinat. in* 6.
ex illa elicitur dumtaxat propoſitio affirmativa,
ſcilicet, quod Epiſcopus diſpenſat cum eo, cui Or-
dinis exequutio impedita eſt ex defectu Littera-
rum Dimiſſorialium, ſed non emergit a contrario
ſenſu propoſitio negativa, quod non poteſt diſpen-
ſare, quando exequutio Ordinis non eſt impedita
ex tali defectu. Et ratio eſt, quia licet in Jure 87
validum ſit argumentum a contrario ſenſu, *leg.* 1.
§. *Hujus rei ff. de Offic. ejus, cui mandata eſt Ju-
riſd.* nihilominus hæc argumentandi methodus ne- 88
quaquam deſumi poteſt ex dictis Doctorum, *Me-
noch. de Præſumt. lib.* 1. *quæſt.* 70. *numer.* 4. *Rot. in
Toletana Juriſdictionis* 6. *Aprilis* 1689. §. *Porro
hæc cor. clar. mem. Card. Caccia.* Imo neque ex 89
verbis Legum, ſi exinde ſequeretur aliarum legum
correctio, *leg.* 2. *Cod. de Condit. inſert. cap. A No-
bis, de Sentent. Excomm. Gloſſ. in cap. unic. verb.
præmittimus verſic. Sed ad primum de Ætat. &
Qualit. in* 6. & *in cap. Significaſti verb. Clerici de
For. compet.* & *in Clement.* 1. *verb. Obſervare de
Sentent. Excomm. Rot. deciſ.* 213. *num.* 6. *part.* 18.
tom. 1. *Recent.*
In themate autem propoſiti caſus nedum indu-
ctio a contrario ſenſu fieret ex dicto Doctoris; ve-
rum exinde ſequeretur correctio plurium Cano-
num, ad quorum tramites Epiſcopus diſpenſat ne-
dum quando Subditi exequutionem Ordinum re- 90
cepiſſent, ſi ejus licentia interveniſſet, verum quan-
do, etiamſi interveniſſet, adhuc exequutionem non
recepiſſent. Immo etiam quando Epiſcopus talem
licentiam dare non poſſet, prout elicitur ex *Cap.
Conſultationi de Tempor. Ordinat. Cap. Requiſivit,
& Cap. Cum Clericis de Ordinat. ab Epiſcop. qui
renunciavit Epiſcopatui, & Cap. unic. de Cleric.
per Saltum promoto.* Ad quorum Canonum tra-
mites Epiſcopus in caſibus in iis expreſſis jure ſuo
diſpenſat, & nihilominus Ordinis exequutio ab
alio defectu emanabat, quam ex defectu Littera-
rum Dimiſſorialium, quæ tametſi interveniſſent,
Ordinati Ordinum exequutionem non recepiſ-
ſent.
Et quidem in *Cap. Conſultationi de Tempor. Or-
dinat.* agitur de Ordinato in Sacris *extra tempora*
ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprii Ordinarii,
in quo caſu ſuſpenſio provenit non ſolum ex de-
fectu

fectu Litterarum, sed etiam ex Ordinatione *extra tempora* celebrata. Immo neque Episcopus pro tali Ordinatione licentiam impertiri potest, *Cap. Sane, Cap. De eo, & Cap. Cum quidam de Tempor. Ordin.* Et nihilominus etiam in tali casu Episcopus dispensat jure proprio, ut voluit *Gloss.* communiter recepta per Canonistas in mox laudato *Cap. Consultationi verb. Poterit.*

In *Cap. Requisivit, de Ordinat. ab Episcop. qui renunc. Episcopat.* agitur de Clerico ignoranter promoto ad Sacros Ordines per Episcopum, qui renunciaverat Episcopali Dignitati, in quo casu exequutio Ordinum impeditur ex alio defectu, quam Litterarum Dimissorialium, & nihilominus Episcopus in tali casu dispensationis gratiam indulget.

In Cap. Cum Clericis, eod. tit. agitur de Ordinato per Episcopum excommunicatum, & hoc pariter casu, etiamsi licentia proprii Episcopi intervenisset, adhuc Ordinatus exequutionem Ordinum non recepisset, ex quo Episcopus excommunicatus non potest dare exequutionem Ordinum, quam ipse non habet, *Can. Qui perfectionem 1. quæst. 1. Can. 1. de Consecrat. distinct. 4.* & advertit *Gloss. in dict. cap. Cum Clericis verb. Excommunicatio.* Immo neque proprius Episcopus dare poterat licentiam, ut ab Episcopo excommunicato ordinaretur, & nihilominus Summus Pontifex definivit, quod taliter Ordinati possunt per proprios Episcopos dispensari.

In *Cap. unico, de Clerico per saltum promoto* agitur de Suspensione incursa ex ascensu ad Sacerdotium, omisso Diaconatu, quæ suspensio certe non provenit ex defectu licentiæ, imo neque licentia per proprium Ordinarium impertiri poterat, & nihilominus etiam in tali casu Episcopus jure proprio dispensat.

Subsistere itidem non videtur altera ratio supra
perpensa, quod semelac Concilium Tridentinum
91 *dict. Sess. 7. cap. 10.* suspendit Vicario Capitulari facultatem concedendi Dimissorias infra annum, censetur pariter suspendisse facultatem absolvendi. Siquidem licet facultas concedendi Dimissorias, & facultas absolvendi a Censuris procedant ab eodem universali fonte Jurisdictionis; nihilominus reipsa sunt in se duo diversi affectus, qui per duos diversos rivulos in Vicarium Capitularem derivant, nempe quoad Dimissorias, per *Cap. Cum nullus de Tempor. Ordinat. in 6.* & quoad facultatem absolvendi ex *Cap. unic. de Majorit. & Obedient. eod. tit.* At vero sublato, vel suspenso per Concilium uno *Canone*, vel uno Jurisdictionis effectu, non intelligitur sublatus alius *Canon*, vel alter effectus Jurisdictionis; Jus enim, quod non mutatur; stare non prohibetur, *leg. Sancimus C. de Testam.*
92 Et quidquid a Sacro Concilio non fuit expresse sublatum, id veterum Canonum, & Constitutionum definitioni relictum intelligitur, *leg. Præcipimus §. Quidquid Cod. de Appellat. Authen. de Administr. Offic. §. final. collat. 4. Fagnan. in cap. Licet numer. 27. de For. compet.* Et in præcisis ter-
93 minis, quod sublata facultate concedendi Dimissorias, non censeatur sublata facultas absolvendi, conferunt laudatæ Canonicæ Sanctiones, *in Cap. Consultationi, de Tempor. Ordinat. Cap. Requisivit, & Cap. Cum Clericis de Ordinat. ab Episcop. qui renunc. Episcop. & Cap. unic. de Cleric. per Saltum Promot.* ex quibus evincitur, quod licet Episcopus non potuerit concedere licentiam ordinandi, nempe Dimissorias, potuit nihilominus absolvere, ea ratione, quia impedito, vel sublato uno actu Jurisdictionis, non censetur sublatus, neque impeditus alter; propiereaque licet a Concilio Trident. *d. cap.*
10. Sess. 7. sublata sit Vicario Capitulari facultas 94
concedendi Dimissorias intra annum viduitatis Sedis Episcopalis, non proinde censetur eidem Vicario sublata facultas absolvendi, quia de jure, a
quo Concilium recipit passivam interpretationem, 95
ad text. in leg. 2. Cod. de Notabil. Action. Fagnan. in Cap. Licet n. 25. versic. Eo magis in fine de Foro compet. facultas hujusmodi sublata non est.

Idque clarius elicitur ex ipsomet Concilio Tridentino laudata *sess. 7. cap. 10.* qua Vicario Capi-
tulari Dimissorias infra annum vacationis Sedis E- 96
piscopalis concedenti non arctatis aliquo Beneficio, adimitur facultas absolvendi Ordinatos vigore earumdem Litterarum, & absolutio reservatur futuro Prælato ea ratione, quia Vicarius peccavit contraveniendo Conciliari dispositioni. Ergo quando Vicarius non peccat, Concilium integram ei relinquit facultatem absolvendi, qua gaudet vigore *Cap. Unic. de Major. & obed. in 6.* Proindeque Concilium loquens cum præsupposito peccati in Vicario Capitulari, locum non habet in casu quo ordinati vigore Brevium *extra tempora*, promoti fuerunt absque Litteris Dimissoriis Episcopi vicinioris, quia tali casu præsuppositum non verificatur, *leg. Mancipia C. de Serv. fugitiv.*

Et ratio ulterior est, quia in pœnalibus non fit
extensio de casu ad casum, *leg. factum cuique §.* 97
In pœnalibus ff. de Regul. Jur. cap. in pœnis, eod. tit. in 6. Ac propterea quamvis Vicario Capitulari auferatur potestas absolvendi, quando ipse peccavit concedendo Dimissorias contra Canonum dispositionem, nulla juris ratio suadet, quod censeri debeat adempta etiam quando non peccavit. Quinimo specialis ademptio dictæ facultatis à Concilio peracta propter excessum Vicarii, apprime declarat, quod eidem de jure competebat, dum si non competiisset, eam utique adimere non valuisset, cum privatio supponat habitum, *ad Text. in leg. decem ff. de verbor. obligat. leg. Manumissiones ff. de Instit. & Jur.* & dum ademit in casu delicti, censetur eam integram reliquisse in aliis casibus, *leg. præcipimus C. de Appellat.*

Postremo vero fundamento in eo reposito, quod
Episcopus vicinior vigore Brevis Apostolici *extra* 98
tempora efficiatur æquipollenter Ordinarius Clericorum, qui illud impetrarunt, exemplo Episcopi Vicinioris, qui talis est respectu subditorum Prælati inferioris Nullius Diœcesis; Responderi posset, quod similia Brevia non diriguntur Episcopo viciniori, sed ipsismet Impetrantibus, ut ex formula quam exscripsit, *Monet. de Commut. ultim. voluntat. loco supra laudato.* Propterea que semel ac impetrantes illa non præsentarunt Episcopo viciniori, hic eorum vigore effici non potuit neque De-
legatus, neque æquipollenter Ordinarius, cum De- 99
legatus nullam acquirat Jurisdictionem, nisi præsentatæ ei fuerint Delegationis Litteræ *leg. qui absenti, ff. de acquir. possess. cap. super eo 12. in fine, de Restit. spoliat. ubi gloss. in verb. receptionem Can. sæpe 23. quæst. 8. ubi gloss. in verb. consentiens. Archidiacon. in cap. is qui n. 1. de Praeur. Oldrad. consil. 234. n. 5.* Quinimo etiam si Episcopus vicinior posset se prætendere Delegatum ex sola expeditione Brevis, nihilominus quia ejus Mandatum est ad actum Ordinationis, protendi nequit ad actum absolutionis, cum Rescriptum delegationis
non se extendat ultra casum expressum in Mandato 100
Cap. 1. 5. & 40. de Offic. Judic. Delegat.

Hinc

Hinc patet maxima quæ viget differentia inter Epiſcopum viciniorem reſpectu Subditorum Prælati Inferioris Nullius Diœceſis, & Epiſcopum viciniorem reſpectu Subditorum alterius Epiſcopatus vacantis: Epiſcopus enim vicinior reſpectu Subdi-
101 torum Prælati inferioris, eſt verus, & proprius eorum Ordinarius quoad collationem Ordinum, quia in diviſione Diœcaſum expleta, ſive, ut quamplu-
102 rimi Pragmatici exiſtimant, a *S. Dionyſio I.* electo Pontifice anno 259. ut erui videtur ex Decretali Epiſtola ſcripta *Severo* Epiſcopo Cordubenſi, & relata per *Gratianum in Cap. Eccleſias ſingulas Cauſ.*31. *quæſt.* 1. ſive a principio noſtræ naſcentis Ortodoxæ fidei, atque per Summos Pontifices *Clementem*, & *Anacletum* approbata, ut colligitur *ex Can. Urbis* 1. *& Can. in illis* 2. *diſtinct.* 80. *& Cap. Provinciæ diſt.*99. *Macr. in Hyerolexie. verb. Diœceſis pag.* 210. *Roſ. de Reſident. Epiſcop. ſect.* 4. *n.* 9. *eum ſeq.* cum aliis penea *Rot. deriſ.* 819. *n.* 1. *cor. Molines*, quæ poſterior ſententia placuit politioris Litteraturæ Viris, qui *S. Dionyſii* Epiſtolam præfatam ſuppoſititiam cenſent, dum incipit cum verbis *Leonis I.* Epiſtola 24. ſecundum veterem ordinem: *ab initio tantam percepimus a B. Petro Apoſtolorum Principe &c.* Continetque varia loca ex *S. Gregorio Magno* deſumta, ut præ ceteris obſervat Vir clar. *P. Pagius in Breviar. Geſtor. Roman. Pontific. in vita ejuſdem S. Dionyſii n.* 6.

In diviſione inquam Diœceſum, Subditi Præ-
103 latorum inferiorum ſubjecti fuere Epiſcopo Diœceſis vicinioris, & in diſmembratione Territorii, quidquid non fuit Epiſcopo præfato expreſſe ademptum, præſervatum cenſetur; ac propterea eum reſpectu ſusceptionis Ordinum non fuerint ipſi expreſſe diſmembrati, cenſentur pro tali reſpectu remanſiſſe ſubjecti primævo naturali Ordinario, proindeque nullus, niſi ipſe primævus ordinarius Epiſcopus vicinior poteſt ordinare, & male promotos abſolvere *dict. cap. Cum nullus de tempor. ordinat.*
104 *in* 6. At e contra Epiſcopus vicinior nunquam ſubjectos habuit Subditos alterius Epiſcopatus vacantis, unde nullum erga ipſos Juriſdictionis actum exercere poteſt, niſi ſpecialis ei delegetur facultas cuicumque alteri Epiſcopo, qui vicinior non ſit, delegari etiam poteſt, proindeque ſemper urget neceſſitas, quod talis Delegatio ei præſentetur, & quod non ſe extendat ultra caſum expreſſum.

Deſcendit etiam ex his differentia inter Præla-
105 tum inferiorem, & Vicarium Capitularem. Prælatus enim inferior proprios Subditos male promotos abſolvere non poteſt, quia in materia Ordinum numquam eos ſubjectos habuit. At è contra Vicarius Capitularis Subditos ſuos ſemper habuit ſubjectos quoad Ordines tum ad effectum illos dimittendi, ut a quibus voluerint Epiſcopis ordinari poſſint, tum ut iiſdem male promotis abſolutionis beneficium impertiri valeat, cum Sede Epiſcopali vacante in Pontificali ſuccedat auctoritate per alios Epiſcopos quoad Ordines, & per ſe ipſum quoad Juriſdictionem, exercenda, *Cap. Venient de Præſcript. Cap. Cum nullus §. Epiſcopus de Temp. Ordinat.* Et licet Vicarius Capitularis intra annum vacationis Sedis Epiſcopalis impeditam habeat in actu exercito facultatem concedendi Dimiſſorias, eam nihilominus retinet habitu, & ex quo præpedita eſt ei hæc pars Juriſdictionis, non eſt impedita altera diſpenſandi, ut ſupra diximus, quod ſecus eſt reſpectu Prælati inferioris, qui facultates hujuſmodi non habet neque actu, neque habitu.

Atque ex his patet reſponſio ad motivum, quod in Ordinatione Subditorum Vicarii Capitularis expleta abſque Litteris Dimiſſorialibus Epiſcopi vicinioris læſa remanet illius majeſtas, proindeque ad ipſum, & non ad Vicarium Capitularem
ſpectare debeat abſolutio. Siquidem nulla affici- 106
tur injuria Epiſcopus vicinior in Brevi deputatus, ſi Clericus, ad cujus favorem fuit expeditum, illud ei pro exequutione non præſentat. Quemadmodum ſi Epiſcopus vivens, qui ſtatutis temporibus ordinare præpeditus, alicui Epiſcopo in Litteris Dimiſſorialibus deſignato, ordinationem ſuorum Clericorum committat, ipſique ab alio Antiſtite ſe promoveri faciant, utique Epiſcopus, qui fuit in Dimiſſorialibus deſignatus dici non poteſt aliqua injuria affectus, neque facultas ei competit abſolvendi Clericos præfatos a ſuſpenſione, quam incurrerunt, ſed abſolutio ſpectat ad proprium Or-
dinarium, cujus ſunt ſubditi: Ita in themate de quo 107
agitur, ſi Pontifex tanquam Ordinarius Ordinariorum ſuccedens Eccleſia vacante in jus concedendi Dimiſſoriales, privative quoad alios, indulgeat in primo anno illius vacationis *Brevia extra tempora*, ut Clerici ſe promovere faciant ad Sacros Ordines ab Epiſcopo viciniore, vel cum ejus Litteris Dimiſſoriis, ipſique, ſpreta lege Brevis, ab alio Epiſcopo Ordines ſuſcipiant, nullam utique irrogant injuriam Epiſcopo viciniori, ita quidem, ut pro illius condonatione ab eo petenda ſit abſolutio, ſed injuria potius infertur Eccleſiæ, de cujus Diœceſi ſunt Clerici ſic male promoti; unde abſolutio dari debet a proprio Ordinario, cujus Eccleſia læſa fuit, & ad quem ſpectat illius injuriam remittere, ad Textum expreſſum in ſæpe laudato *Can. Lugdunenſis* 9. *quæſt.* 2. ibi -- *quos igitur recipiendos moderatio tua arbitrata fuerit, injuncta ſatisfactionis gratia propter Eccleſiam, quam offenderunt, pœnitentia congrua, miſerationis intuitu in ſuo quemque honore recipies.*

Quid igitur in hac quæſtione dicendum? Late ad examen fuit illa revocata in Sac. Congregat. Concilii de anno 1685. Poſtquam in illa *Neapolitana Ordinationis*, cujus ſupra meminimus, Sac. Congregatio decreverat, illicite fuiſſe Ordinatos, & in pœnas a Concilio Tridentino præſcriptas, incidiſſe Clericos *Neapolitanæ* Diœceſis, qui Sede Archiepiſcopali vacante, Ordinibus initiati fuerant vigore *Brevium extra tempora* ab aliis Epiſcopis, quam a viciniore, abſque illius Dimiſſoriis & cum ſolis Litteris Teſtimonialibus Vicarii Capitularis; quamplures ex Clericis præfatis ſic male ordinatis, abſolutionem a ſuſpenſionis vinculo, quo detinebantur, impetrarunt a Vicario Capitulari, & in ſuſceptis Ordinibus poſtea miniſtrarunt; Hine nova emerſit dubiatio ſuper duobus. I. *An Vicarius*
Capitularis potuerit abſolvere a ſuſpenſione præ- 108
fatos Clericos, ut ſupra illicite ordinatos, & quatenus Negative. II. *An Clerici, qui poſt abſolutionem hujuſmodi exercuerunt Ordines illicite ſuſceptos inciderint in irregularitatem.* Et Sac. Congregatio *die* 15. *Decembris* 1685. reſpondit. Ad I. *affirmative, & ceteros ſuſpenſos eadem de Cauſa poſſe abſolvi in honorem Feſtivitatum.*

At quia Epiſcopus *Acerrarum*, viciniorem Ordinarium Eccleſiæ *Neapolitanæ* ſe aſſerens, audiri obtinuit adverſus hujuſmodi reſolutionem valde exemplarem, utpote editam ſuper articulo nunquam antea ex profeſſo diſcuſſo, & interea innotuiſſet peculiare Breve, quo *ſan. mem. Innocentius XI.* poſt obitum cl. mem. Cardinalis *Caraccioli* Archiepiſcopi, deputaverat Nuncium Apoſtolicum in

Admi-

Administratorem Ecclesiæ *Neapolitanæ* durante tempore illius vacationis, plures ei tribuendo facultates, eam præsertim, *ut Vicarius* (sunt verba Brevis Apostolicæ deputationis) *a Dilectis filiis Capituli deputatus, seu deputandus (salva ipsi Capitulo illum eligendi facultate remanente) eodem modo abs te dependere, & subalternatus esse debeat, quo Vicarius Archiepiscopi ab Archiepiscopo dependere, & subalternatus esse solet.* Hinc repropo-
109 sita Causa sub Dubio -- *An sit standum, vel recedendum a Decisis. Die 27. Aprilis* 1686. Sac. Congregatio respondit. Ad I. *prævio recessu a Decisis, Negative.* Ad II. *Dispensandos esse ad Cauthelam.* Cumque Resolutio hæc novo examini subjecta
110 fuisset die 7. *Septemb.* 1686. responsum prodiit -- Ad I. *In casu de quo agitur in ultimo loco decisis.* Ad II. *dispensandum esse ad Mentem.* Meminit hujus Decreti *Monacell. tom. 4. pag. 97. n. 76.*

An autem Resolutio hujusmodi prodierit ex motivo, quod Vicario Capitulari Neopolitano de jure non competebat facultas absolvendi Clericos vigore *Brevium extra tempora* ordinatos absque Litteris Dimissorialibus Episcopi *Acerrarum* vicinioris, seu potius ex altero subjectionis ejusdem Vicarii Nuncio Apostolico Administratori Ecclesiæ Neapolitanæ, incompertum mihi est. Non abs re tamen conjicere licet, quod emanaverit ex hoc posteriori motivo, dum Sac. Congregatio tertia vice, qua proposita fuit Causa, non respondit Dubio indefinite, prout secunda vice, sed cum illo addito *in casu, de quo agitur.* Cum enim vigore laudati Brevis deputationis Nuncii Apostolici in Admini-
111 stratorem Ecclesiæ *Neapolitana*, Vicarius Capitularis fuisset ei subjectus, & subalternatus, eo modo, quo Vicarius Archiepiscopi ab Archiepiscopo dependere, & subalternatus esse solet, hinc quemadmodum Vicarius Archiepiscopi absolvere non potest male promotos, nisi facultas hæc ei specialiter indulgeatur, ita nec poterat Vicarius Capitularis Neapolitanus.

Postremo superest videndum quas pœnas incur-
112 rat Episcopus, qui Regulares ordinat absque Litteris Dimissorialibus suorum Superiorum Regularium, & quibus subjaceant ipsimet Regulares sic ordinati. Sane quoad Episcopos, cum certum sit ipsis interdictum esse Regulares, & si ratione Domicilii sibi subditos, ad Ordines promovere absque Litteris Dimissorialibus Superiorum Regularium, ut late probant *Eñus Petra in Constit. Apostolic. tom. 1. pag. 337. a n. 15. Barbos. in cap. Ad aures n. 2. de Tempor. Ordinat. Navarr. cons. 35. post numer. 1. eod. tit. Majol. de Irregularit. lib. 4. cap. 20. n. 2. Tamburrin. de Jur. Abat. tom. 2. disput. 7. quæst. 26.* sequitur, quod eamdem pœnam incurrat, acsi alienos Subditos sæculares absque Dimissorialibus eorum Præsulum ad Ordines promoveret, suspensionem nempe per annum a collatione Ordinum, ut ex Concilio Tridentino, & Constitutione san. mem. *Innocentii XII.* quæ incipit *Speculatores* diximus supra *numer.* 45. Regulares vero
113 absque Litteris Dimissoriis suorum Superiorum Regularium promoti, sunt ipso jure suspensi ab exequutione Ordinum, tum vigore Concilii Tridentini *Sess. 6. cap. 5. & Sess. 23. cap. 8. de Reformat.* tum Constitutionis *Pii II.* quam ambigi nequit, comprehendere etiam Regulares, cum materia Ordinum, de qua loquitur Pontifex, communis sit Clericis tam Secularibus, quam Regularibus, ipsaque Constitutio indefinite, & absolute loquatur, nec ulla particularis urget ratio, ob quam a pœnis inibi præscriptis eximi debeant Regulares, qui in eam peccarunt, ex plene relatis per *Dian. Oper. coordinat. tom. 2. tract. 5. resolut. 91. numer. 2. Matthaucc. Official. Cur. cap. 35. n. 13. Thesaur. de Pœn. verb. Ordo cap. 27. Miranda in Manual. Prælat. tom. 1. quæst. 59. art. 6. Piring. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11. n. 95.*

§. V.

De Sacræ Ordinationis Titulo.

ARGUMENTUM.

SAcræ Ordinationis Titulus juxta modernam Ecclesiæ disciplinam, quæ Græcos etiam Orientales, & Italo-Græcos amplectitur, est vel Beneficium Ecclesiasticum, vel Patrimonium, aut Pensio: Pluries tamen Apostolica Sedes indulsit, ut sine ullo ex recensitis Titulis Clerici tum Seculares, tum more Regularium in communi viventes, Sacris ordinibus initiari possent. Beneficium non est Canonicus ordinationis titulus, nisi sit perpetuum, & quando sufficere possit manuale, & amovibile? Insuper esse debet, detractis oneribus, ad congruam ordinandi sustentationem sufficiens, & late explicatur quomodo congruitas regulanda sit? An vero ex redditibus Beneficii detrahi debeant onera Missarum, quas Beneficiatus sive per se ipsum celebrare teneatur, sive per alium adimplere possit, Ordinarii arbitrio, & conscientiæ repositum est. Insuper Beneficium non debet esse litigiosum, sed pacifice possessum, unde si quis sit solum ad illud præsentatus, vel illius fructus percipere non possit, nisi post Sacerdotium, ad ejusdem Beneficii titulum promoveri non potest; sequuta vero ordinatione ad titulum Beneficii, an, & quibus sub conditionibus possit illud ad alterius favorem resignari? Coadjutoria cum futura successione, & participatio Massæ communis in Ecclesia receptitia an sint canonici ordinationis tituli? Ad Patrimonii titulum ordinandi non sunt, nisi quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum; super quibus vero rebus Patrimonium constitui possit, in quibus casibus distrahi, & alienari valeat, & quomodo ad pristinam naturam revertatur post obtentum a Promoto Beneficium Ecclesiasticum,

siasticum, plene examinatur. Pensio similiter non aliter pro Sac. Ordinationis titulo deservire potest, quam si perpetua sit, & sufficiat ad congruam ordinandi sustentationem; unde Pensio quæ super Beneficio ab Episcopo imponitur, quia ultra titularis vitam non durat, non est canonicus Sac. Ordinationis titulus. Examinatur, coram quo Episcopo justificari debet titulus Beneficii, Patrimonii, aut Pensionis, an coram illo originis, seu potius Domicilii, vel Beneficii? & disseritur de pœnis, quibus subjacent tam Ordinati absque Canonico titulo, aut titulo ficto, & simularo, quam Ordinatores, qui scienter illos ordinarunt. Titulus pro ordinatione Regularium est Professio in Religione approbata, eaque debet esse valide emissa; Et an Jesuitis ad titulum Societatis Sacris Ordinibus promotis, & ab ea dimissis, teneatur Socieras ipsa congruam subministrare, donec aliundē habeant, unde vivere commode possint.

SUMMARIUM.

1 *De veteri Ecclesiæ disciplina, ut nemo Sacris initiaretur absque sufficienti Ordinationis titulo. Et qualis erat iste titulus?*

2 *Hodie titulus præfatus est, vel Beneficium Ecclesiastisum, vel Patrimonium, aut Pensio.* & num. 3. 6. & 55.

4 *Græci Orientales absque sufficienti titulo ad Sac. Ordines promoveri non possunt.*

5 *Quemadmodum nec Italo-Græci.*

7 *Titulus pro Ordinatione Regularium est Professio in Religione approbata.*

8 *Sedes Apostolica pluries indulsit, ut Clerici seculares, quamvis Beneficio, Patrimonio, aut Pensione carentes ad Sacros Ordines promoveri possent.* & num. 6. & seqq.

14 *Clerici more Regularium in communi viventes, qui nunquam, seu nonnisi ad certum tempus Professionem emittunt, & è Claustro exire, vel dimitti possunt, absque titulo ad Ordines promoveri non valent.*

15 *Congregationi S. Joannis Evangelistæ in Lusitania indulsit Gregorius XIII. ut illius Alumni ad titulum Mensæ communis Sac. Ordinibus initiari possent.*

16 *Denegatum tamen fuit simile Indultum Congregationi Presbyterorum sub Invocatione B. M.V. de Necessitatibus in eodem Regno erecta.*

17 *Ex Indulto Alexandri VII. eodem gaudebat Indulto Congregatio tunc secularis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupata.*
Et in Indulto præfato nulla aderat expressio, quod ejus Alumni in casu discessus a Congregatione, ab exercitio Ordinum suspensi remanerent. num. 30.

18 *Clerici seculares Congregationis Doctrinæ Christianæ in Gallia ex Indulto Clementis X. post emissa vota simplicia, & Juramentum perseverantiæ in eadem Congregatione, possunt de licentia Præpositi Generalis, vel Provincialis, ad Sacros Ordines promoveri ad titulum Congregationis.*

19 *Mortuo, vel suspenso Provinciali ab Officio, Clerici præfati promoveri non possunt ad Ordines Sacros de licentia illius, qui vices Provincialis pro tempore gerit. Et redditur ratio* num. 21. & 24.

20 *Sed promotos cum dicta Vice-Provincialis licentia, molestandos non esse, respondit Sac. Congregatio Concilii, & de ratione* n. 25.

23 *Qui mortuo, vel amoto Provinciali, Provinciam regunt usque ad Successoris electionem, succedunt in Provincialis Jurisdictionem, & sunt Prælati Ordinarii Provinciæ.*
Intellige, ut succedant in Jurisdictionem ordinariam, secus in delegatam, & ex Privilegio Provinciali competentem. ibidem. & num. 22.

26 *Clericis Congregationis Missionis in Regno Poloniæ, & in Italia pluries indultum, ut ad Titulum Mensæ communis ordinari possent.*

27 *Ejusdem Congregationis Clericis Hibernis a patriis Laribus expulsis simile Indultum ad decennium concessit primum Alexand. VII. deinde Clemens IX. postremo S.D.N. Clemens XII. qui tamen illud impertiri noluit in perpetuum. Præscriptum tamen fuit in Indultis præfatis, ut a Congregatione dimissi eo ipso suspensi remanerent ab exercitio suorum Ordinum, donec constaret eos aliunde habere unde commode vivere possent.* ibidem.

28 *Indultum præfatum ab Alexandro VII. Clericis præfatis Hibernis concessum, extendere noluit idem Pontifex ad ejusdem Congregationis Clericos quarumcumque Regionum, etiamsi non essent ipsi a patriis Laribus expulsi,* & num. 31.

32 *Beneficium non est canonicus Ordinationis titulus, nisi sit perpetuum.*

33 *Hinc Cappellania, seu Beneficium manuale pro dicto titulo non inservit.*

34 *Limita, si de Jure patronatus sint, & accedat consensus Patronorum se obstringentium Præsentatum non amovere.*

35 *Intellige ubi agitur de Jurepatronatus hæreditario, secus gentilitio, in quo Patroni, Successoribus ex propria Persona vocatis, præjudicare non possunt.*
Nisi successores sint heredes eorum, qui se obstrinxerunt Præsentatum non amovere. ibidem.

36 *Dispensare aliquando solet Apostolica Sedes, ut quis ordinari possit ad titulum Cappellaniæ amovibilis, accedente consensu Patroni, vel simpliciter de non removendo Cappellanum. Et dispensationes hujusmodi regulariter expediuntur per Datariam, & vocantur* deputationes ad vitam. ibidem.

37 *Vel de non removendo, donec aliunde sufficienter de alio titulo provisus fuerit.*

38 *Beneficium pro Ordinationis titulo non inservit, nisi sit sufficiens ad congruam sustentationem ordinandi.*

39 *Taxa pro hujusmodi congrua, vel remittitur arbitrio Ordinarii.*
Et in ea decernenda, an eadem haberi debeat ratio, tam respectu Clericorum ordinariæ conditionis, quam nobilium, & qualificatorum? num. 40. 41. 42. 43.

44 *Vel dimetiri debet a taxa Synodali cujusque Diœcesis, dummodo excessiva non sit.*

45 *Annuus redditus scutorum* 40. *in Statu Ecclesiastico excessivus non est pro sufficienti redditu Tituli, imo nec ille scutorum* 50.

46 *Redditus Beneficii, si taxam Synodalem non attingat, suppleri potest ex bonis Patrimonialibus Ordinandi.*

47 *Intellige ad effectum, ut Beneficium deservire possit pro titulo ordinationis, secus ut Beneficiatus promoveri valeat ab Episcopo Beneficii tamquam a proprio Ordinario, eam hoc casu Beneficium esse debeat de per se sufficiens ad congruam sustentationem.*

48 *In decernenda taxa redditeum Beneficii, an attendi debeat illa quæ viget in loco ejusdem Beneficii, sed potius altera loci Originis, vel Domicilii?* Remissive.

49 *Ex redditibus Beneficii, pro taxa præfata constituenda, solum detrahi onera Missarum quas Beneficiatus per alium celebrare potest, secus earum quas per se ipsum celebrare tenetur.* & num. 52. 53.
Redduntur rationes. num. 55. & seqq.

50 *Contrarium, quod onera Missarum numquam sunt detrahenda, sive Beneficiatus per se ipsum celebrare teneatur, sive per alium celebrare possit.* & num. 54.
Et referuntur hujus sententiæ fundamenta. num. 59. & seqq.

51 *In utroque casu, sive Missæ celebrandæ sint per ipsum Beneficiatum, sive possint celebrari per alium, arbitrio & conscientiæ Ordinariorum repositum est, an earum onus sit detrahendum.*

55 *Maxime exoptabile esset, ut Sacerdotes vivere possent independenter ab Eleemosyna Missarum.*

56 *Obligatus ad celebrandum per se ipsum, non tenetur tempore infirmitatis, vel alterius justi impedimenti, Missarum onus adimplere per alium.*
Contrarium in casu saltem longa infirmitatis.
Ac ita pluries a Sac. Congregatione Concilii resolutum. num. 64. & 65.
Et prior sententia locum sibi vindicare potest in casu brevis infirmitatis. num. 64. & 65.

57 *Praxis, quæ in Urbe viget, deservire debet pro regula, & norma agendorum quoad omnes alias Diœceses.*

59 *A valore Beneficii, ad cujus titulum quis ordinatur, detrahenda sunt onera extrinseca, non autem intrinseca.*

60 *Eleemosyna Missarum cedit in stipendium sustentationis Sacerdotis.*

63 *Sacerdos, qui potest celebrare per alium, tenetur in casu infirmitatis hoc onus adimplere, & alteri eleemosynam dare, ut celebret.*

67 *Sacerdos non tenetur celebrare per se ipsum, nisi lege fundationis id expressis verbis caveatur.*
Nec sufficit ad hunc effectum, quod Fundator mandaverit Cappellanum esse debere Presbyterum, aut quod Missas celebret, seu quod in loco Cappellaniæ resideat, cum hæc omnia compatibilia sint cum facultate celebrandi per alium. ibidem.

69 *Beneficium pro titulo Ordinationis deservire non potest, nisi pacifice sit possessum.*

70 *Hinc ad illud nominatus, seu præsentatus, non potest ante adeptam possessionem, ad illius titulum ordinari.*

Et quomodo intelligendi sunt DD. contrariam autumantes? ibidem.

71 *Ad titulum Beneficii, cujus fructus non lucrantur, nisi post Sacerdotium, potest Beneficiatus Subdiaconatu insigniri, assignato interim congrua Patrimonio, donec ad Sacerdotium promoveatur.*

72 *Possessio Beneficii, ad cujus titulum sequitur Ordinatio, debet esse pacifica, & non litigiosa.*

73 *Et ad effectum, ut Beneficium dicatur litigiosum, sufficit sola citatio rite expedita, & executa.*

74 *Lis super aliquo Prædio Beneficii, non impedit, quin illud deservire possit pro titulo Ordinationis, dummodo quæ supersunt bona pacifice possessa, ad congruam sustentationem sufficiant.*

75 *Beneficium, ad cujus titulum quis fuit ordinatus, resignari nequit, nisi facta mentione, quod Ordinatio ad illius titulum sequuta fuit, ac insuper Resignatarius aliunde habeat, unde commode vivere possit, & aliter expleta resignatio, nulla est.* & num. 78. 87.
Idque procedit, etiam in permutatione ejusdem Beneficii. num. 80.

76 *Et ex Constitutione S. Pii, nec potest illud in manibus Ordinarii cedi, nisi Ordinato aliunde suppetat, quo in vita possit sustentari.*

77 *Reprobatur* Spada *existimans post Constitutionem Pianam pro validitate Resignationis Beneficii, necessariam non esse expressionem, quod Ordinatio ad illius titulum sequuta fuit, sed sufficere, quod Resignatarius habeat aliunde, quo vivere possit.*

81 *Expressio, quod Resignans Beneficium fit ad illius titulum ordinatus, veluti pro forma a Concilio Tridentino requisita, debet esse individua, & specifica, nec sufficit, quod fiat per æquipollens.* & num. 84.

82 *Multoque minus sufficit expressio, quod Resignans forsan sit ad titulum Beneficii resignati promotus.*

83 *Dictio* forsan *est nota dubitationis.*

85 *Amplia etiam si Resignatio expleta fuerit cum reservatione Pensionis pro sustentatione Resignantis congrua.*

86 *Non est tamen necessaria supra dicta expressio, quando resignatio non est voluntaria, sed necessaria, vigore nempe Decreti de dimittendo in provisione alterius Beneficii incompatibilis adjecti, aut vigore legis fundationis secundi Beneficii.*

87 *Expressio, quod resignans Beneficium, ad cujus titulum promotus fuit,* aliunde habeat, unde commode vivere possit, *pro forma a Tridentino requisita, con ludenter probari debet ante exequationem Litterarum Apostolicarum.* & num. 88.

89 *Etiamsi Litteræ præfatæ sint expeditæ in forma gratiosa.*

90 *Nec ad effectum hujusmodi probationis sufficit confessio Resignantis, quamvis juramento munita.*

91 *Constito Executori, vel Ordinario, quod Resignans aliud habeat Beneficium, vel bona Patrimonialia, Beneficium illud, vel Bona præfata subrogare debet in locum Beneficii resignati, ita ut loco tituli remaneant.*
Et ita resolutum a Sacra Congregatione Concilii. num. 92.

93 *Defe-*

93 *Defectus commoda sustentationis opponi potest a tertio post obitum Resignantis, ad effectum, ut Beneficium vacare dicatur per obitum, & non per Resignationem.* & num. 95.
Et redditur ratio num. 94.

96 *Intellige, si exceptio præfata probata fuerit in vita ab ipso Resignante, secus si in judicium ab ipso deducta non fuerit. Et redditur ratio.* num. 97.

98 *Maxime si Resignans præmortuus esset ante Litterarum Resignationis exequutionem, quo casu eo minus opponi poterit a tertio exceptio non verificatæ congruæ sustentationis. Et quare?* num. 99.

100 *Sequuta Resignatione Beneficii, si ad illius titulum promotus, ante Litterarum exequutionem Professionem Regularem emittat, ex quo non indiget alimentis, quæ ei a Religione suppeditantur, clausula* dummodo aliunde habeas &c. *justificatione non indiget.* & numer. 101.

102 *Ad titulum Coadjutoria cum futura successione an valeat quis Sacris Ordinibus initiari?*

103 *Et an licite quis promoveri possit ad titulum Massæ communis in Ecclesiis receptitiis?*

104 *Apostolica Sedes aliquando indulget, ut sequatur Ordinatio ad titulum Ecclesiæ receptitiæ, & quibus sub conditionibus?* & num. 105.

106 *Titulus Patrimonii pene ignotus in veteri Ecclesiæ disciplina, approbari cœpit ex quadam Apostolica dispensatione in Concilio Lateranensi.*

107 *Ex Concilio Tridentino ad titulum Pensionis, vel Patrimonii promoveri non possunt, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum.*
Per hanc Concilii dispositionem sublata fuit dispositio Text. in Cap. Tuis, de Præbend. & Dignit. *permittentis indifferenter Ordinationem ad titulum Patrimonii, vel Beneficii.* num. 112.

108 *Concilii Tridentini Decretum innovavit san. mem.* Innocentius XI. *illiusque observantiam Episcopis omnibus commendavit per Litteras Encyclicas, quæ exscribuntur.* num. 109.

110 *Nec non san. mem.* Innocentius XIII. *in Constitutione edita pro Disciplina Ecclesiastica servanda in Regnis Hispaniarum, quam Constitutionem confirmavit sa. me. Benedictus XIII. Et refertur Epistola* Cardinalis Bellarmini *ad Nepotem suum Episcopum Theanensem super abusu ordinandi quoslibet ad titulum Patrimonii.* num. 113.

111 *Beneficium obtinens ad congruam sustentationem sufficiens, ad Patrimonii titulum ordinari non debet.*

114 *Necessitas, seu commoditas Ecclesiæ ad effectum, ut quis ad titulum Patrimonii ordinari possit, quando intercedere dicantur?*

115 *Intercedere dicuntur quoties agitur de promovendis Viris doctis, vel nobilibus probatæ vitæ, & integritatis.*

116 *Domicilium habens in Civitate, in cujus Ecclesia Ministrorum necessitas non adest, an possit ab Episcopo Originis ordinari ad titulum Patrimonii ratione necessitatis ejusdem Ecclesiæ Originis?* Remissive.

117 *Promoto ad Subdiaconatum ad titulum Patrimonii pro necessitate, & utilitate Ecclesiæ, denegari non potest assensus ad alios majores Ordines ex motivo, quod ipse extra Patriam degens eidem Ecclesiæ utilis, & necessarius esse non potest.*

118 *Dispensatus super Interstitiis vigore Brevis Apostolici* Extra tempora, *non censetur dispensatus super commoditate, vel necessitate Ecclesiæ ad hoc, ut ad titulum Patrimonii ordinari possit.*

119 *Patrimonium, ut sit canonicus ordinationis titulus, super quo consistere debet?*

120 *Clericus, qui ex propria laudabili industria tantum lucratur, quantum ad congruam vitæ sustentationem sufficit, ad Sacros Ordines promoveri non potest.*

121 *Nec ad titulum Litteraturæ quantumvis insignis.*
Et reprobantur DD. contrarium existimantes, ibidem.

122 *Patrimonium constitui non potest in sola obligatione personali solvendi Clerico totum id, quod sufficiens erit pro congrua ejus sustentatione.*

123 *Amplia primo etiam si obligatio hujusmodi emissa fuerit ab Episcopo.*

124 *Amplia secundo, quamvis sit munita Hypotheca omnium Bonorum, & ita se habeat consuetudo Regionis.*

125 *Refertur, ac rejicitur contraria Sententia.*

126 *Et explicatur in quibus terminis sustineri posset.*

127 *Patrimonium constitui potest super Censu perpetuo redimibili ad libitum Debitoris, sed certis servatis conditionibus, quæ recensentur.*

128 *Insuper super Censibus vitalitiis, & redditur ratio.*

129 *Nec non super Officio vacabili, cujus fructus libere spectent ad ordinandum; certis tamen servatis conditionibus, & quibus?* num. 131.

132 *Patrimonium de jure constitui non prohibetur in majori summa a Regionis more, vel taxa Synodali præscripta.*

133 *Imo super omnibus Bonis, dummodo sint propria non aliena.*

134 *Expedit tamen, quod Episcopi Patrimonium constituere faciant, juxta redditum pro honesta sustentatione sufficientem.*

135 *Patrimonium in summa excedente taxam Synodalem exemtum non est a solutione Collectarum.*

136 *Et assignatum Clerico, juxta taxam Synodalem exemtione præfata non gaudet, nisi a die, quo ille promovetur ad Ordines Sacros.*

137 *Promotus ad titulum Patrimonii, nec illud cum licentia Episcopi alienare potest antequam Beneficium sufficiens sit adeptus, vel habeat aliunde, quo vivere honeste possit.*

138 *Illud itidem cum bonis æqualis redditus permutare nequit, nisi cum licentia Episcopi, & Decreto, quod Bona ex permutatione acquisita, loco Patrimonii subrogata remaneant.*
Et stante hujusmodi subrogatione Bona præfata immunia sunt ab oneribus Cameralibus. num. 139.

140 *Bona pro titulo Patrimonii assignata, in emphyteusim, etsi cum reservatione Canonis fructibus correspondentis, concedi non possunt absque Episcopi licentia.*

141 *Nec sine licentia præfata donari, quamvis cum reservatione integri usufructus.*

142 *Patrimonium, post adeptum Beneficium ad congruam sustentationem sufficiens, ad pristinam redit naturam, & potest sine Episcopi licentia alienari.*

143 *Contrarium, nisi Beneficium fuerit ab Episcopo loco Patrimonii subrogatum.* & num. 144.

145 *Et ita pluries a Sac. Congregationibus Immunitatis, & Concilii resolutum.* & num. 146.

Amplia etiam si in constitutione Patrimonii adsit pactum, quod libere distrahi possit, si ad illius titulum promotus, Beneficium sufficiens acquireret, nam nisi fiat istius subrogatio, Patrimonium alienari nequit. numer. 150. & 152.

Pactum hujusmodi non est improbatum, nec minus legitimam reddit Patrimonii assignationem. num. 151.

147 *Bona ad quorum titulum Clerici ordinantur indistincte gaudent Privilegiis, & exemtionibus omnibus, quibus fruuntur bona Ecclesiæ.*

148 *Amplia etiam si Clerici postea Beneficium ad congruam sustentationem sufficiens acquirant.*

149 *Et solum cessant Privilegia, & exemtiones postquam Episcopus Beneficium loco Patrimonii subrogaverit.*

153 *Pensio est titulus canonicus Sacræ Ordinationis, dummodo sufficiat ad congruam sustentationem, & sit perpetua ad vitam Pensionarii.* & num. 154.

155 *Episcopi an valeant Beneficia Pensione gravare? Referuntur contrariæ Doctorum Sententiæ.* & num. 156.

157 *Pensio, si quæ ex justa causa super Beneficio ab Episcopo reservari potest, ultra vitam Titularis non durat.*

158 *Et ideo deservire non potest Pensionario pro Titulo Sacræ Ordinationis.* & num. 155.

159 *Pensio, ad cujus titulum sequuta fuit Ordinatio, nec in totum, nec in parte extingui, aut obligari potest, nisi habita aliunde congrua sustentatione, & cum licentia Episcopi, qui Beneficium, vel Bona Patrimonialia loco Pensionis in totum, vel in parte subroget.*

160 *Episcopus Suffraganeus Pensionem sibi pro congrua assignatam, si aliunde non habeat, unde commode vivere possit, remittere, aut distrahere non potest.*

161 *Titulus Patrimonii, Pensionis, seu Beneficii, an sit realis, seu fictitius, & an ad congruam sustentationem sufficiat, coram quo Episcopo justificari debet, an scilicet illo Originis, Domicilii, seu Beneficii? Distinguuntur plures casus.* num. 162. & seqq.

169 *Titulus Religiosæ paupertatis, sive Professionis in Religione approbata, ad quem ordinantur Regulares, vetustissimus est in Ecclesia.*

170 *Patres Jesuitæ ex Pontificum Indultis ad Sacros Ordines promoveri possunt post emissa tria vota simplicia, licet solemnem adhuc Professionem non emiserint.*

171 *Regularis, ut ad titulum Religiosæ paupertatis Sacris Ordinibus initiari possit, necesse est, quod Professio sit valide emissa.*

172 *Et si conscius nullitatis suæ Professionis ad Sacros Ordines titulo Religiosæ paupertatis promoveatur, incurrit pœnas a jure latas contra se promoveri facientes absque titulo, & a Constitutione Pii II. contra suscipientes Sac. Ordines sine Litteris Dimissorialibus sui Ordinarii.* & num. 173.

174 *Ex V. Concilio Provinciali Mediolanensi Regularis ad Subdiaconatum promovendus jurare debet coram Episcopo, quod Professionem sponte emiserit, aut ratam habuerit.*

175 *Regularis ad titulum Religionis Ordinatus, si ab ea ob nullitatem suæ Professionis exeat, Missam celebrare nequit, nisi Beneficium, aut aliunde habeat, unde commode vivere possit.*

176 *Jesuita ad titulum Societatis ordinati, & ab ea dimissi, suspensi remanent ab Ordinis exercitio si non habeant aliunde congruam sustentationem.*

Contrarium num. 29.

177 *Jesuitis a Societate dimissis, præsertim absque eorum culpa, tenetur Societas congruam sustentationem loco Patrimonii suppeditare.*

178 *Contrarium, quod nil eis Societas præstare teneatur. Et ita pluries decisum a Sac. Congregatione Concilii, & postea definitum a fa. me. Benedicto XIII.*

179 *Adversus Ordinatos absque canonico titulo, & Episcopos eos ordinantes, Concilium Tridentinum nullam expresse pœnam præscripsit, sed solum antiquorum Canonum pœnas renovavit.*

Et quænam sint pœnæ, quas Canones præscripserunt?

181 *Episcopus, qui scienter ad Subdiaconatum promovet canonicum titulum non habentem, tenetur ei tamdiu congrua alimenta subministrare, quamdiu fuerit ille de sufficienti Beneficio ab ipso, vel ab alio provisus.*

Eandemque pœnam incurrit si scienter aliquem promovet cum ficto, falsoque titulo. num. 191.

182 *Ordinatus vero sine titulo, non incurrit pœnam suspensionis ab exercitio Ordinum.*

183 *Episcopus ordinando aliquem sine titulo, & prævia conventione, quod Ordinatus alimenta ab ipso petere non possit, suspensus remanet a collatione Ordinum per triennium, & Ordinatus perpetuo ab illorum exercitio.*

184 *Ordinatus cum ficto, falsoque titulo Beneficii, Patrimonii, aut Pensionis, suspensionis pœnam incurrit.* Et num. 188. & 189.

Maxime si esset Ultramontanus, seu exterus, qui in Italia cum ficto, fiduciario, aut falso Patrimonii titulo ad Sac. Ordines se promoveri faceret. num. 190.

185 *Et fictus dicitur titulus non solum, quando Beneficium est de Partica, aut litigiosum, vel Patrimonium figuratum donatione fictitia, sed etiam si Patrimonium ipsum adeo hypothecis, & ære alieno sit gravatum, ut pro congrua sustentatione non sufficeret.*

186 *Nec Ordinato cum ficto, falsoque titulo tenetur Episcopus doli, & fraudis inscius, alimenta suppeditare.*

192 *Episcopus Clerico absque canonico titulo ordinato, & aliunde habenti, unde possit honeste vivere, non tenetur alimenta subministrare, donec de Beneficio fuerit ille provisus.*

193 *Intellige de jure communi, secus inspecta dispositione Concilii Tridentini.*

194 *Obligatio subministrandi congrua alimenta Clerico absque titulo scienter ordinato, non solum afficit Episcopum ordinatorem, sed etiam illius Successorem.*

195 Tradi-

195 *Traditur ratio, cur Successor a culpa immunis, subire debeat pœnam ex facto Antecessoris.*

196 *Eximitur Successor Episcopus ab hujusmodi obligatione, quando Antecessor Episcopatum resignavit, aut ab eo depositus fuerit, habeatque unde possit alimenta prædicta subministrare.*

197 *Eadem obligatione, qua Episcopus, tenetur etiam Vicarius Capitularis, qui Litteras Dimissoriales pro Sacris Ordinibus suscipiendis, Subditis suis canonico titulo destitutis, concedit.*

QUamvis in Constitutione Pii II. quæ per
hanc Regulam XXIV. innovatur, nulla fiat
mentio de Promotis ad Sacros Ordines absque ca-
nonico titulo, unde quodam modo ab instituto
deflectere videamur, dum de Titulo præfato
disserimus; Nihilo minus, quia materia valde af-
finis est iis, quæ in antecedentibus §§. late per-
tractavimus, & in iisdem sæpe mentio habita fuit
de Sacræ Ordinationis titulo, operæ pretium
duximus nonnulla, quæ magis in praxi recepta
sunt, de illo attingere. Et in primis prænotan-
1 dum est, quod antiquissimus fuit Ecclesiæ mos,
& consuetudo, ut nemo absolute ordinaretur
absque sufficienti sustentationis titulo, sed Ordi-
nandus destinabatur, & alligabatur alicui Eccle-
siæ, a qua vitæ necessaria recipiebat, ut ex *Ca-
nonibus* priscæ, mediæ, & ultimæ ætatis, nem-
pe ex litteris a *D. Hieronymo* ad *Damasum* Papam
scriptis anno 390. & relatis *in Can. ultim. 16. quæst.
1. ex Can. 6. Concilii Generalis Chalcedonens.* ce-
lebrati anno 450. & relat. in *Canon. Neminem
dist.* 8. ex *Canon. Concilii Placentini* sub *Urbano
II.* de anno 1095. ut in *Can. Sanctorum distinct.*
70. ex *Cap. Episcopus* (quod est Alexandri III.
anno 1210.) *de Præbend. & Cap. Cum secundum
Apostolum eodem tit.* late demonstrant *Gonzal. in
d. Cap. Episcopus a num. 6. de Præbend. Christian.
Lup. in sext. Canon. Concil. Chalcedon. Paulut. Ju-
risprudent. Sacr. tom. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 6. num.
1. & seqq. Van Espen in Jus Eccles. univers. part.
2. tit. 9. cap. 6. num. 1. & seqq. Clericat. de Sacram.
Ordin. decis. 28. num. 5. Alter. de Censur. tom. 2.
disputat. 10. cap. 3. Pignatell. tom. 10. consultat. 92.
num. 1. & seqq.*

Sed jure novissimo Canonico, nempe Concilii
Tridentini *Sess. 21. cap. 2. de Reformat.* ad effectum,
ut qui Divino ministerio adscripti sunt, cum Or-
dinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem
quæstum exercere non cogantur, statutum fuit,
ne quis deinceps Clericus Secularis, quamvis alias
sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad Sacros
Ordines promoveatur, nisi prius legitime constet,
2 eum, Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad
victum honeste sufficiat, pacifice possidere. Ad
3 titulum vero Patrimonii, & Pensionis mandavit
eadem S. Synodus, quod ordinari non possint,
*nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro
necessitate, vel commoditate, Ecclesiarum suarum;
eo quoque prius perspecto, Patrimonium illud, vel
Pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ
eis ad vitam sustentandam satis sint.*

Amplectitur hæc disciplina nedum Latinos, sed
4 etiam Græcos. Et quidem quoad Græcos Orien-
tales, illi minime ad Sacros Ordines promoveri
possunt sine Titulo sufficienti. Unde cum quidam
Diaconus Græci Ritus supplicasset Sedi Apostoli-
cæ, ut sibi facultas indulgeretur suscipiendi in Ur-
be Presbyteratum, quamvis tum Beneficii, tum
Patrimonii expers esset, cum ad effectum suscipien-
di Sacros Ordines in Ritu Græco Patrimonium
non sequiri assereret, fuit ei denegata facultas,
cum in utraque Ecclesia lex receptissima sit, ne-
minem absolute ordinari posse absque canonico ti-
tulo, non obstante prætensa consuetudine, quæ si
extaret, corruptela potius esset ab ipsis Schismati-
cis introducta, & quæ a Romano Pontifice nul-
latenus approbanda est. Et ita resolutum a Sacra
Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis in *Chien.
Feria 5. die 21. Martii 1715.*

Id ipsum locum sibi vindicat quoad Italo-Græ- 5
cos. Pluries enim Sedes Apostolica decrevit eos
ad Sacros Ordines nullatenus promoveri posse,
nisi prius de Beneficii, aut Patrimonii titulo do-
ceant, ut apud *Pignatell. tom. 1. cons. 318. &
tom. 8. cons. 135. num. 5.* & veluti principium un-
dique certum, suppositum fuit in Decreto Sacræ
Congregationis Sanctissimæ Inquisitionis *feria 5.
die 5. Novembris* 1705. *ad* VI. Dubium ex propo-
sitis per Cardinalem Archiepiscopum Montis Re-
galis. Cum enim quæsitum fuisset -- *An in iis ca-
sibus, in quibus juxta dispositionem Sacri Concilii
Tridentini requiritur constitutio Patrimonii ad re-
cipiendos Ordines Sacros, ordinandi in Ritu Græ-
co possint Dotem suarum Uxorum assignare pro iis-
dem Patrimoniis* -- responsum fuit *Negative.*

Attento itaque hoc jure novissimo Sacri Con-
cilii Tridentini, tres sunt tituli, ad quos Clerici
Seculares pro Sacris Ordinibus suscipiendis pro-
moveri possunt, Beneficium nempe Ecclesiasticum, 6
Patrimonium, & Pensio, quibus addendus est
quartus pro Ordinatione Regularium, nempe
Professio in Religione approbata; unde *S. Anto- 7
nin. 3. part. quæst.* 14. lepide dixit, quod Regula-
ribus pro titulo deservit *Sporta*, & sancivit *S. Pius
V.* Constitut. LXXV. & observant *Navarr. in
Manual. cap. 27. num. 258. Lezan. in Summ. tom.
1. cap. 14. num. 10. Clericat. de Sacram. Ordin.
decis. 28. num. 13. Pirbing in Jus Canon. lib. 1. tit.
11. sect. 1. sub num.* 68. aliique passim.

Plura tamen adsunt exempla indulgentiæ fa- 8
ctæ a Sede Apostolica, ut ab Episcopis ordinari
possent Clerici seculares, etsi Beneficio, Patrimo-
nio, aut Pensione destituti. In Ecclesia Metro-
politana Florentina viget Privilegium ab *Eugenio
IV.* concessum, ut Clerici, qui eidem inservierint
per decem annos, Sacris Ordinibus initiari subin-
de valeant, licet nec Beneficium, nec Patrimo-
nium obtineant, quia forsan de aliquibus ejusdem
Ecclesiæ redditibus participant, vel aliqua perci-
piunt in Ecclesiasticis functionibus, ac in funera-
libus, emolumenta. *San. mem. Urbanus VIII.*
concessit Alumnis Græcis Collegii Græci Urbis,
ut absque titulo Patrimonii, vel Beneficii, & sine
Litteris Dimissorialibus suorum Ordinariorum,
sed ad titulum Collegii, & Missionis, ordinari
possint, & debeant, dummodo Græco Ritu ab
Episcopo Græco, ad id a Sede Apostolica deputato,
ordinentur. Idemque Pontifex *die 13. Maii* 1640.
indulsit Alumnis Seminarii *Pragen.* ut Ordines sus-
cipere valeant sine titulo Beneficii, aut Patrimo-
nii, sed solum ad titulum Missionis, prout idem
præcedenter concesserat *die* 18. *Maii* 1638. Alum-
nis Collegii de Propaganda Fide. Similiter Alum-
ni Collegii Illyrici a *Gregorio XIII.* instituti, & ab
Urbano VIII. instaurati in Civitate *Lauretana* simi-
li Privilegio potiuntur, ut ex Brevi ejusdem *Urbani*
sub datum *die 1. Julii* 1627. in quo nulla legitur

mentio Tituli Missionis. Et consimile est Privilegium ab eodem Pontifice elargitum Collegio *Fuldensi* pro Scholaribus Germanicæ Nationis, nec non Collegio Germanico Urbis, de quibus exemplis meminit *D. Ursaya tom. 8. part. 1. discept. 26. num. 21. & 22. Morin. de Sacr. Ordinat. tom. 2. part. 1. cap. 4. pag. 16. P. Campian. in libro cui titulus Instruzzione agl' Ordinandi cap. 41. tit. Prattica dell' esame per gl' Ordinandi ad titulum Missionis, Pignatell. tom. 10. consult. 92. num. 70.*

9 Quemadmodum *Sixtus V.* Patriarchæ pro tempore Venetiarum facultatem impertitus fuit, ut *omnes, & singulos dictæ Civitatis Clericos, etiamsi titulo Beneficii Ecclesiastici, vel Pensionis annuæ non sint provisi, aut Patrimonialia, aliaque Bona non possideant, dummodo alicui Ecclesiæ dictæ Civitatis, de consensu ejusdem Ecclesiæ Rectoris, fuerint adscripti pro celebratione Missarum, & Divinorum Officiorum, ex quarum servitiis, & eleemosynis a piis Christi fidelibus elargiendis aliquid ad sustentationem victus capere possint, & ab eadem Ecclesia, cui adscripti fuerunt, nullo unquam tempore amoveri, vel ipsi ab ea recedere possint, & debeant; nisi illis de competenti Beneficio, aut Pensione super fructibus Ecclesiasticis assignanda provisum fuerit, vel ita eorum exigentibus demeritis ab ipsa Ecclesia amovendi veniant; ad quatuor Minores, nec non Sacros etiam, & Presbyteratus Ordines debitis temporibus &c. promovere libere, & licite valeret &c.* sunt verba ejusdem Pontificis, quæ refert *Rax Jordan. var. lucubrat. tom. 1. lib. 3. tit. 6. num. 313.*

10 Pauperes quoque Alumni Seminarii Patavini *ex Indulto Clementis X.* Sacris Ordinibus initiari possunt ad titulum Mensæ Seminarii, donec de competenti Beneficio Ecclesiastico provideantur, & interim inservire debent, vel docendo alios Clericos in ejusdem Seminarii Scholis, vel Animabus Patavinæ Diœcesis Sacramenta, ac verbum Dei, prout opus esset, ministrando, de quo Indulto testimonium perhibet *Clericatus ad Sacram. Ordin. decis. 28. num. 28.*

11 Clericis itidem Congregationis *Oblatorum* S. Caroli Civitatis Mediolani collegialiter viventibus, & Beneficium, aut Patrimonium non habentibus a Sede Apostolica indultum fuit, ut ad titulum Mensæ dicti Collegii ordinari possent, ut legitur in Visitatione expleta a clar. mem. Cardinali *Friderico Borromeo* Archiepiscopo *Mediolanens* de *anno 1622. cap. 7.* impressa post Regulas Collegii
12 præfati. Quod tamen Indultum denegandum esse Presbyteris in Ecclesia Parochiali S. Spiritus sub invocatione *S. Oruntii* Civitatis *Ostunen.* in Regno Neapolis, juxta Regulas *Oblatorum* S. Caroli collegialiter viventibus, censuit Sacra Congregatio Concilii in *Ostunen. Ordinationis 17. Februarii 1685. ut in lib. 35. Decret. pag. 106.*

Et cum Episcopus *S. Crucis de Sierra* in Indiis Occidentalibus exposuisset san. mem. Clementi XI. quod in Civitate *S. Laurentii della Branca* loco alterius *S. Crucis* temporis injuria collapsæ subrogata, duo tantum adessent Parochi, & duo Ministri in Cathedrali, Decanus videlicet, & Archidiaconus, nullusque suppeteret modus erigendi Cappellanias, aut Beneficia, ad quorum titulum Clerici ordinari valerent, ac impossibile esset exteros Clericos advocare, qui ad dictas Regiones accederent; propterea que supplicasset, ut sibi a Sede Apostolica potestas fieret initiandi Sacris Ordinibus ejus Regionis Incolas, licet titulum Beneficii, aut Patrimonii non habentes; maxime cum nullum adesset periculum, quod Promoti mendicare cogerentur. Remissis precibus ad Sacram Congregationem Concilii, & proposito in ea Dubio — 13
An Episcopo S. Crucis della Sierra indulgendum sit, ut promovere valeat ad Sacros Ordines in Civitate S. Laurentii della Branca eos, quos ipse necessarios judicaverit, licet nec Beneficium, nec Pensionem, nec Patrimonium obtineant, responsum fuit — *Pro Gratia, dummodo non excedat numerum duodenarium,* ut in *S. Crucis della Sierra in Indiis Occidentalibus 8. Julii 1719.*

Similiter, quamvis *S. Pius V.* in dicta Constitutione LXXV. sanciverit ad titulum Religiosæ paupertatis ordinari non posse eos *sive Religiosos, sive* 14
more Regularium in communi viventes, qui nunquam, seu nonnisi ad certum tempus Professionem emittunt, & e Claustro exire, vel dimitti, & ad seculum redire possunt, sed ipsos ad Sacros Ordines promovendos indigere titulo, vel Beneficii, vel Patrimonii, servata lege Sacri Concilii Tridentini; & cohærenter ad præfatam Pianam Constitutionem *Lezan. in Summ. quæst. Regul. cap. 14. num. 10. Thesaur. de Pæn. part. 2. verb. Ordo cap. 11. num. 5. Piasec. in Prax. Episcopal. part. 1. cap. 1. de conferend. Ordin. num. 43. Garcias de Benefic. part. 2. cap. 5. num. 12.* cum aliis penes *Barbos. allegat. 19. num. 4. & ad Concil. sess. 21. de Reformat. num. 4.*

Nihilo minus Clericis more Regularium in communi viventibus sæpe Apostolica Sedes indulsit, 15
ut sine Beneficii, vel Patrimonii titulo, sed ad titulum Communitatis, vel Mensæ communis de licentia tamen superioris Generalis eorum Instituti ordinari possent. Sic sa. me. *Gregorius XIII.* Congregationi Seculari *Sancti Joannis Evangelistæ* in Lusitania indulsit, ut illius Alumni ad titulum Mensæ communis, quamvis Beneficio, & Patrimonio carerent, ad Sacros Ordines promoveri possent. Quod Indultum exhibitum fuit Sacræ Congregationi Concilii in alia Causa *Elboren. Indulti die 8. Augusti 1711.* occasione, qua ab altera Congregatione Presbyterorum Secularium sub Invocatione *Beatæ Mariæ Virginis de Necessitatibus* in Portugallia similiter erecta, de qua meminimus supra §. 1. preces eidem Sacræ Congregationi oblatæ fuissent pro simili Indulto obtinendo, quod 16
tamen denegatum fuit. Sic etiam san. mem. *Alexander VII.* per Breve sub datum 24. *Januarii* 17
1656. indulsit Congregationi *tunc* Seculari Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatæ, in qua vota simplicia dumtaxat cum juramento perseverantiæ emittebantur, ut illius Clerici ad titulum Congregationis ordinari valerent.

Congregationi pariter Clericorum secularium 18
Doctrinæ Christianæ in Gallia Apostolicum Indultum elargitus fuit san. mem. *Clemens X.* ut ejus Alumni, postquam Vota simplicia, & juramentum perpetuo perseverandi in laudata Congregatione emiserint, *de licentia* (sunt verba Indulti) *Præpositi Generalis, vel Provincialis ad omnes Sacros, etiam Presbyteratus, Ordines, servatis servandis, promoveri valeant ad titulum Congregationis.* Imposita suspensionis pœna Clericis ejusmodi, qui sine licentia Generalis, vel Provincialis ad Sacros Ordines ascendere præsumserint.

Sed in terminis hujusmodi Indulti fuit alias in Sacra Congregatione Concilii revocatum in dubium. Primo — *An Provincialis Congregationis* 19
Doctrinæ Christianæ in Gallia, sive ille, qui suspenso Provinciali ab Officio, vel eo mortuo, aut

alio

alia quotumque modo deficiente, Vices Provincia-
lis obeunt, possint Clericis eorum Provinciæ licen-
tiam concedere ad Sacros, etiam Presbyteratus,
Ordines suscipiendos in casu &c. Secundo -- *An*
Clerici dictæ Congregationis, qui cum licentia dicti
20 *Exprovincialis ad Sacros, etiam Presbyteratus, Or-*
dines fuerunt promoti præfatam suspensionis pœnam
incurrerint in casu &c. & die 13. Aprilis 1713:
responsum fuit ad Primum *Negative*, ad Secun-
dum *non esse molestandos*.

Et merito, nam pro eo quod attinet ad primum
21 Dubium, ponderatum fuit, quod Litteræ *Cle-*
mentis X. loquuntur de Provinciali, non autem
de iis, qui per modum provisionis, Provincialatu
vacante, deputantur ad regendam Provinciam,
donec novus eligatur Provincialis. Si enim ad
hos quoque Vicarios, seu Vices gerentes Pontifex
supra dictam facultatem extendere voluisset, id
utique expressisset, prout in aliis Bullis facere
consueverunt Pontifices, ut in simili *Lezana con-*
22 *sult.* 28. *num.* 4. *&* 5. Potissimum quia agitur de
facultate speciali concessa per Privilegium Pro-
vinciali; Ea vero, quæ competunt ex jure spe-
ciali, & ex Privilegio, non transeunt in eum, qui
Provinciali ad tempus subrogatus est, ut prosequi-
tur *Lezana dicta consult.* 28. *num.* 25.

Et quamvis isti Vicarii Provinciales, qui mor-
23 tuo, vel amoto Provinciali regunt Provinciam,
succedant in Jurisdictione, & sint Prælati ordina-
rii Provinciæ, *Passerin. de Elect. cap.* 25. *num.* 220.
Bardon. tom. 2. *resolut.* 2. *num.* 8. *in fine*, *Card. de*
Luc. de Regular. discurs. 9. *num.* 9. tamen succe-
dunt in Jurisdictione ordinaria. & in iis, quæ jure
Ordinario Provinciali competunt, secus vero in
iis, quæ ad illum spectant jure delegato, & ex spe-
ciali Privilegio. Differentiæ ratio est, quia Juris-
dictio ordinaria non potest stare in suspenso, sed
utilitas Provinciæ exigit, ut aliquis adsit Superior,
qui negotiis finem imponat, quique Jurisdictio-
nem ordinariam exerceat, ad *Text. in leg. Memi-*
nimus ff. de Offic. Proconsul. At hoc inconveniens
cessat in iis, quæ jure delegato, & speciali, ac
ex privilegio competunt, nam hujusmodi faculta-
tes sine ullo detrimento Provinciæ possunt stare in
suspenso, donec eligatur novus Provincialis. Imo
24 hac in re satis consultum fuit per *Clementem X.*
qui supra dictam facultatem impertitus est Gene-
rali, vel Provinciali, unde uno deficiente, nem-
pe Provinciali, non deficit alter nempe Genera-
lis, ad quem pro libito recurrere possunt, qui
ad Ordinem promoveri cupiunt.

Itidemque jure meritoque in secundo Dubio re-
25 solutum fuit Clericos dictæ Congregationis cum
licentia Vicarii Provincialis ad Sacros Ordines pro-
motos *non esse molestandos*; Versabantur quippe
in bona fide, dum agebatur de interpretatione
Brevis, in qua facile quis errare poterat. Maxime
quia ex Constitutionibus Congregationis isti Vi-
ces gerentes Provincialis succedunt in Jurisdictione
ordinaria, & Vices Provincialis obeunt; eaque
propter justa ratione credere poterant, quod Vice
Provincialis facultate impertiendi licentiam pro eo-
rum ordinatione destitutus non erat. Sicque in
affinibus terminis eorum, qui bona fide cum
Litteris Dimissorialibus Prælati Inferioris fuerunt
ordinati, *non esse molestandos*, rescripsit eadem
Sacra Congregatio Concilii in *Caputaquen.* 17.
Decembris 1712. *ad IV.*

Pro Clericis quoque Congregationis *Missionis*
26 in Regno Poloniæ sine titulo Beneficii, aut Pa-
trimonii, sed ad titulum Mensæ communis ordi-
nandis, pluries indulsit Sedes Apostolica, ut ex
rescripto Congregationis particularis Datariæ edito
anno 1704. relato per *D. Ursayam dicta discept.*
26. *num.* 30. qui plura etiam enumerat similia In-
dulta Clericis Congregationis Missionis Urbis con-
cessa. Et novissime duobus Clericis Italis in ea-
dem Congregatione cooptatis, indulsit Sacra Con-
gregatio Concilii, ut ad titulum Mensæ communis
ordinari valuissent, adjecta tamen conditione, quod
eveniente egressu, vel dimissione a Congregatio-
ne, abstinere deberent a Sacro ministerio, usque
dum commoda vitæ subsidia alia ratione fuerint
assequuti, juxta Decreta edita die 21. *Septembris*
1731. *ut in lib.* 81. *Decret. pagin.* 542. *&* *die* 9.
Augusti 1732. *ut in lib.* 82. *Decret. pag.* 406.

Ejusdemque Congregationis Missionis Clericis
Hibernis, aliisque, Religionis Catholicæ causa 27
e Patriis laribus expulsis, etiam si careant Be-
neficio, indulsit san. mem. Alexander VIII. *die*
22. *Augusti* 1659. ad decennium tantum, ut ad
titulum Mensæ communis Congregationis, Sa-
cris Ordinibus initiari possent, ita tamen, ut si
quando contingeret ipsos promotos ab ea dimit-
ti, vel recedere, etiam prævia legitima dissolu-
tione Votorum inibi emissorum, remanerent eo
ipso suspensi a susceptorum Ordinum exercitio, donec
aliunde commode vivere posse, docerent. Quod
Indultum ad aliud decennium prorogavit san. mem.
Clemens IX. Et cum Superior Generalis ejusdem
Congregationis supplicasset anno 1733. Sanctissi-
mo Domino Nostro *Clementi XII.* ut facultatem
prædictam sic per decennium a laudatis Pontifici-
bus *Alexandro VII.* & *Clemente IX.* elargitam,
perpetuo indulgere dignaretur; Remissis precibus
ad Sacram Congregationem Concilii, hæc proposi-
to Dubio -- *An sit consulendum Sanctissimo pro con-*
cesso petiti Indulti in casu &c. -- die 29. Augusti ejus-
dem anni in *Parisien. Indulti*, respondit -- *Affirmati-*
ve ad formam Brevis Clementis IX. ad decennium.

Supplicaverat antea san. mem. *Clementi IX.* 28
Superior Generalis laudatæ Congregationis Mis-
sionis, ut præfatum Indultum suscipiendi Sacros
Ordines ad titulum Mensæ communis a san. mem.
Alexandro VII. concessum Clericis *Hibernis*, aliis-
que, Religionis Catholicæ causa a Patriis laribus
expulsis, extendere dignaretur ad alios ejusdem
Congregationis Clericos quarumcumque Regio-
num existerent, quamvis ab illis Catholicæ Fidei
causa non ejectos, quodque etiam si postquam ad
titulum Mensæ communis fuissent ordinati, a Con-
gregatione recederent, vel dimitterentur, ab exer-
citio Ordinum suspensi non essent; donec, &
quo usque haberent, unde congrue vivere possent;
exemplo tum facultatis indultæ a diversis Summis
Pontificibus Alumnis Societatis Jesu, ut ad ti- 29
tulum Societatis ordinari possent absque injuncta
eis suspensione a Divinis, si a Societate dimissi,
titulum Beneficii, Pensionis, aut Patrimonii, non
haberent. Tum similis Gratiæ, ut diximus ab 30
Alexandro VII. elargitæ de anno 1656. Congre-
gationi tunc Seculari Scholarum Piarum, ut il-
lius Alumnis ad titulum Congregationis Sacris Or-
dinibus insigniri permissum esset, nulla facta ex-
pressione, quod ab Ordinum exercitio suspensi re-
manerent in casu discessus. Quin imo suspensionem
hanc ab ipso Scholarum Piarum Superiore Generali
exoptatam, Cardinales, quibus negocium illud
enucleandum commissum fuerat, apponendam non
esse opportunum existimarunt. Verum cum ad

supra dictam instantiam Superioris Generalis Congregationis Missionis examinandam, deputata fuis-
31 set a Pontifice Congregatio particularis insignium tunc temporis Romanæ Curiæ Prælatorum *Ugolini, de Vecebiis*, *de Alteriis*, *& Fagnani*, rescriptum prodiit — *Nihil innovandum esse.*

At secluso Sedis Apostolicæ Indulto, non possunt Clerici Seculares, ut diximus, ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem promoveri, nisi titulum habeant vel Beneficii, vel Patrimonii, aut Pen-
32 sionis. Et quidem respectu Tituli Beneficii, ut ille sit validus, tres conditiones requiruntur. Prima, quod Beneficium, sive simplex, sive curatum, sit perpetuum, *Corrad. in Prax. Beneficial. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 48. *Garc. de Benefic. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 84. *Van Espen in Jus Eccles. universal. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 6. *num.* 18. *Pirhing in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *sect.* 1. *num.* 69. unde Beneficia ex
33 lege fundationis amovibilia, quemadmodum & Cappellanias manuales, deservire non posse pro titulo Sac. Ordinum, cum ex illis non habeatur finis a Concilio volitus, pluties decrevit ejusdem Concilii Sacra Congregatio, præsertim in *Nepesina* 5. *Aprilis* 1627. *in Baren.* 2. *Julii* 1641. *ad* 1. *in Barchinonen.* 17. *Decembris* 1689. *&* 5. *Martii* 1692. *& in Tyburtina Cappellania* 14. *Junii* 1710. *lib.*60. *Decret. pag.* 239. & firmant communiter *Sanchez consil. moral. lib.*7. *cap.*1. *dub.*25. *num.* 5. *Paris. de Resignat. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 2. *Pax Jordan. lucubrat. Canon. lib.*3. *tit* 6. *num.* 308. *Vivian. de Jur. patronat. part.*1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 131. *Antonell. de Regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *Barbos. alleg.* 59. *num.* 25. *Clericat. de Sacram. Ordin. decis.* 28. *num.* 14. *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 46. *Garc. loco cit. num.* 83. *Panimoll. decis.* 14. *num.* 75. *Piton. de Controv. Patron. allegat.* 24. *num.* 31. *Van Espen loc. cit. num.* 18. §. *Unde ad titulum.*

Si tamen agatur de Cappellania amovibili, quæ
34 sit de jurepatronatus hæreditario, & accedat consensus Patroni se legaliter obstringentis præsentatum non removere, poterit hoc casu præsentatus ipse ad illius titulum ordinari; ad differentiam al-
35 terius casus, quando nempe Cappellania est de jurepatronatus gentilitio, nam consensus Patroni præjudicare nequit Successoribus in Patronatu ex propria Persona, & independenter ab ipso vocatis, illorumque manus ligare, ne præsentatum, juxta legem fundationis, si velint, removere valeant, ut distinguunt *Bordon. de Leg. cap.*6. *num.*37. *Portell. dub. Regular. part.* 2. *cas.* 75. *num.* 5. *Amostaz de Causis piis libr.* 3. *cap.* 1. *num.* 42. *Piton. de Controvers. Patron. alleg.* 100. *num.* 47. ubi limitat in casu, quo Successores in jurepatronatus gentilitio essent hæredes eorum, qui promiserunt Cappellanum non removere, aut si post institutionem obtinuisset ille confirmationem Apostolicam ex certa scientia, perpetuo, & ad vitam, tunc enim amplius removeri non posset.

Nec dedignatur aliquando Sacra Congregatio
36 Concilii dispensare, ut ob penuriam Sacerdotum, vel locorum paupertatem, possit quis promoveri ad titulum Cappellaniæ amovibilis, dummodo ejus redditus sufficiant pro congrua sustentatione Ordinati, & accedat valida obligatio Patronorum, vel de non removendo Ordinandum illius vita durante, prout indulsit in una *Mutinen.* 17. *Decembr.* 1690. *& in Eugubina* 17. *Aprilis* 1706. Et Sacra Congregatio Episcoporum facto verbo cum Sanctissimo in *S. Agatha Gothorum* 17. *Octobris* 1617. quas resolutiones refert *Monacell. in Formular. tom.* 2. *pag.* 72. *num.* 17. ubi etiam advertit, quod hodie hujusmodi Dispensationes frequentius expediuntur per Datariam Apostolicam, & vocantur *Deputationes ad vitam.* Vel de non removendo,
donec, & quo usque nominatus, aliunde sufficien- 37
ter de alio titulo provisus fuerit, ut rescripsit eadem Sacra Congregatio Concilii in *Civitatis Castelli* 18. *Martii* 1718. in cujus themate cum petita fuisset a quodam Clerico facultas, ut posset Sacris Ordinibus initiari ad titulum Cappellaniæ amovibilis, promittentibus Patronis se facultate removendi non usuros, prodiit responsum -- *Pro Gratia attento consensu Patronorum, & ita tamen, ut si aliunde Orator ipse sufficienter provideatur, Cappellania ad suam amovibilitatis naturam redeat, & rediisse intelligatur*, ut in *lib.*69. *Decret. pag.*131.

Secunda conditin est, quod Beneficium ad vitæ 38
sustentationem *honeste sufficiat*, ut ait Concilium Tridentinum *Sess.*21. *cap.*2. *de Reform.* eique inhærendo Sac. Congregatio ejusdem Concilii in *Talentinaten.* 2. *Octobris* 1717. Cumque Concilium cer-
tam fructuum taxam non præscribat, ea vel re- 39
mittitur prudenti arbitrio Ordinarii, ut censuit laudata Sacra Congregatio in *S. Severinæ* 15. *Junii* 1655. Dum proposito Dubio -- *An liceat Archiepiscopo ad titulum Beneficiorum, vel Cappellaniarum, seu Patrimoniorum non excedentium annuos ducatos viginti quinque Regni Neapolitani Ordines Sacros conferre* -- respondit -- *Quantitatem redditLuum Beneficiorum, seu Cappellaniarum, sive Patrimoniorum, ad quorum titulum quis ordinatur ad Ordines Sacros, debere esse in ea quantitate redditFuum, quæ discreto Episcopi arbitrio necessaria esse judicaverit, ad honestam vitæ sustentationem pro Cibariis, vestitu, & habitatione, juxta conditionem Ordinandi*, ut apud *Crispin. in lib. della Sag. Ordinat. pag.* 11. *& seqq.* & tradunt *Van Espen in Jus Eccles. univers. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 9. *cap.*6. *num.* 31. *Paris. de Resignat. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.*14. *Adden. ad del Bene de Immunit. verb. Patrimonium in fine*, *Garc. de Benefic. part.* 2. *cap.*5. *num.* 112. *cum seqq.* cum aliis apud *Barbos. alleg.*19. *nu.* 8. *& seqq. & ad Concil. sess.* 29. *cap.* 2. *de Reform. num.* 20.

Solumque inter DD. emergit controversia, an
in hujusmodi arbitrio efformando eadem debeat 40
esse determinatio redditus, tam respectu Clericorum ordinariæ conditionis, quam nobilium, & qualificatorum; Aliis opinantibus eandem pro omnibus indistincte debere esse taxam, ex quo Concilium solum requirit sufficientiam ad honeste vivendum, ut absit mendicitas, vel sordidus quæstus, *Pax Jordan. lucubrat. Canon. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.*6 *num.* 296. *Paris. de Resignat. lib.*5. *quæst. ultim. num.*155. *& seqq. D. Ursaya tom.* 5. *part.*1. *discept.* 4. *num.* 76. *Pirhing in Jus Canon. lib.* 1. *tit* 11. *sect.* 1. *num.*70. §. *Quodnam, & seqq. Fermosin. de Offic. & Sacr. Eccles. tit. de Tempor. Ordinat. quæst.* 7. *num.* 32. *Bertachin. Vot. decis.* 134. *num.* 6. *Pignatell. tom.* 3. *consultat.* 2. *a num.* 20. *usque ad* 27. *Campanil. divers. Jur. Canon. rubr.* 8. *cap.* 2. *num.* 3. *Bonacin. tom.* 1. *de Sacram. Ordin. disput.*
8. *quæst. unic. punct.* 4. *num.* 38. Aliis e contra exi- 41
stimantibus majori, quoad Personas nobiles, vel graduatas opus esse redditLuum opulentia pro eorum decenti, honestaque sustentatione, dum indigent majori famulatu, decentiori Vestitu &c. & similibus convenieotiis, a quibus Clerici ordinariæ conditionis possunt se abstinere, non autem nobiles.

nobiles, vel graduati, ut reprobando *Pac. Jordan.*
tradit *Clericat. de Sacram. Ordin. decis.* 28. *num.* 15.
Garc. de Benefic. part. 2. *cap.* 5. *num.* 115. *Adden.*
ad Diaz in Prax. Criminal. cap. 18. *num.* 4.

Sed quamvis posterior hæc opinio magis con-
42 sona sit tum dispositioni Concilii Tridentini, quod
requirit Beneficium sufficiens ad honeste viven-
dum, & quod sufficit ad honestum victum Ple-
bei, non est satis pro honesto victu Personæ nobi-
lis; tum menti Sacræ Congregationis ejusdem
Concilii in mox laudato Decreto relato per *Crispi-*
num, dum censuit, quod in taxando redditu Be-
neficii, Cappellaniæ, aut Patrimonii, arbitrium
Episcopi regulari debeat a *conditione* Ordinandi.
43 Nihilo minus prior Sententia recepta est in praxi,
dum videmus ab Episcopis, & Synodalibus Con-
stitutionibus generaliter eandem decerni redditus
quantitatem pro omnibus Promovendis ad Sacros
Ordines, nulla inter ipsos, Nobilitatis, vel alte-
rius prærogativæ, habita ratione, ut præ ceteris
testantur *Pax Jordan. loco cit. num.* 298. *Ventrigl.*
in Prax. adnotat. 42. §. 2. *num.* 51. *Pignatell. tom.*
3. *consultat.* 2. *a num.* 20. *usque ad* 27. *Bertachin.*
vot. dec. 133. *num.* 6.

Vel etiam ubi adest taxa Synodalis, quæ decer-
44 nat certum redditum pro congrua substentatione
Ordinandi, ea servanda venit, quoties excessiva
non dignoscitur. Hinc cum ad instantiam Cleri
Senogallien. propositum fuisset in Sac. Congrega-
45 tione Dubium -- *An sit moderanda taxa Synodalis*
Senogallien. per quam constituitur Patrimonium
Presbyterorum in certo annuo redditu scutorum
quadraginta moneta Romana -- Sacra Congregatio
die 27. *Junii* 1705. respondit *Negative*. Non
enim Emis PP. excessiva visa fuit præfata taxa,
cum in simili summa scutorum quadraginta præ-
scripta fuerit in Synodo *Nonantulana* Cardinalis *de*
Angelis pag. mihi 45. In Synodo *Cornetana*, &
Montisfalisci de anno 1693. *pag.* 102. In Synodo
Hostien. & *Velitern.* anni 1699. *pag.* 44. & pas-
sim Doctores hujusmodi taxam in scutis quadra-
ginta, vel quinquaginta, æquam, & rationabi-
lem existimant, *Paris. de Resignat. lib.* 5. *quæst.* 6.
num. 155. *Garc. de Benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 117.
Massobr. in prax. haben. Concurs. requisit. 7. *dub.* 20.
Panimoll. decis. 6. *adnot.* 3. *n.* 7. *Rot. decis.* 439.
num. 8. *part.* 14. *Recent.*

Quod si Beneficii redditus non attingant ta-
xam a Constitutione Synodali præscriptam, nil
46 prohibet, quin ea suppleri valeat ex Bonis Patri-
monialibus, cum tali modo adimpletus remaneat
finis Concilii, quod alio non prospexit, quam
ut in Sacris constituti habeant unde honeste vive-
re possint, ne cum Ordinis dedecore mendicare
cogantur. Sicque posse Titulum Sacræ Ordina-
tionis constitui partim ex Beneficio, partim ex
Patrimonialibus Bonis, firmant *Barbos. allega-*
tion. 19. *num.* 14. & *ad Concil. sess.* 21. *cap.* 2. *de*
Reformat. num. 47. *Pax Jordan. libr.* 3. *tit.* 6. *num.*
316. *Garc. de Benef. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 111. *Clericat.*
de Sacrament. Ordin. decis. 28. *n.* 17. *Panimoll. de-*
cis. 154. *num.* 23. *tom.* 3. Et admisit Sacr. Congre-
gatio Concilii in *Tudertina Cappellaniæ* 12. *Februa-*
rii 1712. & 18. *Maii* 1718. & *in Firmana* 12.
Januarii 1715. & *in Romana, seu Sypontina* 23.
Julii 1719. ubi proposito Dubio -- *An Oratori*
indulgenda sit facultas ascendendi ad Ordines Sa-
cros ad titulum Mansionariæ, una cum supplemen-
to ex bonis Patrimonialibus in casu &c. responsum
fuit *Affirmative*.

Verum illud animadvertendum est, quod in-
sufficientes Beneficii fructus tunc suppleri possunt
cum redditibus Patrimonialibus, quando Cle- 47
ricus ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem pro-
moveri debet ab Episcopo Originis, vel Domi-
cilii; Nam si agatur de constituendo Episcopum
ipsius Beneficii Ordinarium pro dicto Ordine con-
ferendo, tunc illud debet esse sufficiens ad con-
gruam sustentationem juxta taxam Synodalem,
quæ suppleri nequit ad hunc effectum ex Bonis
Patrimonialibus, ut præscribitur in celebri Con-
stitutione san. mem. *Innocentii XII.* quæ incipit
Speculatores Domus Israel, versic. Licet vero. &
diximus supra in hanc Regul. §. *III.* An vero
in decernenda taxa redditum Beneficii, attendi
debeat illa, quæ viget in loco ejusdem Beneficii, 48
vel potius altera *Originis*, aut *Domicilii*, disserui-
mus pariter dicto §. *III. num.*

Sed famosa quæstio est, an a redditibus Bene-
ficii, seu Cappellaniæ, ad cujus titulum quis in- 49
tendit Sacris Ordinibus initiari, detrahenda sint
onera Missarum eidem adjecta, sive potius, iis-
dem oneribus non detractis, faciendus sit calcu-
lus omnium fructuum pro constituenda taxa a
Constitutione Synodali, vel Regionis more re-
quisita pro titulo Sacræ Ordinationis? In hac
quæstione non una est Doctorum sententia, nec
constans fuit Sacræ Congregationis Concilii opi-
nio, dum aliquando respondit, detrahenda non
esse onera Missarum, si Beneficiatus teneatur eas
celebrare per se ipsum, secus vero quando potest
illas celebrare per alium; Aliquando vero censuit,
nunquam onera præfata detrahenda esse, sive Be- 50
neficiatus sit obstrictus per se ipsum celebrare, sive
facultatem habeat celebrandi per alium; Verum
cum de hoc articulo sedulo, ac mature actum
fuisset in eadem Sacra Congregatione in Causa
Ariminen. de anno 1722. Emus, ac Rmus D.
Cardinalis De Lambertinis tunc ejusdem Sacræ
Congregationis a Secretis, Vir nunquam nobis
sine singulari laudis encomio nominandus, do-
ctum sane, ac luculentum edidit discursum, im-
pressum post Folium Sac. Congregationis, distribu-
tum die 8. Augusti ejusdem anni, in quo recol-
ligendo omnes Sacræ Congregationis Resolutiones,
quæ usque tunc emanaverant, ac fundamenta,
quibus innixæ fuerunt expendendo, materiam adeo
dilucidavit, ut intactum nil penitus reliquit. Unde
proposita Causa die 29. Augusti 1722. prodiit
Rescriptum -- *Dilata*, & *scribatur pro veritate*
per D. Fiscalem Curiæ Eminentissimi Vicarii, &
per alium eligendum ab Eminentiss. Præfecto. --
Cumque demandato muneri obtemperassent DD.
Cajetanus Ivones Fiscalis Curiæ præfatæ, & postea
Episcopus *Alliphanus*, & Advocatus *Ursaya* a
Cardinali Præfecto electus, quorum sententiæ re-
feruntur in Folio Sacræ Congregationis distribu-
to, *die* 24. *Aprilis* 1723. & integer discursus ejus-
dem D. Advocati *Ursayæ* impressus modo reperi-
tur inter ejus elucubratissima Opera *tom.* 5. *discept.*
4. *part.* 1. Hinc denuo proposita Causa sub *die*
17. *Julii* 1723. sub geminis Dubiis: I. *An a Be-* 51
neficio, seu a Cappellania, ad cujus titulum quis
intendit ad Sacros Ordines promoveri, detrahenda
sint onera Missarum eidem adjecta, quando Benefi-
ciatus non tenetur eas per se ipsum celebrare, vel
potius oneribus Missarum non detractis, sive illa
celebranda sint per se ipsum, sive possint celebra-
ri per alium, faciendus sit calculus omnium fru-
ctuum pro constituenda summa a Synodali Consti-
tutione,

tutiore, *vel Regionis more requisita pro Sacris Ordinibus suscipiendis*. II. *An Clericus Joseph Belluccius Sacris Ordinibus initiari possit ad titulum Cappellaniæ in casu &c.* Responsum fuit: Ad I. *Esse relinquendum arbitrio, & conscientiæ Ordinariorum.* Ad II. *Provisum in primo.*

Jam longe prius quam in Sacra Congregatione Concilii proposita fuisset Causa *Ariminen.* nonnulla adnotaveram circa diversas DD. sententias super articulo in ea discusso, ac ejusdem Sacræ Congregationis dissidentes Resolutiones recollegeram. Verum quia hæc omnia miro ordine, ingeniique felicitate, cumulata leguntur in laudato Discursu Emi D. Cardinalis De Lambertinis, hinc in perenne obsequii mei testimonium erga Virum Sacri Collegii decus, & ornamentum, Discursum præfatum hic transcribere censeo.

DISCURSUS

R. P. D.

DE LAMBERTINIS

S. C. CONCILII SECRETARII

Modo S. R. E. Cardinalis Amplissimi.

Super Articulo.

„ *AN a Beneficio, ad cujus titulum quis ordinari intendit, detrahenda sint onera Missarum eidem adjecta, quando Beneficiatus non tenetur eas per se ipsum celebrare, vel potius Missis nullatenus detractis, sive eædem celebrandæ sint per se ipsum, sive possint celebrari per alium, faciendus sit cumulus omnium fructuum pro constituenda summa a Synodali Constitutione, vel Regionis more requisita pro Sacris Ordinibus suscipiendis.*

„ Ut eo, quo decet, ordine in hujus Articuli examine procedatur, operæ pretium esse censeo, primo referre quidquid fuit ab hac Sacra Congregatione in hoc Articulo statutum, secundo exponere rationes, quibus innituntur illi, qui censent non esse detrahenda onera Missarum, quando quis tenetur celebrare per se ipsum, & ea esse detrahenda, quando potest celebrare per alium, tertio denique fundamenta afferre, quibus ostenditur, non esse onera Missarum detrahenda, sive Beneficiatus teneatur eas per se ipsum celebrare, sive possit eas celebrare per alium.

§. I.

In quo refertur quidquid a Sac. Congregatione super Articulo statutum fuit.

52 „ ANno 1690. *die* 8. *Julii* propositum fuit in quadam Causa *Tyburtina* sequens Dubium — *An a Beneficio, ad cujus titulum quis ordinari intendit, detrahenda sint onera Missarum eidem adjecta, vel potius, eis non detractis, faciendus sit calculus omnium fructuum ad constituendam summam a Synodali Constitutione requisitam?* -- Et huic Dubio Sacra Congregatio, uti habetur *lib.* 40. *Decret. pag.* 434. respondit *Negative, nisi in fundatione cautum sit, ut in casu impedimenti teneatur per alium celebrare, & donec ascendat ad Sacerdotium pro rata Missarum aliunde habeat, quo vivere possit.*

„ Anno 1694. publicata fuit a fan. mem. *Innocentio XII.* Constitutio *Speculatores*, quæ est XLIV. in ejus parvulo Bullario; cumque in §. *nono* dictæ Constitutionis habeantur hæc verba -- *eam tamen de cetero hac in re inconcusse servari volumus regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam visa sustentationem, sive juxta taxam Synodalem, sive, ea deficiente, juxta morem Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudque ab Ordinando pacifice possideatur* -- exorta est in quadam Causa *Signina Ordinationis* controversia, an in re, de qua nunc agitur, aliquid fuisset a Constitutione innovatum, disputatoque *die* 14. *Aprilis* 1696. sequenti Dubio -- *An onera Missarum sint a redditu Beneficiorum, ad effectum constituendi summam in Constitutione Synodali descriptam pro titulo, seu Patrimonio Clerici, etiam in vim novissimæ Constitutionis Sñi Domini Nostri* -- & Sacra Congregatio, uti habetur *lib.* 40. *Decret. fol.* 160. respondit -- *Dandum esse Decretum in Tyburtina Ordinationis* 8. *Julii* 1690. 53

54 „ Anno 1708. *die* 14. *Januarii* proposita fuit quædam Causa *Firmana Cappellaniæ*, & licet Cappellanus non haberet onus celebrandi per se ipsum, & detractis oneribus Missarum non remaneret summa sufficiens pro Sacris Ordinibus suscipiendis juxta Taxam Synodalem, disputato nihilo minus Dubio -- *An Orator ordinari possit ad Sacros Ordines ad titulum dictæ Cappellaniæ absque alio supplemento Patrimonii in casu* -- Sacra Congregatio, uti habetur *lib.* 58. *Decret. pag.* 3. respondit *Affirmative.*

„ Consimilis Articulus in iisdem terminis propositus fuit in Causa *Romana, seu Reatina Cappellaniæ* 17. *Martii* 1714. & Sacra Congregatio distulit resolutionem, uti habetur *lib.* 64. *Decret. pag.* 92.

„ Alia se obtulit occasio de eadem re disserendi in quadam Causa *Romana, seu Sypontina Ordinationis*, & Sacra Congregatio die 22. *Novembris* 1717. jussit, quod super Articulo scriberetur pro veritate. Sed id non fuit executioni mandatum, quia ad amputandam quamcumque controversiam Orator, ut ordinari posset, a valore Beneficii detraxit onera Missarum, quas non tenebatur celebrare per se ipsum, & ex suis Bonis patrimonialibus summam deficientem supplevit, uti legitur in Folio Congregationis habitæ *die* 23. *Julii* 1718. *lib.* 68. *Decret. fol.* 290.

„ Hæc est series Resolutionum super hoc Articulo editarum ab hac Sacra Congregatione, ex quibus sæpe in praxi contigit, ut sententes esse detrahenda onera Missarum, quando Cappellanus non tenetur celebrare per se ipsum allegaverint *Tyburtinam Ordinationis* 8. *Julii* 1690. & econtra sentientes onera Missarum non esse detrahenda, sive Cappellanus teneatur eas per se ipsum celebrare, sive per alios eas celebrare valeat, inter quos agmen ducebat claræ, semperque recolendæ memoriæ Cardinalis *Pancriaticus* insignis Sacrorum Canonum Professor, & Meritissimus hujusce Sacræ Congregationis Præfectus,

„ Præfectus, allegaverint *Firmanam Cappellaniæ* 14. *Januarii* 1708. Et hæc quoad Decreta, & Resolutiones Sac. Congregationis dicta sufficiant.

§. II.

In quo exponuntur Rationes, quibus probatur non esse detrahenda onera Missarum, quando quis tenetur celebrare per se ipsum, & ea esse detrahenda, quando potest celebrare per alium.

„ NOnnulla sunt, quæ proposito favent assumto; Primum est, quod esset omnino exoptabile, ut Sacerdotes vivere possent inde-
55 pendenter ab eleemosyna Missarum, uti ponderant *Van Espen in Jus Eccles. tom. 1. part. 2. cap. 9. §. 36.* ibi -- *Quare procul a mente Synodi Tridentinæ aberrant Episcopi, qui in supplementum tituli computant honoraria, quæ Ordinatus in Presbyterum ex celebratione Missarum lucrari poterit, cum hac computatione ipse Ordinandus quodam modo adigatur ad sordidum quæstum exercendum; Cum scilicet cogitur ex celebratione Missarum, seu quodam opificio vitæ necessaria quærere, sive de celebratione Missarum facere artem de pane lucrando.*

„ Adeoque *Alvarus Pelagius de Planctu Ecclesiæ artic.* 5. subdidit: *Almus Franciscus voluit, quod in quocumque loco Fratres contenti essent una Missa, præsciens fratres se velle justificare per Missas, & ad quæstum eas reducere, sicut videmus hodie fieri.*

„ Procedendo cum hoc systemate, a valore Beneficii, ad cujus titulum quis ordinatur, semper essent detrahenda onera Missarum, sive Beneficiatus teneatur eas celebrare per se ipsum, sive possit celebrare per alium; quia vero in præsentibus rerum circumstantiis difficile admodum esset statuere, quod onera Missarum semper, & in utroque casu a valore Beneficii detrahantur, hinc est, quod si detractio non fit, casu quo Beneficiatus teneatur celebrare per se ipsum, ea tamen fieri debebit casu, quo idem possit celebrare per alium.

„ Secundum est, quod Ecclesia maximopere abhorret a Clericorum mendicitate, utque cetera facile cumulanda prætereantur, Sacrum Concilium Tridentinum *Sess. 21. cap. 2. de Ref.* decrevit, non esse ad Sacros Ordines promovendum aliquem, licet idoneum, nisi constet, eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere.

„ Porro si a valore Beneficii non detrahuntur onera Missarum, quando Beneficiatus potest celebrare per alium, de facili dabitur casus, quod Ordinatus ad titulum dicti Beneficii reducatur ad mendicitatem; potest enim in ægritudinem labi, & potest longo tempore ægrotare, & in eo rerum statu mendicabit, quia ille, qui potest celebrare per alium, tenetur, non obstante ægritudine, ad faciendum celebrare Missas per alium, ut infra demonstrabitur.

„ Cumque casus hic mendicitatis dari non possit, etiamsi Sacerdos labatur in ægritudinem, & longo tempore ægrotet, quando tenetur celebrare per se ipsum; obligatus enim ad celebrandum per se ipsum non tenetur tem-
56 pore infirmitatis, vel alterius justi impedimenti, onus adimplere etiam per alium, juxta Textum in *cap. Significatum, de Præbendis*; & bene deducta per *Leandrum Oper. Moral. tomo 2. tract. 8. disput. 7. quæst. 19.*

„ Infertur ex his, esse a valore Beneficii, ad cujus titulum quis ordinatur, detrahenda onera Missarum, quando Beneficiatus potest celebrare per alium, secus autem, quando tenetur celebrare per se ipsum.

„ Tertium est, distinctionem hanc inter obligatum ad celebrandum per se ipsum, & eum, qui potest celebrare per alium, esse in praxi receptam in Alma Urbe, & in Tribunali 57
Eminentissimi Vicarii, & Urbis exemplum deservire potest, & debet pro regula, & norma quoad omnes alias Diœceses.

„ Quartum est, Doctores asserere a valore Beneficii non esse deducenda onera Missarum, quando Beneficiatus tenetur celebrare per se 58
ipsum, *Garc. de Benef. part. 5. cap. 3. à num. 163. ad 170. Zarat. decis. 116. num. 18.* Sequitur ergo ex hoc, mentem esse Doctorum, quod detrahantur onera Missarum, quando Beneficiatus potest celebrare per alium, & multo magis, cum allegatæ Resolutiones in Causa *Tyburtina Ordinationis, & Signina Ordinationis*, jam sint impressæ, & apud Auctores sint relatæ, *Bertachin. vot. decis. 133. num. 7. & 8. Monacell. in Formul. tom. 1. pag. 345. n. 1. & 2. Piton. discept. 40. num. 8. & 9.* & nemo non scit, quantum sit Auctoribus deferendum, & eo fortius, quando non reperitur, qui eis contradicat, & adversetur.

§. III.

In qua exponuntur Rationes firmantes non esse onera Missarum detrahenda a valore Beneficii, ad cujus titulum quis ordinatur, sive Beneficiatus teneatur eas per se ipsum celebrare, sive possit eas celebrare per alium.

„ TRansitum faciendo ad fundamenta, quæ pro hoc militant assumto; Primum est, quod a valore Beneficii, ad cujus titulum quis ordi-
natur, detrahenda quidem sunt onera extrin- 59
seca, pro quibus adimplendis opus est, ut Beneficiatus aliquid impendat, & sic diminutionem patiatur de redditibus Beneficii, *Adden. ad Ludovis. decis. 245. sub num. 12.* sed detrahenda non videntur onera intrinseca, quæ Beneficiatus potest per se ipsum adimplere, dummodo onera illa exercitio clericali, & decori characteris congrua sint, & proportionata, & pro ejus sustentatione proficiant, uti bene ratiocinatur *Card. de Luca de Donat. discurs. 11. num. 8.*

„ Cumque talia sint onera Missarum, tum quia earum eleemosyna cedit in stipendium susten-
tationis Sacerdotis, juxta Doctrinam *Divi Tho- 60
mæ in quartum Sent. distinct. 25. quæst. 3. art. 2. quæst. 1. ad quartum; & secunda secundæ quæst. 100. artic. 2. ad secundum*, ibi -- *quasi stipendium sustentationis*; tum quia nihil impedit, quod potens celebrare per alium, celebret per se ipsum, ex hoc deducitur consequentia, quod a valore Beneficii, ad cujus titulum quis ordinatur, non sunt detrahenda onera Missa-
rum, sive Beneficiatus teneatur celebrare per 61
se ipsum, sive possit celebrare per alium, *Lamperez ad Bullam Speculatores num. 366. Morenus ad eandem Bullam post Dubium 5. nu. 40.* & bene faciunt deducta per *Rotam decis. 587. num. 8.*

,, *num.* 8. *& in dec.* 808. *num. pariter* 8. *coram*
,, *Merlino*; optime *Noguetra quæst. singular. dis-*
,, *put.* 1. *de Sacrament. quæst.* 26. *num.* 3. ibi -- *ex*
,, *eo quod Ordinatus per se, vel per alium ad id*
,, *onus Missarum teneatur, diminutionem non pa-*
,, *titur in Patrimonii redditibus, sicuti illam non*
,, *habet Ordinatus ad titulum Cappellaniæ perpe-*
,, *tuæ, cum obligatione per se, vel per alium*
,, *quotidie celebrandi.*

,, Secundum est, quod si propter possibilem
,, mendicitatem a possibili longa ægritudine de-
62 ,, rivaturam, detrahenda sunt onera Missarum,
,, quando Beneficiatus potest per alium celebrare,
,, propter possibilem etiam mendicitatem, quæ
,, derivare potest, vel ex flumine sito prope Præ-
,, dium Beneficii, vel ex nive, glacie, aut im-
,, bre, qui fructus auferant Beneficii, non po-
,, terit amplius quis ad ejus titulum ordinari, li-
,, cet redditus nulli sint affecti oneribus Missa-
,, rum, & ascendant ad summam a Synodo Dioe-
,, cesana, vel a Regionis consuetudine statutam,
,, nisi accedat idonea fidejussio pro supplemento
,, in casu infortunii, vel alia assignentur bona
,, in eodem casu subroganda. Hoc non admitti-
,, tur, non obstante possibilitate mendicitatis, non
,, erit ergo admittendum & illud, quod propter
,, mendicitatis possibilitatem detrahenda sint a
,, valore Beneficii onera Missarum, quando Be-
,, neficiatus potest eas celebrare per alium; in
,, utroque enim casu una, & eadem militat ratio,
,, quod lex videlicet respicit ad id, quod frequen-
,, tius accidit, & non ad id, quod raro contin-
,, git, *Text. in leg. Nam ad ea ff. de Legibus.*

,, Tertium est, quod Sacerdos, qui potest ce-
,, lebrare per alium, si infirmetur, tenetur hoc
63 ,, onus adimplere, & alteri eleemosynam dare,
,, ut celebret, uti resolutum fuit ab hac Sacra
,, Congregatione in *Collen. Celebrationis Missarum*
,, 18. *Septembris* 1683. proposito quippe hoc Du-
,, bio -- *An Sacerdotes obligati celebrare Missam*
,, *quotidie, absque tamen onere celebrandi per*
,, *se ipsos, possint aliquando a celebratione vacare* --
,, responsum fuit, *Negative*; cumque juxta sen-
,, sum pariter hujus Sacræ Congregationis, Sacer-
64 ,, dos obligatus ad celebrandum per se ipsum te-
,, neatur tempore infirmitatis, & præcipue, si
,, infirmitas longa sit, celebrare per alium, hoc
,, est, alteri eleemosynam dare, ut celebret, ma-
,, nifesta hinc deducitur consequentia, vel quod
,, recedendum est ab opinione, quod Sacerdos
,, obligatus ad celebrandum per se ipsum, te-
,, neatur tempore infirmitatis celebrare per alium,
,, vel quod rejicienda est distinctio, quod a va-
,, lore Beneficii detrahenda sunt onera Missarum,
,, quando Beneficiatus potest celebrare per alium,
,, secus autem, quando tenetur celebrare per
,, se ipsum.

,, Nulla cadente dubitatione, quod juxta sen-
65 ,, sum hujus Sacræ Congregationis Sacerdos obli-
,, gatus ad celebrandum per se ipsum, teneatur
,, celebrare per alium in casu saltem longæ in-
,, firmitatis; sic enim resolutum fuit in *Romana*
,, *celebrationis Missarum* 4. *Junii* 1689. in casu
,, Cappellani, qui erat obligatus ad celebrandum
,, per se ipsum, & omiserat propter infirmitatem
,, celebrationem quadraginta sex Missarum: pro-
,, posito quippe Dubio -- *An Cappellanus obli-*
,, *gatus quotidie celebrare per se ipsum, potue-*
,, *rit omittere celebrationem pro dicto tempore infir-*
,, *mitatis, & nihilo minus eleemosynam præter-*
,, *missæ celebrationis consequi* -- responsum fuit
,, *negative, & teneri supplere per alium cele-*
,, *brationem Missarum omissam occasione infirmi-*
,, *tatis.* Consimilis est Resolutio in *alia Romana*
,, 2. *Octobris* 1721. prævio quippe Voto Emi-
,, nentissimi D. mei Cardinalis Zondodarii, di-
,, ctum fuit, Cappellanum, qui tenebatur celebra-
,, re per se ipsum, & celebrationem omiserat non-
,, nullis Mensibus causa infirmitatis, esse obliga-
,, tum ad celebrare faciendum Missas, quas non
,, celebravit tempore infirmitatis; & concordat
,, aliud Decretum Sacræ Congregationis Episco-
,, porum, & Regularium in *Novarien.* 14. *Maii*
,, 1627. *apud Passerin. de Statu Homin. tom.* 2.
,, *quæst.* 187. *art.* 4. *n.* 1120. ibi -- *Sacra &c. res-*
,, *pondit Sacerdotem, cui a Testatore impositum*
,, *fuit onus quotidie per se celebrandi, si legitime*
,, *impediatur, quominus id munus per se possit*
,, *explere, teneri per alium satisfacere oneribus*
,, *Missarum sibi a Testatore impositis*, & distin-
,, guendo inter infirmitatem brevem, & longam, 66
,, ita ut primo casu non teneatur per alium satis-
,, facere, secus autem in secundo, late prosequun-
,, tur *Card. de Lugo de Sacram. Euchar. disput.*
,, 21. *sect.* 2. *num.* 48. *&* 49. *Diana in Edit. Coord.*
,, *tom.* 2. *tract.* 1. *resolut.* 59.

,, Quartum est, vix hodie in Tribunalibus ad-
,, mitti, quod Sacerdos teneatur celebrare per 67
,, se ipsum, nisi claris, & rotundis litteris Fun-
,, dator dicat eum debere celebrare *per se ipsum*;
,, nec enim sufficit, quod dicat eum debere esse
,, Presbyterum, eum debere celebrare, eum de-
,, bere residere, cum hæc omnia dicantur compa-
,, tibilia cum facultate celebrandi per alium, jux-
,, ta *famigeratam decis.* 825. *cor. Merlino*, & late
,, deducta in *Cremonen. Benefic.* 9. *Martii* 1714.
,, *coram R. P. D. Lancetta, & in eadem* 4. *Februa-*
,, *rii* 1715. *coram R. P. D. Cerro.* In hoc autem
,, rerum statu, si sunt detrahenda a valore Bene-
,, ficii onera Missarum, quando Sacerdos potest
,, celebrare per alium, ad modicum sane nume-
,, rum, in Italia præsertim, in qua parva sunt,
,, modicique valoris Beneficia, tituli reducentur,
,, ad quos Sacræ fieri possint Ordinationes, quæ
,, in re aliquid inordinatum contineri videtur.

,, Ultimum tandem est, quod quidquid sit de
,, Praxi Urbis, extra Urbem certe, ut a pluri- 68
,, bus Episcopis audivi, distinctio inter obligatum
,, ad celebrandum per se ipsum, & volentem ce-
,, lebrare per alium, non admittitur, & a valore
,, Beneficii nunquam detrahuntur onera Missa-
,, rum, sive Sacerdos possit celebrare per alium,
,, sive teneatur celebrare per se ipsum. ,, Hactenus
Discursus Emi D. Card. de LAMBERTINIS.

Tertia conditio ad effectum ut Beneficium de-
servire possit pro Sacræ Ordinationis titulo, est,
quod Promovendus illud *pacifice possideat*, quem- 69
admodum sancitur a Concilio Tridentino *cap.* 2.
Sess. 21. *de Reformat.* Duo igitur requirit Conci-
lium, nempe quod Ordinandus ad Beneficii titu-
lum, illud possideat, ac pacifice possideat. Hinc le- 70
gitime nominatus, vel præsentatus ad Beneficium,
prohibetur ante adeptam possessionem, ad illius ti-
tulum ordinari, *Pirrhing. in Jus Can. lib.* 1. *tit.* 11.
sect. 1. *num.* 71. *Pax Jordan. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *num.*
300. *Monacell. in Formul. tom.* 2. *pag.* 72. *num.* 15.
ubi refert Resolutionem Sacræ Congregationis
Concilii in *Carinolen.* 18. *Martii* 1684. *libr.* 34. *De-*
cret. pag. 78. *Ventrigl. in Prax. tom.* 1. *adnot.* 42. §.
1. *num.* 6. *Diaz. in Prax. Criminal. pag.* 18. *num.* 6.

Garc.

Garc. de Benef. part. 2. cap. 5. num. 130. Bonacin.
oper. moral. tom. 1. de Sacram. Ordin. disput. 8.
quæst. unic. punct. 4. n. 9. Et quamvis *Campanil. in*
Diverſ. Jur. Canon. rubr. 8. cap. 4. n. 10. contra-
rium exiſtimet, illius tamen opinio non aliter ad-
mitti poteſt, quam cum eo moderamine, quo ſe
uſum fuiſſe teſtatur *Panimoll. decif. 154. num. 27.*
part. 3. dum munere Vicarii Generalis in Diœceſi
Præneſtina fungebatur, nam Clerico cuidam in
minoribus Ordinibus conſtituto, & habenti pro-
ximam, & certam ſpem obtinendi Beneficium de
Jurepatronatus ſuæ familiæ ſibi vigore fundationis
debitum, Litteras Dimiſſoriales conceſſit cum
clauſula -- *Ad titulum Patrimonii cum proxima,*
& certa ſpe obtinendi Beneficium.

Et eum eadem cautela ſervari poſſet in praxi o-
pinio *Barboſæ allegat. 19. num. 20.* quem ſequitur
Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 6. de Sacrament. Or-
71 *din. n. 302.* autumantis poſſe in minoribus Ordini-
bus conſtitutum Subdiaconatu inſigniri ad titulum
Beneficii, cujus fructus ſolum lucrantur poſt ſuſ-
ceptum Presbyteratus Ordinem, ut ſcilicet id fie-
ri poſſit, aſſignato interim ſufficienti Patrimonio,
donec Sacerdotio initiatus fuerit. Cum enim quam-
plurimi evenire poſſint caſus, ob quos ad Subdia-
conatum promotus titulo ejuſdem Beneficii, poſt-
ea a ſuſcipiendo Sacerdotio impediatur, eliſa uti-
que remaneret mens Concilii, quæ, ut diximus,
alia non fuit, quam præſto eſſe, ne in ſuſcepto-
rum Ordinum dedecus Clerici mendicare cogan-
tur. Quemadmodum reſcripſit Sacra Congregatio
Concilii in una *Vicen. 26. Septembris 1623.* per
hæc verba -- *Sacra Congregatio cenſuit nequaquam*
poſſe Clericos ordinari ad titulum communis maſſæ,
cujus fructus ante Presbyteratum non percipiuntur,
niſi illis interim aſſignetur Patrimonium ſufficiens,
donec ad Presbyteratus Ordinem promoti fuerint -
ut ex *lib. 24. Memor. pag. 296.* & meminit de hac
Reſolutione *Nicol. in Prax. Jur. Can. tom. 2. pag.*
30. n. 26.

Pro canonico itidem Sac. Ordinationis titulo re-
quiritur, quod poſſeſſio Beneficii, vel Cappella-
72 niæ ſit pacifica. Dicitur autem pacifice poſſide-
re, qui poſſidet ſine lite, nullamque patitur con-
troverſiam Juris, vel facti in judicio, vel extra,
Felin. in cap. Cum Joannes n. 33. de Fid. Inſtru-
ment. Rebuff. in Tract. de Pacific. poſſeſſ. num. 165.
Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 6. n. 303. Barboſ. de
Poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 19. num. 52. Van
Eſpen in Jus Eccleſ. univ. tom. 1. part. 2. tit. 9.
cap. 6. n. 21. cum aliis penes *Ventrigl. in Prax.*
tom. 1. annotat. 42. §. 1. n. 8. & dicemus infra in
Commentar. in Regulas XXXV. & XXXVI. Et ad
73 effectum, ut Beneficium dicatur litigioſum, &
pacifice non poſſeſſum, ſufficit ſola citatio rite ex-
pedita, & exequuta, juxta Text. in *Clement. final.*
ut lite penden. ubi communiter Canoniſtæ, late
Gaill. obſervat. 74. n. 16. lib. 1. Ventrigl. ubi ſu-
pra n. 8. Barboſ. allegat. 19. n. 7. & 18. Gratian.
diſcept. 2. n. 34. & 35. Lis vero ſuper aliquo Præ-
74 dio particulari Beneficii pacifice quoad reliqua
poſſeſſi, non impedit quin ad illius titulum Be-
neficiarius ordinari poſſit, dummodo quæ ſuper-
ſunt Bona non litigioſa, ſufficiant ad congruam
illius ſuſtentationem, *Pax Jordan. lib. 3. tit. 6.*
n. 305. cum aliis apud *Barboſ. dict. allegat. 19. n.*
21. & 22.

At vero Sacris Ordinibus Beneficii titulo inſi-
gnitus, illud reſignare non poteſt, niſi facta ex-
75 preſſione, *quod ad illius Beneficii titulum ſit pro-*
motus, neque ea reſignatio admittatur, niſi conſti-
to, quod aliunde vivere commode poſſit, & aliter
facta Reſignatio nulla ſit -- ut his verbis ſancivit
Sacrum Concilium Tridentinum *Seſſ. 21. cap. 2. de*
Reformat. & *S. Pius V.* in ſua *Conſtitut. 58.* in qua
enumerat Beneficiorum Reſignationes, quæ ad-
mitti poſſunt per Epiſcopos, & alios Collatores
inferiores, hæc in §. 3. inquit -- *Sed nec horum ullus*
Sacro Ordini mancipatus, niſi Religionem ingreſſu-
rus, valeat ullo modo Beneficium, vel Officium Ec-
cleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit quo in vita
poſſit ſuſtentari. Cujus *Pianæ* Conſtitutionis diſpo- 76
ſitionem, etſi in Littera loquentem de Reſignatio-
nibus factis coram Ordinariis, comprehendere ta-
men in ſpiritu etiam eas, quæ in manibus Pontifi-
cis explentur, tradunt *Pariſ. de Reſignat. lib. 5.*
quæſt. ultim. n. 176. Ricc. part. 1. reſolut. 282. in
fine, Garc. de Benef. part. 2. cap. 5. n. 198. Bar-
boſ. de Poteſt. Epiſcop. allegat. 19. n. 40. & ad Con-
cil. dict. Seſſ. 21. cap. 2. de Reformat. n. 6.

Et quamvis *Spad. conſ. 82. n. 2. & 3. tom. 2.* exi-
ſtimet, quod poſt laudatam Conſtitutionem *Pia-* 77
nam, in qua nulla ſit mentio de obligatione expri-
mendi, quod Reſignans fuerit ad titulum Benefi-
cii reſignati ordinatus, ſufficiat pro validitate Re-
ſignationis ſola clauſula -- *conſtito, quod aliunde*
commode vivere poſſit -- Potiſſimum quis ceſſat tali
caſu timor, ne in Sacris conſtitutus cum Ordinis
dedecore mendicare cogatur. Nihilominus eſt in
ſua opinione ſingularis, & loquitur contra commu-
nem, & in praxi receptam ſententiam, cum ho-
die pro Regula obſervetur, ut duo in hiſce Reſi-
gnationibus neceſſario exprimenda veniant, nem-
pe quod Reſignans Beneficium fuerit ad illius ti-
tulum ordinatus, & quod habeat aliunde quo vi-
vere poſſit, ut reprobando *Spadam* late firmant 78
Roſ. de Executor. Litter. Apoſtolic. part. 1. cap. 15.
n. 4. & ſeqq. Pariſ. de Reſignat. lib. 2. quæſt. 6. n.
36. Vivian. de Jurepatr. part. 2. lib. 13. cap. 10.
n. 28. Cardin. de Luc. de Benef. diſc. 41. n. 4. Ven-
trigl. in Prax. tom. 1. adnotat. 42. §. 1. n. 13. Rot.
decif. 348. n. 8. cor. Rembold. & in Leodien. Bene-
ficii 28. Februarii 1708. §. Ex alio, coram Bourle-
mont. & in Adrien. Canonicatus 7. Maii 1706. §.
Ratio, cor. Kaunitz. Nec Concilium demandando 79
expreſſionem, quod Reſignans ſit ad titulum Be-
neficii ordinatus proſpicere ſolum voluit, ne in
Sacris conſtitutus cum Ordinis dedecore mendica-
re cogatur, verum & ulterius providere, ne ullo
unquam tempore hujuſmodi timor ſubeſſe poſſit,
voluitque propterea, quod Superiori clare inno-
teſcat Beneficium pro titulo Sacræ Ordinationis in-
ſerviiſſe, ut in illius locum Beneficium aliud, vel
Patrimonialia bona ſubrogari poſſent, iiſdem ob-
noxia qualitatibus inabdicabilitatis, ac inalienabi-
litatis, quibus primus titulus affectus erat, ut mox
dicemus.

Dictaque Conciliaris Diſpoſitio locum ſibi vin-
dicat etiam in permutatione Beneficii, ad cujus ti- 80
tulum fuit Permutans Sacris Ordinibus initiatus;
Omiſſio enim hujuſmodi expreſſionis nullam pror-
ſus, & irritam reddit Permutationem, cum dari
poſſit caſus vel quod Permutatio fiat cum Benefi-
cio inæqualis redditus, & ad honeſtam ſuſtenta-
tionem haud ſufficiente, vel quod Permutans pa-
cifice conſequi non valeat Beneficium ſibi vigore
permutationis ceſſum, ut ex mente Sacræ Con-
gregationis Concilii firmant *Garc. de Benef. part. 2.*
cap. 5. num. 218. Gratian. diſcept. 159. num. 3.
Cardin. de Luc. de Benef. diſc. 41. n. 5. Barboſ. ad

Concil. seff. 21. *cap.* 2. *de Reformat. Ventrigl. in*
Prax. tom. 1. *adnotat.* 42. §. 1. *n.* 19. *Rot. decif.*
441. *n.* 3. *cor. Gregor.*
Expreſſio vero quod Reſignans Beneficium ſit
ad illius titulum promotus, veluti pro forma requi-
81 ſita a Concilio, debet eſſe individua, & ſpecifi-
ca, nec ſufficit, quod fiat per æquipollens, *Garc.*
de Benefic. part. 1. *cap.* 5. *n.* 193. ubi refert Reſo-
lutionem Sac. Congregationis Concilii de anno
1588. *Carol. de Mean. ad Conſuetud. Leodien.* tom.
4. *obſervat.* 420. *n.* 5. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 3.
quæſt. 14. *n.* 75. *& ſeqq. Cardin. de Luc. de Benefic.*
diſc. 37. *n.* 10. *Piton. Diſceptat. Eccleſ.* 147. *n.* 19.
Tondut. quæſt. Benefic. part. 2. *cap.* 1. §. 11. *n.* 41.
Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 2. *cap.* 2. *num.* 35.
Gratian. diſcept. 991. *num.* 3. *Gonzal. in Regul.* 8.
Gloſſ. 5. §. 10. *n.* 35. *Rot. decif.* 246. *n.* 12. *&* 13.
cor. Millino, & decif. 85. *num.* 15. *decif.* 348. *n.*
& ſeqq. cor. Remboldo. Et decrevit eadem Sacra
Congregatio Concilii in *Lancianen.* mox referen-
da ad 1.
Multoque minus pro validitate Reſignationis
82 Beneficii ſufficere poteſt expreſſio, quod Reſignans
forſan ſit ad illius titulum ordinatus, cum enim
83 dictio *forſan* ſit nota dubitationis, *leg. Gallus* §.
Forſitan ff. de Liber. & Poſthum. leg. 1. §. *Si quis*
neſciat ff. de Jur. & Fact. ignor. cum concordan-
tibus penes *Barboſ. dict.* 126. *n.* 1. *& ſeqq.* nequit
ex illa Pontifex certo dignoſcere indolem Benefi-
cii, quod ad illius titulum fuerit Reſignans ordi-
84 natus, & cujus expreſſio debet eſſe ſpecifica, &
individualis, *Piton. diſcept.* 147. *num.* 22. *& ſeqq.*
Et reſpondit Sacra Congregatio Concilii in *Lan-*
cianen. 9. *Aprilis* 1726. Propoſitis enim Dubiis,
I. *An Ordinatus ad titulum Beneficii teneatur in*
illius Reſignatione individualiter exprimere ſe fuiſſe
ad ejus titulum ordinatum. II. *An hæc individua*
expreſſio ſuppleatur per aſſertivam forſan ordina-
tus? -- reſponſum fuit ad I. *Affirmative*, ad II. *Ne-*
gative.
Idque procedit etiam in Reſignatione Beneficii
85 expleta cum reſervatione Penſionis ad ſuſtentatio-
nem Reſignantis congruæ, nam ſi omiſſa fuerit
ſpecifica expreſſio, quod ad titulum Beneficii re-
ſignati, reſignans ſit ordinatus, adhuc nulla erit
Reſignatio, ut referunt a Sacra Congregatione
Concilii deciſum *Garc. de Benef. part.* 2. *cap.* 5. *n.*
215. *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 37.
Ugolin. de Offic. Epiſcop. cap. 14. §. 3. *& cap.* 16.
§. 8. *n.* 4. cum aliis apud *Barboſ. ad Concil. Seſſ.* 21.
cap. 2. *de Reformat.* *n.* 27. *& de Poteſt. Epiſcop. alle-*
gat. 19. *n.* 42.
Neceſſaria tamen non eſt expreſſio, quod Reſi-
gnans ad titulum Beneficii ſit ordinatus, quando
86 Reſignatio non eſt voluntaria, ſed neceſſaria, &
de jure facienda, ſi nempe proviſus de Beneficio,
ad cujus titulum fuit ad Sacros Ordines promo-
tus, aliud aſſequatur Beneficium vel de jure, vel
ex lege fundationis cum illo incompatibile, tunc
enim Reſignationem primi non comprehendi ſub
Decreto Tridentini *dict. ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de Reform.*
tradunt *Navarr. conſ.* 4. *de Renunciat. Pariſ. de*
Reſignat. libr. 2. *quæſt.* 6. *num.* 39. *& ſeqq. Gonzal.*
in Regul. 8. *Cancellar. Gloſſ.* 5. §. 10. *num.* 35. *&*
ſeqq. Garc. de benefic. part. 2. *cap.* 5. *num.* 219. *&*
ſeqq. Rota in Gerunden. Beneficii 3. *Junii* 1712. §.
final. juncto §. *Minime cum ſeq. cor. clar. mem.*
Cardinali Falconerio, inter impreſſ. *decif.* 14. *tit. de*
Jurepatr. tom. 2. in cujus themate agebatur de
eo, qui dimiſerat in manibus Ordinarii Benefi-
cium, quod obtinebat, & ad cujus titulum pro-
motus fuerat, ad effectum obtinendi aliud ex lege
fundationis debitum illi, qui nullum Beneficium
obtineret.
Quemadmodum igitur Concilium Tridentinum
pro forma requirit expreſſionem, quod Reſignans
ſit ordinatus ad titulum Beneficii, ita pro forma
itidem expoſcit, quod Reſignans ipſe aliunde ha- 87
beat unde commode vivere poſſit, *Rot. in Adrien.*
Canonicatus 7. *Maii* 1706. §. *Ratio*, *cor. Kaunitz.*
Idque reſultare debet per legitimas, & concluden-
tes probationes, & quidem ante executionem 88
Litterarum Reſignationis, *Garc. de Benefic. part.*
2. *cap.* 5. *n.* 193. *& ſeqq. Roſ. de Executor. Litter.*
Apoſtolic. part. 1. *cap* 6. *n.* 204. *& ſeqq. & cap.* 14.
n. 2. *&* 12. *Rot. decif.* 106. *n.* 7 *&* 8. *cor. Ottabon.*
& decif. 348. *n.* 5. *part.* 19. *Recentior. & in dicta*
Adrien. Canonicatus §. *Rurſus*, ubi quod id pro-
cedit etiamſi Litteræ Reſignationis eſſent expedi-
tæ in forma gratioſa, & in *Pampilonen. Beneficii* 89
5. *Decembris* 1701. §. *Unica*, *car. bon. mem. An-*
ſaldo. Adeout ad hujuſmodi probationis effectum
non ſufficiat confeſſio Reſignantis, etſi juramento 90
munita, *Rot. decif.* 348. *n.* 7. *& ſeqq. part.* 19. *Re-*
cent. & reſolvit Sacra Congregatio Concilii in
dicta *Lancianen. die* 9. *Aprilis* 1726. Nam Tertio
Dubio ita concepto -- *An conſtare debeat per pro-*
bationes concludentes Reſignantem habere, quo com-
mode vivere poſſit -- & Quarto -- *An hæc probatio*
cenſeatur adimpleta per ſolam confeſſionem juratam
Reſignantis -- reſpondit ad tertium *Affirmative*, ad
quartum *Negative.*
Et ſemel ac Executori Litterarum Apoſtolica-
rum Reſignationis, vel Ordinario conſtet per le-
gitimas probationes, quod Reſignans aliunde ha- 91
beat unde commode vivere poſſit, vel quia aliud
Beneficium, vel quia Patrimonialia Bona poſſi-
deat, tunc Executor, vel Ordinarius ipſe, tene-
tur Beneficium illud, vel Bona Patrimonialia ſub-
rogare in locum Beneficii reſignati, ita quidem ut
remaneant loco tituli, juxta diſpoſitionem Conci-
lii, quemadmodum fuit a Sac. Congregatione re-
ſolutum in *Aſten. Reſignationis* 22. *Maii* 1734. & 92
prius in dicta *Lancianen.* in qua diſputatis ulterius
Dubiis. V. -- *An Reſignans teneatur aliud Benefi-*
cium habitum, vel alia bona ſubrogare Beneficio
reſignato -- VI. -- *An hæc ſubrogatio facienda ſit per*
Epiſcopi declaratoriam in caſu &c. reſponſum fuit
ad V. *Affirmative*, ad VI. pariter *Affirmative.*
An autem defectus commode ſuſtentationis op-
poni poſſit a tertio poſt obitum Reſignantis ad ef- 93
fectum, ut Beneficium, ad cujus titulum fuerat
ipſe Sacris Ordinibus initiatus dicatur vacare per
obitum, & non per reſignationem? Sunt qui af-
firmant, ea moti ratione, quod clauſula, *Con-*
ſtito, vel dummodo Reſignans habeat aliunde &c. 94
quæ de conſtanti Datariæ ſtylo in Reſignationibus
hujuſce generis Beneficiorum ad tramites Conci-
liaris diſpoſitionis apponi ſolet, præſefert condi-
tionem ſuſpenſivam, & reſpicit præciſam ſubſtan-
tiam Gratiæ, *Pariſ. de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 6.
n. 41. *& lib.* 3. *quæſt.* 14. *n.* 6. *Garc. de Benefic.*
part. 2. *cap.* 5. *n.* 201. *Gratian. diſcept.* 991. *n.*
10. §. *Et quod mediante*, *Amayden. de ſtyl. Datar.*
lib. 1. *cap.* 16. §. 1. *n.* 6. *Roſ. de Executor. Litter.*
Apoſtolic. in addit. ad cap. 15. *n.* 7. *&* 5. *Piton.*
diſcept. 147. *n.* 11. *Rot. decif.* 31 *n.* 2 *part.* 16. *Re-*
cent. Proindeque cum ante illius juſtificationem non 95
remaneat abdicatum a Reſignante jus, quod in Be-
neficio habebat, ſequitur Beneficium ipſum non per
Reſi-

Resignationem, sed per Resignantis obitum vacare,
Piton. d. discept. 147. n. 14. Rot. dec. 480. n. 8. & seqq. part. 13. Recent. & decis. 16. coram clar. mem. Card. Falconerio tit. de Benefic. & in Aurien. Cantoriæ 13. Junii 1697. §. Nec pariter coram dell'Olmo.

Sed distinguendum est; Aut exceptio defectus
96 congruæ sustentationis promota fuit ob ipsa Resig-
nante, dum in humanis degebat, & post ejus obi-
tum a tertio proponi potest; Aut ob ipso in judi-
cium deducta non fuit, & hoc casu, sive Litteræ
Resignationis sint expeditæ in forma gratiosa, sive
in forma Dignum, non potest tertius de ea oppo-
97 nere, dum clausula præfata *constituto, seu dummo-
do &c.* etsi conditionem importet, & pro forma
adjici solent in Litteris Resignationis, respicit ni-
hilominus solum favorem Resignantis, ne in dede-
cus Ordinis mendicare cogatur, proindeque ea ter-
tius uti non potest *Rot. decis. 104. n. 2. coram Uba-
go, & decis. 552. n. 7. part. 19. Recent. decis. 106. n. 8. cor. Ottobon. decis. 89. n. 10. coram Roxas decis. 227. n. 5. in fine, decis. 250. n. 10. coram Cerro decis. 183. n. 9. coram Molines, & decis. 3. §. Nullum, & decis. 4. §. Ceterum, coram clar. mem. Cardinali Falconerio tom. 1. tit. de Benefic. & in Pampilonen. Beneficii 5. Decembris 1701. §. Generica cor. bo. me. Ansaldo.*

Longeque minus defectus justificationis clausu-
98 læ *constituto &c. seu dummodo aliunde &c.* opponi
poterit a tertio si Resignans præmortuus esset ante
Litterarum Resignationis executionem. Cum e-
nim in verificatione ejusdem clausulæ inspici de-
99 beat tempus executionis Gratiæ, eo ipso, quod
tempore præfato Resignans jam viam universæ car-
nis est ingressus, itaut alimentis amplius non in-
digeat, quemadmodum superfluum videtur verifi-
catio congruæ sustentationis, ita nec attendi debet
oppositio tertii super nullitate Resignationis proma-
nante ex defectu verificationis præfatæ, *Vivian. de Jurepatr. lib. 13. n. 44. & seqq. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 1. n. 3. §. Hæc autem clausula, Ros. de Execut. Litter. Apostolic. part. 1. cap. 6. n. 206. Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 16. §. 1. n. 18. Rot. in dicta Pampilonen. Beneficii 5. Decembris 1701. §. Tertia præclarius, coram Ansal-
100 do.* Exemplo ejus, qui Beneficium resignavit, &
ante Litterarum executionem Professionem Re-
gularem emisit, ex quo enim alimentis amplius
non indiget, cum satis, superque a Religione ei
suppeditentur, clausula *dummodo aliunde &c.* in Re-
signationis adjecta Litteris, nulla amplius indiget
justificatione, & Beneficium non per ingressum in
Religionem, sed per Resignationem vacare cense-
tur, ut relatis concordantibus prosequitur *Rot. in dicta Pampilonen. §. Citato, & §. Generica cum
101 seqq.* ubi quod pares sunt termini, æqualisque ra-
tio inter mortem civilem ob ingressum in Religio-
nem, & mortem naturalem.

Sed præter Beneficium, Coadjutoria quoque
102 cum futura successione super Canonicatu, vel Di-
gnitate validum suppeditat titulum pro Sacra Or-
dinatione, sed in eo casu dumtaxat, quo Coadju-
tori assignata reperiatur congrua Portio vel in fru-
ctibus, vel in pecunia pro suo labore, & residen-
tia, quousque successioni locus factus fuerit. Tunc
enim Coadjutor ordinari dicitur ad titulum Pen-
sionis, quæ ut mox dicemus, pro legitimo ordina-
tionis titulo inservit, ut resolutum fuit a Sacra
Congregatione Concilii *in Elboren. 23. Augusti* 1731. quam resolutionem supra exscripsimus, &
firmant communiter *Fermosin. de Offic. & Sacr. Eccles. ad titul. de Tempor. Ordinat. quæst. 7. n. 11. Pirhing. in lib. 1. Decret. titul. 11. de Tempor. Ordinat. sect. 1. §. 4. n. 69. Castropal. Oper. moral. tom. 4. tract. 27. disput. unic. punct. 10. n. 5. Barbos. de Jur. Eccles. universal. lib. 3. cap. 10. n. 80. & ad Concil. sess. 21. de Reformat. cap. 2. n. 16. Gonzal. in Regul. 8. gloss. 5. §. 9. num. 6. Garc. de Benefic. tom. 1. part. 2. cap. 5. num. 132. Ventrigl. in Prax. rer. Eccles. part. 2. adnotat. 13. §. unico num. 37. Pax Jordan. lucubrat. lib. 3. tit. 6. num. 815. Vivian. de Jurepatronat. lib. 5. cap. 1. num. 88. Clericat. de Sacram. Ordin. decis. 28. num. 17. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 2. cap. 2. num. 26.*

Ad titulum insuper Massæ communis in Eccle
siis receptitiis non prohibetur quis Sacris Ordini 103
bus initiari, si hæ conditiones concurrant, nem-
pe quod Massæ redditus sint fundati super rebus
stabilibus, & tutis; quod numerus participantium
sit determinatus, & reddituum pars cuique con-
tingens, sufficiat ad congruam illius sustentatio-
nem; quod taliter ordinatus sit obstrictus servitio
Ecclesiæ tanquam ejusdem Beneficiatus; quodque
congrua portio ei negari non possit quod vixerit,
modo velit inservire, illique detur ad instar distri-
butionum quotidianarum, etiamsi fuerit legitime
impeditus, vel ob infirmitatem, vel aliam ob cau-
sam a Concilio Tridentino approbatam; Quemad-
modum de mandato san. memor. Clementis VIII.
rescripsisse Sacram Congregationem Episcoporum,
& Regularium, testatur *Nicol. tom. 2. pag. 30. numer. 28. & seqq. Pignatell. tom. 5. consult. 77. num. 34.* ubi refert etiam Decretum Sixti V. hac
de re editum anno 1590. *Card de Luc. de Donat. disc. 11. num. 8. & de Canon. disc. 22. sub num. 5. Ursaya tom. 5. part. 1. discept. 4. n. 57. Pax Jordan. variar. lucubrat. lib. 10. tit. 37. n. 12. & 13. Corrad. in Prax. Dispensat. Apostolic. in addit.
pag. 21. §. Ad titulum quoque,* ubi quod Sedes 104
Apostolica Indultum quandoque elargitur, ut quis
Sacris Ordinibus initiari possit ad titulum Eccle-
siæ receptitiæ cum clausula: *Dummodo ex illius servitio tantum percipias, quantum ad congruam
tui sustentationem sufficiat,* & adjicitur hoc De- 105
cretum videlicet: *Volumus autem, quod donec tibi de aliquo Ecclesiastico, vel alio annuo reddi-tu ad congruam tui sustentationem sufficiente provisum fuerit, si te ad titulum dictæ Ecclesiæ promoveri contigerit, ab illius servitio recedere nequeas, nec debeas, nisi forte ad alia ministeria cum alia commodiori sustentatione transeas, & illis adscribaris, & aliter recedens ab executione Ordinum per te suscipiendorum arbitrio Ordinarii suspensus remaneas.*

Hactenus de nobiliori Sacræ Ordinationis Titu-
lo. Succedit modo alter, Patrimonium nempe,
aut Pensio. Patrimonii Titulus poene ignotus in 106
veteri Ecclesiæ disciplina, juxta quam, ut supra
innuimus, nemo ordinari poterat, nisi certæ Ec-
clesiæ alligaretur, in qua & Sacras functiones per-
ageret, & ex ejus redditibus alimenta reciperet;
Patrimonii inquam titulus coepit ex quadam Apo-
stolica Dispensatione approbari in Concilio Late-
ranensi sub Alexandro III. celebrato, ut observant
Van Espen. in Jus Eccles. univers. tom. 1. part. 2. tit. 9. cap. 6. num. 7. & 11. Thomassin. de Benefic. part. 2. lib. 1. cap. 9. n. 1. & 5. Paulut. Jurisprudent. Sacr. tom. 3. lib. 5. tractat. 7. cap. 6. n. 5. Episcopus, inquit laudatus Pontifex, *si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat in Diaconum, vel*

*Presbyterum ordinaverit, tamdiu necessaria ei sub-
ministret, donec in aliqua Ecclesia convenientia ei
stipendia militiæ Clericalis assignet, nisi forte talis,
qui ordinatur, extiterit, qui de sua, vel Paterna
hæreditate subsidium vitæ possit habere*, ut legitur
in Cap. Episcopus, de Prabend.

Hanc Regulam confirmavit Concilium Triden-
107 tinum *cap. 2. sess. 21. de Reformat.* dum statuit,
quod ad titulum Pensionis, vel Patrimonii promo-
veri non possint, *nisi illi, quos Episcopus judica-
verit assumendos pro necessitate, vel commoditate
Ecclesiarum suarum.* Quam Concilii Sanctionem,
ad tollendos abusus quamplurium Episcoporum,
qui passim sine delectu admittebant absque ulla
Ecclesiæ utilitate, vel necessitate ordinandos ad ti-
tulum Pensionis, vel Patrimonii, innovavit sa. me.
108 *Innocentius XI.* Decreto edito per Organum Sa-
cræ Congregationis Concilii sub *datum 3. Martii*
1679. illiusque observantia Episcopis omnibus eni-
xe commendata fuit per Litteras Encyclicas ejus-
dem Sac. Congregationis tenoris qui sequitur.

109 „ Reverendissime Domine uti Frater. Etsi Con-
„ cilii Tridentini Decreto *cap. 2. sess. 21. de Re-
„ format.* diserte caveatur, ne quis Clericus secu-
„ laris, quamvis alias sit idoneus moribus, scien-
„ tia, & ætate ad Sacros Ordines promoveatur,
„ nisi prius legitime constet eum Beneficium Ec-
„ clesiasticum, quod sibi ad vitam honeste suffi-
„ ciat, pacifice possidere; Patrimonium vero, &
„ Pensionem obtinentes ordinari non possint, nisi
„ illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro
„ necessitate, vel commoditate suarum Ecclesia-
„ rum; temporum tamen cursu animadversum est
„ nonnullos Episcopos ab hac ordinandi norma
„ absque ullo discrimine deflexisse, passim quos-
„ cumque ad Patrimonii titulum ad Sacrum mi-
„ nisterium admittendo. Quantum ex hoc jacturæ
„ in Ecclesiastica disciplina acceptum fuerit, ma-
„ nifestum est. Quare Sanctissimus Dominus No-
„ ster pro sui insigni Zelo malis hujusmodi provi-
„ de obviaturus prædictæ dispositionis exactissi-
„ mam observantiam in Urbe in primis instaura-
„ vit. Deindeque per hasce Circulares Litteras
„ Episcopis omnibus Sanctissimum Tridentini De-
„ cretum in memoriam reduci mandavit, qua-
„ tenus omnes illud sancte custodiant, sciantque
„ non aliter quem ordinandum ad titulum Patri-
„ monii, nisi cum Ecclesiæ necessitas, vel com-
„ moditas ita exigat, qua in re prudens Episcopi,
„ timoratumque judicium versari debebit. Ampli-
„ tudo igitur Tua Sanctitatis Suæ exemplo, &
„ mandato se conformet, eique omnia prospera
„ precamur a Domino. Romæ 13. Maii 1679.

110 Eamdemque providam Concilii Sanctionem pro
Clericis promovendis ad Sacros Ordines in Reg-
nis Hispaniarum innovavit itidem san. mem. *Inno-
centius XIII.* in sua celebri Constitutione, quæ in-
cipit -- *Apostolici Ministerii* -- edita pro Ecclesiasti-
ca Disciplina sarta tecta servanda in Regnis præ-
fatis sub *Datum die 13. Maii* 1723. quam confir-
mavit san. mem. *Benedictus XIII.* per alteram Con-
stitutionem, quæ incipit -- *In Supremo militantis
Ecclesiæ* -- impressam post Concilium Romanum
sub eodem Pontifice celebratum anno 1725. *p.* 307.
111 Hinc si quis de Beneficio ad congruam sustenta-
tionem sit provisus, ad titulum Patrimonii ordi-
nari non debet, *Sacra Congregatio Concilii in So-
rana 26. Januarii* 1663. *& in Camerinen. 4. Au-
gusti* 1685. quas resolutiones refert *Monacell. tom. 2.
pag. 71. n. 6.*

Ex laudatis igitur Concilii Tridentini verbis cla-
re patet solum Beneficium esse titulum legitimum
pro Sacra Ordinatione requisitum, Patrimonium
vero nonnisi dispensative pro iis videlicet, quos
Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate,
vel commoditate Ecclesiarum suarum; & per hanc
Conciliarem Sanctionem sublata censetur disposi- 112
tio *Text. in Cap. Tuis, de Prabend. & Dignitat.*
in quantum ibi indiscriminatim permittitur Ordi-
natio ad titulum Patrimonii, vel Beneficii, ut
observat *Fagnan. in Cap. Episcopus n. 24. de Pra-
bend. Van Espen. in Jus Eccles. universal. tom. 1.
part. 2. tit. 9. cap. 6. n. 12. Alter. de Censur. dispu-
tat. 10. cap. 3. pag. 172. §. Respondeo.* Unde Car-
dinalis Bellarminus in eleganti epistola, quam 113
scripsit ad Nepotem suum Episcopum Theanensem,
Maximus, inquit, *est abusus ordinare quoslibet ad
Titulum Patrimonii, plurimi enim ordinari cupiunt
pro utilitate sua, non Ecclesiæ, & de celebratione
Missæ faciunt artem de pane lucrando, unde Sa-
cerdotium contemtibile redditur, & Ecclesia Scan-
dalis patet.*

Necessitas autem tunc adesse dicitur, quando 114
Ecclesia indiget Ministris, nec reperiuntur alii qui
possint ad Sacros Ordines promoveri cum titulo
Beneficii. Commoditas vero, quando Ecclesia in-
diget quidem Sacris Ministris, sed non desunt alii
qui ordinari possint. Sicque necessitas Ecclesiæ re-
stringitur ad puram ejus indigentiam; Commodi-
tas vero ad pinguius ejus servitium, ut antiquiori-
bus Canonistis relatis; *Fagnan. in Cap. Quæris n.
3. de ætat. & qualit. Panimoll. dec. 544. n. 21. tom.
3. Eminentiss. Petr. ad Constit. Apostolic. tom. 1.
pag. 329. n. 58. tom. 1. pag. 329. n. 58.* Semper ta-
men hujusmodi necessitas, vel commoditas adesse 115
censetur, quoties agitur de promovendis Viris do-
ctis, vel nobilibus probatæ vitæ, & integritatis,
quibus valde indiget Ecclesia; *Cap. Cum per spe-
cula de Praben. Cap. Cum ex eo de Elect. in 6. Ricc.
in Prax. for. Eccles. tom. 3. resolut. 453. n. 3. Ven-
trigl. in prax. part. 2. adnot. 44. §. unic. num. 20.
Mongcell. in formular. tom. 1. pag. 70. n. 3. Pax
Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 6. n. 324. D. Ursaya tom.
5. part. 1. discept. 9. n. 14. Carrad. in Prax. dispens.
Apostol. lib. 4 cap. 5. n. 10. Garc. de Benefic. part.
2. cap. 5. n. 75. Pirhing. in Jus Can. lib. 1. tit. 11.
sect. n. 72.*

An autem Clericus Domicilium habens in Civi-
tate, in cujus Ecclesia non adest Ministrorum ne-
cessitas, possit ab Episcopo *Originis* ordinari ad 116
titulum Patrimonii ratione necessitatis, ejusdem
Ecclesiæ originis, late examinat *D. Cardinalis Pe-
tra in Constit. Apostol. tom. 1. pag. 329. a n. 54.*
Semel autem ac quis ad Sacrum Subdiaconatus
Ordinem promotus fuit seu necessitate, vel com-
moditate Ecclesiæ ad titulum Patrimonii, si aliud
Canonicum non obstet impedimentum, non po-
test ei denegari ascensus ad ulteriores Sac. Ordi- 117
nes sub prætextu, quod extra Diœcesim moram
trahens, eidem Ecclesiæ utilis amplius, & neces-
sarius non sit, ut declaravit Sac. Congregatio
Concilii *in Perusina die 8. Julii 1659.*

Ceterum dispensatus super Interstitiis vigore
Brevis Apostolici nuncupati *extra tempora*, in quo 118
inter cætera, de stylo leguntur sequentia verba --
*Ut Parentibus tuis solatio esse possis, & fervore de-
votionis accensus ad Sacros &c. extra tempora, ac
interstitiis non servatis, ad titulum Patrimonii tui,
seu perpetui Beneficii &c. promovere valeas &c.
concedimus &c.* non censetur etiam dispensatus su-
per

per necessitate, vel commoditate Ecclesiæ a Sac. Concilio requisitis, ad effectum, ut ordinari possit ad titulum Patrimonii, ut respondit Sac. Congregatio Concilii *in Urbinaten. 9. Septembris* 1679. Proposito enim dubio -- *An vigore Brevium hujusmodi quis promoveri possit ad titulum Patrimonii, non obstante, quod non concurrat Ecclesiæ necessitas, vel commoditas, dum causa motiva concessionis videtur solatium Parentum.* Prodiit Rescriptum, *Negative*, & 10. *Junii* 1684. Idemque declaravit san. mem. Innocentius XII. in sæpe laudata Constitutione *Speculatores* §. 3.

Patrimonium vero, ut inservire possit pro Sac. Ordinationis titulo consistere debet in possessione
119 temporalium redituum, qui annuatim exigantur, quique sufficiant ad congruam Ordinati sustentationem juxta quantitatem, vel a taxa Synodali præscriptam, vel juxta morem Regionis requisitam, vel arbitrio Episcopi determinandam; quod Patrimonium debet esse certum, in re immobili, ac frugifera fundatum, pacifice possessum, ære alieno non gravatum, nec alteri obligatum, ut late explicant *Fagnan. in Cap. cum Episcopus de Pruben. n. 26. & seqq. Piring. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11. sect. 1. n. 72 §. Nomine, Van Espen in Jus Eccles. univers. tom. 1. part. 2. tit. 9. cap. 6. n 27. & seqq. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 2. a n. 32. Garc. de Benefic. part. 2. cap. 5. n. 74. & seqq. Pax Jordan. var. Lucubrat. lib. 3. tit. 6. n. 323. & seqq. Barbos. ad Concil. sess. 21. cap. 2. de reformat. n. 35. & plurib. seqq. Clericat. de Sacram. Ordin. decis. 28. n 24.*

120 Hinc Clericus qui ex propria industria, docendo nempe artes liberales, vel quid aliud statui Clericali non inconveniens exercendo, tantum lucratur, quantum sufficiat ad vitæ sustentationem, Sacris Ordinibus initiari prohibetur, ut decrevit *Sac. Congregatio Concilii in Seguntina de Mense Octobris* 1589. *lib. 6. Decret. pag.* 58. & tradunt *Garc. de Benefic part. 2 cap. 5. n. 126. Barbos. ad Concil. sess. 21. cap. 2. n. 50. & allegat. 19. n. 71. Fermosin. de Offic. & sacris Eccles. tit. de Tempor. Ordinat. quæst. 7. n. 17.* Quemadmodum non po-
121 test quis ordinari ad titulum Litteraturæ, quantumvis insignis, ut præter mox laudatos Doctores, firmant *Genuens. in prax. Curiæ Archiepiscop. Neapolit. cap. 81. n. 2. Ricc. in Prax. part. 3. resolut. 451. n. 4. Ventrigl. in Prax. tom. 1. adnot. 42. § 1. n 28. Bertachin. Vat. decis. 133. n. 7.* late *Marchett. in Prax. Vicur. capitul. part. 2. tit. 15. n. 57.*

Similiter Patrimonium constitui nequit super
122 obligatione personali solvendi Clerico totum id, quod pro congrua illius sustentatione sufficiens erit, quia obligatio ista personalis, non est res immobilis, & pacifice possessa, & per illam haberet quidem Ordinandus jus ad rem, sed non jus in re, *Fermosin. de Offic. & Sacr. Eccles. tit. de Tempor. Ordinat. quæst. 7. n. 42. Garc. de Benefic. part. 2. cap. 5. num. 96. extra med. Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 6. num. 335. & seqq.* ubi quod tali casu mendicare quodammodo videretur, exigendo dietim alimenta, *Barbos. ad Concil. sess. 21. cap. 2. num. 36. & 37. & de Episcop. part. 2. allegat. 19. num. 73.* cum aliis adductis per *Pignatell. tom. 8. consult. 4. n. 1. & seqq.* Et resolvit Sac. Congregatio Concilii in *Florentina* 28. *Junii* 1703. Cum enim Imperator Clerico Florentino concessisset Diploma, seu Titulum Mensæ pro sua honesta sustentatione, quousque provideretur de sufficienti Beneficio, & in dubium revocatum fuisset -- *An licite, & valide ordinari possit ad titulum dictæ Mensæ,* prodiit Rescriptum, *Negative.* Quodque hujusmodi obligatio pro titulo Patrimonii non sufficiat,
etiamsi emissa fuerit ab Episcopo, respondit iti- 123
dem Sac. Congregatio *in Seguntina de Mense Septembris* 1589. quam Resolutionem habeo in antiquo Codice Decretorum Sac. Congregationis *ad sess. 21. cap. 2. Concilii Tridentini, Fermos. de Offic. & Sacr. Eccles. tit. de tempor. Ordinat. quæst. 7. num. 42.*

Idque locum sibi vindicat quamvis obligatio subministrandi congrua alimenta, sit munita hypo-
theca omnium Bonorum, nam nec ad illius titu- 124
lum quem promoveri posse, consuetudine in contrarium non obstante, decrevit Sac. Congregatio Concilii in *Tolentina* 2. *Octobris* 1717. & prius 12. *Januarii* 1619. teste *Pignatell. tom. 5. consult.* 77. Et cum alias eadem Sac. Congregatio Concilii consulta fuisset -- *An per Bullam Sixti V. contra male promotos intelligatur derogatum consuetudini quarumdam locorum ubi propter penuriam Sacerdotum ad Sacros Ordines promoveri soleant, qui super alienis Bonis assecurationem habent victus, & aliarum rerum necessariarum cum cautione, sine alio titulo Beneficii, vel Patrimonii &c.* respondit, *quod Sanctitas Sua consultu non approbat talem consuetudinem, sed vult, Patrimonium, ad cujus titulum ordinandus promoveri debet, esse rem certam fructiferam, de quo ipse disponere valeat, ac propterea omnino prohibet talis consuetudinis observantiam* --, & tradunt *Garc. de Benefic. dict. part. 2. cap. 5. n. 96. Paris. de Resignat. lib. 2. quæst. 6 n. 1. Monacell. in formul. tom. 1. pag. 329. num. 8. Amayd. de styl. Datar. lib. 1. cap. 16. §. 1. n. 14.* ubi ulterius ait, quod assecuratio ista posset esse simulata, & propterea requiritur, quod constituatur Patrimonium in re certa, ex cujus fructibus possit Ordinatus emolumenta recipere.

Hinc patet quam insubsistens sit conclusio firmata per *Rot. coram cl. mem. Card. Falconer. decis. 2. §. Non obstat tom. 2. de Jurepatr.* & prius
a *Pignatell. tom. 8. consult. 4. n n. 10.* quod pro 125
titulo Patrimonii sufficiat congrua redituum assignatio super omnibus bonis ad hunc effectum specialiter obligatis, dum adversatur tum praxi, tum declarationi san. mem. Sixti V. qui consuetudines faciendi similes assignationes titulo Patrimonii improbavit, tum demum communi Doctorum sententiæ, ac Decretis Sac. Congregationis Concilii; *Monacell. tom. 1. pag. 329. n n. 8.* ubi reprehendit *Pignatellum.* & de facto in dicta *Tolentina* proposita, ut diximus in Sac. Congregatione *die 2. Octobris* 1717. cum deducta fuisset supradicta Decisio *Sac. Rotæ coram Falconerio*, nulla de illa habita fuit ratio.

Posset autem opinio *Pignatelli*, & *Rotæ* admit-
ti in casu, quo concurreret necessitas, & utilitas 126
Ecclesiæ, & dummodo promittens se obstringeret non alienare Bona sine licentia Episcopi, assignando stipendium super certa re frugifera ad instar Census vitalitii, juxta resolutionem Sac. Congregationis, quæ censuit -- *Posse Clericum ordinari ad titulum annui stipendii sibi a laico constituti dummodo id fiat pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ, & dummodo re ipsa facultates suppetant, & in forma valida, se suosque successores obliget ad illa Bona super quibus assignatum fuerit, sine licentia Episcopi non alienanda, quæ sane obligatio eousque duret, donec Ordinatus Beneficium sufficiens, aut pensionem fuerit adeptus;* quam resolutionem refert *Garc. de Benef. part. 2. cap. 5. n. 93. in fine, Pirhing. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11. n. 73. Monacell. in formul. tom. 2. pag. 72. n. 16.*

At vero Patrimonium constitui posse super Cen-
127 su perpetuo redimibili ad libitum Debitoris, non
ambigitur, dummodo concurrant conditiones præ-
scriptæ in famigerato Decreto Sac. Congregatio-
nis Concilii edito *in Nullius* 21. *Junii* 1629. *ut
in lib.* 12. *Decret. pag.* 109. videlicet, quod pro-
prietas Census sit talis summæ, ut in casu restitu-
tionis, & reinvestimenti in alio Censu, aut bonis
stabilibus, vel locis Montium non vacabilium,
fructum reddat pro decenti sustentatione Ordinati
sufficientem, quodque in casu hujusmodi restitu-
tionis, Debitor Census teneatur pretium deponere
penes ædem Sacram, vel Personam fide, & fa-
cultatibus idoneam ad effectum modo supradicto
investiendi, ad quod investimentum faciendum te-
neatur ipse Ordinatus sub pœna suspensionis. Quam
resolutionem referunt *Nicol. in Prax. Jur. Canon.
tom.* 2. *pag.* 31. *n.* 26. *Pirbing. in Jus Canon. lib.* 1.
tit. 2. *sect.* 1. *n.* 73. *Fermosin. de Offic. & Sacr. Ec-
cles. tit de tempor. ordinat. quæst.* 7. *n.* 48. *& seqq.
D. Advocatus Ursaya tom.* 5. *part.* 1. *discept.* 9. *n.*8.
Venrigl in Prax. part. 1. *adnot.* 42. *§.*1. *n.*26. *An-
tonell. de Regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 21. *cap.* 2.
n. 21. *Monacell. in formul. tom.*2. *tit.* 13. *formul.*3.
n. 21. *Barbos. de jur. Eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 33.
n. 157. *& de Offic. & potestat. Episcop. allegat.* 19.
n. 55. *&* 56. *Pignatell. consult.* 77. *num.* 31. *tom.* 5.
Ricc. in prax. part. 3. *resolut.* 333. *n.* 1.

Itidemque constitui potest Patrimonium super
128 Censibus vitalitiis ea præ ceteris ratione, quod
annui redditus inter Bona immobilia recensantur,
*Clementin. Exivi §. Cumque annui redditus, de Ver-
bor. significat.* & firmant communiter *Fermosin. lo-
co cit. Pirbing. in Jus Canon. loco cit. Garc. de Be-
nef part.* 2. *cap.* 5. *sub n* 95. *Bonacin. Oper. Mo-
ral. tom.* 1. *de Sacram. Ordin. disput.* 8. *quæst. unic.
punct.* 5. *n.* 32. *vers. Et ratio est, D. Advocat. Ur-
saya tom.* 5. *part.* 1. *discept.* 9. *n.* 1. *& seqq. & n.*9.
ubi quod in Urbe passim Census vitalitii admittun-
tur pro Patrimoniis Ordinandorum.

Quemadmodum super Officio vacabili, cujus
129 fructus libere pertinent ad Ordinandum, Patrimo-
nium constitui non prohibetur, nam in re utique
fructifera constitutum censetur, ut resolutum fuit
a Sac. Congregatione Concilii *in Beneventana* 15.
Martii 1601. *lib.* 9. *Decret. pag.* 134. *& in Roma-
na, seu Nepesina Patrimonii Ecclesiastici* 27. *Junii*
1711. ubi Sacra Congregatio loco Patrimonii con-
stituti super Locis Montium ea sub conditione,
quod Ordinatus illud dimittere teneretur, quando
aliunde esset provisus, mandavit subrogari Offi-
cium Scriptoratus Apostolici ab ipso Ordinato ac-
quisitum; & quamquis opponeretur Officium præ-
130 fatum tempore Sedis vacantis nullum reddere fru-
ctum, posthabita nihilominus fuit hujusmodi oppo-
sitio ex motivo, quod dicto tempore fructus diffe-
runtur, non auferuntur, quia postea Sede plena
fere omnia negotia expediuntur, & pinguiores fru-
ctus exiguntur, ut ponderat etiam *D. Ursaya dicta
discept.* 9. *n.* 3. Advertit tamen *Carrad. in Prax. dis-
pensat. Apost. lib.*4. *cap.*5. *n.* 18. quod Patrimonium
non aliter super Officio vacabili constitui debeat,
quam cum Decreto, quod sic ordinatus *Officium* 131
*hujusmodi vendere, vel resignare nequeat, nisi prius
in Ecclesiasticis, vel aliis redditibus annuis habue-
rit, unde commode vivere possit. Et si ante conti-
gerit Officium prædictum ab eo vendi, seu resignari,
aut alias quomodolibet transferri, illius pretium in
alia Bona, vel Census, aut Officia pro eodem Or-
dinato, donec, ut præfertur, aliunde commode vi-
vere queat, omnino convertatur.*

Sed quamvis Patrimonium constitui non possit
infra summam a more Regionis, vel a taxa Syno-
dali præscriptam, de jure tamen non prohibetur
in longe majori summa constitui, ut decentior sit 132
ordinati sustentatio, & decori Ordinis magis con-
grua, quemadmodum ostendit *Panimoll. decis.* 6.
adnot. 3. *n.* 9. *& seqq. Corrad. in Prax. Dispensat.
in addit. ad cap.* 5. *lib.* 4. *n.* 33. Sed cum alias de
hac materia actum extat in Sac. Congregatione
super Controversiis Jurisdictionalibus deputata,
Resolutionem his verbis adnotatam reliquit *cl. mem.
Cardinalis Paulutius Senior. in libro Ms. Verb. Pa-
trimonium pag.* 397. -- *In una Mutinen. fuit discus-
sum in Congregatione super Controversiis Jurisdi-
ctionalibus sub die* 18. *Decembris* 1635. *An Pa-
trimonium Clericorum possit constitui super omnibus* 133
*Bonis, & fuit amplexa distinctio per me deducta,
ut permittatur, si in Bonis propriis, non autem
ex alienis constituatur, ex Gloss. in Cap. Episcopus,
verb. Subsidium, de Præbend. & ita distinxit eadem
Sac. Congregatio in una Mantis Alis* 9. *Novembris*
1630. *Ponente Reverendissimo Falconerio, & in
Lauretana* 4. *Augusti* 1627. *me Ponente, quam
opinionem tenet Menoch. de Arbitrar. cas.*216. *San-
chez Cens. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 35. *n.* 7. *Co-
varruv. var. resolut. tit.* 1. *cap.* 4. *n.*4. *Expedire ta-
men dictis Eminentissimis PP. visum fuit hujusmodi
Decretum non edere ad evitandas Principum inno-* 134
*vationes ratione exemtionis hujusmodi Bonorum,
cum Bona pro Patrimonio laicali assignata habeant
majorem exemtionem quam Bona simplicium Cle-
ricorum, ideo satius, ut Episcopus constituere fa-
ciat Patrimonium necessarium pro honesta sustenta-
tione.*

Et huic ultimæ parti Resolutionis inhærendo,
alias Sac. Congregatio Boni Regiminis rescripsit,
non licere ultra summam excedentem taxam Syno- 135
dalem Patrimonium constituere ad effectum se exi-
mendi a Collectis, ut apud *Panimoll. dec.*6 *adnot.*3.
*n.*7. *&* 8. Et cum anno 1705. ad instantiam Cleri
Senogallien. propositum fuisset in Sac. Congrega-
tione Concilii Dubium -- *An liceat Ecclesiasticis
in Constitutione Patrimonii assignare Bona ultra ta-
xam a Constitutionibus Synodalibus præscriptam.*
Sub *die* 27. *Junii* ejusdem anni rescriptum fuit,
Negative. Quinimo nec Bona assignata per Pa- 136
trem filio Clerico pro Patrimonio Sacro juxta ta-
xam Synodalem gaudere exemtione ab oneribus
publicis vivante Patre, nisi a die quo filius promo-
tus fuit ad Ordines Sacros, decravit Sac. Congre-
gatio Immunitatis *in Ostunen.* 16. *Junii* 1711. (*a*)

Ceterum

(*a*) In Concordato, quod anno 1741. initum fuit inter Sedem Apostolicam, & Serenissimum utriusque Siciliæ Regem, hæc quoad exemtionem a publicis oneribus bonorum, quæ in patrimonium Ecclesiasticum assignantur, sancita sont „ I Beni che si assegnano agli Ecclesiastici per Patrimonio Sagro, giusta la disposizione de' Sinodi locali, o „ secondo i Decreti, che hanno fatto, o che faranno i Vescovi, purchè non siano di minor frutto di venti-quattro „ Ducati annui, e non oltrepassino quello di quaranta secondo gl'ordini che S. Santità darà a' Vescovi sopra la Tassa „ de' Patrimonj, dovranno godere d'una totale esenzione, o che gli facciano a mano loro, o che gli diano in affit„ to, o Colonia, a che siano assegnati al Promovendo dal Padre, o dalla Madre, o da qualunque altra congionta, „ o estranea Parsona: con dichiarazione bensì, che di questa esenzione dovranno incominciare a godere solamente „ dal giorno in cui l'Ordinando ascenderà all'Ordine del Suddiaconato e non prima, quantumque il Patrimonio Sa„ gro fusse constituito sin da quando il Cherico fu initiato alla prima Tonsura — ut legitur in cap. 3. §. 7.

Ceterum Sacris Ordinibus initiatus ad titulum
137 Patrimonii, illud nec cum licentia Episcopi aliena-
re potest antequam Beneficium Ecclesiasticum suf-
ficiens sit adeptus, vel aliunde habent unde hone-
ste vivere possit *Sac. Congregatio Concilii in Tau-*
138 *rinen. 2. Septembr.* 1604. Quemadmodum nec po-
test illud permutare cum aliis Bonis liberis æquo-
lis redditus, aut valoris, nisi accedat licentia Epi-
scopi, & illius declaratio, quod bona ex permu-
tatione acquisita subrogata remaneant in locum
prioris Patrimonii, itaut deinceps alienari nequeant,
nisi servata forma a Concilio præscripta *in cap. 2.*
sess. 21. de refor. ut rescripsit laudata Sac. Congre-
gatio *in Terracinen. 20. Julii* 1619. & Bona ex
139 permutatione de licentia Ordinarii subrogata in
locum prioris Patrimonii, gaudent Privilegio Im-
munitatis ab oneribus Cameralibus: eadem *Sac.*
Congregatio Concilii in Firmana 22. Februarii 1620.
Minusque sine licentia præfata Bona in Patrimo-
140 nium assignata in Emphiteusim concedere potest,
etsi cum reservatione annui Canonis fructibus cor-
respondentis, ut resolutum fuit *in Parmen. 5. Julii*
1641. lib. 16. Decret. pag. 555. & in Aquilana 24.
Februarii 1652. lib. 16. Decret. pag. 172. quas re-
solutiones refert *Monacel. tom. 2. pag. 72. n. 19.* &
prima licet sub titulo *Theanen.* legitur etiam penes
Eminem Petra in Constit. Apostolic. tom. 5. pag. 416.
141 *n. 23.* Et demum permissum ei non est Patrimo-
nium donare, reservato sibi ususfructu ad vitam,
absque expressa Episcopi licentia, eadem Sacra
Congregatio 10. *Octobris* 1676. penes *Monacell.*
loco citat.

Sed an adepto Beneficio ad congruam susten-
142 tationem sufficiente, Bona in titulum Patrimonii
assignata redeant ad pristinam naturam, itaut pos-
sint etiam absque licentia Episcopi alienari? Affir-
mant quamplurimi DD. innixi dispositioni Con-
cilii Tridentini *sess. 21. cap.* 2. quod dum prohibet,
absque Episcopi licentia distrahi Patrimonium, *do-*
nec Ordinati ad illius titulum, Beneficium Eccle-
siasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde ha-
beant unde vivere possint, censetur illius alienatio-
nem absque dicta licentia permisisse, postquam de
sufficienti Beneficio, vel aliunde fuerint provisi *ad*
Text. in leg. generaliter ff. de Decurionib. Ita Ca-
vall. Commun. contra Commun. quæst. 527. num. 8. &
quæst. 561. n. 30. Paris. de Resignat. lib. 2. quæst. 6.
n. 16. Garc. de Benefic. part. 2. cap. 5. n. 186. Pas-
qualig. quæst. moral. Juridic. 68. n. 3. & seqq. Gra-
tian. discept. 159. n. 14. Castropal. Oper. moral.
part. 4. tract. 26. punct. 11. n. 13. vers. Sed com-
munior. Portell. Respons. moral. tom. 1. part. 2. cas.
3. n. 12. Cæned. lib. 1. quæst. 11. n. 9. Filiuec. de
Sacram. Ordin. cap. 4. quæst. 8. n. 87. Hermosill.
ad Lopez. gloss. 1. leg. 15. tit. 5. part. 5. num. 103.
Ursell. tom. 1. conclus. 85. n. 90. & 91. Trullench.
tom. 3. lib. 6. Cap. unic. dub. 9. vers. Qua quidem
opinio, Riccius in Prax. part. 1. resolut. 82. num. 6.
ubi testatur, ita in quamplurimis locis servari vi-
disse, *Bonacin. tom. 1. de Sacram. Ordin. disput. 8.*
quæst. unic. punct. 5. n 41. Pax Jordan. tom. 1.
lib. 3. tit. 6. de Sacram. Ordin. n. 343.

Contrariam vero sententiam, quod post obten-
143 tum Beneficium ad congruam sustentationem suf-
ficiens, titulus Patrimonii non extinguatur, nec
illud alienari possit, nisi Beneficium ipsum fuerit
ab Episcopo ejus loco subrogatum, late propug-
nant *Fagnan. in Cap. Episcopus n. 48. & seqq. de*
Præben. & Dignit. Fermosin. de Offic. & Sacr. Ec-
cles. tit. de Tempor. Ordinat. quæst. 7. n. 60. Cor-
rad. in Prax. Apostolic. Dispens. lib. 4. cap. 7. n. 29.
Barbos. de Episcop. part. 2. allegat. 19. n. 10. Pa-
nimoll. decis. 139. n. 76. Antonell. de Regim. Ec-
cles. lib. 2. cap. 2. n. 38. Monacell. in Formul. to-
mo 1. pag. 70. n. 2. & tom. 2. pag 72. n. 18. Leand.
Oper. mor. tom. 2. tract. 6. de Sacram. Ordin. disput.
9. quæst. 11. vers. Sed probabilius, Cutell. de Do-
nat. disceptat. 2. part. 12. n. 77. & seqq. Riccius in
Prax. part. 4. resolut. 90. n. 30. Pax Jordan. lib.
5. tit. 6. de Sacram. Ordin. n. 342. Dian. Oper.
Coordinat. tomo 2 tract. 5. de Sacram. Ordin. re-
solut. 110. Campanil. divers. Jur. Canon. rubr 8.
cap. ultim. n. 9. Ventrigl. in Prax. tit. de Ordinat.
annotat. 42. §. 2. num. 3. Mauriquez Quæst. moral.
part. 2. quæst. 33. per tot. late *Milaz. assert. 26. n.*
10. & seqq. Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 2.
part. 6. cap. 7 difficult. 9. Cobell. super Bull Bon.
Regim. cap. 35. n. 54. & seqq. Barus. Torcular. Jur.
resolut. 38. n. 29.

Posterior hæc opinio verior est, & in praxi re-
cepta; Patrimonium enim est perpetuum, nec ex- 144
tinguitur ipso jure per assequutionem Beneficii, sed
ad hunc effectum requiritur factum, & consen-
sus Episcopi, qui recognoscat an Beneficium sit
legitime acquisitum, & ad vitæ sustentationem
sufficiat, illudque subroget in locum Patrimonii,
ut pluries decrevit tum Sacra Congregatio Immu- 145
nitatis penes *Panimoll. Cobell. & Monacell. loco ci-*
tata, tum altera Concilii apud *Fagnan. in dict. cap.* 146
Episcopus n. 48. de Preben. & præsertim in *Aqui-*
lana 24. Februarii 1652. lib. 19. Decret. pag. 172.
ibi -- *Sacra &c. respondit, Renunciationem Patri-*
monii ad cujus titulum Clericus simpliciter Sacris
Ordinibus fuit initiatus absque licentia Episcopi fa-
ctam, non sustineri etiam post assequutionem Bene-
ficii ad ejus vitam sufficientis. Et in *Bitecten. 28.*
Novembris 1686. & 12. Aprilis 1687. Et cum in
eadem Congregatione die 12. Julii 1687. proposi-
tum fuisset sequens Dubium -- *An Bonis ad com-*
modam sustentationem postea quæsitis, vel Beneficio
sufficienti adepto, statim Patrimonium evanescat,
vel potius requiratur expressa subrogatio Bonorum,
seu Beneficii assecuti ab Episcopo facienda loco Pa-
trimonii, qua subrogatione expresse non facta, Pa-
trimonium adhuc vigeat -- Sacra &c. censuit danda
esse Decreta alias edita, & signanter 8. Augusti
1602. tenoris sequentis -- Quæritur an verba illa
Concilii in cap. 2. Sess. 21. atque deinceps alienari
&c. intelligenda sint, ut postquam Ordinatus adep-
tus fuerit unde vivere possit, requiratur etiam licen-
tia Episcopi? Sac. Congregatio censuit requiri licen-
tiam, quamvis Ordinatus sit adeptus -- Et in *Ter-*
racinen. 20. Julii 1619. de qua Resolutione memi-
nimus supra. Idemque resolutum in *Senogallien. 26.*
Junii 1705. nam proposito Dubio -- *An impetra-*
to Beneficio, Bona in titulum Patrimonii ante as-
signata redeant ad primævum statum. Responsum
fuit *Negative*, & demum in *Fanen. 21. Augusti*
1717.

Idque adeo verum, ut quamvis Bona, ad quo-
rum titulum Clerici ordinentur, gaudeant indistin- 147
cte omnibus Privilegiis, & exemptionibus, quæ
competunt Bonis Ecclesiæ, in quorum locum sunt
subrogata, immunitate nempe a Collectis, atque
a Jurisdictione seculari, ut late probat *Fagnan. in*
cap. Episcopus a n. 39. & seqq. de Præben. Piring.
in Jus Can. libr. 1. tit. 11. Sect. 1. n. 72. §. Porro.
Nihilominus antequam ab Episcopo fiat subrogatio 148
Beneficii, vel aliorum Bonorum in locum Patri-
monii, illud eadem potitur exemtione, qua frue-
batur antequam Ordinatus Beneficium assecutus
fuisset, solumque post expletam ab Episcopo sub- 149
rogationem cessat exemtio præfata, vel in totum,
si Beneficium fuerit sufficiens ad congruam, sin mi-

nus pro ea tantum rata, quæ valori fructuum Be-
neficii deest; quemadmodum pluries decrevit Sac.
Congregatio Immunitatis, ut ex Resolutionibus
relatis per *Monacell. in Formular. tom. 1. pag.* 70.
n. 2. *& pag.* 331. *num.* 17. Et Sacra Congregatio
Concilii in *Senogallien.* 27. *Junii* 1705. *ad V*..
Et inhærendo Decretis præfatis provide statuit clar.
memor. Cardinalis *Barberinus* in *Synodo Farfensi*
anni 1685. *pag. mihi* 133. his verbis -- *Exemtionem*
ubi Beneficium postea obtentum in Patrimonii locum
legitime subrogatum fuit ex toto cessare, si Benefi-
cium congruo victui sufficiat, sin minus pro ea tan-
tum rata, quæ valori fructuum Beneficii deest. --
Et in iisdem pariter terminis, & cum eadem ver-
borum formula præscriptum fuit in *Synodo Cesena-*
ten. Cardinalis Denoff. lib. 2. *cap.* 8.

Locumque sibi vindicat supradicta sententia,
150 etiamsi in constitutione Patrimonii adsit pactum,
quod si Promovendus ad illius titulum aliquando
Beneficium sufficiens obtinuerit, vel alia Bona ac-
quisierit, Patrimonium ipsum distrahi, aut libere
ad donantem reverti posset. Quamvis enim pactum
151 hujusmodi non sit improbatum, nec minus legi-
timam reddat Patrimonii constitutionem, ut de-
crevit Sacra Congregatio Concilii in *Florentina* 2.
Martii 1619. & passim illud ab Ordinariis admit-
ti, testentur *Pax Jordan. libr.* 3. *tit.* 6. *num.* 358.
Garc. de Benef. part. 2. *cap.* 5. *n.* 179. *Barbos. ad*
Concil. Sess. 21. *cap.* 2. *n.* 41. *Fermosin. de Offic. &*
Sac. Eccles. tit. de Tempor. Ordinat. quæst. 7. *n.* 44.
nihilominus illius executioni locus esse nequit, nisi
prius ab Episcopo facta fuerit subrogatio Beneficii
152 loco Patrimonii, ut declaravit Sac. Congregatio
Concilii 12. Julii 1687. confirmando Decreta o-
lim edita in *Terracinen.* 8. *Augusti* 1602. *&* 20.
Julii 1609. ut testatur *Monacell. in Formular. tom.*
2. *pag.* 72. *n.* 18.

Postremus denique titulus Sacræ Ordinationis
153 pro Clericis Secularibus, est Pensio, juxta sæpe
laudatam Concilii Tridentini sanctionem in *Cap.* 2.
Sess. 21. *de Reformat.* Dummodo attingat annuam
summam, quæ pro congrua illius sustentatione,
juxta prudens Episcopi judicium, vel taxam Syno-
dalem sufficiat, quemadmodum de redditibus Be-
154 neficii, & Patrimonii dictum est, & dummodo
etiam Pensio sit perpetua, ad vitam nempe ipsius
Pensionarii promovendi duratura. Hinc Pensio ab
Episcopo favore Clerici super aliquo Beneficio re-
155 servata, pro canonico Ordinationis titulo deservi-
re nequit. Etsi namque contendant inter se Do-
ctores, an valeat Episcopus Pensionem super Be-
neficio imponere; dum alii existimant Pensionis im-
positionem esse actum, juxta laudabilem Aposto-
licæ Sedis usum, unice Papæ reservatum, nec in-
ferioribus quacunque ex causa ullo modo compe-
tentem, inter quos *Fagnan. in cap. Nisi essent a n.*
14. *& seqq. de Præben. & Dignit. Paulut. Juris-*
prud. Sacr. lib. 6. *Tract.* 10. *cap.* 9. *versic. Imo &*
sic præcise pag. 459. *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *an-*
notat. 11. *n.* 8. *Bonacin. Oper. moral. tom.* 1. *tit. de*
Simon. disput. 1. *quæst.* 4. *§.* 12. *n.* 8. *Rota in Mon-*
tis Regalis Prioratus 24. *Januarii* 1718. *§. Neu-*
tiquam, cor. Ansaldo. Qua ratione san. mem. *Cle-*
mens XI. facultatem ab Episcopo *Brixinensi* peti-
tam reservandi Pensiones super Parochialibus fa-
vore Sacerdotum, qui Cleri, Populique discipli-
nam, pietatis cultum, ac spirituale Animarum bo-
num in sua Diœcesi promovere curarent, uti ab
Apostolicæ Sedis Instituto alienam, indulgere re-
nuit, ut ex eleganti Epistola ad eundem Episco-
pum data, quæ legitur inter *Epistol. & Brevia se-*
lectiora laudati Pontificis *tom.* 2. *parte* 2. *pag.* 486.

Alii vero autumant, posse Episcopum, justa
concurrente causa, Pensiones Ecclesiasticas reser- 156
vare, nempe pro bono pacis, ad sedandas lites in-
ter plures præsentatos ad Beneficii institutionem
aspirantes, vel pro persona de Ecclesia benemeri-
ta, aut paupere Clerico, ut possit studiis vacare,
vel ad coæquandos fructus in permutatione Bene-
ficiorum, si coram eo a duobus Beneficiatis fieri
contingat, & similibus, ut late tradunt *Clericat.*
de Pension. discord. 1. *per tot. Cardin. de Luca de*
Pens. disc. 40. *& disc.* 41. *Tondut. de Pension. cap.*
1. *n.* 5. *& seqq. Gonzal. in Regul.* 8. *Gloss.* 5. *§.* 5.
n. 25. *Gratian. disceptat.* 617. *Gambar. de Offic.*
Legat. lib. 6. *a n.* 392. *Pax Jordan. tom* 2. *libr.* 9.
tit. 1. *n.* 496. *Barbos. de Offic. Episcop. allegat.* 69.
n. 15. *& allegat.* 85. *n.* 3. *Rot. dec.* 104. *n.* 1. *cor.*
Millino decis. 519. *n.* 2. *part.* 1. *divers. decis.* 94.
n. 6. *part.* 6.

Nihilominus conveniunt adhuc postremæ hujus
sententiæ fautores, quod Pensio in mox recensitis 157
casibus ab Episcopo reservari non possit ultra vi-
tam titularis, cum in illius potestate non sit Bene-
ficium perpetuo Pensionis onere gravare in præju-
dicium successorum, ut præ ceteris *Cardin. de Lu-*
ca de Benef. dict. disc. 40. *num.* 5. *Garc. de Benefic.*
part. 1. *cap.* 5. *n.* 371. *& seqq. Antonell. de Regim.*
Eccles. lib. 3 *cap.* 11. *n.* 19. *Gratian. discept.* 617.
n. 13. *Pax Jordan. dicto lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 506. *Cleri-*
cat. de Pension. discord. 1. *n.* 28. *§. Quartum re-*
quisitum, Rota decis. 83. *n.* 9. *& seqq. coram Du-*
noz. Jun. Proindeque cum Pensio ab Episcopo re- 158
servata non possit esse perpetua, sed pendeat illius
duratio a vita Titularis, qui Pensionario prædece-
dere potest, deservire nequit pro titulo S. Ordina-
tionis, cum deficiat substantiale requisitum, ad
quod Concilium respexit, perpetuitas nempe Titu-
li, ne Promotus in Ordinis dedecus mendicare co-
gatur, *Clericat. de Sacram. Ordin. decis.* 28. *n.* 20.

Pensionem vero, ad cujus titulum ordinatus
fuit, nequit Clericus in totum, vel in parte extin- 159
guere, remittere, aut aliis obligare, nisi prius ha-
buerit unde honeste vivere possit, idque de licen-
tia Episcopi, & facta per ipsum subrogatione vel
Beneficii, vel Patrimonii in locum Pensionis in to-
tum, vel in parte extinctæ, vel obligatæ, ad tra-
mites Conciliaris dispositionis, ut diximus in di-
stractione Patrimonii facienda ab eo, qui Benefi-
cium, aut Bona acquisivit. Et in affinibus termi-
nis confert resolutio Sac. Congregationis Concilii
in *Germanicen.* 14. *Junii* 1621. quæ censuit -- *E-*
piscopum Suffraganeum aliunde non habentem unde 160
commode vivere possit, nequaquam potuisse Pensio-
nem sibi in Litteris Apostolicis pro congrua reserva-
tam, ulla ex parte remittere, conventionemque, ut
proponitur, initam, nullam prorsus, atque irritam
esse.

Ceterum justificatio Patrimonii, Pensionis, seu
Beneficii an sit reale, seu fictitium, & an ad con- 161
gruam Ordinandi sustentationem sufficiat, fieri
non potest ad libitum Ordinandorum, coram quem
maluerint Episcopo *Originis* nempe, *Domicilii*,
aut *Beneficii*, sed expleri debet ad tramites sæpe
laudatæ Constitutionis san. mem. *Innocentii XII.*
quæ incipit *Speculatores*, juxta quam tres casus ad
hunc effectum possunt considerari. Primus quan-
do quis ordinatur ab Episcopo *Originis*, sive cum 162
ejus Litteris Dimissorialibus, & hoc casu absque
dubio justificatio facienda erit coram ipso Episco-
po ordinante, sive concedente Dimissorias. Se-
cundus casus est, quando promovetur ab Episco-
po *Domicilii*, & tunc coram eodem facienda erit 163
justificatio Patrimonii, cum in his terminis ad Epi-
scopum

ſcopum *Originis* pertineat ſolum dare Litteras Te-
ſtimoniales, ut in §. *Si quis tamen* ejuſdem Con-
164 ſtitutionis. Tertius, quando ordinatur ab Epiſcopo
Beneficii, & hoc caſu juſtificatio facienda erit co-
ram eodem Epiſcopo, cum ille *Originis* non poſſit
ſe præventive ingerere in examinando redditus Be-
neficii, & an ſint illi ſufficientes pro congrua ſu-
ſtentatione, ſed debet tantum dare Litteras Teſti-
moniales circa vitam, & mores ordinandi, quemad-
modum contra cla. me. Card. *Cantelmum* Archie-
piſcopum *Neapolitanum* reſolutum fuit a Sacra Con-
gregatione Concilii in *Neapolitana*, *ſeu Ravellen.*
Ordinationis 19. *Februarii* 1701. & late diximus
ſupra in hanc Regulam §. *III.*

Alias magna adeſſet confuſio, ſi unus Epiſco-
pus ordinare, aut concedere Dimiſſorias deberet,
& coram alio fieri juſtificatio Tituli, qui eſt de
appendicibus ipſius Ordinationis; Hinc alias Sacra
Congregatio Concilii reſolvit, quod cum Ordina-
165 tio illorum, qui ſunt *Nullius Diœceſis* ſpectet ad
Epiſcopum viciniorem, coram eodem Ordinante,
ſeu dante Dimiſſorias, debeat juſtificari titulus,
ut in *Gravinen.* 2. *Maii* 1646. apud *Criſpin. in*
Tract. della Sagra Ordinazione §. 15. *in fine.* Eo-
que magis, quia Epiſcopus Ordinans ad titulum
Patrimonii, ſeu Beneficii non ſufficientis, tenetur
de propria Menſa ſupplere, unde omnis ratio po-
166 ſtulat, ut ad ipſum ſpectet cognitio ſufficientiæ,
& qualitatis Tituli, ne alias ex facto alterius dam-
num recipiat, contra regulam Text. in *Leg. Non de-*
bet. ff. de Regul. Jur. leg. Si ut certo loco §. *Quod*
vero ff. Commod. Nec indemnitati Epiſcopi ordinan-
167 tis conſuli poteſt per exhibitionem Teſtimonii Can-
cellarii alterius Ordinarii, qui teſtetur de ſufficien-
tia Tituli, aut per exhibitionem copiæ authenticæ
ejuſdem Tituli. Quia vis ſtat ſuper recipiendis pro-
bationibus, & coram quo Epiſcopo fieri illæ de-
beant, nam ſi Cancellarius alterius Epiſcopi in hoc
erraverit, quis obſtrictus erit congrua alimenta præ-
ſtare ſine ſufficienti Titulo Promoto? Et ita de an-
no 1708. *die* 20. *Maii* reſolutum fuit ab illa Con-
gregatione particulari, de qua meminimus in §. *III.*
n. 324. Cum enim *PP. Pii Operarii* ſupplicaſſent
ſa. mem. *Clementi XI.* nedum pro Indulto, ut Præ-
poſitus Generalis Congregationis pro tempore exi-
ſtens facultate potiretur concedendi Dimiſſorias
ejuſdem Congregationis Alumnis, ſive pro Mino-
ribus, ſive pro Majoribus Ordinibus ſuſcipiendis;
168 verum quod Titulus ſive Patrimonii, ſive Benefi-
cii, aut Penſionis juſtificari poſſet vel coram Or-
dinario Loci, in cujus Diœceſi ſita eſſet eorum
Domus, vel eorum Ordinario *Domicilii*, vel *Ori-*
ginis, prout dictis Clericis placuerit; Congrega-
tio præfata reſcripſit *Negative.*

Poſtremus denique titulus Sacrorum Ordinum,
169 & ipſe vetuſtiſſimus, ut ex *Can.* 6. Concilii Calce-
donenſis oſtendit *Paulut. Juriſprud. Sacr. tom.* 2.
lib. 5. *tract.* 7. *cap.* 6. *n.* 4. eſt ille Religioſæ pau-
pertatis, ſive Profeſſionis in Religione approbata,
ad quem titulum promoventur Regulares. Iſti
enim non comprehenduntur ſub diſpoſitione Con-
cilii Tridentini laudato *cap.* 2. *Seſſion.* 21. *de Re-*
format. nec egent Beneficio, Penſione, aut Patri-
monio; cum enim alimenta recipiant a Religione,
ceſſat eorum reſpectu principalis ille finis, ad quem
Canones, & Concilium reſpexerunt in requiren-
do titulum, ne ſcilicet Promoti cum Ordinis de-
decore mendicare cogantur, ut declaravit *S. Pius*
V. in ſua Conſtitutione 75. quæ incipit *Romanus*
Pontifex, & tradunt *Lezana in Summ. tom.* 1. *cap.*
14. *n.* 10. *Piaſec. in Prax. part.* 1. *cap.* 1. *de Con-*
ferend. Ordin. n. 43. *Pax Jord. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6.
n. 346. *Campanil. in diverſ. Jur. Canon. rubr.* 8.
cap. 5. *n.* 35. *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. allegat.* 19.
n. 4. *Clericat. de Sacram. Ordin. deciſ.* 28. *n.* 32.
Solumque PP. Jeſuitis ex Privilegio *Gregorii XIII.* 170
aliorumque Pontificum Succeſſorum indultum fuit,
ut poſt emiſſa Vota ſimplicia, quæ vere Religio-
ſum efficiunt ad Sacros Ordines promoveri valeant,
licet ſolemnem adhuc Profeſſionem non emiſerint,
de quibus Pontificiis Conſtitutionibus *Sanctarell.*
var. reſolut. quæſt. 49. *num.* 10. *Pignatell. tom.* 10.
conſultat. 92. *n.* 18. *Garc. de Beneſ. part.* 2. *cap.* 5.
n. 13. *Paſqualig. ad Lauret. de Franchis part.* 1. *n.*
352. *verſic. ex Privilegio*, *Ventrigl. in Praxi part.*
1. *adnotat.* 44. §. 2. *Theſaur. de Pœnis verb. Ordo*
cap. 11. *n.* 5. *verſ. limita*, *Piring. in Jus Canon. lib.*
1. *tit.* 11. *ſection.* 1. *n.* 75. *Pax Jordan. loc. cit. num.*

Sed ad effectum, ut Regularis ad titulum Reli-
gioſæ paupertatis Sac. Ordinibus initiari valeat,
neceſſe eſt, quod Profeſſio ſit valide per eum emiſ- 171
ſa, unde ſi quis conſcius nullitatis ſuæ Profeſſio-
nis ſe promoveri faciat ad Sacros Ordines ad titu-
lum Religioſæ Paupertatis, nedum incurrit pœnas
latas contra Clericum Secularem ordinatum ſine 172
titulo, cum revera talis Regularis nulliter Profeſ-
ſus, Secularis ſit, ex quo paria ſunt Profeſſionem
non emittere, vel nulliter, & invalide emittere,
Piaſec. loco citato n. 42. *&* 43. *Bordon. reſolut.* 8.
n. 32. *Rodriquez in Compend. quæſt. Regular. reſo-*
lut. 106. *n.* 25. *Barboſ. allegat.* 19. *n.* 5. *Pax Jor-*
dan. loc. cit. n. 347. *Leo in Praxi Pœnitentiar. pag.*
mihi 334. *verſ. Et deinde omnibus etiam Sacris &c.*
Paſqualig. ad Lauret. de Franchis part. 1. *n.* 374.
Sanctarell. variar. Reſolut. quæſt. 49. *n.* 10. *Ricc.*
deciſ. 283. *part.* 3. *Garc. de Beneſ. part.* 2. *cap.* 5.
n. 11. *&* 12. *Theſaur. de Pœnis verb. Ordo cap.* 11.
n. 5. §. *Amplia quod hæc Concluſio*, *Pirhing. in Jus*
Canon. libr. 1. *titul.* 11. *ſect.* 1. *n.* 75. *Clericat. de Sa-*
crament. Ordin. deciſ. 28. *n.* 32. Verum & ſubjacet 173
pœnis inflictis a *Pio II.* in *ſua Conſtit. VII* contra
ſuſcipientes Sacros Ordines abſque Dimiſſorialibus
Litteris proprii Ordinarii, de quibus loquuti ſumus
ſupra in hanc *Regulam* §. III. Non enim Regularis
nulliter profeſſus ordinatur cum Dimiſſoriis a le-
gitimo Superiore conceſſis, cum illius reſpectu Su-
perior Monaſterii non ſit vere Prælatus, *Leo in*
Prax. Pœnitent. loco cit. Clericat. dicta deciſ. 28.
n. 7. Qua ratione merito in V. Concilio Provin- 174
ciali Mediolanenſi cautum fuit, quod Regularis
ad Subdiaconatus Ordinem promovendus jurare
debeat coram Epiſcopo, quod Profeſſionem ſpon-
te emiſerit, aut ratam habuerit, quia præcluditur
facultas eam amplius annullandi, & ſic a Religio-
ne recedendi, manendique ſine titulo; quod lau-
dabile eſſe, & optandum, ut ubique ſervaretur,
monet *Pax Jordan. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 26. Licet id ni-
mio zelo erga Regularium exemtionem ducto,
non arrideat *Paſqualig. ad Lauret. de Franchis*
part. 1. *n.* 377.

Hinc ſequitur, quod Regularis ad titulum Re-
ligioſæ Paupertatis ordinatus, ſi propter nullitatem 175
ſuæ Profeſſionis exeat a Religione, nullatenus SS.
Miſſæ Sacrificium celebrare poterit, niſi habuerit
ſufficientem Patrimonii, aut Beneficii Eccleſiaſtici
titulum, *Novar. in Summ. Bullar. part.* 1. *Comm.*
60. *n.* 15. *Donat. in Praxi Rer. Regular. part.* 2.
tractat. 7. *quæſt.* 26. *n.* 10. *& tract.* 12. *quæſt.* 27.
n. 3. *Corrad. in Prax. Diſpenſat. Apoſtol. lib.* 14.
cap. 14. *in fine*, *Pax Jordan. tom.* 1. *libr.* 3. *tit.* 3.
n. 82. *Ricc. Collect.* 4180. *verſ. Amplia* 5. *part.* 4.
& deciſ. 17. *per tot. Rot. apud Garc. part.* 2. *cap.* 5.
num. 12.

Id, quod nonnulli contendunt, locum ſibi vin-
dicare

176 dicare etiam quoad Jesuitas ad titulum Religiosæ
paupertatis in Societate ad Sacros Ordines promo-
tos, & ab ea dimissos post exactum probationis
biennium, ac Vota simplicia emissa, ante tamen
solemnem Professionem; nam si Ecclesiastico Be-
neficio, aut Patrimonio sint destituti, suspensi re-
manent ab exercitio Ordinis Sacerdotalis. Hinc
177 pluries Jesuitæ sic ordinati, & dimissi a Societate,
præsertim absque eorum culpa, prætensionem ex-
citarunt, quod Societas congruam Sustentationem
loco Patrimonii eis suppeditare teneretur, ne in
dedecus Sacerdotalis Ordinis mendicare cogeren-
tur, innixi præcipue Resolutioni Sac. Congrega-
tionis Concilii editæ sub *S. Pio V.* qua decretum
fuit, teneri Societatem Sacerdotibus a se dimissis
congruam alimentariam aureorum quadraginta an-
nuatim subministrare, quam Resolutionem refe-
runt DD. relati a *Pignatell. tom.* 10. *consult.* 92.
178 *n.* 10. Verum quoties instantia hujusmodi promo-
ta fuit per Sacerdotes dimissos a Societate, semper
a Sac. Congregatione rejecta extitit, ut videre est
in casibus relatis per *P. la Croix Theol. moral. lib.*
6. part. 2. *num.* 2196. *Bertachin. Vot. decis.* 113.
§. final. Pignatell. dicta consult. 92. ubi respondetur
laudatæ Resolutioni Sac. Congregationis editæ sub
S. Pio V. & rationibus, quibus Dimissi eorum in-
stantiam fovebant. Et novissime respondit eadem
Sac. Congregatio Concilii contra Sacerdotem *Joan-
nem Nicolaum de Laurentiis* e Societate dimissum
in *Neapolitana* 8. *Augusti* 1705. *&* 2. *Augusti* 1721.
& 7. *Februarii* 1722.

At post hæc scripta, ut omnes imposterum si-
miles præciderentur quæstiones, san. mem. *Bene-
dictus XIII.* perpetuo sua valitura Constitutione
edita apud S. Petrum sub *Anulo Piscatoris die* 12.
Junii 1728. *Pontificatus anno Quinto*, Motu pro-
prio statuit, & declaravit *Societatem Jesu* (sunt
verba ejusdem Constitutionis) *non teneri, nec obli-
gatam esse ad ullam subministrationem sive congruæ
sustentationis, sive alimentorum, sive alio quocum-
que titulo, & causa illis faciendam, qui post bien-
nium probationis, & emissionis Votorum simplicium,
extra dictam Societatem a suis Superioribus ejiciun-
tur, tametsi dum in ea permanebant, ad Sacros e-
tiam Presbyteratus Ordines, sine Beneficio Eccle-
siastico, ac Patrimonio, & ad titulum Religiosæ
paupertatis promoti fuerint.*

Remanet nunc videndum, quas pœnas incurrant
tam Ordinati absque canonico titulo, quam Epi-
179 scopus Ordinator? Concilium Tridentinum lau-
dato *cap.* 2. *sess.* 21. nullam contra Ordinatos ip-
sos expresse statuit pœnam, sed solum antiquorum
Canonum pœnas innovavit. *Calcedonense* Conci-
180 lium *cap.* 6. de quo in *Cap. Neminem* 70. *dist.* de-
crevit eos, qui *absolute ordinantur*, idest sine ti-
tulo, ut ibi exponunt Glossa, & Doctores, *va-
cuam habere manus impositionem, & tale factum
non valere.* Ex Canone Coucilii ab *Urbano II.*
celebrati *Placentiæ* anno 1095. & relato in *Can.
Sanctorum* 70. *distinct.* sancitum fuit, *ut sine titulo
facta Ordinatio irrita habeatur.* Quorum tamen
Canonum Statuta intelligenda esse quoad exequu-
tionem, non autem quoad veritatem, cum defe-
ctus Tituli non impediat Characteris impressio-
nem, recte præ ceteris observant *Thomassin. de
Benefic. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 1. *§. In Concilio
Placentino, Fagnan. in Cap. Cum secundum n.* 18.
de Prabend. Gonzalez in Cap. Episcopus num. 9. *de
Prabend.* At vero *Innocentius III.* in *Cap. Cum se-
cundum Apostolum, de Prabend.* mox laudatos *Ca-
nones* benigne corrigendo, statuit, Clericos sine
ullo titulo ordinatos, non esse suspensos, seu non
esse irritam eorum Ordinationem, sed illis tam-
diu per Ordinantes, vel Successores eorum pro-
videri debere de sustentatione, donec Beneficium
consequantur. Et demum Gregorius IX. *in Cap. Si
quis ordinaverit, de Simon.* sancivit, quod si Epi-
scopus ordinaverit aliquem sub promissione, vel
juramento de non petenda ab ipso congrua susten-
tatione, Episcopus ipsi per triennium a collatione Or-
dinum, ordinatus vero ab Ordine perpetuo sit sus-
pensus.

Quamvis autem famosa inter DD. sit altercatio,
quas ex mox recensitis pœnis Concilium Triden-
tinum in laudato *Cap.* 2. innovare voluerit; ea ni-
hilominus invaluit Sententia praxi Sacræ Pœniten-
tiariæ, & menti Sacræ Congregationis ejusdem
Concilii magis consona, quod omnes respective
pœnæ fuerint a Concilio innovatæ, distinguendo 181
plures casus. Primus est, quando Episcopus est in
culpa, quia nempe sciens, aut scire debens Cleri-
cum non habere titulum, vel minus sufficientem
habere, illum ad Sacros Ordines promovet, & in
hoc casu innovatur solum per Concilium Pœna
Cap. Cum secundum Apostolum de Prabend. quod
scilicet teneatur Episcopus tamdiu de proprio sup-
plere, donec Ordinatus sine titulo, aut minus suf-
ficienti, fuerit de competenti Beneficio ab ipso,
vel ab alio provisus. Non enim in hisce terminis 182
dici potest, quod Concilium innovare voluerit pœ-
nam suspensionis ab exercitio Ordinum inflictam
contra sine titulo promotos, de qua in *Cap. Nemi-
nem, & Cap. Sanctorum*, dum hujusmodi pœna
jam fuerat abrogata per *Innocentium III.* in lauda-
to *Cap. Cum secundum Apostolum*, ut resolutum
fuisse a Sacra Congregatione Concilii testatur
Fagnan. loco mox recensendo. Bene verum est, 183
quod innovata censetur per Concilium pœna su-
spensionis a Collatione Ordinum per Triennium,
quoad Episcopum, & perpetuæ ab Ordine, quoad
Ordinatum, si inter ipsos intercesserit conventio, de
qua in supra laudato *cap. penult. de Simon.* ut ait
Thesaur. de Pœnis verb. Ordo cap. 11. *§.* 6. *Cam-
panil. in diversf. Jur. Canon. rubric.* 8. *cap.* 5. *n.*31.
Ventrigl. in Prax. part. 1. *adnotat.* 42. *§.* 2. *n.* 6.
versic. Supradicta non procedunt.

Secundus casus est, quando solus Ordinatus
fuit in culpa, quia nempe Ordinatorem conficto, 184
falsoque titulo Beneficii, vel Patrimonii decepit,
& fictus dicitur titulus non solum quando Benefi-
cium est *de Pertica*, aut litigiosum, vel Patrimo- 185
nium figuratum donatione fictitia, sed etiam si esset
adeo hipothecis, & ære alieno gravatum, ut pa-
rum, aut nihil liberum remaneret; Et in his ter-
minis quamvis omnes conveniant Ordinatorem
exemtum esse ab obligatione præstandi congruam
sustentationem Ordinato, sunt tamen, qui existi-
mant pœnam suspensionis adversus sic promotum 186
ab antiquis Canonibus inductam, veluti sublatam
in laudato *Cap. Cum secundum Apostolum*, inno- 187
vatam non fuisse a Tridentino, quod innovando
antiquorum Canonum pœnas, respicere non potuit
ad illas jam abrogatas. Verum tutior est, & verior
contraria Sententia, quod hoc casu pœna suspen- 188
sionis sublata non sit per dictum *Cap. Cum secun-
dum Apostolum*, & per consequens censeri debeat
per Concilium Tridentinum innovata. Cum enim
in *Cap.* præfato solum corrigatur pœna suspensionis,
quæ per *Cap. Neminem* 70. *distinct.* erat inducta in
injuriam, & ignominiam Ordinatoris, ibi -- *Licet
autem Prædecessores nostri ordinationes eorum, qui
sine certo titulo promoventur in injuriam Ordi-
nantium irritas esse voluerint, & inanes &c.* Sequi-
tur exinde, quod ubi Ordinator non fuit in aliqua
culpa,

culpa, sed Ordinatus dolo, & fraude, conficto
titulo Ordinatorem ipsum fefellit, correctio pœnæ
a jure veteri inflicta extendi non possit ad casum,
in quo non militat ratio correctionis, idest ubi ni-
hil concurrit, quod imputetur Ordinatori, sed soli
Ordinato; Alias enim præcisa suspensionis pœna,
189 plana sterneretur semita eludendi Concilii disposi-
tionem, dum facile cuique esset conficto titulo ad
Sacros Ordines promoveri, obtentaque absolutio-
ne in foro conscientiæ, in suscepto Ordine mini-
strare, & postea se periculo exponere, ut ob Patri-
monii defectum cum ejusdem Ordinis dedecore
mendicare cogeretur. Quæ Sententia multo magis
190 locum sibi vindicat quoad Ultramontanos, seu
Exteros, qui in Italia ad Ordines Sacros ficto, vel
fiduciario, aut falso Patrimonii titulo se faciunt
promoveri, nam ex *Constitutione XXXV. Urba-
ni VIII.* pœnas incurrunt perpetuæ suspensionis
absque spe Apostolicæ dispensationis obtinendæ. Et
ita antiquioribus omissis Canonistis, inter primum,
& secundum casum distinguunt *Fagnan. in dict.
Cap. Cum secundum a num. 63. & pluribus seqq. de
Prabend. Pirbing. in Jus Can. lib. 1. tit. 11. sect. 1.
n. 110. & seqq. Van Espen. in Jus Canon. univers.
part. 2. tit. 10. cap. 6. n. 44. §. Antiqui Canones, &
n. 45. §. Si tamen, Thomassin. de Benefic. part. 2.
lib. 1. cap. 9. n. 11.* late, & bene *Alter. de Censur.
tom. 2. disp. 10. cap. 3. pag. 169. Garcias de Benef.
part. 2. cap. 5. n. 166. & seqq. Thesaur. de Pœnis
part. 2. verb. Ordo cap. 11. §. Ex hoc Tridentinus,
Gutierrez pract. quæst. lib. 2. cap. 65. num. 11. Ven-
trigl. in Prax. part. 1. adnot. 42. §. 2. versic. His
positis, & versic. celebris est quæstio, Monacell. in
formul. tom. 2. pag. 71. n. 4. tom. 3. pag. 131. n. 1.
tom. 4. pag. 80. n. 37. Pignatell. consult. 77. n. 15.
& 16. Antonell. de Regimin. Eccles. lib. 2. cap. 2.
n. 12. & 25. Clericat. de Sacram. Ordin. decis. 28.
n. 10. & 25.*

Tertius casus est, quando uterque tam scilicet
191 Episcopus, quam Ordinatus est in culpa, quia
nempe conscius Episcopus de fraude, & dolo Or-
dinati, qui Patrimonium confixit, adhuc illum Sa-
cris Ordinibus insignivit, & in hoc casu censetur
quoad utrumque, Episcopum nempe Ordinatorem,
& Ordinatum, antiquorum Canonum pœnas vo-
luisse Concilium innovare, respectu nempe Epi-
scopi Ordinatoris pœnam *Cap. Cum secundum Apo-
stolum*, & quoad Ordinatum pœnam suspensionis
contentam in laudato *Cap. Neminem, & Cap. San-
ctorum, Thesaur. de Pœnis verb. Ordo cap. 11. ver-
sic. Et hoc, Ventrigl. in Prax. part. 1. adnot. 42.
§. 2. n. 6 versic. His positis, Campanil. in diversf.
Jur. Canon. rub. 8. cap. 5. sub n. 1.*

Ceterum quod diximus Episcopum ordinantem
192 absque canonico titulo adstringi alimenta promoto
subministrare, donec ipse de aliquo Beneficio pro-
visus fuerit, licet inspecta juris communis disposi-
tione locum sibi non vindicet, quando Ordinatus
ipse habeat ex Bonis patrimonialibus, unde vive-
re possit, ut expresse sancitur in dicto *Cap. Episco-
pus, de Prabend.* ibi -- *Nisi talis Ordinatus de sua,
vel Paterna hereditate subsidium vita possit habe-
re* -- & firmant *Thesaur. de Pœnis verb. Ordo cap.
11. §. declaratur secundo, Pirbing. in Jus Can. lib.
1. tit. 11. sect. 1. n. 111. versic. Quarto, Quarant.
in Summ. Bull. verb. Ordo pag. 495. §. Secundo ex-
193 tende.* Aliter nihilominus dicendum est ex jure no-
vissimo Concilii Tridentini, hoc enim cum ex-
presse præcipiat, quod nemo ordinetur, nisi ad ti-
tulum Beneficii, solumque dispensative, ex causa
videlicet utilitatis, vel necessitatis Ecclesiarum per-
mittat posse aliquem ad titulum Patrimonii ordina-
ri; semel ac Episcopus formam sibi præscriptam
non servavit, quemadmodum incidit in pœnam
præscriptam in *cap. Episcopus, & in cap. Cum secun-
dum Apostolum, de Prabend.* ab eodem Concilio,
ut diximus innovatam, ita obstrictus remanet ad
providendum Ordinato de competenti Beneficio,
ne alioquin adsit Clericus ad Sacros Ordines pro-
motus sine titulo Beneficii nulla subsistente causa
necessitatis, vel commoditatis Ecclesiæ, *Fagnan.
in dicto Cap. Episcopus n. 29. de Prabend.*

Et hujusmodi obligatio suppeditandi Ordinato
sine titulo congruam sustentationem, donec de Be- 194
neficio provisus fuerit, non solum afficit Episco-
pum Ordinatorem, sed etiam Successores, ut ex-
presse sancitur in dicto *Cap. Cum secundum Aposto-
lum in verb. Licet autem*, ibi -- *Per Ordinatores, vel
Successores eorum* -- & in *vers. Inde est*, ubi Cleri-
cus fuerat ordinatus ad Subdiaconatum a Prædeces-
sore, & tamen *Innocentius III.* mandat Successori
Episcopo, ut sic Promoto vitæ necessaria mini-
stret. Estque in hoc casu speciale, quod Successor 195
ab omni culpa immunis, luat pœnam ex facto An-
tecessoris, cujus tamen specialitatis rationes quam-
plurimas assignat, *Fagnan. in dicto Cap. Cum secun-
dum n. 28. & seqq.* & aliam post *Gloss. in dict. Cap.
Cum secundum*, expendit *Gonzal. ibid. n. 4.* quod
nempe onus alendi Clericos ordinatos sine titulo
non est personale, nec in pœnam delicti impositum,
sed est onus reale inhærens Mensæ Episcopali, quare
transit cum ipso Patrimonio in quemlibet illius Suc-
cessorem, seu Administratorem, unde par debet
esse obligatio, tam in Episcopo Ordinatore, quam
in ejus Successoribus, Patrimonium, seu Bona ip-
sius Ecclesiæ possidentibus, & hanc rationem ample-
ctitur etiam *Pirbing. in Jus Canon. lib. 1. tit. 11. sect. 1.
n. 110.* Licet hujusmodi obligationem Successoris
suppeditandi alimenta Ordinato absque titulo ab
Episcopo Antecessore, non habere locum, quando 196
Antecessor præfatus Episcopatum resignavit, aut
ab eo depositus fuit, habeatque unde possit alimen-
ta prædicta subministrare, antiquioribus relatis Ca-
nonistis, tradit *Fagnan. in dict. Cap. Cum secundum
Apostolum n. 34. & 35.* ubi limitationem hanc nota-
bilem appellat oblivioni numquam tradendam.

At quemadmodum obstringitur Episcopus ali-
menta præstare Clerico sine titulo promoto, ita ea- 197
dem obligatione afficitur Vicarius Capitularis, si
Litteras dimissorias concedat ad Ordines Sacros
Clerico titulum non habenti, quia non minus
culpabilis est, qui Clerico præfato litteras concedit
Dimissorias, quam qui illum sine titulo ordinat,
quemadmodum decrevit Sacra Congregatio Con-
cilii in *Tolentina Ordinationis* 2. *Octobris* 1717.
ad 6. & communiter tradunt *Quarant. in Summ.
Bullar. verb. Ordo pag. mihi 489. §. Quia hac,
Pirbing. loco citat. n. 110. §. Idque extenditur,
Barbos. de Potest. Episcop. allegat. 20. n. 21. Hen-
riquez in Summ. lib. 10. de Ordin. Sacram. cap.
17. sub §. 4. Marchett. in Prax. Vicar. Capitular.
part. 2. tit. 15. sub n. 55. Dian. Oper. moral. part.
8. tract. 4. resolut. 72. §. Notandum est tamen,
Antonell. de Regim. Eccl. lib. 2. cap. 2. n. 12. in fine.*

FINIS.